

Aut. est. L. n. 9.

BIBLIORVM

SACRORVM

CVM GLOSSA ORDINARIA
IAM ANTE QVIDEM
A STRABO FVLGENSI COLLECTA:

NVNC AVTEM
NOVIS, CVM GRAECORVM, TVM LATINORVM PATRVM
EXPOSITIONIBVS LOCVPLETATA:

Annotatis etiam ijs, quæ confuse antea citabantur, locis:

Et Postilla Nicolai Lyrani: Additionibus Pauli Burgensis ad ipsum Lyranum:
ac ad eandem Matthiæ Toringi Replicis:

*Per Fratrem Franciscum Feuardentium Ordinis Minorum, Ioannem Dadream,
& Jacobum Cuilly, Doctores Theologos Parisienses:*

TOMVS SECVNDVS:

Hac sane quidem Veneta editione à quàm plurimarum dictionum mendis expürgatus,
multis quoque verbis, & versibus aliàs prætermisissis suppletus.



*Martin a. 1700
De Studio di S. Joseph
mediet. secularis de 1700*

V E N E T I I S, M D C I I I.

Librorum qui Secundo Tomo continentur, authorumque qui in singulos citantur, series.

I O S V B, in quem scripserunt

Adamantius .
Ambrosius .
Athanasius .
Augustinus .
Author libri Tauhuma .
Beda .
Chaldæus Paraphrast .
Chrysoſtomus .
Clemens Romanus .
Clemens Alexandrinus .
Dionysius Areopag .
Epiphanius .
Eusebius .
Gregorius .
Gregorius Nazianzenus .
Hebræi .
Hieronymus .
Ignatius .
Iosephus .
Irenæus .
Isidorus .
Iustinus Martyr .
Lactantius Firmianus .
Origenes .
Procopius .
Rabi Isaac Aerameus .
Rabbi Salom .
Rabbi Leui Gerfonis .
Rabbi Leui .
Rabbi David Kimhi .
Rabbi Moses Gerudensis .
Rabbi Nehemias .
Rabbi Moyses Manonis .
Rabbi Iuda .
Rabbi Simcon .
Rufinus .
Rupertus .
Septuaginta interpre .
Surdas .
Tertullianus .
Thalmudici .
Theodoretus .
Zonaras .

INDICVM.

Adamantius .
Ambrosius .
Anastafius Nicenus .
Athanasius .
Augustinus .
Author operis imperfecti
Author Seder olam .
Basilus .
Beda .
Chaldæus Paraphrast .
Chrysoſtomus .
Gregorius Magnus .
Gregorius Nazianzenus .
Hebræi .
Hieronymus .
Ioannes Damascenus .
Iosephus .
Isidorus .
Iunilius .
Iustinus Martyr .
Janfræcus Canturien .
Petrus Comestor .
Procopius .
Prosper Aquit .
Rabbi David Kimhi .
Rabbi Leui .
Rupertus .

Septuaginta interpre .
Seuerus Sulpitius .
Sozomenus .
Tertullianus .
Theodoretus .

TRIMVS REGVM, & in eo citantur.

Ambrosius .
Arnoldus Bencuellensis .
Athanasius .
Augustinus .
Author Seder olam .
Basilus .
Beda .
Bernardus .
Chaldæus Paraphrast .
Chrysoſtomus .
Clemens Romanus .
Cyprianus .
Cyrillus .
Eucherius .
Eusebius Emiffenus .
Euthimius .
Gregorius Magnus .
Hebræi .
Hieronymus .
Ignatius Martyr .
Iosephus .
Isidorus .
Iustinus Martyr .
Lactantius Firmianus .
Odo Cameracensis .
Origenes .
Procopius .
Rabanus .
Rabbi Isaac Alfeci .
Rabbi Auonymus .
Rabbi David Kimhi .
Rabbi Leui .
Rupertus .
Saluianus .
Septuaginta .
Tertullianus .
Theodoretus .

LIBER SECVNDVS Regum, & in eum authores.

Angelomus .
Ambrosius .
Augustinus .
Cassianus .
Chaldæus Paraphraſtes .
Chrysoſtomus .
Cyrillus .
Gregorius Magnus .
Gregorius Nazianzenus .
Hieronymus .
Iosephus .
Iustinus Martyr .
Procopius .
Prosper .
Rabanns .
Rabbi David Kimhi .
Rabbi Aben Ezra .
Rabbi Salomon .
Rabbi Leui .
Rupertus .
Saluianus .
Seuerus Sulpitius .
Tertullianus .
Theodoretus .

LIBER III. REGVM, & in eum citantur.

Ambrosius .
Angelomus .
Athanasius .
Augustinus .
Author Seder Olam .
Author operis imperfecti
Bacharius .
Basilus .
Beda .
Bernardus .
Chrysoſtomus .
Clemens Romanus .
Cyrillus Alexandrinus .
Epiphanius .
Fœlix Papa .
Gregorius Nazianz .
Gregorius Magnus .
Grimundus .
Hebræi .
Hieronymus .
Historia Aethiopica .
Ioannes Damascenus .
Iosephus .
Irenæus .
Isidorus .
Lactantius Firmianus .
Optatus Mileuitanus .
Pascasius .
Petrus venerabilis .
Procopius .
Rabbanus .
Rabbi David .
Rabbi Leui .
Tertullianus .
Tharafius .
Theodoretus .
Tichonius Afer .

LIBER III. REGVM.

Ambrosius .
Angelomus .
Augustinus .
Author Seder Olam .
Basilus .
Callianus .
Chrysoſtomus .
Clemens Romanus .
Comestor .
Cyrillus .
Epiphanius .
Eucherius .
Glycas .
Gregorius Magnus .
Hieronymus .
Iosephus .
Irenæus .
Isidorus .
Iustinus Martyr .
Lactantius Firmianus .
Procopius .
Rabanus .
Rabbi Ionathan .
Tertullianus .
Theodoretus .

I. PARALIPOMENON.

Ambrosius .
Angelomus .
Athanasius .
Augustinus .
Beda .

Comestor .
Eucherius .
Glycas .
Gregorius Nazianzenus .
Gregorius Magnus .
Hieronymus .
Iosephus .
Rabanus .
Rabbi Salomon .
Rabbi Moses .
Theodoretus .

II. PARALIPOMENON.

Ambrosius .
Athanasius .
Augustinus .
Basilus .
Chrysoſtomus .
Clemens Romanus .
Comestor .
Concilium Carthaginense .
Concilium Agathense .
Eucherius .
Eusebius .
Gregorius Magnus .
Gregorius Nazianzenus .
Hebræi .
Hieronymus .
Iosephus .
Procopius .
Rabanus .
Tertullianus .
Theodoretus .

ESDRÆE LIB. I.

Ambrosius .
Athanasius .
Augustinus .
Beda .
Chrysoſtomus .
Comestor .
Concilium Elibertinum .
Eusebius .
Hieronymus .
Iosephus .
Irenæus .
Sexta Synodus .
Tertullianus .

ESDRÆE LIB. II.

Ambrosius .
Augustinus .
Beda .
Chrysoſtomus .
Clemens Romanus .
Comestor .
Euthymius .
Iosephus .
Lactantius Firmianus .
Prosper .

ESDRÆE LIB. III.

Ambrosius .
Athanasius .
Angelomus .
Augustinus .
Beda .
Chrysoſtomus .
Comestor .
Cyprianus .

Cyrillus .
Eusebius .
Hieronymus .
Iosephus .
Irenæus .
Lactantius .
Maximus .

ESDRÆE LIB. III.

Ambrosius .
Augustinus .
Basilus .
Bernardus .
Ephrem Syrus .
Gregorius Magnus .
Hippolytus .
Irenæus .
Lactantius Firmianus .
Liber Iehod Syrtm .
Rab. Meir Meir Gaboi .
Rabbi Bacchairi .
Tertullianus .

T O B I A S.


Alexander Primus .
Ambrosius .
Athanasius .
Augustinus .
Bacharius .
Basilus .
Beda .
Chrysoſtomus .
Clemens Romanus .
Comestor .
Concilium Carthaginense .
Concilium Florantinum .
Dionysius Areopag .
Gregorius Magnus .
Græci .
Hebræi .
Hilarius .
Optatus Mileuitanus .

LIBER IV DITH.

Ambrosius .
Athanasius .
Augustinus .
Chrysoſtomus .
Clemens Romanus .
Comestor .
Eusebius .
Hieronymus .
Iunilius .
Origenes .
Philo Iudæus .
Rabanus .

ESTHER.

Ambrosius .
Athanasius .
Augustinus .
Bernardus .
Chrysoſtomus .
Comestor .
Concilium Trident .
Eusebius .
Hebræi .
Hieronymus .
Innocentius Tertius .
Iosephus .
Iustinus Martyr .
Philo Iudæus .
Rabbi Salomon .



*I*ndem finito Pentateucho Moyſi, velut grandi fenore liberati, ad Ieſum filium Naue manum mittimus: quem Hebraei Iehoſua ben Nun, id eſt, Iofue filium Nun, vocant: & ad Iudicum librum, quem Sophim appellant: ad Ruth quoque, & Eſther: quos eiſdem nominibus offerunt. Mone muſque Lectorem, ut ſyluam Hebraicorum nominum, & diſtinctiones per membra diuiſas, diligens ſcriptor conſeruet: ne & noſter labor, & illius ſtudium pereat. Et ut in primis, (quod ſæpe teſt.atus ſum) ſciat me nõ in reprehentione veterum, noua cudere. ſicut & amici mei criminantur, ſed pro virili portione offerre lingue mee hominibus, quos tamen noſtra delectant, ut pro Græcorum *ἱερωνόϊς*, quæ & ſumptu, et labore maximo indigent, editionem noſtram habeant. Et ſicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes inuenient, quod requirunt. Maxime cū apud Latinos, tot ſint exemplaria, quot codices, & unusquiſque pro arbitrio ſuo, vel addiderit, vel ſubtraxerit, quod ei viſum eſt, et utique non poſſit verum eſſe, quod diſſonat. Vnde ceſſet arcuato vulnere contra nos inſurgere ſcorpium, & ſanctum opus venenata carpere lingua, vel ſuſcipiens ſi placet, vel contemnens ſi diſplicet, meminert q̄ illorum, uerſuum: *† Os tuum abundauit nequitia, et lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum: hæc feciſti, et tacui. Exiſtimavi iniquè, quòd ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam illa contra faciem tuam. Quæ enim audietis, uel legentis utilitas eſt, nos laborando ſudare, & alios detrahendo laborare: dolere Iudeos, quòd calumniandi eis, & irridendi Chriſtianos ſit ablata occaſio: et eccleſiæ homines id deſpicere, imò lacerare, unde aduerſarij torqueantur? Quòd ſi uetus eis tantum interpretatio placet, quæ & mihi non diſplicet, et nihil extra recipiendum putat, cur ea, quæ ſub aſterifcis, & obelis, uel addita ſunt, uel amputata legunt, & negligunt? Quare Daniele m iuxta Theodotionis traditionem eccleſiæ ſuſceperunt? cur Origenem mirantur, et Eusebiũ Pãphili, cunctas editiones ſimiliter differentes? Aut quæ fuit ſtultitia, poſtquã uera dixerint. p̄ferre q̄ falſa ſunt? Vnde aut in nouo Teſtamento, p̄bare poterunt aſſumpta teſtimonia, q̄ in libris ueterib. non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantib. tacere uideamur. Ceterum poſt ſanctę Paulę dormitionem, cuius uita uirtutis exemplum eſt, & hos libros quos Euftochio uirgini Chriſti negare non potui, decreuimus, dum ſpiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere, et omiſſum iam diu opus, quaſi quodã poſtliminio repetere, p̄fertim cū, et admirabilis ſanctus q̄, uir Pãmachiũs, hoc idẽ literis flagitet, et nos ad patriã feſtinantes, mortiferos Syrenariũ cantus, ſurda deamus aure traſſire.*

† Inimici.

B † Pſal. 49 c.

In Synopſi.

In Thalmud. ca. Babx bar. 12.

Lib. 4. c. 17.

Origenes. Homil. 1. Philip. 2. b. Ibidem.

Exod. 17. c.

*I*ber Ieſue. * Athanaſius. Preſens liber inſcriptionẽ habet, Ieſus Naue, propterea quod ipſe Ieſus, Moſi ſucceſſor, populi dux factus eſt, cuius iſto volumine hiſtoria, & res geſtę continentur. Populum annos 26. guber nauit, mortuus eſt annorum 110.

* Hebraei. Moſes ſcripſit librum ſuũ, & Iob. Iofua ſcripſit librum ſuũ, & octo poſtremos uerſus, qui in lege habentur.

* Lactãtius. Chriſti figuram gerebat ille Ieſus, qui cum primo Auſes uocaretur, Moſes futura præſentiens, iuſſit eum Ieſum uocari, ut quoniam dux militię delectus eſſet aduerſus Amalech, & aduerſarium debellaret per nomis figuram, & populum in terram promiſſionis induceret.

Adaman. Donauit Deus nomẽ, quod eſt ſuper nõ nomẽ, Ieſu Chriſto, hoc aut eſt Ieſus. 15. in noĩe Ieſu nõ genũ ſtecl. i. celeſtiũ, terreſtiũ, & infernõũ. Et q̄a eſt hoc nomẽ ſup oẽ nomẽ, idcirco nullis terro generationib. noiãtũ eſt. in Geneſi iuſtos multos legim⁹, & null⁹ corũ noiãtus eſt Ieſus. In Exodo hoc primũ iuenio, ubi legit, q̄ uenit A. ma. ch, et expugnabat Iſrael. Et dixit Moſes ad Ieſũ in Ruſſidĩ: *† El get bi uiros potentes ex oĩb⁹ filiis Iſrael: Egredere, et coſtiſe cũ Amalech.* Moſes p̄ſtet ſe nõ poſſe exercitũ ducere, nõ poſſe obtinere, q̄ uis eũ eduxerit de Aegypto. Vides cui ceſſerit bellũ gerere aduerſũ Amalech. Hic primo nomen

nomen Ieſu diſcimus, ubi uidemus eũ ducẽ exercitus, nõ cui Moſes iniunxerit principatũ, ſed cui ceſſerit. Nõ poterat elige uiros potentes, tu, inquit, elige tibi. Vbi ergo primũ diſco nomẽ Ieſu, p̄tinuo myſterij uideo ſacramentũ. Ducit enim Ieſus exercitũ, & cũ extolleret Moſes manus, inualeſcebat Iſrael, cũ aut deijceret, inualeſcebat Amalech. Tũc ergo inualeſcit Ieſus, & uincit, q̄n Moſes erigit manus. Victus eſt autẽ populus ille ab Amalech, quia non iam erigebat manus Moſis, ſed erant demitſe deorfom. Illi ſunt enim de q̄bus d. cimus: *Si crederetis Moysi, crederetis fo. ſiã, & mihi, & c.* Ecce uultis me occidere, q̄ legẽ nõ facitis. Ceſſante enim Rom. 10. lege, & operib. legis apud illos, qui ſuã uultuã uolẽtes ſtatuerẽ, iuſtitie Dei nõ ſunt ſubieci, demitſe ſũt man⁹ Moſi, inualuit incredulitas, uincit p̄p̄s. Sed & Nadab, & Abiu, & Eleazar reliquit i caſtris, & Iethro cũ eis, ut iudicẽt p̄p̄m. Ieſ⁹ ſeq̄t Moſẽ i motẽ cũ quadã adiectione uerbi mirabilis. d. n. q̄a aſſiſtebat Moysi, nõ ut ſeclũs, uel inferior, ſed ut adiutor p̄regẽs. Illud at quale eſt, q̄ cũ p̄no no miãt, nõ idicãt nomẽ p̄is ei⁹, neq; ſeclũ, neq; tertio, cũ uero p̄ noĩãt, nõ Ieſ⁹, ſed Auſe d. n. Inter exploratores. n. nomen eius Auſe d. n. & forte exploratoris officio nõ Ieſus, ſed Auſe d. n. & Naue filius. Cũ uero redit, & perterritis omnibus, ſolus deſperãtem populũ erigit, Ieſus dicitur, nõ Naue filius,

Ioan. 5. g.

Rom. 10.

Num. 10.

Exod. 18. d.

Num. 13. f.

ARGUMENTVM IN librum Iofue.



*I*eſus filius Naue typum Domini nõ ſolum in geſtis, uerumetiam in nomine gerens, tranſit Iordanem, hoſtium regna ſubuertit, diuidit terram uictori populo, & per ſingulas vrbes uiculos, mōtes, flumina, torrẽtes atq; cõfinia, eccleſiæ, celeſtisq; Ierlũ ſpũalia regna d̄ſcribit.

Tom. 2. A 2 ſed

A sed ille cui dictum erat: *Educ exercitum, & conflige cum Amalech.* Illud quoque magni pendendum est, quod cum in transfiguratione vultus Moysi, omnium Hebræorum hebetaretur aspectus, nec possent intueri faciem eius, Iesus non tantum intuetur faciem eius, sed in interioribus tabernaculi mysteriorum conscius perseverat. Liber ergo hic non tam gesta filij Naue, quam Iesu domini mei sacramenta significat. Ipse enim ducit exercitum, & configit contra Amalech, & quod ibi adumbratur in mortem manibus extensis, affigit cruci suæ triumphans principatus, & potestates in semetipso. Defunctus est Moyses, id est, lex. Lex enim, & prophetæ usque ad Iohannem. Vnde: *Habent Moysen, id est legem, & prophetas, au. il.* Defunctus est ergo Moyses tamulus Dei, id est, lex, & legalia præcepta. vnde: *Mulier viuentem viro alligata est legi, & ad altera nominabit, si fuerit cum alio viro, &c.* Mulier enim sine dubio animam nominavit, quæ sub Moysi lege tenebatur, & viuentem viro alligata erat legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, id est, lex absolutam dicit eam animam, quæ subiecta esse videbatur. Id necesse est legem mori, ut qui credunt Iesu, adulterij crimine non notentur. Iesus ergo dominus meus suscepit principatum. Conferamus gesta Moysi cum principatu Iesu. Cum Moyses educeret populum de Aegypto, nullus ordo in populis, nulla in sacerdotibus obseruantia, transeunt aqua maris farsam, & nihil haberent dulcedinis. Murus erat aquæ à dextera, & sinistra. Cum vero Iesus meus ducit exercitum, sacerdotes præcedunt, arca testamenti in humeris portatur sacerdotum, non amaræ aquæ non falsus fluctus occurrit. Venio ad Iordanem, non in perturbatione metus, & fugæ, sed cum sacerdotibus arcam testamenti domini portantibus, in qua lex Dei, & diuinæ literæ seruantur. Ingredior Iordanem, non in furto, sed in tubarum cantibus mysticum quiddam, & diuinum canentibus. ut ad prædicationem tubæ cælestis incedam. Ibi dictum est, *quod diuisa est aqua in duas partes, & vnus aquæ murus erat à dextris, alius à sinistris.* Hic vero, qui venit soluere medium parietem, fecit vtraque vnum. vna enim parte erecta est aqua, alia vero pars defluxit in mare. Hic, quoque ait: *Parate vobis cibos ad viam.* Hodie idem dicit Christus. Cibi enim opera sunt, quæ nos ad futuram vitam velut fidele viaticum comitantur. Sed vnde iubet hos cibos parare, non habentes frumentum? Manna enim erat eis cibus. Sed cum transferimus fluminis huius ripas, desinit manna. Ideo nisi quis parauerit sibi cibos, non poterit sequi Iesum terram promissionis intrare. Videamus quos fructus primum fructum de regione palmarum, & manducauerunt primum azyma. Nobis enim mundi iter digressis, si recte sequamur Iesum prima occurrit palmæ victoria, & abiecto fermento malitiæ, & nequitie, azyma nobis sinceritatis, & veritatis parantur. Mittit tamen Iesus noster exploratores ad Ierichontinam regem, & hospitio suscipiuntur à meretrice, sed ideo suscipit, ne ultra sit meretrix. Quælibet anima meretrix fuit, dum viueret in desiderijs carnis. Suscepit ergo exploratores Iesu, id est, angelos, quos mittit ante faciem suam, ut præpararent viam, neque in omnibus locis, neque in inferioribus locat, sed in excelsis, quia non in infirmis, & terrenis dominum Iesum suscipimus, sed à patre perfectum, & de cælestibus venientem. Nec stipulam lini, in qua lauerunt, absque sacramentis accipio. Est enim linum sacerdotale indumentum, per quod significatur, quod mutandi erant ad sacerdotale fastigium. vnde: *Vos autem gens sancta, regale sacerdotium.* Vel quod in sacramento legis, vbi de sacerdotibus annotat, populi huius, qui est ex gentibus latebat occulta vocatio. Continuo inimicitias suscepit meretrix aduersus Ierichontinam regem, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. vnde: *Odit vos mundus, scitote, quia me priorē vobis odio habuit.* Est ergo rex inimicus huius meretricis, princeps, scilicet

scilicet huius mundi, qui insequitur, & occupare cupit exploratores Iesu. Sed non potest, quia per montes iter faciunt, non per humilia. Nec in vallibus delectantur, quia hæc meretrix dicit: *Leuaui oculos meos in montes, et de ueniet auxilium mihi.* Non potest illuc ascendere princeps mundi, nec per excessum iter ad Iesum puenire, quia si eum tentas in excelsis locauerit, dicit ei: *Mitte te deorsum, quia humilia semper diligit, & caelica.* In his sedet, & regnat, in quibus est usque ad infernum descendit. Moyses non dixit: *Stet sol,* nec maximis imperauit elementis. Iesus vero ait: *Stet sol super Gabaon, & luna super uallem Hailon.* Et adiecit scriptura, *quia nunquam sic Deus audiuit hominem.* Iesus ergo meum solem stare fecit, nec tunc tantum, sed multo magis in aduentu suo, dum pugnamus contra inimicos, & lucramur principibus, & potestates. Sol nobis iustitiæ semper assistit, nec deserit, nec festinat occubere. Ait enim: *Ego uobiscum sum omnibus diebus.* Ne solum duplicato die nobiscum est, sed usque ad consummationem seculi, donec obtineamus inimicos. Videamus etiam quid promittat Iesus militibus suis. *Omnis, inquit, quemcumque subdideritis uestigijs pedum uestrorum, uester erit.* Hoc dixit illis, qui tunc erant de regionibus Chanaanorum, & cæterarum gentium, quas expulsis indignis habitatoribus hereditate possederunt. Sed sunt quædam diabolicæ gentes, contra quas est nobis spiritualis colluctatio, quæcunque, ex his pedibus nostris subdiderimus, ipsarum regiones, prouincias, & regna Iesu meo distribuente capiemus. Fuerunt enim aliqui angeli, & in regno Dei magnifici. vnde: *Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur?* Si hunc vincere potuero, si meruero, ut dominus meus Iesus conterat Sathanam sub pedibus meis, consequenter accipiam, & locum eius in cælis. Sed in hanc hereditatem non oscitantes, & dormitantes intrabimus. Ira suæ gentis angelum habet. Hanc nisi viceris in temetipso, & abscideris à te omnes motus iracundiæ, & furoris, locum quem habuit ille angelus, in hereditatem capere non poteris, quia desidia tua eum de terra promissionis non expuleris. Similiter superbiæ, zeli, auaritiæ, & libidinis incentores sunt angeli, & instinctores horum malorum, quorum nisi in temetipso vitia viceris, & de terra tua, quæ iam per gratiam baptismi sanctificata est exterminaueris, nullo modo plenitudinem promissæ hereditatis accipies. Sub Moysen non est dictum: *quia cessauit terra à præliis.* Certum est autem, quod terra nostra in qua sustinemus certamina, virtute solius Iesu cessabit à præliis. Intra nos enim sunt gentes vitiorum, quæ animam iugiter oppugnant. Intra nos sunt Chanaanæ, Pherezæ, Iebusæ. Laborandum est ergo, & vigilandum, & multo tempore perseverandum, ut his gentibus fugatis, terra nostra cesset à præliis. *Meditemur ergo in lege domini die ac nocte.* Hæc enim meditatio quasi tuba animam tuam concitat ad prælium, ne aduersario vigilante dormias. Ideo nec dies sufficit ad meditandum, sed & nox adiungitur. Conuertimini ergo in toto corde vestro ad Deum. Orationi, & verbo Dei vacate. Quid prodest pro peccatis ieiunare, & iterum peccare? Quid prodest lauari, & iterum inquinari? Ieiunasti aliquantotempore, interim de Aegypto existi, transisti mare rubrum, secutus es Moysi mandata, scilicet legis, sed iam te à Mose suscepit Iesus, qui secundo circumcidat in colle præputiorum. Circumcidendus ergo tibi est non modo idolorum cultus, quem prius abiiecisti, sed etiam auaritia, quæ est idolorum subtilior cultus. Vnde Iesus ait: *Hodie abstuli à nobis opprobrium Aegypti, dum peccamus, & regnant in nobis vitia passionum, quamuis relictis idolis de Aegypto exisse videamur, opprobrium tamen Aegypti non est ablatum à nobis.* Si vero secundo fueris circumcisus, abscideris à te omne vitium, iræ, superbiæ, inuidiæ, libidinis, & huiusmodi, abstergentur opprobria Aegypti, & translatus in terram promissionis, cælestem hereditatem accipies, per Iesum Christum dominum nostrum.

CAP.

D
Psal. 120. 2.
Matth. 4. 2.
Infra. 20. 3.
Ephes. 6.
Matth. 23. 4.
Infra eodem.
Eph. 14. c.
F
Rom. 16. 5.
Infra 14. d.
Psal. 120.
1. Cor. 7. 1.
Eccle. 3. 4. d.
3. Reg. 2. 2.
Iosue 5. c.
Galat. 5. c.
F

C A P. I.



Enatus. * Utinam fruar vestra sanctitate, sicut Heliaz, sicut Iesu Naue, sicut Melchisedec, &c. qui in castitate de vita exierunt.

* Isidorus. Iosue filius Nun, ex tribu Effraim, in

Aegypto nat^o, Mosi discipul^o, & potestate successor, nouisq; prelij triumphator, qui quousque expediret victoria, vt sol flaret celo imperauit. Iordanis etiam cursum transitu suo flare fecit. Ciuitatis Hiericho inexpugnabiles muros clangentium tubarum sono, deiecit. Chananeorū euertit regna, reges extinxit, ac populū Dei solus in terrā repromissionis induxit, eamque sorte distribuit. Viginti septem annis presuit, occubuitque 110. annorū, atq; sepultus est in Thamnasar ciuitate sua, quæ sita est in latere montis Gair, cōtra Aquilonē. Ibi hodie insigne monumentum eius ostenditur. Est autem in tribu Dan.

* Iosephus. Moses ex multitudine pugnacem eligens iuuenem, super Hebræos instituit Iesum Naue filium, valide robustum, & labores tolerare fortissimum, ad cogitandum simul, & loquendum nimis idoneum, qui nosset decenter Deum, & Mosen doctorem colere pietate.

* Idem. Moses cum esset senex, Iosue successorem sibi cōstituit, ad prophetias, & ad militiæ principatū, sicubi necessarium foret, iubente Deo, vt rerum teneret imperiū. Iosue autem omni doctrina legum, diuinisque ministerijs Mose docente, erat instructus.

* Tertullianus. Dum Mosi successor destinaretur Auses filius Naue, transfertur cerrē de pristino nomine, & incipit vocari Iesus? Certe inquis. Hanc prius dicimus figuram futuri fuisse. Nam quia Iesus Christus secundum populum, quod sumus nos nationes in seculi deserto cōmorantes antea, introducturus esset in terrā repromissionis, mellu, & lacte manantem, i. vitæ æternæ possessionem, qua nihil dulcius, idq; non per Mosē, id est, non per legis disciplinam, sed per Iesum, id est, per nouæ legis gratiam prouenire habebat circumcisus nobis petrina acie, id est, Christi præceptis, ideo is vir, qui

qui in huius sacramenti imagine parabatur, etiam nominis Dominici inauguratus est figura, vt Iesus nominaretur.

a Moses seruus. Adaman. Moses famulus meus mortuus est. Ad uerte quomodo regit Iesus. Si plures Ierusalē subuersā, altare destructū, nusquam esse sacrificia, vel sacerdotes, vel

pōtifices, vel quilibet Iudeorum festiuitates, dices, q^a Moses famulus Dei mortuus est. Si cōfideres introire gētes ad fidē ecclesias extrui, altaria non cruore pecudū aspergi, sed p̄ cioso sanguine Christi consecrari sacerdotes, & Leuitas nō sanguinem taurorum, aut hircorū, sed verbum dei per gratiam sancti spiritus ministrantes, dices, quia post Mosē Iesus obimet principatū, non filius Naue, sed fili^o dei: quia pascha nostrum immolatus est Christus, & edimus sinceritatis azyma, & veritatis. Et sunt fructus terrę bonæ in ecclesia, trigessim^o, sexagesim^o, centesimus, maritæ, s. viduę, virgines, & multiplicat semē Israel de his, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, & filij Dei, qui dispersi erant, congregat

Hom. 2. in Ios.

1. Cor. 5. c. Matt. 13. a.

Ioan. 1. c.

Ibidem u. g.

E

Galat. 4. a.

Rom. 15.

Initio quest. in Iosue.

Luc. 16.

t

LIBER IOSUE

HEBRAICÆ

IEHOSUA.

C A P V T I.



Et factum est post mortem Mosi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun ministrum Mosi, & diceret ei: Moses seruus meus

a Secundum literam, uiuit autem spiritus.

b mortuus est: Surge, & transi Iordanē istum, tu

in vnu. Sabbatizat populus dei non a conuersatione communi, sed ab opere peccati. Defunctus est ergo Moses famulus domini. Denique in libello quodam licet in canone non habeatur, mysterij tamē huius figura describitur. Refertur enī quia duo Moses videbant, vnus uiuus in spiritu, & alius mortuus in corpore. Litera enim legis inanis, & vacua ab omnibus supradictis, Moses mortuus est in corpore, intellectus vero legis spiritualis. Moses est qui uiuit in spiritu.

b Surge, & transi Iordanem istum, & cetera. Nunc ergo exurgens transi Iordanem istum, & cetera. Vide quomodo minister fuerit Mosi Iesus filius dei. Cum uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, quia factus sub lege Mosi, factus est minister Mosi. Et factus est Christi minister circumcisionis ad confirmandas promissiones patrum.

* Theodoretus. Hoc loco, per Mosē debemus intelligere legem, per Iesum, Saluatorem. Quod autem lex appellata sit Moses, demonstramus testimonio scripturę. Habent

cnim

NICOLAUS DE LYRA. CAP. I.

1 Et factum est post. In quo notatur tempus in quo ista mandata facta sunt Iosue, scilicet, post mortem Mosi, et ante terminū luctus mortis eius, qui durauit 30. diebus, vt dicitur Deut. vlt. quia mādāta ista facta sunt Iosue a domino ante missionem exploratorum ab eo, ipsi autē missi fuerunt ante terminum luctus Mosi secundum Heb. Aliqui tamē expositores dicunt, quod vtrunque, scilicet, verbum domini ad Iosue, & missio exploratorum ab eo, fuit post terminum luctus Mosi, sed primum videtur probabilius, vt magis videbitur infra.

2 Moses seruus meus, &c. Ex hoc patet error illorū, qui dixerūt Mosē damnatū, eo quod legitur eius peccatum in aquis contradictionis,

nis, vt habetur nu. 20. nec legitur eius pœnitentia, vt dicunt, quia dñs vocat hic Mosē famulum suum, etiam post mortem eius, quod de nullo damnato vere dicitur. Nec valet, quod obijcitur, quia pœnitentia Mosi satis ex litera habetur in hoc, quod sententiam mortis à Deo sibi impositam ante ingressum terræ promissionis in peccati sui punitiōē acceptauit. Quod patet ex hoc, quod ad verbum domini in montem Abarim voluntarius, & prompte ibidem moriturus ascendit, & in hoc, quod dominus tanquam acceptans eius obedientiam eum sepeliuit, vt habetur Deute. vlt.

3 Surge, & transi Iordanem. id est, dispone te, & populum tuum ad transeundum, quia non statim transiuit, sed post aliquot dies, vt magis patebit infra.

1 Tu

M O R A L I T E R.

1 Et factum est post mortem, &c. Allegorice. per Iosue Christus designatur, quia sicut dicit Hierony. in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturę libris: Iosue non solum in gestis, sed etiam in nomine figuram gerit saluatoris. Vocat^o enim fuit Iesus, vt habetur Hebr. 4. Igitur Christo per Iosue signi-

significato dixit Deus pater.

3 Transi Iordanem istum. Christus enim à Ioanne baptizatus fuit in Iordane, & sic partem Iordanis transiuit, quia dicitur Mar. 3. d. Iesus confestim ascendit de aqua, &c. sic per synecdochē dicitur transiisse Iordanem, quando tactu suę sanctissimę carnis virtutem regeneratiuam dedit aquis.

Tom. 2.

A 3 1 T^m

Epist. ad Philadelph. Lib. de vita, & obitu sancti. cap. 27.

Lib. 1. Antiq. cap. 2.

Lib. 4. Antiq. cap. 5.

Lib. adu. Iudeos. lib. 3. adu. Marc.

Centum inquit) *Mosen, & prophetas*. Et: *Vsq̄ue in hodiernum diē*
 A quard. legitur *Moses* velamen positū est super cor eorum.
 1. Cor. 3. *Quēdam modum igitur defuncto Mose, Iesus populum intro-*
 Rom. 10. *duxit in terrā p̄ iustā, ita iusta lege, Iesus nos ter apprens,*
populo pro regnum cęlorum aperuit. Finis enim legis Christus

H. mil. 2. in
 Marcu.

Chriso. Ille Iesus dicitur,
 qui post *M. A. n.* populū in ter-
 rā promissam induxit. Vide si-
 gurā per ipse veritatē. Ille in
 terrā repromissionis, hic vero
 induxit in cęlum, & ea, q̄ sunt
 in cęlis bona. Ille postquā *Mo-*
ses mortuus est, iste post quā
 lex per *Mosen* lata cęssauit. Il-
 le ducis dignitate pollens, iste
 regis maiestate præfulgens.

H. mil. 1. de
 verbis. H. 12.

Idem. Iesus Dei iudicio
 delectus, vt *Moti* succederet,
 qui typum, & figurā gerebat
 veri seruatoris Christi. Quem
 admodū enim ille ē deserto
 per *Jordanē* in terrā promissam
 p̄duxit populū, sic & *Ser-*
uator noster, ex ignorantia, &
 idē de latere deserto, p̄ *selm,*
 & salutiferū *B. ptismū,* in cęle-
 stē *Hierusalem* nos perduxit.

H. mil. 13. a.
 Deut. 31. b.

Rufinus. *Aufes* Nane fi-
 lius cum electus esset dux po-
 puli, cōmātato nomine *Aufe,*
 Iesus cognominatus est, quo
 ostenderetur hoc esse nomē,
 quod principibus, & ducibus
 cōueniret, qui salutem sequē-
 tibus se populis darēt. Itaque
 ille Iesus appellatus est, q̄ edu-
 ctū ex *Aegypto* populū, &
 de erroribus eremi liberatum
 in terram induxit. Et hic Iesus
 dicitur, qui populū de igno-
 rantia tenebris, & mundi er-
 ronibus euocatum, introduxit
 ad regna cęlorum.

Exposit. in
 Synb.

Figere debeas

Orig. homi. 2.
 in Ios.

A *Omnem locum, & c.* *Omnem locum quemcumque ascenderitis vesti-*
gij speam vestrorum vobis dabo, & c. *Litera legis humi posita est*
 & deorsum iacet. Non ergo ascendit, qui literam legis seq̄t.
 Sed si ascenderit ad spiritum, de litera, ascēdis locum excel-
 sum, quem a deo in hereditatem accipies. Si enim in his, q̄
 scripta sunt, intelligas formas esse cęlestium, & q̄ras, quæ
 facti sunt, vbi Christus est in dextera dei sedens, tunc illū
 locū in hereditatem accipies, quia vbi Christus est, ibi, & mi-
 nister eius erit. Si ergo vsque ad Christū sedentē in dextera
 dei perueneris, fide, vita, virtute, puritate, & illis vestigijs, q̄
 lauit Iesus Christus, & locum illum incesseris, dabit tibi de⁹,
 vt non solum efficiaris hæres dei, sed coheres Christi.

Colof. 3.
 Ioan. 12. d.
 Ioan. 13. a.

Procop.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Tu, & omnis populus tecum. quia cura populi erat sibi im-
- posita a Deo, vt habetur Deut. 31.
- 2 In terram, quam ego dabo filiis Israel. quia Deo auctore in-
- gressi sunt terram, & obtinuerunt eam.
- 3 Omnem locum. Ex hoc dicunt aliqui doctores Hebrai, q̄ hic
- non solum fuit eis promissa terra *Iudææ,* sed etiam tota habitabilis ter-
- ra. Quod dicunt quodammodo fuisse impletum tempore *Salomonis,* cui
- oīs regnū *Iudææ* fuerunt tributarij, & sic exponūt, qd̄ dicitur 3. Re. x. d.
- Vniuersa terra deliderabat videre vultum *Salomonis,* & sin-
- guli d. ferebant ei munera, id est, tributa, vt ipsi exponunt. Sed perse-
- ctus expectant implendum in rege *Messia,* quem expectant futurum
- regem temporalem super totum mundum, sed falsitas vtriusque dicti
- apparet ex hoc, quod subditur.
- 4 A deserto, & Libano vsque ad flumem magnū *Euphra-*
- ten.* Omnis, & c. vbi exprimitur termini terre filijs *Israel* p̄missa.
- 5 Vita tuæ. Quia prius post mortem *Iosue* filij *Israel* peccauerunt
- & tunc aduersarij eorum eis p̄ueniunt eum, vt habetur in libro *Indi-*
- cum.* Abibi habent, vt strax, sed male.
- 6 Sicut in cum *Mose,* & c. in reuelationibus diuinis, & operibus
- miraculis.

7 Ita

Procopius. Deus terram ad *Euphratem* se daturum illis
 est pollicitus, indignis vero vitis, promissionibus non stetit.
 Dauid tantum, & *Salomon,* qui digni fuerunt, præstitit.

Com. in c. Ios.

Quæst. in Ios.

Theodoretus. Deduxit eo modo quem dixerat *Mosi,*
 cui non quocunq; casu promissio tē emiserat, sed: *si seruaue-*

ritis mandata mea, & c. Illi ergo
 mox delinquentes, quod pro-
 missum erat, non plene sunt
 adepti. Diuini autem *Apostoli*
 non solū obtinuerunt ea loca,
 quæ calcauerunt, sed et illa in
 quibus eorum doctē scripta le-
 cta sunt, & desertum olim, pa-
 radisum diuinū reddiderunt.

Deut. 11. c.

A deserto, & *Libano,* & c. *Ere-*
num, & ante *Libanum,* & c. Non
 dixit. *Libanum,* sed *Antelibanū,*
 quem a Deo accipit Iesus. An
 telibanum autē dicitur quasi
 pro *Libano.* Si ergo videas
 priorē populū, id est, *Israël*
 secundum carnē, qui erat oli-
 ua vera, ipsum intellige fuisse
Libanum verum. Sed quia p̄
 incredulitate sua auertitur ab eo
 regnum, & datur genti facienti fru-
 ctus eius, hæc gens *Antelibanū*
 est, id est, ecclesia ex gentibus
 congregata per Iesum Ch̄m.

Match. 21. d.

Sicut fuit cū *Mose,* & c. **P**ro-
 copius. Nō enim propria vir-
 tute hostes vicit *Moses.* Hu-
 iusmodi illud quoq; est: *Ecce*
volis. unum sum vsque ad consumma-
tionem mundi *Maçte* tantū vir-
 tute sis, inquit, virumque te
 præsta, ego enim te cōfirma-
 bo, patientiæque ac vires, quo
 terram tuis alleclis distribuas,
 conferā. Omnes tuas actiones
 iuxta legē accurate compone.
Lucas de vero Iesu, inquit,
 cepit facere, tum docere. Cum
 enim legi sese instar hominis

E

Matt. 28.

prosperum
 facies.

Act. 1.

subdidisset, omnem compleuit iusticiam. Quæcunq; etiā
 præcepit *Moses,* fecit, quo legi nos obnoxios redimeret, in
 que filiorum locum adoptaret. Non flexit ab eis, neq; ad
 dextram, neque ad sinistram, qui inquit: *Non iota vnum, aut*
apex vnus a lege decidet, donec fiat.

Matth. 5.

Augustinus. Ex hoc testimoniō, & aliis, probatur *Moses*
 defunctus, vt Dei famulus, & Deo placens, quamuis in eo il-
 la vindicta completa sit, ne terram promissionis intraret. Ex
 quo datur intelligi Deum etiam in bonis seruis suis aliqua
 corporaliter, vel temporaliter vindicare, & tamen eos inter
 vasa honesta, & vtilia habere.

Aug. Thom.
 q. 1. super I.

F

Non recedat volumen. **P**rocopius. Est opus intelligentia
 ei, qui

- 7 Ita ero tecum. Et hoc satis patet ex decursu libri in sequentib.
- 8 Non dimittam nec derelinquam. Hic fit multiplicatio ver-
- borum idem significantium ad maiorem dicti assertionem.
- 9 Confortare, & esto robustus. Hic ponitur secundum mādatū
- de terra diuidenda, cui præmittitur diuina consolatio, cū dicitur. Con-
- fortare, & esto ro. Viderat enim *Iosue,* quod *Moses* sanctissimus ma-
- litia perturbatus peccauerat in aquis contradictionis, propter quod
- priuatim fuerat ingressu terra promissionis, & ideo merito timebat, ne
- sibi aliquid simile accideret, & ideo a Deo fuit consolatus, & assen-
- suratus de terra acquisitione, & diuisione, ideo subditur.
- 10 Tu enim forte diuides populos, & c. De quo iuramento ha-
- betur Gen. 32. c. Per memetipsum iurauit dicit dominus, & c.
- 11 Confortare igitur, & esto robustus valde. Hic ponitur ter-
- tium præceptum de lege seruanda. Et patet litera vsque ibi.
- 12 Non recedat volumen legis huius de ore. quia debebat a-
- lios docere de lege, ad quod requiritur meditatio, ideo subditur.
- 13 Sed meditaaberis in eo diebus, & c. vt custodias, & facias,
- quia prius debebat facere, quam docere.
- 14 Noli metuere. metu humano.
- 15 Et noli timere. timore mundano, quia tecum est dominus
- Deus tuus, quē est potens in omnibus.

1 Præcepitque

MORALITER.

1 Tu, & omnis populus tecum. Nullus enim est de populo
 Christi, nisi transeat per aquas baptismi.

Christi, nisi transeat per aquas baptismi.

A ci, qui legem legit, in primis vero fide. Assiduū necnon studium requiritur, quod qui habet, a Davide beatus p̄dicatur, *Omnia enim quæ feceris, inquit, prospere succedent. Lucerna pedum meorum lex tua.* qua confirmatus oēm metū ac timorē eiicit.

Quæst. 1. in Iosue

B a *Præcepitque Iosue.* Augug. Queritur, quomodo hoc præcepit, postquam dominus exhortatus est eum, & confirmavit promittens se cum illo futurū, cum post multo plures dies trāsiit Iordanem? Cum enim hæc mandasset, misit exploratores in Iericho, qui diuenterunt ad Rahab, & ab illa occultati, & a rege quæsi, & non inuenti, ipsa dimittente per fenestram illos, & monente vt triduo in montanis laterent. quatuor ergo dies videtur in his esse consumpti. Cumq; nūtiassent quæ circa se gesta erant, promouit Iesus cum omni populo de loco vbi erat diluculo, & veniens ad Iordanem diuertit. Tunc populus admonetur rursus, vt post triduum præpararet se transire Iordanem. Fuit ergo humana dispositio prius quod fecit nuntiari. Sperauit enim sicut homo hoc fieri posse, si exploratores cito reuertissent, quib. tardantib. intelligitur (& si scriptura taceat) Dei dispositione cetera impleta, vt iam inciperet apud populū glorificari Iesus. Vñ fluiuium trāsituro dicitur. *In die isto incipiam te exaltare coram filijs Israel, &c.* Nā & illi cum quibus Deus dicitur loqui, aliquid humana dispositione agere volūt in qua Deū rectotē sibi esse confidunt, sed eorū consilia sæpe ab illo mutantur, cuius prouidentia reguntur. Vnde Moses tanquā homo putauit omnes causas populi sibi esse audiendas, dispositio eius Ietro suggerente diuinitus mutatur.

Iosue dicens

Exod. 12. b.

C

* Pro-

NICOLAUS DE LYRA.

1 Præcepitq; Io. Hic consequenter ponitur diuini mandat executio & primo quantum ad totum populum generaliter, secundo quantum ad duas tribus & dimidiam specialiter, ibi; Rubenitis quoq; Circa primum sciendum, quod præceptum erat Iosue de transitu Iordanis, vt prædictum est, ponitur hic executio huius mandati, cū dicitur: Præcepitq; Iosue principibus po. In qualibet enim tribu erat vnus princeps, & omnes erant subditi ipsi Iosue.

2 Præpa. vo. ci: Hoc non potest intelligi de manna, q̄ seruari non poterat etiā in crastinū, nisi feria sexta pro sabbatho, vt habetur Exod. 6. ca. nec tamen adhuc defecerat manna, vt habetur infra 3. cap. & ideo intelligitur de alijs cibariis quæ tunc poterant comedi a filiis Israel, etiā cum manna. vnde Dent. 2. c. dicitur fuit, quod filii Esau & Moabitæ venderūt filiis Israel transeuntibus iuxta terrā suam cibaria, quod non potest intelligi de manna, quæ non erat venalis, nec dabat a D o Idumæis et Moabitis: sed tantū filiis Israel. Sicut enim in confinio legis & euangelii simul concurrerunt legalia cum euangelio, sic appropinquate tempore, quo manna debebat deficere, simul concurrerunt in vsum filiorum Israel manna & alia cibaria.

3 Quoniam post di. ter. transibitis Ior. Ex hoc dicūt expositores nostri commuiter, in hoc sequentes Aug. quod Iosue nō fecit istud præceptū de quo loquitur hic scriptura spiritu diuino, sed magis humano & proprio: quia a sine luctu Moysi, in quo dicūt Iosue hoc præcepisse, fluxerūt septem dies ad minus, ante transitum Iordanis, quia, vt dicūt, ante illud præceptū misit exploratores, qui antequam reuenterentur, remanserunt ad minus per quatuor dies, quia postquā missi a Iosue intrauerant ciuitatem Iericho, & hospitati fuerāt in domo Rahab, exentes inde latuerunt in montanis tribus diebus tanquā reuenterentur ad Iosue vt habetur c. se. & tūc Iosue mouit castra, & venit ad Iordanē: vbi manserūt filii Israel tribus diebus, vt habet infra in principio tertii capituli. & ideo non videtur verum fuisse, quod fecit præconizare. Et dicunt etiam vltra, quod sic permissus est Iosue deficere, ne vltra attentaret

MORALITER.

2 Præparate vobis. Per ista cibaria significatur fidei rudimēta quib. instruēdi sunt cathecumini adulti ante baptismū. Per tres autē dies significantur tria tempora. sc̄p̄us legis Mosaiæ, & tempus legis gratiæ, qd̄ incepit a Christi incarnatione & incipitū tertie dei p̄cessit institutionē baptismi. 29. ann. & 13. dieb. sicut dicitur Luc. 3. Et ipse Iesus erat incipiens quasi a novum 30. & c. Per baptismū autē est transitus ad terrā promissam viuendum in spe. In re vero post finē vitæ præsentis, & quantum

* Procopius. Viaticum ex Man colligere iubentur, nec solum qui in diem, verum in triduum, ad hō; ad totum traiectionis tempus sufficeret. Inter eundē enim non oīum conquirēdi com meatum suspendebat. Non quod inter trāseūdū Man inopia essent laboraturi, verum vt omnib. omissis

D

ad terram promissam contenderēt. Ad tres enim dies deinceps eos adhuc māsit, dū pacatis ritu peractō, azyma comederunt. Tunc. n. terræ prouentu vilitate primum ceperunt. Porro cuius Iordanē traiecturo com meatus necessitas imponitur, operū videlicet penitentia, quo cū Christo queat dicere. *Cibus meus est, facere voluntatē eius qui misit me.* Helix quoque dicitur. *Surge, & comede, quoniam grandis tibi restat via.* Via enim Dei virtutis operationē requirit.

Ioan. 4.

† Nu. 22. d.

3. Reg. 19.

Serm. 106. de temp.

E

* August. Diem tertium Trinitatis agnoscimus esse mysterium. Cibus autē præparandus fides intelligi debet, per quam in Trinitatem creditur, & ad sacramētū baptismi peruenitur. Quod ergo tūc Iesus ille dixit

populo suo, hoc nūc & verus Iesus p̄ ministros suos, dicit populo Christiano. Quid est. n. aliud dicere. Parate vobis cibum ad diem tertium, nisi, Trinitatis suscipite sacramentum.

b Rubenitis quoque. Adaman. Consideremus quam formam teneant duæ & semis tribus, quæ per Moysen hereditatē accipiūt, & quam reliquæ nouem & semis, quæ per Iesum reprobationem hñt sanctæ terre. Qui per Moysen accipiunt portionem, oēs primo geniti sunt. Ruben namque primogenitus est ex Lia, Gad ex Zelpha, Manassēs ex filia sacerdotis Helioleos, vxore Ioseph. In his ergo iā tūc adubrabať duorū

Orig. Hom. 7. in Iesum Nat. ue.

F

for-

taret similia facere absq; consilio diuino, maxime cū dominus dixisset Nu. 27. ipsi Moysi. Tolle Iosue filium Nun, & c. vt succedat tibi. & subd. i. ibidē: Pro hoc si quid agēdum erit, Eleazar sacerdos consulat dñm. Sed istud dictum falso meliori iudicio non videtur consonum scripturæ præcedenti & subsequēti. vt enim patet ex prædictis, intentio domini erat asscurare Iosue in principio sui ducatus, vt eum dirigeret in suis actibus, dicens: Non dimittam, neq; derelinquam te. & postea subditur: Noli metuerē, & noli timere: quā dñs Deus tuus tecum est in oibus ad quæcumq; perrexeris. & ideo non videtur conueniens: quod dominus in principio sui ducatus dimiserit eum sic agere spiritu proprio & errare. Similiter hoc non est consonum literæ sequenti. Ex qua videtur intentionem domini fuisse exaltare Iosue, & dare ei auctoritatē in principio ducatus sui, ita quod populus Israel sibi crederet in posterū & obediret: vnde dicitur infra 3. c. Dixitq; dñs ad Iosue: Hodie incipiā exaltare te coram oī populo Israel, &c. Et ideo non est verisimile, quod in principio sui ducatus permisit eū prædicere falsum & præconizare in toto populo, quia ex hoc crederetur quod spiritus domini nō esset in eo. Et ideo dicūt Hebr. & etiā al. qui expositores nostri, quod istud præceptū Iosue scribitur hic per anticipationē: quia non fuit factū donec exploratores ab eo missi reuersi fuerūt ad ipsum: & ex tunc nō fluxerūt nisi tres dies vsq; ad transitū Iordanis, vt habetur infra 3. cap. Non enim sacra scriptura semper refert gesta eodem ordine quo facta sunt, sed aliquando prius facta posterius scribuntur, & e conuerso & secundum hoc accipitur sexta regula exponēdi sacram scripturam, prout dictum fuit in principio Genes.

4 Ruben. quo. &c. Hic ponitur executio præcepti quantum ad duas tribus & dimidiam specialiter, quibus Moyses assignauerat terrā vltra Iordanem, cum tali pacto, quod mulieres & familia remaneret in vrbibus muratis, & viri bellatores transiret Iordanē, quousq; acquisita esset terra a his nouē tribubus & dimidia, pp̄ quod Iosue reduxit eis ad memoriā q̄ ad pactū, vt parati sint adimplere. & patet litera vsq; ibi: Sicut

quantum ad animā a culpa & pœna totaliter expeditā, quantum ad totū compositum ex aīa & corpore in mūdi finem. **4** Rubenitis, &c. Per Rubenitas qui filii visionis interpretantur prophetæ significatur, vnde & antiquitus prophete vidētes appellabatur, sicut dicitur. 1. Reg. 9. b. *Qui hodie dicitur propheta, olim appellabatur videns.* Per Gadditas qui felices interpretantur, patriarchæ signantur, ex quib. secundum carnē descendit Christus, qui est felicitas oīum. Per dimidiā tribū Manassē signantur alii sancti vt. te. omnes enim figuratiter trāsierūt

Corona populorum. Vnus qui primogenitus esset p natura
 or. Inem, athenas qui per sidē, & gratiā benedictionē hēre-
 ditatē accepit. Nec p̄p̄ illis qui per Moysen accepit hē-
 reditatē, per legem placuit Deo, requies datur, nisi ad-
 muerit. Senes suos in paraly. Mulieres tantū, & infantes ac-
 ceperunt quā rem, ceteri non re-
 quiescunt, sed exierunt ad auxiliū
 futurū. Nobis certantibus in
 hac vita cōtra demones venut
 in auxiliū qui ante aduentum
 Christi in lege iustificati sunt,
 vt Hieron. Ieremias, & alij pro-
 phete. quoniam ledione acrimia
 & illūmiam. Hi sunt quidē
 vni fortes armati, & p̄cuncti
 iunioris in veritate, & exierunt ad
 auxiliū nostrum, & pugnant no-
 b̄ in unum. Infantes vero ac mulie-
 res non exierunt ad p̄cium no-
 strum. Infans dicitur, qui nō lo-
 quitur. Quid me ergo iuuare po-
 rest, nihil locutus est, quod legi,
 cuius me sermo nō iustificat. Mu-
 lier ueritū vas est, nec ad con-
 sultum venit, ne contingat, &
 peccat, vnde: *calamum quassum
 non potest regere.* Quia ergo mu-
 lieres a viis suis domi doceri ut
 bonum, & magis dilectes, quam
 doceri videntur, ut ad auxiliū
 nostrum non veniunt. Me enim
 nihil docere potest, cuius nihil
 in me, qui ad imitari debeam
 vel uere. Nec videtur milito-
 rum, quo non tres integre
 tribu sunt, que per Moysen di-
 spendantur, nec ille integre ro. que per Iesum hēreditate
 ponuntur, sed due semis hie, & nouē semis ibi. Sed vna diui-
 dit̄ per q̄ nec ternarius impletur, nec denarius, quia priores
 contigerunt quidē scientiā Trinitatis nō integrē, nec perfe-
 ctā, qui nō cogitolebāt vniuenti incarnationē, hēet enim
 auctoriū eius crediderunt, & reliquis eius dispensationes, & ēē
 sceleratē, non tū videre, & adp̄ter, que crediderant, po-
 tuerunt, vnde: *Multi prophete, & reges voluerunt videre, que vos
 videtis.* Et a. n. fides illorum non integra, quia nondum
 fuerant in Christo impleta dispensatio carnis, & quod nos iā
 facti credimus, illi credēbant futurum. Ille ergo tribus
 neq; due sunt, nec partes extra fidē, & salutē Trinitatis sūt,
 neq; que integre, & perfecte, ne Trinitatis sacramentū in illis
 vidētur impletum. Sed contigerunt quidē ternū nume-
 rū, quia cupierunt videre quem videmus, & non potuerunt.
 Ternate, nec in aduentu Iesu, quod perfectū est, & integrū
 d. ternus, nec in aduentu ducatur, & consummetur in omni-
 bus, nec in a mortuis surrexerit, omnia nobis, q̄ p̄fecta sunt,
 per se inceptum monstrabit, vnde: *Multa habeo vobis dicere, sed
 non potestis audire.* Veniet autem spiritus veritatis, qui a patre p-
 cebit, &c. Vides quia non solū apud Moysen ternarius imp-
 lectus est, sed adhuc Iesus dicit discipulis suis, *non potestis audi-
 re modo, nisi veniat spiritus veritatis,* quia, d. per ipsum, & in ipso
 adimpletur perfectio Trinitatis. Nouem semis tribus sunt,
 que

que sub Iesu aguntur, non in terra decem, qui nomenis p̄e
 Ch̄s est, vt quod a dño Iesu reuerenti dicitur (spir. sancti mē, &
 templū viderit ac modum. Quāuis enim per Christi
 penitentia p̄betur ac conuersio, & detur peccatorum re-
 missio, & omnia que ad perfectionem decadis videntur tē-
 dere, tū perfectio, & summa
 est cunctōū bonōū, si post
 hęc omnia quis spū sancti
 gratiā mereat accipere. Pre-
 terea in hoc libro scriptū est
 q̄a verū altare erat illa ter-
 ra, quā Iesus dispensauit. Ru-
 ben vero, & Gad, & dimidia
 tribus Manasse fecerūt sibi al-
 tare nō verū, sed qd typū ve-
 ri altaris hēret, qd erat apud
 Iesū. Quid ergo mirū, si nou
 acceperāt integrā Trinitatis
 scientiā, q̄ nec integrū, nec
 verū altare cōstruxerant? Iō
 nec multi hostes, nec plures
 reges p̄rium virtutum ab
 illis deieci sunt. Schō tantū
 modo regē Amortheorum
 & Og regē Bisan, & Amale-
 chitas deiecerūt trās Jorda-
 nē. Sed vbi Iesus duxit exer-
 citū, nūc quinq; reges simul
 cadūt, q̄ cōfugerāt in spelun-
 cas, & suspendunt in ligno,
 nunc 30. pariter iugulant, &
 exterminant omnes, q̄ san-
 ctam terram in immundicia
 possident, qui terram fluuen-
 tem lac, & mel in amaritudi-
 ne malitię detinent.

autem transite armati ante fratres vestros, om-
 nes fortes manu, & pugnate p̄ eis, donec det
 requiē dominus fratribus vestris, sicut & vobis
 dedit, & possideant ipsi quoq; terram, quam
 dominus Deus vester daturus est eis, & sic re-
 uertimini in terram possessionis vestrę, & ha-
 bitabitis in ea; quā vobis dedit Moyses fa-
 mulus domini trans Iordanē, contra solis or-
 tum. Responderuntq; ad Iosue, atq; dixerunt:
 † Omnia quę pręcepisti nobis faciemus, &
 quocunq; miseris, ibimus. Sicut obediimus
 in cunctis Moysi, ita obediemus, & tibi: tūm
 sit dominus Deus tecū, sicut fuit cū Moysē.
 † Qui contradixerit oratio, & non obederit
 cunctis sermonibus quos pręceperis ei, moria-
 tur. Tu tantum confortare, & viriliter age.

a & Omnia, quę pręcepisti nobis faciemus. Procopius. Tantum
 non verba Christi discipulorum sunt, quorum opera gentes
 ad fidē sunt adductę. Quālis erat Paulus, qui legis authorita-
 ti, q̄ ipse quoq; verbis Ihero ei fuit, cū renuntiasset, ea prę-
 Christo multatā esse duxi, inquit. Porro traducti per Iordanē
 pedē retulerunt illi, Quos aliquis priuatū sequutus iudicium
 is esse similes, qui post gratiā legē inuehunt, possit dicere,
 &c. Caterum post vitam cum fidelibus certant, quo quot re-
 hēlis nucibus viros sese pręstiterunt, cuiusmodi Paulus de
 Ephesijs testatur, qui Corinthios virgines nuncupat.
 b & Qui contradixerit, &c. Procopius. Huiusmodi etiā Chris-
 ti discipuli, quales hoc. Cum tempora ignorantiā neglexisset Deus,
 &c. Ne non Christus, inquit: Amen dico vobis, si non crediderit-
 is in peccatis vestris moriemini.
 & Rupertus. Rubemitis, & Gaditis nonnulli Iudęos esse si-
 miles volunt, eo quod extra Iordanem habitare, id est, fidem
 vel baptismum Christi non suscipere elegerint, & tamen ac-
 cuncti atque armati pergant ante nos, & pugnent pro nobis,
 baulando secum per omnes terras legis, & prophetarum
 libros, quibus fides Christiana eo improbat ac defenditur.
 Vel Rubemite, & Gadite sunt ecclesiastici ordines, qui iā
 in hoc sæculo, vt instantius verbum Dei annuntient, hēitas,
 & ex euangelio tibi concessas facultates accipiunt, vt illis e-
 uangelizare valet.

1 Petr. 4.
 11. 4. 1. 1.
 1. 1. 1. 1.
 1. 1. 1. 1.
 1. 1. 1. 1.
 1. 1. 1. 1.
 1. 1. 1. 1.
 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.
 E
 F
 Com. in cap.
 Iosue.
 A. 1. 17.
 Ioan. 8.
 Li. 1. Commē
 in Ios. cap. 3

NICOLAUS DE LYRA.

Sicut obediunt cum Moysen. Cetera quod sciendum, quod non est hic
 locuti, conditione, ac si sensus. Obediemus, & tibi, sicut Moysi, si
 in domino fuerit, cum ipso Moysi, aliter non obediemus, quia
 iubi ch abent obedire s̄ personis, seu dominis, non in bonis, & mo-
 dellis,

MORALITER.

Iordanē baptismi. 1. Cor. 10. 2. Omnes in Moysē baptizati sunt, &
 armati bde manserunt ad terrā viuentū in spe ante sanctos
 nocte. Moraliter, per Iosue, qui non solū de transitu suo, sed
 ēē totius populi fuit valde sollicitus significatū bonus prela-
 tus, vel doctor seculus, vel religiosus, qui non solū de trāsi-
 tu suo ex hoc mundo ad patrem, sed etiam aliorū est solici-
 tus,

desis, sed etiam malis, & discolis, & habetur. 1. Petr. 2. c. Et saluator
 Matt. 23. a. Quęcunq; dixerint vobis facite, opera autem
B Iordane. Quod vero scriptum est. *Et festinauit populus, & transiuit Iordanem.* non puto esse ociosum. Nobis enim venientibus ad baptismum, & suscipientibus, verbi Dei sacramentum, non segniter agendum est, sed festinandum, donec omnia, mandata impleamus, vt peruenire ad promissam beatitudinem, mereamur. Cum vero omnia transierimus, diligenter, & caute incedendum est, ne de improviso effundantur gressus nostri, vnde. *Pene effusi sunt gressus mei.* Nec remissior sollicitudo debet esse in conferuandis, q̄ acquirēdis virtutibus, quod designatur cum dicitur,

Psal. 72. a. armatorum.



decim viros quos elegerat de filiis Israel, singulos de tribub. singulis, & ait ad eos, Ite añ arcam domini Dei vestri, ad Iordanis mediū, portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel, vt sit signum inter vos. Et quando interrogauerint vos filij vestri cras, dicentes, quid sibi volunt isti lapides? respondebitis eis. † Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam foederis domini, cum transiret eū, idcirco positi sunt lapides isti in monimētum filiorum Israel vsque in æternum. Fecerunt ergo filij Israel sicut eis præcepit Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt ei dominus imperarat, iuxta numerum filiorum Israel, vsque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam foederis domini, & sunt ibi vsque in præsentē diem. Sacerdotes autem qui portabant arcam, * stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur, quæ Iosue vt loqueretur ad populum, præceperat dominus, † vt dixerat ei

^a Non otiose, non remisse nobis agendum est, sed omnia præcepta domini festinanter transeunda & petitienda.

b Moyses. Festinauitque populus, & transiit. Cùmque transissent omnes, transiuit & arca domini. Sacerdotes quoque

^a Quasi doctores & duces ad terram promissionis.

pergebant autē populum. Filij quoque Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse armati præcedebant fratres suos filios Israel, sicut eis præceperat Moyses, † & quadraginta † pugnatorum milia † per turmas, & cuneos incedebant per

^a Quia cum omnia transierimus, diligenter & caute eundem est, ne effundantur gressus nostri.

iam non sit qui exterretrat filios Israel.

NICOLAUS DE LYRA.
C A P. III.

- 1** **Q** Vib. tr. Hic consequenter ostenditur quid actum fuit in exitu Iordanis, quia 12. lapides de alueo Iordanis fuerūt exportati, & 12. alij de terra arida in alueū positi. In hoc igitur sic procedit: qa primo ponit domini & Iosue iussio, secun. iussionis impletio, ibi: *Fece.* ergo. tertio tēporis determinatio, ibi: *Popu. au.* Circa primū dicitur: **2** *Dixit domi. &c.* Elige 22. vi. i. iam electos accipe: quia de mandato Iosue quilibet tribus elegerat, vnū, vt dictū est ca. præced. & ideo ista electio aliquando attribuitur Iosue, aliquando tribubus: quia facta est a Iosue auctoritative, & ab illis executive.
- 3** *Duodecim duris. la. &c.* Vt possint diu permanere ad memoriā facti: quia ad hoc tollebantur, vt infra dicitur: vt sit signum inter vos, & patet litera vsque ibi.
- 4** *Vsque in æternum, &c.* Accipitur hic æternum, pro tempore longo & indeterminato.
- 5** *Fece. er.* Hic ponitur iussionis impletio, & patet litera vsque ibi.
- 6** *Alios quoq; duodecim lapides po. Ios. &c.* Vt haberetur testimonium

M O R A L I T E R.

1 *Quibus transgressis, di. do. &c.* Hic agitur de duodecim lapidibus exportatis de alueo Iordanis & de alijs duodecim in ipso ponēdis, per primos lapides allegorice signatur populus Judaicus ex duodecim filiis Iacob procreatus, qui nutritus fuit in humore doctrinae legis & prophetarū, sed adueniēte Christo eiectus fuit ad obstinationis ariditatem. Per alios duodecim signatus fuit populus Gētilis, qui per prædicationem 12. Apostolorum conuersus est ad fidem Christi, & ex aridi-

ditate infidelitatis translatus est ad humorem gratiæ per gratiam baptismalem.

Moraliter autem per duodecim lapides in Iordane positos, significantur duodecim fructus spiritus qui cum gratia dantur in baptismo, & ponuntur Gal. 5. d. *Fructus autem spiritus est charitas, gaudiū, pax, patientia, longanimitas bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* & hi fructus lapides, dicuntur, propter firmitatem & stabilitatem in bono quam personæ fideles per eos consequuntur, propter quod dicitur Heb. 13. b. *Optimum est gratia stabilire cor.*

tur, quia 40. milia virorum in veritate accincti transierunt ad expugnandam Iericho, accincti scilicet cingulo veritatis, vnde. *Estote accincti liberos vestros in veritate.* Nonstrum etiam cingulum debet esse veritatis, si tamen seruauerimus militiæ huius & cinguli sacramentum. Si falsum loquimur, discingimur baltheo veritatis. Simus ergo in veritate electi, sed in falsitate discincti transeunt Iordanem ad bella transimus, contra spiritualia, nequitia in cælestibus. Hæc, enī omnia propter nos scripta sunt. Exeamus ergo ad bellum, vt expugnetur a nobis ciuitas prima, huius scilicet mundi malitia, & superna necenia. Intra te prælium est, intrate edificatio mala, & subuertenda. Hostis tuus de corde tuo procedit. *De corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, &c.* Vides quantus sit & qualis est exercitus tuorum hostiū. Hi nobis prima strage fundendi sunt, vt nullū relinquamus, tūc nobis per Iesum dabitur illa requies, vt vnusquisque requiescat sub vite sua, & sub ficu sua, cum

D
Eph. 6. c.
* preparato
-durissimos.
† De. 27. a.
† Iosue.
Ebidem b.
E
* foederis.
Matth. 15. b.
† præceper
† circiter qu
draginta.
† transierunt
ante domum
ad præliū ad
F

In

Simonum transitus miraculosi intra aquam & extra. Et isti. 12. lapides positi intra alueum fuerunt ita magni, quod poterant apparere supra aquam quando erat parua: ideo de istis 12. lapidibus non dicitur quod singuli homines portauerūt singulos lapides, sicut de alijs duodecim, sed quod Iosue posuit eos quod est intelligendum per adiutorium multorum propter magnitudinem lapidum. Et de istis lapidibus dicitur cōmuniter a doctoribus, qđ Iohannes Baptista baptizans in Iordane dixit: Potest Deus de lapidib. istis suscitare filios Abraham, vt habet Mat. 3. b. 7 Et sunt ibi vsque in præsentem diem. Hoc refertur ad tempus, quo liber iste fuit scriptus, & forte adhuc sunt ibi. 8 Festina. popu. & transi. Quia erat magna multitudo valde: & ideo oportebat eos festin. anter transire. 9 Cūque transissent om. tran. arca do. Et hoc ad præceptum domini ad Iosue, vt infra exprimitur. 10 Sacerdotes quoque perge. ante po. Quamuis. n. populus ante transisset Iordanem, tamen stetit iuxta ripam, quousque sacerdotes portantes arcam transissent ultra populum qui debebat sequi arcam, vt dictum fuit cap. præcedenti.

In illo

A In die illo, &c. Semper exaltatus est Iesus apud patrem, sed opus est, ut in conspectu nostro exaltet illum Deus. i. ut altitudinem diuinitatis eius cognoscimus. Hoc autem fit si Iordanem transierimus, & varijs sacramentorum munimentis ad futura bella armemur.

b Præcipe sacerdotibus.

Aug. Mandata facer dotibus portantib. arcam testamenti, &c. Solet dici arca testamēti, vel arca testimonij. Nūc ergo dicitur arca testamenti testimonij, ut non solum arca, sed etiam ipsum testamentum appelletur testamentum testimonij. Hic enim dicit Apostolus Nūc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testimonium habens per legem & prophetas, quia in rei ventura testimonium datū fuit vetus testamentum.

c Pop. au. Ada. Non

sine causa signatur quando veniunt ad Iordanem. Decima, inquit, mēsis primi, hæc est ipsa dies in qua agni mysterium præcipiebatur in Aegypto. In eandem terram promissionis intrant, & valde beatum est, ut ipsa die qua errores quis subterfugit seculi, terram promissionis ingredatur. i. in hac die qua in hoc seculo viuimus, tota. n. vita presens vno die signatur. Per hoc ergo edocemur, ne opera iustitiæ in crastinum differamus, sed hodie. i. dum viuimus, omnia quæ ad perfectionem sunt implere festinemus, & ita poterimus decima die primi mensis terram promissionis. i. beatitudinem perfectionis intrare. Notandum autem quod sæpe ista dies repetitur, quia licet generalis nobis sit vna perfectio, si tñ vnā virtutum speciem integre poterimus implere, est ipsius virtutis sua queque perfectio. Sic ergo per singulas virtutes inue-

ueniuntur multe perfectiones. Illa vero est generalis que omnium in se continet perfectionem & summam. Ideo ergo in hac die multe gesta recapitulantur, ut multe perfectiones ad vñū diem pendere significent.

d Dno. quo. i. mysteriū agni in Aegypto præceptū est, quia eo

Lata & spaciola est via Iericho. i. mundi.

Malitia mundi, & superba mētia peccati prius nobis euertenda sunt.

a plana atque campeltria vrbis Iericho. In die illo magnificauit Dominus Iosue coram omni Israel. † vt timerent eum

Qui sub lege & hinc Moyse, cum ad euangelium transitur, mutata obseruantia maior immutatur. vnde. Per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam.

sicut timuerant Moysen, dum adhuc viueret. Dixitque ad eum. Præcipe sacerdotibus qui portant arcam scederis, vt ascendant de Iordane. Qui præcepit eis, dicens Ascendite de Iordane. Cumque ascendissent, portantes arcam scederis domini, & siccam humum calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut ante consueuerant.

c Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra orientalem plagam vrbis Iericho. Duodecim quoque lapides quos de Iordanis alueo sumplerant, posuit Iosue in Galgalis. Et dixit ad filios Israel. Quando interrogauerint filii vestri

dem die quo errores mundi fugimus, terram, promissionis ingredimur. Tota enim vita presens vna dies est, hodie ergo, id est, dum viuimus, ad perfectionem festinemus, nec in crastinum differamus.

Duo. quo. Isid. Transseunt filii Israel Iordanem susculerunt de medio fluminis 12. lapides, quos pro testimonio posuerunt in loco secundæ circumcissionis, ad signandum nobis, vt dum de laqueo confurgimus, apostolicæ vitæ exempla firmissima nobiscum

portare debeamus, quorum semper testimonium ad imitamenta virtutum inueamur.

*** Damascenus** Imagines sunt monumenta quedā. Et enim illiteratis hominibus hoc sunt, quod literatis libri. Et quod auribus oratio est, idem est oculis imago. Cui tamē imagini intelligentia coniungimur. Idecirco iussit Deus, vt arca fieret e lignis q̄ non corrumpuntur, iussitque ut extra inauraretur, atq; in ea ponerentur tabulæ, & virga, & vna, in qua māna ad rerum gestarum futuramq; memoriam cōtinebatur, hæc autē quis imagines esse & præcones clarissimos negabit? neque vero ex lateribus tabernaculi, sed in conspectu totius populi iacebant. Hæc qui spectabant, Deum qui per illas agebat, adorationis patriæque cultu venerabantur. Neque enim cultum hunc ipsis exhibebant, sed per ea reuocabantur, in

memo-

NICOLAUS DE LYRA.

1 In illo die ma. do. lo. Per factum prædictam mirabile, vt populus haberet eum in reuerentia & timore.

2 Præcipe sacer. &c. Hoc ponitur ad ostendendum, quod sicut de speciali mandato Dei steterant in Iordanis alueo, ita & de eius speciali mandato recesserunt.

3 Vt ascend. de Iord. Ex hoc, quod non dicitur hic vt transeant, sed vt ascendant: dicit Hebræi, quod ascenderunt super ripam per quam intrauerant, eo quod stabant iuxta illam secundum eos prout dictum est supra cap. præcedent. Et quia dicit textus hic, quod cum pedes sacerdotum fuerunt extra alueum, aqua Iordanis iuxta steterant, statim fluxerunt secundum cursum suum. Ex quo sequitur secundum dictum Hebræo rñ, quod populus Israel tunc fuit ex vna parte Iordanis, & sacerdotes cum arca in parte opposita, & aqua Iordanis in medio currens. Ideo dicunt, quod arca aliter transiit quam populus, dicentes quod arca portauit portatores suos, quod est sic intelligendum, quod virtute diuina arca cū sacerdotibus fuerat subito transportata, non solum vltra fluium sed etiam vltra populum, quem debebat præcedere, vt prædictum est. Sed hoc videtur fuisse vniu:um quia non est verisimile, quod scriptura tacuisset tantū mirabile, tum quia innititur falso. s. quod sacerdotes steterint in alueo Iordanis iuxta ripam per quam ingressi fuerunt, quia steterunt in medio aluei, vt dictum est ca. præcedenti. Tum quia modus loquendi ex quo arguunt propositum cum dicitur, vt ascendant, magis est ad oppositum, vt videtur, quia consequenter de transitu populi subditur. Populus autem de Iordane ascendit decimo die, &c. & tamen per alueum pedibus transiit, vt exprimitur in litera & ipsimet cōcedunt. Quod ergo dicitur Vt ascen. hoc est, quia sacerdotes stabant in medio aluei, vt supra dicitur 12. vbi alueus est profundior quam prope ripam: & ideo progressus de loco illo ad ripam procedit ascendendo. Cetera parent ex prædictis.

4 Populus autem. Hic consequenter describitur temporis determinatio cum dicitur: Populus autem, &c. de die men. p. hoc autem exprimitur ad maiorem historię certitudinem.

5 Et castra. sunt in Gal. Hoc nomen ponitur hic per anticipatiōnem, quia postea fuit impositum illi loco, vt habetur sequen. ca.

6 Duodecim quoque la. &c. posuit lo. in Gal. Dicunt Hebræi, quod transitu Iordanis non statim ierunt in Galgalis, sed prius ierunt in montem Hebal, & ibi portauerunt illos. 12. lapides, & leuauerunt eos calce & scripserunt super eos mandata legis, & fecerunt b. n. dictiones

nes & maledictiones solenniter, & de lapidibus illis fecerunt altare, & super illo obulerunt hostias, & in sero venerunt in Galgalis, vbi metati sunt castra, apportantes ibi 12. lapides prædictos, vt manerent ibi pro signo transitus Iordanis miraculosi. Et ad hoc allegant qd prædictū est in hoc c. Donec omnia complerentur quæ Iosue, vt loqueretur ad populum præceperat dominus, & dixerat ei Moyses. Moyses autem dixerat quod transitu Iordanis leuarent lapides calce, & scriberet ibi legem, & quod ponerent benedictiones super montem Garizim, & maledictiones super montem Hebal vt habetur Deu. 22. Sed id videtur falsum, Tū quia tot & tāta nō possunt fieri vna die, vt pote transitu Iordanis, maxime tāte multitudinis, progressus ad montem Hebal, & Garizim, qui locus satis plus distat a Iordane quam ciuitas Iericho: solennitas benedictionum & maledictionū, & descriptio legis super lapides, & immolatio hostiarum, & inde progressus ad Galgalis locum. Tum quia videtur contradicere ei quod dicitur infra 8. c. post de destructione Iericho & Hai. Tunc edificauit Iosue altare dño Deo Israel in monte Hebal, &c. vt subditur de descriptione legis super lapides, benedictionibus & maledictionibus. Tum quia repugnat ei qd dicitur Deut. 28. a. vbi dicitur de lapidibus in quibus scribenda erat lex. Eriges ingentes lapides, &c. lapides autem isti nō fuerunt tales, quia singuli homines portabant singulos lapides vsque ad locum castrorum, vt dicitur in princ. huius cap. Item litera huius c. quam pro se allegant, magis est ad oppositum quia ibi dicitur: Sacerdotes autem qui portabant arcam stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ Iosue vt loqueretur ad populum præceperat dominus, & dixerat ei Moyses: Si ergo istud dictum Moysi intelligit de descriptione legis super lapides, & benedictionibus & maledictionibus, sequitur quod sacerdotes steterunt in medio Iordanis cum arca, quousque omnia prædicta fuerunt completa, & tunc arca nō præcessisset populum in progressu prædicto, cuius cōtrarium dicitur in hoc ca. Similiter arca & sacerdotes nō fuissent presentes, quando benedictiones & maledictiones solennitate fuerunt in monte Hebal & monte Garizim: cuius contrarium dicitur infra 8. c. Et ideo quod supra dicit. Donec complerentur, & subdit, quæ dominus præceperat, & Moyses dixerat. intelligitur de transitu Iordanis, & de portatione 12. lapidum vsq; ad locū vbi remanserunt sequente nocte, & de portatione 12. lapidum aliorum intra Iordanis alueum: præceperat enim ista dominus & Moyses etiā dixerat Iosue, saltem in parte. s. quantum ad Iordanem transitum, & nō intelligitur de alijs quæ postea fuerunt facta.

7 Quando interroga, &c. id est, in futurum tempus. Cetera patet.

C A P.

A memoriam rerum admirabilium, & authoris earū Dei quē adorarent. Cur non igitur nos cruciatum, mortisq; salutiferā, & rerū a Christo gestarū imagines effingemus, vt cum ē nobis quælierint filij nostri, quid hæc significant, respondeamus. Deum verbum hominem esse factum.

Orat. 3 de imag. * Idem. Sextum imaginum genus est, quod pro eorum q mirabiliter gesta sunt, memoria conseruāda, ad posterorum utilitatem spectandū proponitur. Verum hoc duplex est. Aut enim literarum monumentis in libris inscribitur: aut oculis spectandū subiicitur: vt eūm vna, & virga posita sunt ad memoriam sempiternam, cumque duodecim lapides ex Iordane sumpti sunt, qui sacerdotum notam figuramque significarent. Sic & nunc virorum præstantium imagines, quæ nos

nos moneāt, & ad imitandū incitent, studiosè conficimus. **D** * Ioseph. Iesus ex lapidibus quos singuli principes tribuū tulerant de profundo Iordanis, altare cōstititens, pro futuro signo interrupti fluminis, sup illud sacrificauit Deo, & festiuitatē Paschæ in illo loco cūc^o popul^o celebrauit, & omniū que eis deerant primitus facillimè tūc abundabāt. Nā & mesē iā maturā Chanaanorum metebant, & cetera opulentissima possidebant.

Lib. 1. Anti-quit. cap. 1.

cras patres suos, & dixerint eis: Quid sibi volūt lapides isti? docebitis eos atq; dicetis: Per aren-tem alueū transiuit Israel Iordanē istū, siccante dño Deo vestro aquas eius in conspectu vestro donec transiretis, sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec transiremus, vt discāt omnes terrarum populi fortissimam manū Dei vt & vos timeatis Deum vestrum omni tēpore.

* Procop. Erigit lapides Duodecim partim monumento filijs, partim terrori hostibus, partim autem de vno Deo eruditioni. Res enim diuine non ostentationi, sed audientū videntiumque saluti inferunt.

Comment.

* Rupert. Vtrobique magnum & euidentis testimonium, credulis bonū & iucundū: incredulis, triste atq; pauendum.

C A P.

C A P. V.

a **B** *ostquam ergo aud. & c.* Procop. Cū miraculū percrebuisse, quotquot in inueterata impietate sunt oppressi, animis defluerūt quos armis depositis, paci; intentos esse oportet.

Porro qui audaciores erant, nihilominus animis cōciderunt, verumq; quod a Mose prædictum extitit, omnes habitatores Chanaan, &c.

b * *Fac tibi cultros lap. & c.* Iustin. Martyr. Priscus ille Iesus dicitur secunda circuncisione cultris lapideis circūcidisse populū, qd fuit præsagium circuncisionis, qua nos Iesus Christus refecit à lapidibus simulacrisque cæteris, cōgestis acerbis præputiorū: hoc est, liberauit nos ab errore mundano: vbique gētium multis circuncisis cultro petri-
† acutos.

C intelligere, per quos tot errabundis præputia cordis resēta sunt.

* Rabbi Moses Maimonis. Duris silicibus vsus est Iosua, non acutis gladiolis.

* Tertul. Quia Iesus Christus nos introducturus erat in terram promissionis lacte & melle manantem, idest, vitæ æternæ possessionem, qua nihil dulcius: idq; non per Mosen, idest, non per legis disciplinam, sed per Iesum, idest, per Euāgelij gratiam, prouenire habebat, circuncisis nobis petrina acie, idest, Christi præceptis (petra enim Christus) ideo Iosue nomine domini inauguratus figura, Iesus cognominatus est.

Quæst. 6. in Iosue. August. Queritur cur dixerit iterum? Non. n. vnus hō bis circuncidendus erat. Sed quia vnus populus erat in quibusdā circuncisus, in quibusdā nō circuncisus: ideo dictum est, iterum: vt circuncisus iterum circūcideretur non homo, sed populus. Quidā de Aegypto exeuntū filij in illo populo circuncisi

cuncisi erant, quos circūcidere potuit Iesus illorum. f. filios quos genuerunt in deserto, & contēperunt eos circūcidere, quia inobedientes erant legi Dei. Cur ergo putāt rebaptizandos eos qui habent Christiani baptismi sacramentū, quasi hoc testimonio legis adiuti? Cū non vnus homo bis circuncisus sit, sed populus qui fuerat in quibusdam circuncisus, in quibusdam vero incircūcisus erat: et si aliquo modo fieri posset, vt Deus hoīem bis circūcidi iuberet. Nunquid dicere pnt, qui rebaptizandos putāt, ideo fuisse pceptū, quia illi ab Aegyptijs fuerāt circuncisi, aut ab aliquibus hæreticis ab Israelitarum societate segregatis.

C A P. V.



ostquam ergo audierunt: omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trās Iordanē ad Occidentalem plagā, & cūcti reges Chanaan, qui propinqua possidebant magni maris loca, quod siccaisset Dominus fluentia Iordanis coram filijs Israel, donec transirent, + dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israel. Eo

a *Quia in petra quæ Christus est, purgamur, & opprobrium Aegypti. i. obseruantes Aegyptiorum deponimus.*

b *tempore ait Dñs ad Iosue. Fac tibi cultros lapideos*

Mosen eruditus est, idololatriæ errorem cultumque deposuit. Hæc est prima circuncisio per legem. Si vero ad euangelium perueniat, secundam circuncisionem accipiet p Petram, quæ est Christus, & auferetur ab eo opprobrium Aegypti. Nisi enim quis per euangelium fuerit secunda circuncisione purgatus, non deponit opprobrium Aegypti, et si enim omnes ex lege veniant, & per Mosen eruditi, habent tamen opprobrium peccatorum. vnde & Paulus: *Fuimus & nos aliquando insipientes, & increduli, errantes in desiderijs & voluptatibus, & c.* Sed postquam Christus venit. & per baptismum secundo circuncidit & purgauit animas nostras, abiecit hæc oīa, & pro his assumptimus conscientia bonæ astipulationem in Deum. Nemo ergo si integrè conuersus est, & ex corde pœnituit, fideliter Iordanē transiuit, & secundam circuncisionem accepit, præteritorū metuat opprobrium delictorum audiens, quia hodie abstuli a te opprobrium Aegypti. vnde alibi: *Remissa sunt tibi peccata tua, sed*

E

c. 6. in Iosue
† liquefactum

F
Ad Tit. 3. a.

Orig. hom. 6.
in Iosue.

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. V.

Postquam ergo. *Osteso quod factum fuit in Iordanis introitu, & quod in exitu, hic consequenter ostenditur quod factum fuit a filijs Israel in statu antequam bellarent contra habitatores terræ: quia ante congressum fuerunt circuncisi, & pascha celebrauerunt, & ab angelo apparente Iosue confortati sunt. Et ideo primo agitur de circuncisione, secundo de paschæ celebratione, ibi, Manteruntque. tertio de*

tio do populi confortatione, ibi: Cum autem esset Iosue. Circa primum præmittitur timor a Deo immixtus super aduersarios Hebræorum. & patet litera. Hoc autem a Deo factum est, ne venirent ad pugnandum contra filios Israel tempore quo fuerunt de nouo circuncisi, quia tunc erant ad bellandum inepti, & subditur circuncisionis præceptum, cum dicitur.

2 *Fac tibi cul. la. Hebræi dñt non aculas acutas. Cultellus enim lapideus*

MORALITER.

a *Et tempore, & c. Fac tibi cul. & c.* Ista circūcisio solennis figura fuit sacramenti baptismatis. quo præscinduntur oīa peccata simpliciter quantum ad culpam & penam. & quia baptismus efficaciam habet a passione Christi, ideo ista circun-

ctio carnalis facta fuit cultro lapideo Christum significante, qui est lapis viuus, secundum quod dicitur. **1. Pet. 2. a.** *Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autē electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui super ædificamini domos spirituales.*

Tom. 2.

B Et cir-

A tua, sed iam nolo peccare, ne quid tibi deterius contingat. Si enim post remissionem peccatorum ultra non pecces, verè ablatum est a te opprobrium Aegypti. Si verò iterum peccaueris, iterum in te reuoluentur opprobria Aegypti, eo magis, quia maioris criminis est filium Dei cõculcare, & sanguinem tecti pollutum ducere, quàm legem Moysi negligere. Multo maioris opprobrii est qui sub euangelio, quàm qui sub lege fornicat: quia tollens membra Christi facit membra meretricis, denique nemo eum stupri arguit, sed sacrilegium scelere condemnat, quod dicitur ad eum. *An nescitis, quia corpora uestra templum Dei sunt? si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Præterea, qui fornicat, in corpus suum peccat.* Non istud solum corpus quidem audiendo, & in corde retinendo verbum Dei, factum est templum Dei, sed & illud de quo dicitur, Quia omnis ecclesia corpus Christi est, & in omnem ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculauerit, quia per unum membrum macula in omne corpus diffunditur.

1. Cor. 6. c.

Hebr. 10.

1. Cor. 6. c.

Ibidem 3. d.

Ibidem 6. d.

* oēs gñatio- nes viros ibel 1. Cor. 6. c. qui e- gressi fuerunt ex Aegypto.

Ephes. 1. d.

Zenit. Rabba.

B corpora uestra templum Dei sunt? si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Præterea, qui fornicat, in corpus suum peccat. Non istud solum corpus quidem audiendo, & in corde retinendo verbum Dei, factum est templum Dei, sed & illud de quo dicitur, Quia omnis ecclesia corpus Christi est, & in omnem ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculauerit, quia per unum membrum macula in omne corpus diffunditur.

C *In colle præputiorum.* Hebraei. Tanta fuit abiectorum in locum unum copia præputiorum, ut collè repræsentarent,

deos, & circuncide secundo filios Israel. Fecit quod iusserat dominus, & circuncidit filios Israel in colle præputiorum. Hæc autem causa est secundæ circuncisionis. Omnis populus qui egressus est de Aegypto generis masculini, vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, qui omnes circuncisi erant. Populus autem qui natus est in deserto + per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis, incircuncisus fuit, donec consumerentur, qui non audierunt vocem domini, & quibus ante iurauerat, vt ostenderet eis terram lacte & melle manantem. Horum filij in locum successerunt patrum, & circuncisi sunt à Iosue, quia sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via aliquis circunciderat, Postquam autem omnes circuncisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco donec sanarentur. Dixitque domi-

a Populum. s. non hominem vnum.

a Quia patres legi inobedientes circuncidit eos: despexerunt.

Iesu Christo.

Ide. cum amore facerent quæ prius difficilia videbantur.

tarent, loco ceteroqui plano. * Chaldaeus. Circuncidit filios Israel, in colle quem nauerunt collem præputiorum, id est, colliculus qui ante fuit ex re ista nomen hoc accepit.

* Procopius. Admiratione dignum est an tot millia hominum triduo circunciderit Iosue vnicus, an ve multi (vt est veritate) operâ circuncidendi pannerunt, cum numero plurali de cultris faxeis dictum sit. *Populus autem.* Adam. Qui non obediens fuerant mandatis domini, incircuncisi dicuntur. Ex quo intelligitur illos appellari incircuncisos, qui non obediunt mandatis Dei: quia vero omnem animam diligit Deus, misit Iesum filium Dei, qui & dignos & indignos circuncideret, non filium Naue, qui non verè & perfectè circuncidit populum, sed Iesum filium Dei qui verè corpus & animam purgavit ab omni inquinamento peccati. *Postquam autem.* Circuncisi verò filij Israel requieuerunt in eodem loco sedentes in castris, vsque dum sanarentur. Non sufficit circuncidi. Necesse est post circuncisionem sanari, & cicatricè in vulnere obduci. **C** Circun-

Orig. hom. 6 in Ios.

† In via gressi sunt ex Aegypto non fuit circuncisus. nã quadraginta annis ambulauerunt filij Israel per desertum. † quod non. * super quam in ait ipse dñs patrib. eorum q darent eis terram.

NICOLAUS DELYRA.

* *pidcus non est de necessitate circuncisionis, neque hoc vtuntur Iudæi moderni in circuncisione, sed cultello ferreo.*

1 Circun. secundo. Ex hoc dixerunt aliqui, quod idem homo potest bis baptizari, sicut & circuncidi, sed hoc est falsum, quia eadem personæ non fuerunt hic circuncisæ quæ alias fuerunt, sed illi tantum qui nati in deserto remanserunt incircuncisi, vt patet in textu. Et ideo cum dicitur, hic circun. secund. subintelligitur, solemniter, quia ista fuit secunda circuncisio solennis, sed respectu cuius dicatur secunda, varie dicitur. Dicunt enim Hebræi, quod dicitur secunda respectu illius circuncisionis quæ facta fuit illa nocte in Aegypto, quæ percussit dominus primogenita Aegypti, tunc enim (vt dicunt) multi fuerunt circuncisi, maxime, quia multi Aegyptii conuersi ad Iudaismum exierunt cum filio Israel de Aegypto vt habetur Exo. 12. Sed hoc dictum non videtur verum. Tum quia non habet autoritatem de scriptura, quæ de hac circuncisione nullam facit mentionem. Tum quia eis imminet labor Aegyptiis cogentibus eos exire, & ideo si in deserto fuit dilata circuncisio propter itinerationem imminuentem, vt videbitur, eadem ratione et fortiori fuisset tunc dilata circuncisio. Item tunc non habuerunt tempus fermentandi, eo quod Aegyptii cogebant eos ad exitum, vt dicitur Exo. 12. & ideo o multo minus habuissent tempus circuncidendi, maxime tantam multitudinem. Ideo aliter dicitur, quod hæc circuncisio solennis dicitur secunda respectu illius quam fecit Abraham de mandato domini: quia tunc fuit circuncisus cum omnibus masculis de domo sua, vt habetur Genes. 17.

2 In colle præputiorum. Sic nominatus est locus ille, quia ibi amota fuit præputia a filiis Israel.

3 Vniuersi bellatores viri mortui sunt &c. exceptis tamen illis qui erant de tribu Leui: vt dictum est. Num. 14.

4 Populus autem qui natus est &c. sequitur Incircuncisus. Populus enim Israel mouebat castra quacunque hora nubes mouebatur præbens eis ducatum: & quia incertus erat eis motus nubis, ideo dispensatiue factum est quod illi qui fuerunt nati in deserto, remanserunt

runt incircuncisi vsque ad tempus istud, quia periculosum esset de nouo circuncisos itinerare. seu portari in itinere.

5 Quibus ante iurauerat. Ex hoc videtur, quod Deus non tenuerit suum iuramentum, quia non viderunt terram promissionis. Dicendum, quod iuramentum erat conditionatum scilicet, si non offenderent Deum, tali offensa, quæ deberent morte puniri. Vel dicendum, quod si non intrauerunt terram promissionis in proprijs personis, intrauerunt tamen eam in filiis suis, in quibus quodammodo patres manserunt.

6 Dixitque dominus ad Iosue, &c. Istud exponitur dupliciter ab expositoribus nostris. Vno modo, vt accipiatur opprobrium Aegypti passiuè quod sustinuerat Aegypti à filiis Israel exprobrando eis, quod erant incircuncisi. Sed hoc non videtur rationabiliter dicendum, quia filij Israel in Aegypto fuerunt subieci, & in maxima seruitute, vt habetur Exo. 1. & ideo non est verisimile quod Aegyptiis exprobraret. Alio modo acci. iendo opprobrium Aegypti adine. s. quod Aegyptii intulerant filiis Israel. s. opprobrium seruitutis, quia licet in exitu de Aegypto fuerint liberati à seruitute Aegyptiorum, tamen ista libertas perfectè fuit declarata, quando fuerunt in terra promissionis, et ideo dicitur quod locus ille vocatus est Galgala, quod significat libertatem, sed hoc dictum non videtur bene consonum textui, quia ablatio opprobrii videtur referri ad circuncisionem, cum dicitur: hoc. abst. etc. quia illa die fuerunt omnes circuncisi, illi de etiam quod accipiuntur ad propositum de significatione Galgala non est verum, quia nec Hiero. nec Remigius sic interpretantur, hoc nomen, sed aliter, vt videlicet ur, ideo exponitur secundum Hebr. videlicet quod quando filij Israel petebant à rege Aegypti de regno suo egredi, ut habetur in Exo. Aegyptii qui constellationes obseruabant, dicebant eis. Miseri quo uultis ire? Ecce constellatio ostendit effusionem uestri sanguinis futuram si recedatis. In circuncisione uero facta per Iosue effusus est sanguis populi circuncisi quæ effusio non fuit eis ad inuiperium & malum, sed magis ad bonum, quia circuncisio erat signaculum fidei, & sic exponunt uerbum domini dicentis, Hoc. abst. op. Aegy. a vo. q. d. effusio nem sanguinis uestri quam Aegyptii dicebant uobis futuram ad inuiperium & malum conuertit ad laudationem uestram & bonum per circuncisionem. Voc. est

MORALITER.

1 Et circuncide secundo filios Israel. Per hoc autem quod circuncisio facta sub Iosue dicitur secunda, ostenditur quod fuit circuncisionis spiritualis figura. Nam circuncisio legalis

lis fuit prima, spiritualis autem secunda & uera, & prima fuit luitus umbra: Rom. capite secundo d. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus, et circuncisio cordis in spiritu, non in litera.

† Mans. si.

A Circūcidi ergo per Iesum, est vitia & consuetudines prauas & pessima instituta deponere, & quicquid ab honestatis regula discordat abscindere. Sed hoc faciētes quadā difficultate cōstringimur, cū quodā dolore animicōsuetudinis culpā nouella institutione vitamus: hoc ergo tēpore velut in dolore circūcisionis nostrę dicimur residere, vsque quo cicatrice obducta sanemur. i. noua instituta absq; difficultate impleamus, & in vsū verat quod prius insolitum & difficile videbatur, & tunc merito dicitur nobis: *hodie abstuli opprobrium Aegypti a vobis.*

* Procop. Probri nomine, seruitutē innuit. Nunc enim libere vobis circūcidi licitum est, non sicut in Aegypto cum metu seruili. A circūcisa vero circūcisione, loco Galgal nomen imposuerunt. Galgala enim reuolutio est. Est verò locus ille duplici nomine insignis, hinc quidem propter Iericho, nunc autem propter duodecim lapides.

* Athanasius. Circūcisio ablatio est Aegyptiacę generationis, quum pręputiū character sit Aegyptiaci habitus, eiusq; nationis insigne. Hoc opprobriū abstulit Deus, ne vltius veluti in Aegypto nati, seruitia haberentur: sed terrę promissionis filij indigenęque existimarentur, in quam illos Dominus iaduxit.

* Theo. *Hodie abstuli a vobis opprobrium Aegypti.* Hęc verba liberationem significant ab Aegyptiaca seruitute & impietate, & promissę terrę adeptionem. Nos verò discimus, quod qui sacratissimum baptisma meruerit, & circūcisionem spiritalem suscipit, peccati contumeliam deponit.

* Rabbi Leui Gersonis. fieri potest vt Aegyptij cōuicijs confecti fuerint Israelitas, quali eductos a Deo, vt malè perirent, non vt possessione Chananaę locupletarentur. Quibus conuicijs cum iam in dies magis magisque vrgerentur, post tot frustra consumptos per desertum annos, planè nunc eos liberabat Deus, certū faciens ipsis per circūcisionē breuino futuro, vt in possessionē Chananaę mitterentur, quam pręputiatus vsurpare nefas erat. Vel, probri Aegypti erat improba Aegyptiorum religio, a qua iam Deus populi sui animos prorsus auertit, cum ad faciendum pascha eos admittit per circūcisionem.

A *Et fecerunt.* Postquam ablatum est opprobrium Aegypti, fecerunt filij Israel pascha quartadecima die mensis. Nec enim ante circūcisionem, nec post, antequam sanarentur, poterant carnes agni comedere: vides ergo, quia nemo immunus facit pascha, nemo incircūcisus. Vnde, *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Itaque festum celebremus diem, nō in fermento veteri, neque in fermento malitię & nequitię, sed in azymis sinceritatis & veritatis.

Et fecerunt. * Isid. Post euangelij circūcisionē, statim in loco reuelationis pascha celebrat, & agnus immolatur, qui tollit peccata mundi, & deficiente manā typicę legis, primū comedit populus panē corporis Chři, quē incorrupta re-promissionis terra. i. virgo Maria ptulit, cuius granū in terra cadēs fructū plurimū attulit. Nota ordinē postq; Iesu Chři duce p lauacri fluuenta transimus, & p fidē spiritali circūcisione signamur, tunc demū pascha celebramus. i. immolatum Christum

Christum credimus pro salute mundi, & credentes statim D pane dominici corporis partemur.

B *Et comederunt.* &c. Adam. Qñ vero exiit populus de terra Aegypti, portauit conspersum fermentū in vestimentis suis. Quod cū defecisset, manna datū est eis. Cū autē venerunt ad

terrā sanctam, & fructus ceperunt prouincię palmarū, defecit eis manna, & edere ceperunt de fructib; terrę. Tres ergo species ciborū gñaliter describunt. Vñ quo vescimur exeūtes de terra Aegypti, sed hoc ad parū tempus iusticit.

Post hoc autē manna succedit. Tertiu verò de terra sancta capimus fructū, quē de Aegypto portamus nobiscū. Parua hęc eruditio f scholaris est, vel forte liberaliū ifratum quę aliqd iuuare pnt. In eremo verò. i. in huius vitę statu manna vescimur. dū diuine legis eruditione etudimur. Qui verò meruerunt terrā pmisionis intrare

i. pmissa Christi cōseq, edent fructū ē regione palmarū. Verē. n. fructū palmę inueniet, q deuicto hoste ad pmissa pueniet. Quantacūq; enim in di-

uisis Iŕis intelligamus, multo sublimiora erunt quę non in enigmate, sed facie ad faciē videbimus: quia *nec oculis vidit, nec auris audivit, quę pręparauit Deus diligentibus se.* Si autē secundum Iŕam lex accipiatur, inueniuntur filij Israel cū melioribus uterentur (manna. n. de celo accipiebant ex repromissionē) deteriora accepisse, quibus Aegypti deficientibus cibis melioribus successerat, id est, manna. Quo modo enim putatur meliore cibo cessante deteriorē successisse?

C * *Cum autē esset Iosue,* &c. R. David Kimhi. Iam ē Galgalis eductus fuerat exercitus ad obidendā Ierichuntē, atque castra añ urbē posita: cū Deus cōfirmandi Imperatoris grā, & capiendę urbis rōnem edocendi. uisum istud illi obtulit.

* Hebræi. Dixit Deus Mosi, *Ecce ego mitto ante faciem tuam Angelum.* Moses respōderat, ego angelum nolo, sed te ipsum uolo. Porrò Iosua cum primum uideret angelum audiuit ab eo, *Ego sum princeps exercitus Domini, iam ueni.* Ecce iā secundò adsum ut Israelitas in possessionem suę hereditatis ducam. Veneram etiam cum Imperator esset Moses magister tuus: sed ille cum me uideret, nolebat me secum ire, sed a se repulit.

* Chaldaeus. Respondit ego sum Angelus missus a Domino. Esse enim quosdam in celo principes angelos, consentaneum Danielis uerbis cum ait: *Et ecce Michael unus principum primorum, uenit mihi subsidio.*

* R. Mose Gerund. Iste angelus, si rem ipsam dicamus, est angelus Redemptor, de quo scriptum est, *Quoniam nomen meum in ipso est.* Ille inquam angelus, qui ad Iacob dicebat: *Ego Deus Bethel.* Ille de quo dictum est, *Et uocabat Mosē Deus de rubo.* Vocatur autem angelus, quia mundum gubernat. Scriptum est enim. *Eduxit nos Iehoua ex Aegypto.* Pręterea. Et angelus faciei eius saluos fecit ipsos: nimirum ille angelus, qui est Dei facies: de quo dictum est, *Facies mea prębit & efficiam ut quiescas.* Denique ille angelus, de quo uates. *Et subito ueniet ad templum suum Dominus quem uos queritis, & angelus testamenti, quem uos uultis.* Animaduerte attentē qđ ista uelint. Moses & Israelitę semp optauerunt angelū

primum

ptem diebus, vt habetur ibidem.

7 *Et potentiam.* In Hebræo habetur *calui*, id est, tostum far. In solemnitate enim paschali fiebat oblatio de granis nouis exculsis de manipulo per confractionem, vt dictum est supra 3. capitu. & de talibus poterat comedere populus, postquā primitiæ erant oblata.

8 *Defecitque man.* Quia non erat data a Deo, nisi in suppletionem victualium deficientium, vt patet Exo. xvj.

9 *Cum autem.* Hic consequenter ponitur populi confortatio per apparitionem angeli ipsi Iosue, q erat dux populi, cū dñ.

1 Et uisit

gnificatum fuit quod circūcisī spiritaliter perciperent sacramentum eucharistię.

9 *Cum autē esset Iosue in agro.* Iste fuit angelus apparēs in specie uiri, & signat Iesū Christū, qui fuit ab inflātī suę conce-

Tom. 2. B 2

† ptionis

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 *Voc. est no. lo. il. Gal.* quod interpretatur rota, vel circulatio, quia pellicula quę per circūcisionem abscinditur, habet figuram circularem.
- 2 *Manseruntq;*, &c. hic agit de paschę celebratione, cum dñ.
- 3 *Et fecerunt pascha.* id est, immolationem agni paschalis.
- 4 *Quartadecima die mensis.* scilicet primi.
- 5 *Ad uesperū.* hic. n. erat dies, & hora hui⁹ immolationis, secundum quod habetur Exod. xij.
- 6 *Et azymos panes.* Talibus enim panibus debebant uti septem

MORALITER.

† *Mans. si. &c. & se. pha. & i.* Per pascha figuratum fuit sacramentum eucharistię, sicut dictum fuit supra dñūle Exo. 12. & 13. per hoc igitur quod circūcisī fecerunt pascha, significatum

Homil. 6. in Ios.

Tres ciborum species.

† secularis

1. Cor. 15. c. Ibid. 2. b.

Sententia Hebræorum

In Tanhumã.

Dan. 10.

Exod. 13.

primum, ceterum quis ille esset, verè intelligere nō potuerūt. A Neque. n. ab alijs percipiebant, neque prophetica notione fati assequebantur.

* R. David Kimhi. Nunc veni. Emphasim habet, nempe vt subitaneo interuētū significet se spiritū, nō hoīem esse, cū humana corpa nō nisi sensim se sistere vllō in loco possint.

L. cæ. Hie. cap. 2. Ezech. 1.

* Dion. Arcopag. Ne vulgi errore seducti, passim existimemus cælestes spiritus, multis pedibus, & faciebus, siue ad bouum soliditatē, siue ad feritatē leonū esse formatos, &c.

Sententia Christianorum.

& satellites armatos ac Duce, q̄ nobis euidētī varietate signorū sãctissimè sicut traduntur: his figuris Theologia eos describit spiritus, qui formis carēt, humanā infirmitatē nō ignorās, vt ei viam, per quam ad altiora feratur, benignissime prouideat & sternat.

Iosue. 5.

* Iustin. Deus in principio añ oēs creaturas, ex seipso genuit potētīā quādā rationalē, quæ & gloria dñi vocatur, interdū ēt Filius, Sapiētia, Angelus, Sermo, Deus, Dominus. Aliqñ ēt Magistrum militiæ se dicit, quando humana specie apparuit Iesu Naue filio.

Dialog.

* Clemens Rom. Christum Dei filiū, iudicē viuorū & mortuorū Iesu Naue, dux exercitus dñi, armatū simul pugnantē ad Iericho, quē prociens adorauit, vt feruus dominū.

L. 5. Const. c. 21. in trãslat. Orat. 19. Turc. L. 5. Dem. eu. cap. 29.

* Euseb. Cæs. Vnus atque idē Deus Mosi in rubo, & Iosue in specie armati hominis locutus est. Hinc p̄ principē imperatorū exercitū dñi. Quis verò alius princeps spiritū inuisibilū, Diuinitūq; angelorū, atq; archangelorū, Deo inseruiētū, q̄ Dei verbū, & primogenita sapiētia, & soboles diuina?

Quest. 4. in Iosue.

* Theod. Quis esse putandus est princeps exercitus dñi? Aut quādā, visum fuisse verbū diuinū. Ego aut arbitror esse Michaelē archangelum, conspectum a Iesu, bono animo illum esse iubentem, & certiore facientem de suppetijs. * Proc. Probabile erat Iosue hominem, hostib. vndiquauis stipatū, metu labefactari, qua pp̄ Deus indicat illi se inuisibili potētīa ipsi propugnare, habitu. n. armis instructi comparuit. Ita Mosi ad Pharaonē descendenti, visio confirmationis cauta obiecta est. Ita Iacob, cū Esau reformidaret. Ita ser uulo Elizei multitudo curruum est ostensa.

Tom. 9. lib. Quest. in Iosue cap. 6.

* Beda. Postquam sub duce Iesu positi per lauacri fluentia trãsimus, celebramus pascha. i. immolatū Christū p̄ mundi salute credimus, ac deinde pane dñici corporis pascimur. Occurrit deinde nobis princeps militiæ virtutū cælestiū Chr̄s. tenēs gladiū Euāgelij ad refecādā carnis nostrę pollutionē,

Homil. 6. in Iosue.

a Et vidit uirum. Adam. Factū est cum esset Iesus in Iericho respiciens oculus vidit hoīem stantē p̄ se, & gladius euaginatū erat in manu eius. Et accedēs Iesus dixit ei: Noster es

an aduersariorū? Respiciēs oculis, vidit principē militiæ virtutis Dei tanq̄ prius nō respexerit, sed tūc cū principē militiæ dñi visurus esset, quē nō velut cōem hominē vidit, sed virtutē quādā esse intellit. Nec dū certus est, vtrū diuina virtus, an h̄m sit quē videtur, ideo ait. Noster es, an aduersariorū?

At ille ait. Ego sum princeps militiæ virtutis domini, nunc adueni.

1 Ios, & vidit virum stantē cōtra se euaginatū

2 Quod cū audisset Iesus, adorauit, & dixit: Domine qd̄ precipis seruo tuo: Idē docet Iesus

3 tenentē gladiū, perrexitq; ad eū, & ait: Noster es, an aduersariorū? Qui respondit: Nequaquā

4 sed sum princeps exercitus domini, & nūc venio. Cecidit Iosue pronus in terrā, & adorans

5 ait: Quid dominus meus loquitur ad seruum suum? † Solue, inquit, calceamentū tuum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, sãctus est.

6 Fecitque Iosue vt sibi fuerat imperatum.

7

8

9

10

11

1 Quod cū audisset Iesus, adorauit, & dixit: Domine qd̄ precipis seruo tuo: Idē docet Iesus qd̄ Apostolus: Nolite oī spiritui credere, sed probate si ex Deo est. Cognouit ergo Iesus nō solū qd̄ ex Deo est, sed qd̄ De⁹ est. Non. n. adorasset, nisi Deū cognouisset. Quis. n. aliusest princeps militiæ virtutū, nisi Christus? Oīs. n. celi militia, siue angeli, siue archangeli, siue virtutes, siue dominationes, Omnia per ipsum facta sunt, & sub ipso principe militanti, qui est princeps principū & principibus principatū largitur, qui ait Eō potestatem habens super decem ciuitates, &c. Qui accepto regno repressus est.

1. Ioan. 4. a.

† Exod. 3. b. Act. 7. b.

Luc. 19. c.

August. quæst. 7. in Iosue. Orat. 1. de imag.

E

Orig. Ho. 6. in Iosue.

Exod. 3.

Ioan. 13.

F

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et vidit. id est, angelum in specie viri.
2 Euaginatū. quali paratum ad praliū.
3 Noster es, an. Ignorabat adhuc eum esse angelum.
4 Qui respondit nequaquam. supple, sū m aduersariorum.
5 Sed sum princeps. Exercitus autē Israel hic vocat̄ exercitus domini, quia a domino mittebatur ad faciendam vindictā de iniquitatibus habitatorum terræ.
6 Et nūc venio. ad adiutoriū vestrū. Dñt aut̄ Hebr̄ei qd̄ iste fuit Michael, & rōnabiliter eo qd̄ Danieli fuit dictū: Dā. x. c.

Nemo

MORALITER.

- † ptionis vit perfectus virtutibus & scientis. Ier. 31. d. Nouū creauit dominus super terram, femina circumdabit virum.
3 Tenentem. s. sententiam iudicij irrefragabilē. Io. 5. d. Pater omne iudicium dedit filio.
5 Sed sum. i. populi Christiani, licet. n. princeps sit nō solum omnium hominum, sed et̄ angelorū, tñ specialiter dicitur esse

ADDITIONE I.

In ca. 5. Iosue vbi dicitur in postill. Ideo aliter dicitur qd̄ hęc circuncio solemnis dicitur secunda respectu illius quā fecit Abraham, vt habetur Ge. 17. Expositio hęc non consonat literæ. Nam in illa circūcisione generali, quam Abraham fecit cum oib. masculis de domo sua, nullus filius Israel fuit circūcitus, nec et̄ Isaac qui nodū erat natus, nec et̄ cōceptus, p̄t patet

- Nemo est adiutor me⁹ in omnibus his, nisi Michael princeps vester, & angelus hic apparens nominat̄ princeps exercitus Israel,
7 Cecidit Iosue. Ad faciendum ei reuerentiam, ex quo cognouit eum esse angelum.
8 Adorans ait. Adoratione dulcia.
9 Quid dominus meus loquitur ad. q. d. Obedire paratus sum.
10 Solue calceamenta. Simile verbum dictū fuit Mosi in apparitione sibi facta in rubo, vt habetur Exo. 3.
11 Locus enim in quo stas, sanctus est, propter apparitionem angelicam ibi factam.

CAP.

esse princeps populi Christiani tanquā ab eo denominati. 6 Et nunc venio. Hęc. n. apparitio facta fuit post populi circūcisionem & phase celebrationem, ad significandum, quod hominib. spiritualiter circūcisis & eucharistiæ sacramēto munitis, apparet Christus p̄ speciales illuminationes, & eos confortat contra demonum tentationes.

patet in eo. ca. Ge. 17. Sed cum in circūcisione facta per Iosue, de qua agitur 3. c. expresse dicitur litera: Circūcid. secundo filios Israel, oportet quod ly secundo, referatur ad aliquam circūcisionem generalem seu solemnem quæ in filiis Israel fuisset facta, non ad illam de Abraham, in qua nullus filiorū Israel circūcitus, & iō opinio Hebræistarū in hoc loco tenēda est, saltē i parte, et̄ nō i toto. Ad cui⁹ euidētīā attēdēdū est

est, qd filij Israel in Aegypto existetes non omnes circumcidere bant i octavo die, sicut fuerat pceptu Abrahæ Ge. 17. sed ex quacunque eâ seu occasione, plongabât parçes circumcidere pueros suos, put ponit Postil. Exod. 12. i. fi. ubi de Israelitis i Aegypto existētib⁹ exp̄sse dicit, q. Iudæi i Aegypto exñtes, nimis inordinatè amâtes pueros suos dimittebant eos in circūcūcisos, timentes ne ex circūcūcissione mors vel infirmitas eis accideret, hec i postil. Cui⁹ signū est, q. fili⁹ Mosi circūcūc⁹ fuit a matre sua i itinere, ne occideret Moses ab angelo pp peccatū incircūcūcissionis filij, vt patet Exo. 4. Presumendū est ergo cū Moses omittebat ritum circūcūcissionis, saltē quo ad tēpus, q. cæteri Israelitici min⁹ docti s̄str fecissent. Cum igit i principio mēsis primi pcedētis exitū Israel d̄ Aegypto, pceptū fuit Mosi de acceptione agni paschalis & ei⁹ immolatione: de cui⁹ ritu & religione erat vt incircūcūsus n̄ vesceret ex eo, Exo. 12. p̄nter dicendū est, q. in Aegypto imminēte tēpore paschali fuit facta circūcūcissio gn̄alis omnīū filiorū Israel, qui ex aliqua causa (vt præmittitur) circūcūcissionem omiserant, respectu cui⁹ circūcūcissio p Iosue facta secūda d̄r, q. a iter illas duas nulla interuenit alia circūcūcissio d̄ qua mentio fiat, p̄fertim cū l̄sa i hoc ca. f. Iosue 5. dicat, q. popul⁹ natus i deserto incircūcūcissus fuit. Dicere ergo, qd illa circūcūcissio i Aegypto celebrata fuit i eadē nocte, qua percussa fuerūt primogenita Aegypti, vt Hebræi dicūt, fictitiū est, & nō hēt aliq̄ auctoritatē, nec verisimilitudinē pp rōnes allegatas a postill. Sed dicere, q. imminente tempore paschali, specialiter post principiū primi mēsis, & vsque ad xiiii. eiusdē, q. fuerūt filij Israel i magna multitudine pp solēnitatē paschalē pximo venturā, circūcūcissio facta sit, est omnino necessariū.

B Quod aut obicit postill. de hoc, q. nō fit mētio i scriptura de circūcūcissione Aegyptiaca, nō v̄ valere. Nā etsi nō fiat exp̄ssa mentio, fit tñ tacita, vt patet ex dictis. Quod ē obicit d̄ impedimēto itinerationis, valerēt si in eadē nocte qua egressi fuerāt, circūcūcisi fuissent, qd nō d̄r, sed p aliquos paucos dies anticipauerūt. Sciebant enim horā & diē egressionis suæ ex reuelatione diuina, vt patet i litera. Vnde & poterant antici pare p tēpus qd sufficeret ad eorū sanationē. Sec⁹ in deserto tps itinerationis pendeat ex reuelatione nubis sibi ignota, vt patet Exo. v. ca. 2. & in pluribus alijs. Idem dicendum ad tertiam rationem quam facit postill. quæ procederet, si nocte egressionis fuisset facta circūcūcissio, & non aliter.

REPLICA In c. 5. Iosue cū postill. exponeret circūcūcissionē hic Iosue mādatā, esse secūdā respectu ei⁹ q. fuerat Abrahæ mādatā. Illa. n. prima, ista secūda. Burg. se opponit mot⁹ debilib⁹ rationib⁹, afferens q. prima nō fuit circūcūcissio filiorū Israel, q. a null⁹ tpe Abrahæ fuit filius Israel. & iō n̄la q. est filiorum

de ciuitate Iericho id est, de hoc mundo. Si ergo inuenias apud philosophos peruersa dogmata luculenti sermonis assertionibus decorata, ista est lingua aurea. Sed vide ne te decipiat fulgor operis, ne te rapiat sermonis aurea pulchritudo, memento quia Iesus anathema esse iussit omne aurum quod in Iericho fuerit inuentum. Si poetam legeris fulgenti carmine deos deasque texentem, ne delecteris eloquentiæ suauitate, lingua aurea est. Si eam sustuleris & posueris in tabernaculo tuo id est, si introduxeris in cor tuum quæ ab illis afferuntur, pollues omnem ecclesiam domini. Debemus autem diligenter discutere, ne quis habeat in tabernaculo suo Ierichontinam linguam absconditam, & abiciamus malum ex nobis ipsis, quia etiam si cessamus, arguet Deus, vt sponte confiteatur & dicat: Furatus sum linguam auream, & dextralia pura. Pura autem dextralia sunt opera quibus nihil miscetur diuinum, sed totum secundum hominem geritur: nos Christum Deum & hominem confitemur. Quod de Iericho furatum est purum id est, sine Deo esse dicitur, quod furanti extitit causa peccati.

Regulamque. Lxx. Linguam hæreticorum scilicet, dogmata: Vel superstitiosa secularium literarum studia. Hæc enim est lingua aurea, luculento sermone aptata. hanc furati sunt hæretici de Iericho, quasi auream regulam, qui philosophorum sectam conati sunt inducere in ecclesiam, quorum anathemate multi perduntur, & quasi aceruo lapidum multitudine peccatorum extinguuntur, quorum ductor diabolus, qui per illorum impietatem quoddam vicerat, rursus superatus vincitur: & a populo Dei suspensus crucis virtute necatur.

Vidi inter spolia, &c. Iosephus. Achan dum inuenisset chlamydem

chlamydem regiam, totam auro contextam habentem auri mazam, hoc est siclorum pondo duodecim, crudele iudicans, si is qui periculum habuerat, lucrum inueniens quod in sua utilitate conferret, daret hoc Deo, & non magis egredi: suffodit eam, latere se iudicans Deum, sicut & cōmilitones. Postea verò furtum cōfessus est, & protulit in medium vestē. Et ille quidem repente peremptus, turpem pœnam & congruam suę præsumptioni insepit.

R. David Kimpi. Lamina, seu regulam in linguæ figuram conformatam rapuerat.

Tarnudici. Ex alicuius statuæ ore volutam hanc linguam auream offēderat, & postquam honoris causa Babyloicum illud stragulum, & oblatos argenteos siclos, quos surripuerat.

Tertuli. Tantum releuat confessio delictum, quantum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio cōtumaciæ. Satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologeiis prosternendi & humiliandi hominis disciplina est, conuersione iniungens misericordiæ illicem.

Ciprianus. Confiteantur singuli, quæso vos fratres, delictum suum, dum adhuc qui reliquit, in seculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est. Conuertamur ad Dominum tota mente, & pœnitentiam criminis veris doloribus exprimentes.

Ambrosius. Plurimum suffragat reo verecūda confessio, & pœnā quam euitare non possumus, pudore subleuamus. **Aug.** Vt nobis peccatorū vulnera nunquā deesse possunt sic & cōfessionis medicamēta deesse non debent. Non. n. iō vult Deus vt cōfiteamur peccata nostra, qd ea ipse scire nō possit, sed qd diabolus hoc desiderat, vt inueniat, qd nobis an tribunal iudicis æterni obiciat. Iō vult vt magis de fendere, quam

Dei misericordiam deprecemur. Illi se anima prosternat, illi mœstitia satis faciat, illi spes omnis incumbat.

Aug. Vt nobis peccatorū vulnera nunquā deesse possunt sic & cōfessionis medicamēta deesse non debent. Non. n. iō vult Deus vt cōfiteamur peccata nostra, qd ea ipse scire nō possit, sed qd diabolus hoc desiderat, vt inueniat, qd nobis an tribunal iudicis æterni obiciat. Iō vult vt magis de fendere, quam

Dei misericordiam deprecemur. Illi se anima prosternat, illi mœstitia satis faciat, illi spes omnis incumbat.

NICOLAUS DE LYRA.

Doctores tñ nostri rationabilius dicere videntur, quia in agēdis vel suscipiendis diuino oraculo fiebat pparatio populi per deuotionē, que pparatio aliquando fiebat p continentiam ab vxoribus, vt habetur Exo. 19. in legis datione, & aliquando per orationem, vt habet Act. 1. in Matthiæ electione. aliquando per ieiunium, vt habet 3. Reg. 21. in Naboth condemnatione. Vt enim eius condemnatio videret esse iusta, & à Deo; mandauit Iezabel ante predicari ieiunium, sicut solitū erat fieri ante diuina oracula. Qualiter autem fuerit facta ista sanctificatio de qua loquitur hic scriptura, non est expressum in litera, sed credendum est quod facta est aliquo istorum modorum.

1 Accedētisq; quia viri cuiuslibet tribus erant distincti abinuicē secundum tribus, & in qualibet tribu erant plures familiae, & in qualibet familia erant plures domus, & in qualibet domo plures viri seu capita. Primo igitur deprehensa est tribus in qua perpetrātū fuit sacrilegium, postea familia determinata eiusdem tribus, postea domus eiusdem familiae, & postea vir determinatus in illa domo. Dicit tamen Ra. Sa. quod tribus deprehensa est, per hoc, quod Iosue ex ordinatione diuina adduxit tribus coram rationali iudicio, in quo erant 12. lapides pretiosi, in quibus erant sculpta nomina tribuum 12. & dixit ei dominus, quod fulgor illius tribus quæ peccauerat obsuscaretur: & sic deprehēsa est tribus Iuda, sed familia determinata in illa tribu, & domus in

mus in familia, & vir in domo, deprehensi sunt permissionem sortis: Sed primum videtur esse fictitium, quia est contra textum, vbi dicitur

2 Et quam tribum fors inuenierit. Ex quo patet quod tribus fuit deprehensa per sortem sicut, &c.

3 Accedet per cognationes suas, &c. id est, per familias. Idem enim significat hic cognatio & familia. Sciendum autem quod Iosue non peccauit hic vtens sorte. Tum quia hoc fecit ex pcepto domini, vt patet in textu. vnde dicitur Proverb. 16. d. Sortes mittuntur in sinum, sed a domino temperantur. Tum quia hoc fecit cum debita reuerentia, sanctificatione populi præmissa. In quibus autem casibus & qualiter licitum est vti sortibus, & in quibus non, dicitur sicut diffusius. Nu. 34.

4 Surgens. Ad exequendum diligenter Dei mandatum. Et patet littera.

5 Et ait Iosue. Hic consequenter ponitur cognitio peccati quantum ad culpam determinatam per Iosue interrogationem, cum dicitur:

6 Fili mi. per confessionem tuam apparuit Deum verum dixisse de peccato anathematis, & per consequens iuste punnisse populum.

7 Responditq; confitendo veritatem.

8 Vidi enim. i. rubicum. Hebræi tamen dicunt, pallium Babylonium cetera patent.

9 Misit ergo. Hic consequenter describitur peccati cognitio punitio Et patet licet vsque ibi:

* Tollens.

quam accusare peccata nostra velimus. Ecōtrario autē Deus noster quia misericors est, vult v̄ ea confiteamur in hoc seculo, ne pro illis confundamur in futuro. Si n. nos confitemur, ille parcit. Si nos agnoscimus ille ignoscit.

Cap. 8. libr. in Ios.

Id. Jericho mūdum significat. de anathemate eius in tabernaculo suo ab eō dē. qui seculares mores seculi fecerit, qui sub cultu Dei manens, solēitates seculi vel spectacula diligit, qui fortilegos, haruspices, & augures inquirat, vel cetera facit quę in Jericho. in seculo hēbantur.

a

Lapidavitq; eū omnis Israel, & cuncta quę illius erant, &c.

B

Rupert. Quare tanta seueritate vindicatum est, nisi vt venturis seculis iudiciorum Dei metus, eorum exemplo sanciretur? Futurum quippe erat, quod hodie videmus, vt falsorum fractum avaritia & ambitione ecclesia Dei turbaretur. De nobis exierunt quam plurimi imitatores Achani, qui fidem profitentes catholicā, de isto anathemate furati, inter vasa sua reposuerunt. Dū enim sub specie pietatis, avaritię student, & cuncta faciunt uenalia, quid quam anathema furantur? Hanc malitię radicem primum in Simone mago per os beati Petri vniuersa ecclesia anathematizat, & hereticam esse hydram iudicat, &c. Recte igitur seuerē tale futurum in Achani vindicatum est, nec ullam ueniam mereri debuit, quia confessio eius nimis tarda fuit. Ante n. turbatus est Israel quam ille reatū agnosceret, & ante foris ueridica Deo autore, prodidit personam, quam ipse culpam.

A. 3. 8.

C

Beda. Sed & ille de anathemate Hiericho fraudat, qui in ecclesia hereticorum infert dogma. Hanc n. regulam auream luculentō sermone apatata, ita uadit sunt Marcio, Basilides, Arius, &c. qui philosophorum sedā nō rectā in ecclesia conati sunt introducere, ita ut alij multi pderetur p eos.

L. 1. in Ios. cap. 8.

Quest. 9. in Ios. luc.

Lapidavitq; cum. Aug. Queritur, cum dominus cum qui fur tū fecerat, cum fuisse cōprehēsus, igni cremari iusserit, cur Iesus potius lapidari fecerit? an ita eū mori oportuit, quomodo Iesus uerba iubētis intellexerit? sic enim alius non facile intelligere potuit. Ideo magis quærēdū, cur dominus lapidationem ignem dixerit, quā credēdum Iesum aliud fecisse quā dominum iussisse. Nam quis ad intelligenda uerba dñi sapientior esse potuit, uel ad facienda obedientior? Sed nomine ignis potuit pena significari, sicut ibi: *Eduxi nos de fornace ferrea*. i. de tribulatione dura. Duę mihi causę occurrūt, nō quā ambę sint, sed altera ex eis, cur nō ille cum omnibus suis cui dē igne crematus. Si n. peccatum eius dominus tale iudicauit, quod supplicio illo expiatū non puniret in æternū, ppter ipsam purgationem p̄na illa dicta est ignis. Neque ad hunc

Deut. 4. c.

Hier. 11. c.

hūc intellectum quisquam tendere moneret, et eū uisibilis D ignis exureret, sed i eo quisque maneret, qđ apertē impletū uideret; neque ultra quæreret. Nūc uero propter uerba Dei & factū Iosue quo prauaricari uerba illa non possent, rectē dicitur lapidationem ignem fuisse, vt cognoscatur illa p̄na hominem illum fuisse purgatum, ne puniretur in posterum quod significant uasa in Leuitico quę iubentur igne purgari. Si autem tale fuit illud peccatum, propter quod cum etiam post hanc uitam. gehennę ignis susciperet, ideo Iesus cum uoluit lapidari, vt quod a domino dictū est, igni cremabitur, intelligeretur quod dominus faceret, non quod ab ipsis esset faciendum. Non enim dictū est, igni cremabitur eum, &c. Cum uero ita dictum est, vt magis uideatur Deus quod ei futurum esset prędixisse, quam quod ei ab homine fieret pręcepisse, non potuit melius facere Iesus, qui diuina uerba sicut ppheta intellexit, qđ hoc ipsum propheticē fecit, quam ut illum lapidibus magis quam flammis perimeret, ne ullis ignibus uerba dñi impleta uideretur, qđ ob aliud dicta uoluit intelligi. Nec mouere debet quod non ipsum tñ, sed etiam omnia quę sunt eius, Deus igni cremāda p̄dixerit ait enim: *igni cremabitur, & ora quęcumque sunt eius*. Omnia n. hac opera possūt intelligi, qđ eū illo dixit esse cremanda. Nā sicut Apostolus dicit de quibusdā operibus igne cōsumptis: *Ipsę autem saluus erit*. Si huius peccatū ita intelligendū est, vt etiā æterno igne puniatur: filios ergo eius & filias eū pecoribus & omnia quę habebat, populus eū eū puniret simul lapidibus obruit. Non tamē hoc iudicio humano, sed spiritu pphético fecit Iesus, siue ita intelligens. *Omnia quęcumq; sūt eius* vt nec filios censeret exceptos, lapidationis p̄nā p igne ingerens, siue opera eius qđ post mortē Deus in illo fuerat crematurus, nō solum p cetera quę illius erant, sed etiam p filios significans. Nec ideo credendū est, eos pro peccato patris (a quo innocentes erāt) post mortē igni inferni esse cremādos. Mors n. qđ omnes manet, quāuis de primo peccato ueniat, quia ita nati sumus, vt necessitati moriamur, accelerata quibusdā est utilis. unde: *captus est ne malitia mutaret sensum illius*. Quo ergo iudicio Dei uel misericordia fuerit irrogata filiis huius, uel illis 36. uiris, eū omnes ab eius p̄tō fuerint alieni, latet apud eū apud quē nō est iniquitas. Sed illud in promptu est, quia populū terribiliter oportebat quærere qđ amissum est, & tanto timuerunt ceteri factū eius imitari, quanto humana horreret infirmitas ita magnum & tam iustum odium populi dari, & eis quos ad sp̄e propagandi generis se relicturum putabat, peccato suo secum cōsumptis mori.

E

F

Mors ut Sap. 4. b.

Rom. 9. c.

C A P.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Tollens. In Hebræo haec dicitur linguam. Erat enim lamina aurea in similitudinem lingua facta. Hoc autem tulit Iosue, quia pręceptū erat a domino, quod peccator comburetur cum omni substantia sua, vt prędicitur in textu.
- 2 Filios. Dicunt Hebræi, quod ducti sunt ad uidentem punitionē patris, vt per hoc crederentur a similibus. Doctores autem nostri dicunt, quod ducti sunt vt cum patre morerentur. & hoc uidetur rationabilius, quia pro peccato eius 36. uiri mortui sunt in bello, vt dictum est supra eodem capitulo. Et rationabilius uidetur, quod pueri sui morerentur cum eo in detestationem criminis. Item supra eodem capitulo dicitur: Non poteris stare coram hostibus tuis donec deleatur ex te qui contumaciatus est hoc scelere. Deletio autē alicuius proprie in potat occisionem eius cum sua posteritate.
- 3 Duxerunt. i. turbationis quę sic denominata est. non a nomine uiri ibi puniti, vt credunt aliqui, sed ex uerbo Iosue, quod subditur cum dicitur
- 4 Quia tur. Ideo uocatus est locus ille, uallis Achor. i. turbationis: ita quod Achor non est nomen proprium, sed commune.
- 5 Lapidavitq; uidetur quod in hoc factum sit contra pręceptū domini dicentis: *pro e.* Et quicumq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus comburet igni cum omni substantia sua. Ad hoc dicitur, qđ nomine combustionis intelligit alia p̄na quęcumq; secundū illud Hier. 11. a. *Eduxi eos de fornace ferrea Aegypti. i. de seruitute dura, & sic in pr. posito nomine combustionis intelligitur lapidatio. Sed hoc non uidetur bene consonum textui: quia simul pręcipitur a domi-*

no comburi cum eius substantia: quę fuit combusta, vt patet per litteram sequentem, cum dicitur: *Et cuncta*. Aliiter exponunt aliqui dicentes, qđ uerbum aomini de combustione Achani intelligitur de igne gehennę: quia vt dicunt, non p̄nituit uerē ratione culpa, sed tantum ratione p̄næ. Et ad hoc designandum signanter dixit dominus: *Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni. qđ a me sibi p̄nam futuram reseruat. ideo nō dicitur comburetur cum igni, sed comburetur. Sed hoc dicitur non uidetur textui consonum, quia iste Achani ad dandam gloriam Deo confessus fuit ueraciter & humiliter peccatum suum, vt patet in textu. & ideo non est uersimile qđ fuerit damnatus, & hoc sonat uerbum Iosue dicentis ei: Quia turbasti nos, turbabit te dominus in die hac. quasi dicat, non in futuro. In Hebræo enim nō est uerbum optatiuum. s. turbet te, sed indicatiuum. Iagcharcha, turbabit te, quia Iosue ad eius confortationem, propter humilē confessionem indicauit ei vt uidetur, quod mors temporalis esset sibi expiatio. Et ideo aliter potest dici, quod iste Achani dupliciter peccauit. s. peccato sacri legy furando rem domino consecratam: & uiolatione sabbathi, quia furtum illud commissi in die sabbathi, vt patet ex dictis capitulo. 6. & ideo punitus est duplici p̄na. s. lapidationis pro uiolatione sabbathi, quia hac est p̄na debita secundum determinationem domini, vt habetur Numero. 15. de colligente ligna in sabbatho. secundo p̄na combustionis cum pertinentibus ad ipsum, secundum quod dominus pręceperat in hoc capitulo.*

6 Congregauerunt. pro memoria futura ad terrorem aliorum.

C A P. V I I I.

Dixit autem. a In oppi. Adam. Primò propter peccata vici sumus, & qui habitabant Hai multos interfecerunt. Hai enim interpretatur chaos, qd est habitaculum dæmonum. quorum rex diabo-

lus est. Contra quē veniēs Iesus in duas partes diuidit populū, alios i primis, alios in postremis statuit, q ex insperato post terga veniant inimicorū. Primi autē sunt Iudæi, de quibus dicit: Non veni nisi ad oues perditas domus Israel. Et alibi: Iudæo primum & Græco. i. Gentili posteriori. Iudæicus ergo populus est q primus statuitur, & quasi fugiēs cum Iesu, posterior verò Gentilis, quasi ex insperato veniēs. Quis enim speraret gentes saluari? Acri⁹ post tergum aduersarios cedit. Et sic vterque populus mediam turbam dæmonum concludit & vincit. Fugere autem visi sunt qui sequuntur Iesum ab onere legis.

B Pontem insidias. Theodor. Ad quid præcepit Deus, vt struerent insidias: Docet et fideles vfos esse cōmentis humanis, vt auxilio diuino. Cum. n. sono tubarum primam urbem cepissent, merito sanè discūt certare, labori incubete, & superpetias diuinas expectare. Confestim ergo dimicantibus illis succurrit

C Dixit autem. Hic consequenter describitur ciuitatis Hai destructio. & secūdo ex hoc habitatorum terræ Chanaan trepidatio. c. 9. Circa primū primo a domino dicitur captionis modus. Secūdo subditur executionis actus, ibi, Surrexitq; Iosue. Tercio immolationis cultus, ibi: Tunc ædificauit Iosue altare. Circa primum dicitur. 1 Dixit autē. q. d. sicut subtraxi a te auxilium meum pp peccatū ipsius Achā, ita te protegam propter iustitiam de ipso factā. iō subditur. 2 Ecce. q. d. victoria hæc erit virtute mea. 3 Faciesq; ipsam destruendo, & regi eius: ipsum occidendo. 4 Prædam. d. diuidetis. Sic autem non fuit factum de præda Iericho, quæ fuit posita sub anathemate, vt dicitur supra 5. cap. 5 Ponite. Q. aliter autem, & ad quid non exprimitur hic, sed parte sequenti. Domin⁹ tñ hic reuelauit ipsi Iosue qcquid postea executus est. Occasione autē huius dicti queritur hic, vt in bello licitū sit insidijs & cautelis vti? Et videtur quod nō, quia ius naturale dicit. Nō facias alijs qd tibi non vis fieri. Nullus autem vellet sibi fieri insidias: ergo, & c. Item insidiæ sūt quedam fraudes, & per consequens pertinent ad iniustitiam: ergo non est eis licitum vti. quia scriptū est Deut 16. Quod iustum est, iuste exequeris. In cōtrarium est glo. Aug. super locum istū, & textus in quo dicitur: quod Iosue posuit insidias de mandato domini. Responso. Aut bellum iustum est, aut iniustum. Si iniustum, nō est licitū bellare, & per cōsequens iniustum est & illicitū insidijs vti. Si aut sit bellum iustum, tunc dicendum qd insidiæ & cautela ad hoc ordinantur vt hostes decipi antur. Pñt aut hostes dupliciter decipi ab aduersariis suis s. vno modo: qd dicitur eis falsum, vel nō seruaturs semp promissū, & hoc est semper illicitū, quia in bellis sunt quedam inra semper obseruanda, etiam cum aduersarijs, secūdu qd dicit

C A P. V I I I.



Dixit autem Dominus ad Iosue: Ne timeas, neque formides. Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidū Hai. Ecce tradidi in manū tuam regem eius & populū, vrbemq; & terram. Faciesque vrbi Hai & regi eius sicut fecisti Iericho & regi illius. Prædam verò & omnia animantia diripietis vobis. Pone insidias vrbi post eam. Surrexitq; Iosue & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hai, & electa triginta milia virorum fortium misit nocte præcepitq; eis, dicens: † Ponite insidias post ciuitatem: nec longius recedatis, & eritis omnes parati. Ego autem & reliqua multitudo quæ mecum est, ascendemus ex aduerso contra urbem. Cumque exierint contra nos, sicut antè fecimus, fugiemus, & terga uertemus, donec persequentes ab urbe longius protrahantur. Putabunt enim nos fugere sicut prius. Nobis ergo fugientibus & illis persequentibus, consurgetis de insidijs & † vastabitis ciuitatem, tradetque eam dominus Deus vester in manus vestras. Cumque ceperitis, succendite eam: & sic omnia facietis ut iussi. Dimisitque eos, & perrexerunt ad locum insidiarum, sederuntque inter Bethel & Hai ad occidentalem plagam urbis Hai. Iosue autem nocte illa in medio mansit populi. Surgensque diluculo recensuit locos, & ascendit cū senioribus in fronte exercitus vallatus auxilio pugnatorum. Cumq; uenissent & ascendis-

quo bello ductor exercitus, vel ipse populus, non tam auctor belli quam minister iudicandus est. Aug. Querendū est vtrum omnis fallendi voluntas pro mendacio patanda sit, & si ita est, vtrū possit esse iustū mendacium quo iste fallitur q dignus est falli. Et si non hoc qdē iustum reperitur, restat vt secūdu aliquam significationē hoc quod de insidijs factum est, ad veritatem referatur. Et fugientes.

succurrit Deus, & fugientes oēs violentis fulminib. & grandine consumpsit. Porro *χαλκῶν* quo latētes in insidijs excitabat Iosue, *ἀσπίδα*, id est, clypeū interpretat⁹ est Iosephus, itidē & Symmachus. Procop. Symmachus scutū dicit, alius hastam, alius Scipionem & baculum. Lingua Iberica Acontium, quod Romani Gēsum vocant.

E Aug. Cum qd iustam bellum suscepit cui bellare fas est (non enim fas est oibus) verū aperta pugna vel insidijs vincat, nihil ad iustitiā interest. Iusta autē bella definiti solent, quæ vlciscunt iniurias. Si ea gens, vel ciuitas quæ bello perenda est, vel vindicare neglexerint qd a suis improbē factum est, vel reddere quod per iniurias ablatū est. Sed & hoc genus belli iustū est qd Deus imperat, apud quem nō est iniquitas, & nouit qd cuiq; fieri debeat. In

Aug. Querendū est vtrum omnis fallendi voluntas pro mendacio patanda sit, & si ita est, vtrū possit esse iustū mendacium quo iste fallitur q dignus est falli. Et si non hoc qdē iustum reperitur, restat vt secūdu aliquam significationē hoc quod de insidijs factum est, ad veritatem referatur.

NICOLAUS DE LYRA.

Dixit autem. Hic consequenter describitur ciuitatis Hai destructio. & secūdo ex hoc habitatorum terræ Chanaan trepidatio. c. 9. Circa primū primo a domino dicitur captionis modus. Secūdo subditur executionis actus, ibi, Surrexitq; Iosue. Tercio immolationis cultus, ibi: Tunc ædificauit Iosue altare. Circa primum dicitur. 1 Dixit autē. q. d. sicut subtraxi a te auxilium meum pp peccatū ipsius Achā, ita te protegam propter iustitiam de ipso factā. iō subditur. 2 Ecce. q. d. victoria hæc erit virtute mea. 3 Faciesq; ipsam destruendo, & regi eius: ipsum occidendo. 4 Prædam. d. diuidetis. Sic autem non fuit factum de præda Iericho, quæ fuit posita sub anathemate, vt dicitur supra 5. cap. 5 Ponite. Q. aliter autem, & ad quid non exprimitur hic, sed parte sequenti. Domin⁹ tñ hic reuelauit ipsi Iosue qcquid postea executus est. Occasione autē huius dicti queritur hic, vt in bello licitū sit insidijs & cautelis vti? Et videtur quod nō, quia ius naturale dicit. Nō facias alijs qd tibi non vis fieri. Nullus autem vellet sibi fieri insidias: ergo, & c. Item insidiæ sūt quedam fraudes, & per consequens pertinent ad iniustitiam: ergo non est eis licitum vti. quia scriptū est Deut 16. Quod iustum est, iuste exequeris. In cōtrarium est glo. Aug. super locum istū, & textus in quo dicitur: quod Iosue posuit insidias de mandato domini. Responso. Aut bellum iustum est, aut iniustum. Si iniustum, nō est licitū bellare, & per cōsequens iniustum est & illicitū insidijs vti. Si aut sit bellum iustum, tunc dicendum qd insidiæ & cautela ad hoc ordinantur vt hostes decipi antur. Pñt aut hostes dupliciter decipi ab aduersariis suis s. vno modo: qd dicitur eis falsum, vel nō seruaturs semp promissū, & hoc est semper illicitū, quia in bellis sunt quedam inra semper obseruanda, etiam cum aduersarijs, secūdu qd dicit

Ambr. lib. de officijs sicut observatio treugarum, & consimilia. Et iō si insidiæ sicut per talē modum, sunt iniustæ et illicitæ. Alio mō decipiuntur hostes per hoc, qd aduersarii oculi aut eis verbis vel factis suam intentionē. & hoc est licitū, quia non tenentur eis reuelare sua secreta. Vñ & in sacra scriptura dicitur, qd secreta fidei occultanda sunt infidelibus, ne ab eis derideantur. secūdu qd dicitur Matt. 7. 1. Nolite sanctum dare canibus. Et m. ulto fortius in bello iusto licitū est occultare secreta sua aduersarijs, quia hoc maximè valet in reb. bellicis. vt patet per Vegetium lib. 3. de arte militari. Et idē Aug. in gl. super locum istū dicit: si quis bellum iustū suscepit, vtrū aperta pugna, an ex insidijs vincat, non refert ad iustitiā. Ex dictis patet primum argumentum, quia nullus voluntarie rationabili debet velle qd omnia sibi reuelentur. Similiter scdm, quia tales insidiæ non pertinent ad iniustitiam, sed ad prudentiam bellicā. 6 Surrexitq; Iosue. Hic consequenter describitur executionis actus: quia sic Iosue executus est, sicut dñs sibi reuelauit: quæ quidem executio primò describitur quantum ad exercitus ordinationē, scdō quantum ad ciuitatis captionem. ibi: Abiit ergo Iosue. Snta primæ partis patet in litera, quæ est plana, paucis exceptis quæ discurrentur. 7 Et. Dicit Ra. Sa. qd ibi fuerunt positæ duplices insidiæ. In primis fuerunt 30. milia virorū. de quib. loquitur hic scriptura. In secundis verò insidijs fuerunt quinque milia. de quib. dicitur infra in parte ista. Quinque autē milia viros elegerat, & posuerat in insidijs, ita quod istæ insidiæ erant ppinquiores ciuitati quā aliæ. Exposuores autē ca. hōlici cōter dicunt, quod quinque milia virorū. de quib. sit sermo infra fuerunt de numero istorū 30. miliorū, & illi tñ remanserūt in insidijs, & 25. milia redierūt ad pugnandum cum Iosue contra regem Hai de ciuitate exeuntem: & hoc videtur per hoc quod subditur hic. 8 Ponite in q. d. ponite ibi in insidijs

MORALITER.

1 Dixit autem. In hoc cap. agit de debellatione ciuitatis Hai & regis eius. Hai interpretatur chaos, quod idem est qd confusio. Rex igit^r Hai regē cōfusiōnis signat. Et sicut dicit quedā glo. Hebraica sup Ecclesiastē, comes peccati est talis rex. Dñ. n. rex, quia multi obediunt ei. & rex cōfusiōnis, nam inclinat

clinat subditos contra dictamen rectæ rationis. Vbi verò nō est ratio, ibi nō est nisi confusio. Per Iosue verò qui salus interpretatur, intellectus vel ratio bene significatur. Nā ratio semper ad optima deprecatur. Huic autem dicitur. 5 Pone insidias vrbi post eam. quia semp caudū est contra fortē mitem

Quest. 20: I. ne. Iustam bell.

E * ab vrbe.

* dicit dominus & vobis

Deut. 32:

F

Quest. 11. in Iosue.

Et fugientes.

A Et fugientes. Adamantius. Quid putas Iesus fugiens significet? Videamus si sit tale aliquid quod fugiendo vincamus, quia est aliqua perfecta virtus in fuga. Paulus indicat dicens: *Fugite fornicationem.* Vides est quendam speciem fornicationis, quam fugere debemus, si casti in Christo vivere volumus, hęc ergo fugi parit salutem. Simili modo fugere debemus iram, auaritiam, inuidiam, luorem, detractionem, & huiusmodi. Hic est exercitus Hai quem Iesus fugere docebat.

Ibidem. 1. Cor. 6. d.

* In occursum
* In i. Cor. 10. c.

* in ciuitate.

unde: *Si vos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam.* Vult enim nos huiusmodi hostes fugere, & fugiendo euasermus horum malorum contagia, videntes deuotionem nostram & propositum mentis angeli, & nos in seductionem demonum pati, insurgunt, & eos post tergum cedentes interimunt. Iesus enim est cum his qui fugiunt, magis quam cum illis qui persequuntur: diligit enim eos, qui fugiunt fornicationem, dolorem, mendacium & huiusmodi.

* ab insidiis.

† remaneret super periles & qui euaderet.

B *Surgensq; diluculo, & c.* Iosephus. Iesus purgatum exercitum eduxit ad Ain urbem, & nocte circa ciuitatem

insidias constituens, diluculo cum hostibus est congressus. Illis autem cum fiducia propter priorem victoriam super eos euntibus, populus Hebræorum simulando se recedere, longius eos quasi persequentes traxit. Dum verò restitisset exercitus, faciem, dedissetq; signa eis quos in insidiis collocauerat, illi in ciuitatem ingressi sunt. Dum essent circa muros ciuitatis intenti, aliqui vero & circa aspectum eorum qui egressi fuerat, ciuitatem ceperunt, & omnes occurrentes exanxerunt.

* Theodo. Qui Iosue crudelitatis arguit, quod omnes trucidaret, & reges crucifigeret, arguit et Deum qui ita precepit. Ipse enim per Moysen iussit omnes peccatus interfici qui

Quæst. 11. in Iosue.

NICOLAUS DE LYRA.

aliquot de nobis, scilicet 5. milia ad hoc electa. Intentio enim Iosue erat extrahere regem Hai de ciuitate, & tunc insidiis ciuitatem intraret, & eam incenderent, ut expresse dicitur in littera, & ideo non comparuit coram ciuitate cum toto suo exercitu, ne ab hostibus ex tanta multitudinis territi non auderent exire, & ideo 25. milia supradicta inuenerunt se Iosue post egressum illorum aduersariorum de ciuitate.

1 Abiit ergo Iosue nocte illa, & c. Hic ponitur actus executionis quantum ad ciuitatis captionem, & patet littera usque ibi.

2 Leua

MORALITER.

† mitem seu carnis inclinationem, eo quod in senectute debellauit sapientissimum Salomonem.

2 Leua clypeum qui, & c. Clypeus iste est memoria passionis domini.

terram illam incolebant, nepe qui internecone digna commisit, & deuenissent ad extremam nequitiam. Quam ob causam olim diluuium induxit, ac Sodomam & Gomorrhā igne consumptis. Iussit quoque Iosue principes calcare pedibus ceruices Regum, ut adactores facti alacrius in acie confisterent.

Hoc ipsum etiam Dominus noster Iesus mandauit. Ecce ait: *Dedit vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.*

Matth. 10.

† qui infirmitates erant.

Ibidem.

b Igitur omnibus interse. Adā. percussit eos, in ore gladii, usquequo non relinquere ex eis qui saluus fieret, & c. Indicatur nobis, quia

† et si sunt ram eis.

ex his quorum chaos est habitaculum, id est, demonibus qui in abyssis regnant nullum penitus relinquere debemus, sed omnes interimere non substantiam scilicet illorum, sed opus & studium quo peccare homines faciunt, hæc est enim eorum vita si peccemus, & interitus eorum si non peccemus. Interimunt ergo sancti, habitatores Hai, nec vllum dimittunt, qui cum omni diligentia seruant cor suum, ne procedat ex eo

E † hastam infra.

cogitationes mala, & os suum ne procedat inde sermo malus: hoc est non relinquere vllum qui effugiat, cum eos nec sermo effugit malus. Extinguamus ergo omnes chaos habitates. id est, contrarias virtutes, & nullam relinquamus que effugiat. Sic enim festum celebrabim? die Deo, & lata solemnitate gaudebim? Quando ergo legis in scripturis paginas iustorum cædes interemptorum, & quia sancti nulli hostium parcunt, & si pepererint reputari eis in peccatis: sicut Sauli qui viuū referuauit Agag regem Amalec, sicut exposuimus intelligenda sunt, quia hæc bella geruntur aduersus peccatum. Quomodo autem iusti erunt si vel parum peccati in seipsis seruauerint? Ideo dicitur de eis

Matth. 1. b

2. Re. 15. g

quia nec

2 Leua clypeum. Hebræi dicunt bachidon, id est, hastam, & c. Ad hoc enim fiebat illa eleuatio ut socii Iosue qui erant in insidiis viderent, & ciuitatem intrarent: & alii se ei iungerent, quia hoc erat eis pro signo datum: quo viso statim exierunt, ut patet in littera & ideo oportuit quod illa eleuatio sic fieret in altum, ut posset a multis & a longe uideri, & ideo dicitur Hebræi fuit hasta, in cuius summitate erat aliquod vexillum pro signo determinato. Vel si fuit clypeus, ut dicitur translatio nostra, oportet dicere quod fuit leuatus in altum in summitate cuiusdam bastæ vel peticæ. Cætera patet usque ibi.

* Qui suc-

minicæ. Thren. 3. b. Dabis eis Domine scutum cordis laborem tuum. 1. Petri 4. a. Christo in carne passio, & vos eadē cogitatione armamini. Si vero clypeus iste consistenter teneatur in manu bonæ operationis, debellatur insultus carnis vel fomitis. ideo dicitur postea.

3 Iosue vero non contraxit manum quam in sublime porrexit, tenens Regem

A quia nec vnum reliquerunt. vnde: *Nondum vsque ad sanguinem restitit aduersus peccatum.* Hinc alibi dicitur: *Sanctificate bellum, & pugnate pugnam domini.* Quid est. n. sanctificare bellum, nisi intereptis omnibus animę hostibus, id est, vitijs, & mortificatis membris quę sunt super terrā, & omnib. malis cupiditatibus amputatis effici sanctū corpore & spiritu, & fortiter facientem venire ad cōspectū Dei viuētis, & p palma victorie & virtutis merito coronari.

B *Regem.* Adam. Rex Hai in ligno gemino suspenditur diaboli. i. in cruce Christi, quę gemina fuit. i. gemina ratione conficit, quia visibiliter Dei filius in carne crucifixus est, inuisibiliter verò diabolus cum principatibus, & potestatibus suis, vnde Apostolus: *Quod erat contrarium nobis, tulit illud de medio, affgens cruci sue, exuens principatus & potestates traduxit libere, triumphans eos in ligno crucis.* quatinus in alijs exemplaribus habet, *triumphans eos in semetipso:* sed apud Gręcos hęcitur, in ligno. Ergo duplex est rō dominicę crucis Vna, quia Christus crucifixus reliquit nobis exēplū, Altera in qua crux illa trophęus fuit diaboli in quo crucifixus est & triumphatus, vnde. *Mibi autem abij gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quę mihi mun. cru. est, & ego mun.* Vides quō Aptus duplicē crucis pdit rōnē, duo. n. tibi q̄ria dicit esse crucifixa, se sanctū. i. & p̄tōrē mūdi, sicut diximus Ch̄m, & diabolu. Nos. n. crucifigimur mūdo, cū veniēs princeps mūdi in nobis nō inuenit q̄cūq; & in nobis crucifigit mūdos cū peccati cōcupiscentias nō recipimus. Sed dicit aliquis: Si diabolus & exercitus eius interemptus est, quomodo adhuc cōtra seruos Dei p̄ualet, & sicut leo rugiens circum mit quærrens quem deuoret? Sed & aduentus Christi, vnus quidē in humilitate cōpletus est, alius sperat in gloria, & hic primus aduentus in carne, mysticē in scripturis vmbra eius d̄r. vnde: Spiritus vultus nostri, Christus d̄ns, cui diximus, *in vmbra tua viuemus in gentibus.* Gabriel quoq; de natiuitate eius dicit: *Virtus altissimi obūbrabit tibi.* vnde intelligim⁹ plura primo aduentu eius obumbrari, quorū completio cōsummabit in secundo. & Apostolus dicit, *quia resuscitauit nos cum eo, simulq; sedere fecit in caelestibus,* q̄ adhuc impleta non videmus, sed nūc adumbrata sūt hic p̄ fidē, q̄a mente, & spe a terrenis & mortuis operibus eleuamur, & quotidie cor nostrū ad cęlestia erigimus, sed in secūdo aduentu implebunt q̄ nūc credim⁹ & speram⁹: Sic ergo diabol⁹ victus est & crucifixus, sed his q̄ cū Christo crucifixi sūt. omnibus autē erit crucifixus, cū cōplebit illud qd̄ ait Apostolus: *sicut in Adam omnes moriunt, ita & in Christo omnes viuificabunt.* Est ergo hoc ēt resurrectionis futurę mysterium. Nam & tunc diuidetur populus in duas partes, & erūt alij primi, alij postremi, quicū que ad Iesum cōspirauerūt in vnū nec vltra erit diabolus, q̄a nec mors. Vñ nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, nō p̄ueniemus eos qui dor. quia ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba descendet de cęlo, et mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui viuimus &c. De diabolo autē ait: *Nouissimus inimicus destruetur mors, &c. Adā. Lxx. in gemino ligno: hoc ē lignū sciētię boni & mali, in quo & bonus .i. Christus, & mal⁹ .i. diabolus pepēdit, sed malus, vt interiret bon⁹ vt vueret ex virtute q̄a crucifixus est ex infirmitate, sed viu ex virtute Dei, nec vt solum vueret, sed vt viuificaret. Ipse est nouissimus Adam in spiritu viuificante.*

C *Chaldaus Parap Homo suspēsus ideo vocatur contumelia, aut maledictio Dei, quia id supplicium in eos tūm constitutum est, q̄ Deo, aut verbis, aut improbo cultu p̄brū inferūt.* * R. Isaac Aerameus. Suspendus vocatur execratio, non Dei, sed iudiciū: quia ita comparati sunt animi hominum, vt cum cruci affixum aliquē conspiciunt, detestentur magistratus seueritatem. * R. Mose Gerundenis. Tamen si fontis scelus dignum sit duratiore suspēdio, quā diei vnus est spatium, tamen deponendum est ex hominū cōspectu cadauer: quia omnū hominum execrabilissimus habetur, qui suspēdio necatus est. b *Tunc edificauit, &c. Adam.* Aedificauit Iesus altare domini Deo Israel, &c. Omnes qui in Christum credim⁹, lapides viuī esse dicimur, secundum illud: *Vos autē estis lapides viuī, &c.* Sicut autē lapides validiores primi iaciuntur in fundamentū, vt ipsis superponi possit edificij pondus, secundi verò & paulo infirmiores proximi ordinātur, qui verò adhuc infirmiores sunt paulo superiores, deinde, qui infirmiores ad huc sūt, in superioribus, & p̄pe ipsa fastigia collocantur. Idem intelligendum est de lapidibus viuīs: Apostoli, & prophetae sunt in fundamentis. vnde: *super edificati super fundamentū.* *Apostolorum et prophetarū, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Ipse autem Christus spiritualis edificij fundamentū est, vnde, *fundamentū aliud nemo pot̄ ponere, prater id quod positū est q̄ est Iesus Christus.* Beati ergo qui supra tam nobile fundamentum aedificia s̄cta cōstruxerūt. Sed in hoc aedificio oportet esse altare. Quicunq; ergo lapides viuī ofonib⁹ & obsecrationibus vacāt, & supplicationū victimas immolāt, ex his edificat Iesus altare. Sed vide qd̄ ascribat laudis lapidibus altaris. Sicut dixit legislator Moyses, *uolucate altare ex lapidibus integris, quibus ferrum non est iniectum.* Nouit cuiusq; cōscientia q̄s sit in tener, incorruptus, impollutus, immaculat⁹ carne & spiritu: cui ferrū non est iniectū. i. q̄ ignea tela maligni non recepit, sed scuto fidei extinxit & repulit, vel q̄s est qui ferrū pugne, bellū, litū nunquā recepit: sed semp̄ pacificus fuit, quierus, mitis, & Christi humilitate formatus. hi sunt lapides viuī, ex quibus altare fit, vt offerat Iesus sup̄ eos holocausta & sacrificia salutis. Sed adhuc deest, qd̄ his oibus adhaeret Iesus. Scripsit, inq̄, Iesus sup̄ lapides altaris Deuteronomū legis, &c. Quō autē hoc potuit facere? Sed n̄ Iesus in lapidibus viuīs & integris scripsit Deuteronomū. i. secundā legē. vnde ipse ait: *Dictū est antiquis: Nō occides. Ego autē dico vobis: Omnis qui irascit fr̄i suo h̄. est, &c.* Vides Deuteronomum quod scripsit Iesus in lapidibus viuīs & integris, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: non atramento, sed spiritu Dei viuī. vnde: *Cum enim gentes quę legem non habentes, naturaliter quę legis sunt faciunt, huiusmodi legem nō habentes, p̄si sibi sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptū in cordibus suis, &c.* Sed nūc p̄ hęc quę loquimur Iesus Deuteronomū descripsit in cordibus eorū, q̄ integra fide, & toto aīo accipiūt quali integris lapidibus. Quō potuit sup̄ lapides tā magnū librū scribere & p̄manētibus ibi filius Israel vsquequo p̄scriptisset? N̄ aut Iesus non indiget multa mora, vt secundā legem in cordibus credentium figat, qui ad altaris constructionem digni sunt.

D *Non hoc ad literam, sed locus demonum inhabitabilis erit in eternum, cum iam nemo peccabit, neque regnabit peccatum, cum diabolus & angeli eius ibunt in ignem eternum.*

A *Non hoc ad literam, sed locus demonum inhabitabilis erit in eternum, cum iam nemo peccabit, neque regnabit peccatum, cum diabolus & angeli eius ibunt in ignem eternum.*

B *oportebat eum aliquid Deo dignum tanta victoria offerre.*

C *Hi lapides viuī sunt Apostoli & integri & incorrupti, vnum altare facientes propter vniuersitatem & concordiam vniuersae orationis. Super hoc altare offert Iesus sacrificium patri. Nos quoque possumus effici lapides altaris, non enim desunt nos Christus & orationes nostras spiritus adiuvat, & offert patri orationes nostras.*

D *Quicorrupti carne & spiritu.*

E *Quicorrupti carne & spiritu.*

D *In cap. 20. Deutero.*

Hom. 9. in Ios. E

1. Pet. 2. 2.

Eph. 2. d. F

1. Cor. 3. c.

Exod. 20. d. Deut. 7. 2. a.

Matth. 5. c.

Rom. 2. b.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Qui suc. &c. i. nō reedificandā in postū, sicut fecerat de Iericho.

2 Tūc aedi. i. sic consequēter ponitur actus immolationis, vt de victoria Deo gratias agerent, & vt mandatū Moysi de benedictionibus &c.

MORALITER.

† Regem quoque. Per patibulū asperitas penitētię pot̄ intelligi, in qua suspendendus est fomes peccati. Gal. 5. d. *Qui Christi p̄ponit, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentiis.*

2 Tūc aedi. Per hoc quod Iosue fuit sollicitus Moysi p̄ceptum implere, instruantur p̄lati, bonas ordinationes

3 De lapidi. sic enim describitur in lege Exod. 20.

4 Et scrip. Non est intelligendum, quod totum fuerit ibi scriptum, sed decem p̄cepta tantū, prout continentur etiam Deuter. 5.

nes p̄decessorū suorum custodire. contra multos qui student eas totaliter dissipare.

3 De lapid. Per quos significantur fideles in fide, & moribus stabiles, de verbis politis rhetoricę non curantes.

4 Et scripsit, &c. In cordibus enim fidelū scribitur lex euangelica ad credendum corde, & confitendum ore.

R. Levi filius Gersonis. Ab omnibus altaribus prohiben-
di sunt scalpria, vt intelligerent quia se a celestem sibi fauorem
& gratiam demereri facis faciedis, & cocubare fatage-
rent, Deum suapte natura perfectum bonumque esse, neque
ad sui abolitionem externum aliquid accipere.

R. ISAAC Acrameus.

Ideo artificum manus pro-
fus ab altarum lapidibus ab-
cile debuit, ne id bonum quod
apud aasa Deo impetrat ho-
mines, humano operi terre ac-
ceptum possint.

Orig. ho. o. m. tot.

Orans autem. Et omnis Is-
rael & presbyteri & iudices
& seniores predebant hinc & il-
linc, arcam testamenti dñi,
&c. Arca testamenti domini
est, in qua tabule legis manū
Descripte tenentur & circa
hanc quierē Israel est incedit
nec est longe ab ea. Iuxta ue-
rō & sacerdotes in humeris
suis eam portabant. Quicum-
que enim sacerdotali religio-
ne & sanctitate viuunt, nō so-
lum hi qui sedēt in sede sacer-
dotali, sed magis, hi qui sacer-
dotaliter agunt, quantum pars
est domini, ipsi uerō sacer-
dotes, & Leuitae dñi, qui legem
portant in humeris implēdo, s.
opere, q̄ scripta sunt in lege.

Ita adueni. Sed & profely-
tus & indigena simul, & erat
dimidij iuxta montem Garizim,
& dimidij iuxta mōtem
Hebal, &c. Qui sūt qui dimi-
diū incedunt iuxta montem
Garizim, & qui sunt dimidij
qui licet saluentur, non tamen
potuerunt iuxta montem
Garizim incedere, sed incedunt
iuxta mōtem Hebal. Mons
Garizim benedictiones habet.
Mons Hebal maledictiones,
quę peccatoribus imminet.
Statuerunt enim, sicut scri-
ptum est in Deuteronomio, sex
tribus ad benedicendum
in monte Garizim nobiliores
& eximias, id est. Simeon,
Leui, Iuda, Ithamar, Ioseph,
& Benjamin. Sex uerō ignobili-
ores ad maledicendum, in quib.
est Ruben, q̄ ascendit cubile
parris, & Zabulō qui est vltimus
filius Lig. Ego video duas esse
species eorū qui per fidē prope-
rāt ad salutem. Vnam eorū
qui promissione celestium cupi-
ditate succēsi, summo studio
intunt, nec vel eos minima
beatitudo p̄tereat, desiderātes
nō solum bñdictionē capere
& effici in parte sortis sanctorū
sed temp adfistere in cōspectu
Dei. Alij uerō etiā tēdunt ad
salutem, nō tam amore celestium
benedictionū vel promissionū
q̄ ne eant in gehēnam. Quā
dicant: Sufficit mihi nō
ne in ignem eternū, nō expelli
in tenebras exteriores. Dimi-
diū ergo illi q̄ iuxta montē
Garizim incedunt, qui ad bene-
dictionē electus est, illos significat,
qui nō metu p̄nē, sed benedi-

præcepta.

Idem.

Deut. 27. b. & 28. b.

Gen. 49. a

1. Cor. 14.

benedictionis & promissionis desiderio ueniūt ad salutē. Il-
li uerō dimidij, qui iuxta montem Hebal incedunt, in quo
maledictiones prolatae sunt, alios indicāt, qui metu p̄nē &
supplicij cōplentes legem ueniunt ad salutē. Nobiliores autē
sunt illi, qui ipsi boni & benedictionis desiderio bonū agūt
quā qui metu supplicij. So-
lus autem Iesus est, qui potest
ex omni populo huiusmodi
mentes discernere & alios sta-
tuere in monte Garizim ad
benedictiones, alios in mon-
te Hebal ad maledictiones,
non ut maledictiones acci-
pant, sed ut motuentes præ-
scriptas maledictiones, & p̄-
nas peccatoribus constitutas,
caueant incurrere eas.

D
Humil. Iosue.

Deuteronomium legis Moysis, quod ille di-

gesserat coram filiis Israel. Omnis autē populus

& oēs maiores natu, et ducesq̄, ac iudices stabant

ex utraque parte arcæ in conspectu sacerdotum

qui portabant arcā fœderis domini: vt aduēna,

ita & indigena Media pars eorū iuxta montem

Garizim, & media iuxta montem Hebal sicut

præceperat Moyses famulus Dñi. Et primū

quidem benedixit populo Israel. Post hæc legit

omnia uerba benedictionis, & maledictionis,

& cuncta, quæ scripta fuerant in legis volumi-

ne. Nihil ex his, quæ Moyses iusserat, reliquit

intactum, sed uniuersa explicauit coram omni

multitudine Israel mulieribus ac paruulis, & ad-

uenis, qui inter eos morabantur.

Humil. Iosue. E. 1. Cor.

ses, quem non legerat Iesus in auribus totius ecclesię Israel,
additum esse etiam mulieribus & infantibus & profelytis. No-
uit enim. Iesus noster aures esse præter istas carnales, de
quibus ait. Qui habet aures audiendi audiat. In his ergo auri-
bus legit Iesus legem. Si ergo separatim intelligamus mu-
lieres & infantes & profelytos, & eos uelut sequelam quan-
dam esse sentiamus ecclesię, quomodo in magna domo
sunt etiam lignea & fictilia uasa. Dicimus quidem uiris
fortibus fortem tradi cibum, de quibus dicitur. Perfectio-
rum autem est solidus uibus, ex quibus ecclesia paratur, quæ
non habet maculam aut rugam. Eos uerō quos mulieres,
infantes, profelytosque appellat, intelligamus eos esse qui
adhuc lacte indigent, uel etiam infirmi, ut mulieres olerib.
uescunt. Si uerō omnis simul ecclesia accipiat, uiri intelli-
gunt qui in omnibus stant armati perfecti contra hostes &
diaboli astucias. Mulieres uerō, quæ nōdum ex se quę ytilia
sunt egerunt, sed meliorū exempla scēdō, qui sunt eis ca-
put. Caput enim mulieris uir. Infantes uerō erunt, qui nuper fi-
de suscepta, lacte euāgelico nutriunt. Profelyti autem cate-
chumem, uel qui iam lociari fidelibus student.

F Luc. 8. b. 1. Tim. Heb. 5. Ephel.

1. Cor. 1

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Omnis autem populus, &c. Quia sicut dictū fuit plenius Deut.
27. Hebal & Garizim sunt duo monticuli propinquē, et uallis est in
medio in qua in erant sacerdotes eam in ea, & media pars populi erat
in monte Garizim, vt dicitur hic, & media pars eorum erat iuxta
montem Hebal, & dicitur iuxta, quia non erat in summitatibus illo-
rum montium, sed in descensibus, vt melius audirent sacerdotes, qui
erant in ualle media, pronuntiantes benedictiones uersus montem Ga-
rizim, & populus ibi existens respondebat, amen, & maledictiones
uersus

uersus montem Hebal, & populus ibi existens respondebat, amen. pro
ut dicitur Deut. 27.
2 Et primū. Non est intelligendum quod Iosue propriē loquen-
do benedixit et populum, quia hoc pertinet ad sacerdotum officium, sed
imprecatus est bona populo, tanquā princeps populi post immo-
lationem prædictam, quam similiter fecit non per se, sed per sacer-
dotes.
3 Post hæc. Non per se sed per sacerdotes ut prædictum est.
4 Coram omni. Quia super omnes cadebant maledictiones, si
transgredirentur legem, & benedictiones, si eam obseruarent, secundū
quod habetur Deut. 30. & 28.

MORALITER.

† Media pars, &c. scilicet ad benedicendum. † Et med.
scilicet, ad maledicendum, vt habetur Deuteronomio. 28. Per
hoc autem ostenditur, quod licet boni sint benedicendi
ita mali maledicendi, differenter tamen. Iste namque be-
nedictiones & maledictiones quædam imprecationes
bonorum.

honorum ipsis bonis, & malorum ipsis malis, vt habetur
Deuteronomio. 28. ubi benedictiones ista ponuntur explici-
tē. Bonis autem hominibus imprecanda sunt bona spiri-
tualia & temporalia, malis autem hominibus imprecanda
sunt bona spiritualia tantum, & non temporalia, sed ali-
quando magis oppositum: non tamen ex odio, sed ut ue-
xatio det eis intellectum, & sic à suis iniquitatibus resipi-
scent.

in Iosue. 10.



Quibus, &c. * Rupert. Omnes peccato suo duce, congregati sunt, vt perirent, quia Dñi sententia fuerat, vt indurarentur corda eorū, & pugnaret contra Israel, & caderent, & non mererentur vl lam clemētia. Etenim tā pessimi erāt, tāq; pec

catores, vt ipsa eos terra euome ret. Cum.n. dixisset, *Qui cum in-mento, & pecore coierit, morte moriatur, mulier, quæ succubuerit cui- libet iumento, simul interficietur cū eo, ne vos euomat terra,* omnia hæc fecerunt. Iusta ergo Domini sententia fuerat, vt indurarent corda eorum, & pugnarent, & non mererentur omnem clemētiam, &c. Sequitur.

Momil. 9. in

b *Congrega. &c.* Adam. Ex his, quæ gesta sunt, Domini Iesu bella, & triūphos contēplemur, quāuis et hæc in ipso visibiliter cernamus expleta. Conuenerūt enim reges terræ senatus popu- lus, & principes Romani, vt expugnarent nomen Iesu, & Isra-

Rgl. 2.

B el simul. Decreuerunt enim legibus suis, vt non sint Christiani. omnis ciuitas, & omnis ordo Christianum nomē impugnat. Sed sicut omnes reges illi conuenientes nihil contra Iesum fa- cere potuerūt, ita et nunc nihil potuerunt, vel principes, vel po- testa es istæ contrariæ, qñ Chri- stianorum genus latius, & pro- fundius propagetur. Scriptū est enim: Quia quanto magis eos humiliabant, tāro plures fiebāt. Confidimus autē, quia nō solum nō poterūt nos obtinere inuisi- biles inimici, sed velociter do- mino nostro Iesu vincente, cō- teretur Satanus sub pedibus ser- uorum eius.

Exod. 1. b.

C *At hi, qui, &c.* Adam. In domo patris mei mansiones multe sunt, & multæ differentia eorum, q ad salutem sunt, vel veniunt. Vnde, & Gabaonitas arbitror portuiculā quādā eorū esse, qui saluandi sunt, sed non sine nota alicuius infamie. Ligni enim cę

omil. 20.

fores

fores, vel aquæ gestatores fuit ad obsequiū populi, & altaris, quia cū dolo accesserūt ad filios Israel, pānis calceament sq; veteribus induti, ferētes cibū vetusti panis. Hi ergo veniunt ad Iesū cū vetustatib. suis, p- tentes saluari tantū. Sunt enī in ecclesia credētes quidā, & acquiescentes diuinis p- ceptis, erga seruos Dei religiosi, & of- ficiosi, et ad ornatū ecclesie, vel ministeriū satis prompti, sed in puerfatione propria obseceni, vitijs inuoluti, nec omnino de- ponentes veterē hominē cum actibus suis, nihil adhibēt emē- dationis morū, vel innouatiōis. Istis ergo Christus Iesus salutē concedit, sed quādā infamiae notā nō euadunt. Simile quod in libro Pastoris de his dicitur. Quia est arbor quedam, quæ vl mus uocatur quæ fructum non adfert, portat tñ vitem fructife- rā, & sic necessaria est, quia fru- giferæ viti seruit. Sic Gabaoni- tæ non deposuerunt veterē ho- minem cum actib. suis, sed mi- nistrant sanctis, & seruiunt, & aliquid utilitatis impendunt, et sic ab Iesu salutē cū iuramenti interpositione suscipiunt.

D

E Col. 3. b.

F Quobis

C A P. I X.



Quibus auditis cuncti re- ges trans Iordanem, qui verlabatur in mōtanis, & cāpestribus, in mari- timis ac littore maris magni, hi quoque, qui habitabant iuxta Liba-

nū, Hethæus, & Amorrhæus, Chananæus, Pherefæus, & Heuæus, & Iebusæus, congregati sunt pariter, vt pugnarent cōtra Iosue, & Israel vno animo, eadēq; sententia. At hi qui habitabant in Gabaon, audiētes cuncta

quæ fecerat Iosue Iericho, & Hai, cāllide cogitantes tulerūt sibi cibaria, faccōs veteres asi- nis imponentes, & vtres vinarios scissos at- que cōlutos, calceamentaq; p antiqua, quæ ad iudiciū vetustatis pitacijs cōluta erāt, in- duti veterib. vestimentis. Panes quoq; quos portabāt ob viaticū, duri erāt, & ī frustra cō-

minuti. Perrexerūtq; ad Iosue, qui tūc mo- rabatur ī castris Galgala. Et dixerūt ei, atq; simul omni israeli, de terra lōginqua veni- mus, pacē vobiscū facere cupiētes. Respon- deruntq; viri Israel ad eos, atq; dixerunt. Ne

fortē in terra, quæ nobis sorte debetur habi- tetis, et non possumus fœdus inire vobiscū. At illi ad Iosue: Serui, inquit, tui sumus. Quibus Iosue ait: Quinā estis vos, aut vnde

citur magnum respectu maris mortui, & maris Cenereth, quæ sunt quidā lacus, ut supra dictum est 3.c. Cætera patēt. **At hi.** Hic consequenter agitur de Gabaonitis, qui timore ducti quæsierunt cum filijs Israel fœderari. Circa quod priō describitur simulatio falli. secundo firmatio fœderis initi, ibi *susciperūt* ig. tertio detectio doli ibi. *Post dies aut tres.* quarto temperatio pacti, ibi. *Qui ruderunt.* Sententia autem primæ partis est in hoc, quod finxerunt se verbis, & factis venisse de terra longinqua, quæ esset extra terminos terræ promissæ filijs Israel, vt sic possent cum eis aliquod fœdus facere, per quod mortem euaderent, & in terra inanerent, & patet litera vsque ibi. **Ne forte, &c.** quia inhibitum erat eis fœdus facere cum ha- bitatoribus illius terræ, vt habetur Num. 33. *** I Venerunt**

Diuisa

NICOLAUS DE LYRA.



Quibus audi. Descripta destructione Hai, hic cōse- quenter describitur timor circumstantis populi. Ex hoc aut timore aliqui se congregauerunt, ut possent melius resistere, de quib. primo agitur. Aliqui uero cogitauerunt coniungi filijs Israel fœdere, de quib. agitur secundo ibi. *At hi qui erant in Gabaon.* Circa primum dicitur.

- 1 *Quibus au.* s. transitu Iordanis mirabili, & destructione Iericho, & Hai.
- 2 *Cuncti v.* Hic accipit trās Iordanē, respectu illi. loci i quo filij Iſrl māserāt ī cāpestrib. Moab ubi Moyses leg. explana.
- 3 *In maritimis.* i. i locis ppq; mari mortuo, & mari Cēereth.
- 4 *Ac littore maris mag.* Illud est mare mediterraneū, quod dicitur

MORALITER.

1 Quibus auditis cuncti, &c. Per istos reges cōgregatos ad pu- gnaudū contra Iosue, & populū Israel, allegorice significan- tur principes Iudæorū, & Imperatores Romanorū, & eorū pfecti, volentes destruere nomen Christi, & populi Chri- stiani, q p Iosue, & populū Israel significātur. Et de ista con- gregatione q̄ Christū dicitur Psal. 2. a. *Astiterunt reges terræ, & principes cōnenerunt in vñ aduersus dñm, & aduersus Christum eius,* sed non potuerūt. Nā e contrario in istis persecutiōib. maxime creuit populus Christianus, & p cōsequēs nomen Christi. Et hoc fuit figuratū Exo. j. b. ubi dicit de filijs Israel: **Quanto**

Quanto uero magis opprimebant, tāto magis multiplicabā- tur, & credebant. Et iō Pl. 2. post verba p̄missa. *Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vñ aduersus dominū, & ad- uersus Christū eius.* subditur. *Dirumpamus uincula eorum, & pro- uocamus ad nos in uñ ipsorum.* *Qui habitat in celis iridebit eos,* &c. quia fecit venire oppositum intentionis suæ. *** At hi, qui habitabant in, &c.** Per Gabaonitas, qui cū ve- stimentis concisis, & calceamentis ueterib. & repuatis ue- nerunt facere fœdus cū filijs Israel, intelligi possunt illi, qui moribus secularib. quærent religionem contra dictum Apo- stoli Coloss. 3. b. *Expoliamus vos veterens hominem cum actib. suis iuduite nonum.* propter quod de talibus subditur. **Tom. 2. C**

A vobis dominus per mare rubrum, et in deserto, nihil tamē tātæ fidei dignum, nihil tantarū virtutū admiratione dignū gesserunt. Iesus ergo vidēs angustum in fide propositū, moderationem erga eos iustissimam seruat, vt salutem mereatur, quā parum fidei habent, nec tñ summā regni, vel libertatis accipiant, quia fides eorum nullo operum nobilitatur accessu. *Fides aut sine operibus mortua est.* Nobis autē providendum est, dū potestātē habemus, vt abijciētes antiquas sordes, & pannos vitiōrum veteres sociemur Israeliticæ libertati. In lege enim præcipitur, ne liceat Hebræū puerū, si forte in seruitutē duenerit, ampli⁹ seruire, quam sex

Iaco. 2. d.

Exod. 21. 2.
Deut. 15. c.

B annis, in septimo verò liberū dimitti. tanta apud Israelitas libertatis cura. Tu ergo si Hebræus puer es, & in seruitutem decidisti: Puer enim est, qui facilitate animi in seruitutem decidit, qui autē peccat seruus est peccati; in hoc seruitutem nō virilis, & perfectus animus decidit, sed puerilis, & facilis. Tu ergo si Hebræus puer es, id est fidelis iam

Ioan. 8. d.

baptizatus, & post in peccatum lapsus, sufficiat tibi sex annis seruisse. In septimo vide ne seruias, sed redi ad libertatem tuam. Septenarius legem significat mandatorum, senarius vero mundum, dum ergo, quæ mundi sunt sapias, & in his exerceas, & secundū carnē cogitas, necesse est te seruire peccato. Cū ergo ad septenariū, i. legis scientiā perueneris, tūc require libertatē tuam, ne si perseueraueris in peccatis defixa in aure nota, quia si cōmonentis Dei, & ad libertatem pristinam reuocantis verba non audias, fias peccati seruus in æternum.

C

* Procop.

venistis? Responderunt: De terra longinqua valde venerunt serui tui in nomine domini Dei tui. Audiuimus enim famam potentie eius, cuncta, quæ fecit in Aegypto, & duobus Amorrhæorū regib. trans Jordanem Sehon regi Hesebon, & Og regi Basan, qui erat in Astaroth. Dixeruntque nobis seniores, & omnes habitatores terræ nostræ: Tollite in manibus vestris cibaria ob longissimam viam, & occurrere eis ac dicite: Serui vestri sumus, scdus inite nobiscum. En panes, quando egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia comminuti. Vtres vini novos impleuimus, nunc rupti sunt, & soluti. Vestes, & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consumpta. Susceperunt igitur de cibarijs eorum, & os domini non interrogauerunt. † Fecitque Iosue cum eis pacem, & inito scdere pollicitus est, vt non occiderentur. Principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Post dies autem tres inito scdederis, audierunt, quod in vicino habitarent, & inter eos futuri essent. Moueruntque castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim. Et non percusserunt eos, eo quod iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus contra principes Israel. Qui responderunt eis. Iurauimus eis in nomine domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere. Sed hoc faciemus eis: Reseruentur quidem, vt viuant, ne contra nos ira domini concitetur, si peierauerimus, sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant, aquasque comportent. Quibus hæc loquentibus, vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis:

* Procop. Successit Gabaonitarum conatus, eo quod Iosue ipso tempore causa Deum non fuisset sciscitata. Ipso tempore vero seruitus, quæ circa rem sacram consistebat, Noe vaticiniū ad finem adduxit, qui dixit. *Maledictus Chanaan, famulus erit fratrum suorum.* Est autē Gabaon metropolis ac vrbs regia Hebræorum, quæ etiā de sorte Benjamin fuit. Nunc verò vicus est, seruate nomine, prope Bethel ad occasum, ad quartum lapidem.

de sorte Benjamin fuit. Nunc verò vicus est, seruate nomine, prope Bethel ad occasum, ad quartum lapidem.

* IOSEPHVS Gabaonitæ habitantes, iuxta Hierosolymam, videntes, quæ eueniant Hiericho, & Ain, ad semetipso transire hanc vastationem existimantes, Iesum aperte rogare noluerunt. Neque enim hoc impetrare se quasi aliqd mediocre putabant, dum in interitu totius gentis Chanaanorū eum pugnare agnoscerent. Miserunt legatos ad Iesum, &c.

lib. 5. An.
ca. 2.E
† 22. q. 4.
noens.
elec. c. ve
bilem. an

Gen. 34.

* Rab. Solom. fraus Gabaonitarum, veluti talio fuit illius quæ olim vsi erant filij Iacob ad opprimendos Sichimitas, Gabaonitarum gentiles, fuerant enim Sichimitæ Heuzi, vt

& Gabaonitæ.

a Iurauimus. Aug. Quaritur quomodo iurationē hanc seruandam crediderunt Hebræi Gabaonitis, quibus ita iurauerant tanquā de longinqua terra venientib. sicut illi mētiti fuerant. Sciebant. n. se debellandos, si cognitū esset Hebræis in ea terra eos habitare, quā erant recepturi. Mentientibus ergo, q. de longinqua terra venissent, iurauerunt. Postquā vero cognouerunt habitare eos, vbi omnes quos inuenirēt, secundū Dei præceptum debellare deberēt, noluerunt tamē

Questi
in Iosue

F

frangere

NICOLAUS DE LYRA.

1 Venerunt, &c. Ex hoc videtur, quod non solum venerunt ad Iosue timore ducti, sed etiam fide veri Dei, quia ex miraculis, quæ fecerat pro filiis Israel auditis, crediderunt eum esse verum Deum cæli, et terræ, & desiderauerunt ad cultum ipsius venire per scdus inuendum cum filiis Israel, & de hoc sunt commendandi, non autem de fictione falsi, per quam ad hoc deueniunt.

2 Tollite in, &c. id est, quasi ob longissimam viam fesse, quia secundum veritatem non erat, sicut patet in litera. Cætera patet.

3 Susceperunt, &c. Hic consequenter ponitur firmatio scdederis initi cum dicitur: Susceperunt igitur, &c. Dicunt aliqui, quod non susceperunt ad comedendum, sed ad probandum, quod apportata fuissent de longinquo. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia ita bene vidissent hoc in manibus Gabaonitarum. Et ideo dicendum, quod acceperunt ad comedendum, licet modicum in signum confederationis. Iste enim fuit modus apud antiquos, comedere simul post scdederis inita, vt habetur de Iacob, & Laban, Genesis 31. & adhuc seruatur temporibus modernis apud multos.

4 Et os domini non interrogauerunt. Et in hoc defecerunt, quia in arduis debebant recurrere ad consilium domini. si tamen recurrisset, forsitan ex eius responsione idem fecissent, vt videbitur infra.

5 post, &c. Hic consequenter ponitur mendacij detectio per visum, & auditum, quia filij Israel audierunt, & viderunt, quod ciuitates Gabaonitarum erant sitæ intra terminos terræ sibi promissæ. Et patet litera.

6 Qui

6 Qui ref. Hic consequenter ponitur pacti temperatio, quia Iosue, & principes ad compescendū murmur populi, & seruandū obligationē iuramenti, liberauerunt Gabaonitas à morte corporali, & supplicauerunt eos morti ciuili, videlicet seruituti ad cædendum ligna, & portandū, & ad hauriendū aquas, & portandum ad locum vbi iugeret cultus Dei, & hoc cessit in utilitatem communitatis populi, q. tenebatur talia ministrare, & isti uocantur Nabhinnei in libris Regū, & Paral. & ex dictis patet litera. Ad euidentiam predictorū qritur hic, utrum Iosue, et principes tenebantur seruare iuramentū predictū de scdederis cum Gabaonitis. Et arguitur primò, quod non, quia erat cōtra domini præceptum, q. præceperat omnes habitatores illius terræ occidi, ut habetur Nu. 33. et in alijs locis plurib. Item iuramentum conditionatum non tenet deficiente conditione, sed istud iuramentum fuit conditionatum, s. si illi quib. scibat non essent de habitatorib. terræ promissionis, quæ conditio non stetit, vt patet in litera. Item fraus, et dolus non debent alicui patrocinari, sed Gabaonitæ videntur dolose egisse uerbis, et factis, ergo, etc. In contrarium videtur, quod dicitur in litera.

7 Iurauimus eis, &c. et sequitur.

8 Reseruentur, &c. Periurium autem non incurritur, nisi ex transgressione iuramenti obligatorij, nec ira domini concitatur, nisi ppter illud, quod est illicitum fieri, ergo, etc. Responsio. Dicendum, quod hoc iuramentum fuit seruandum triplici ratione. Prima accipitur ex parte Gabaonitarum, qui sicut dictum est, venerunt ad Iosue in nomine dñi volentes eius cultui subijci, & id præceptum domini de interfectio-

Iur
seru
baoni
pter

* ne habita-

A frangere iurationem, & quamuis eos mentitos didicissent, parcere maluerunt, cum possent dicere, se tanquam illis iurasse quos esse crediderant, id est, de longinquo venientes. Cum verò aliud cognouerunt, præceptum domini circa eos fuit implendum, vt sicut ceteri expugnatètur, Deus autem hoc approbavit, nec parcentibus succensuit, quamuis eum non interrogassent, quinam illi essent, & cum illos fallere maluissent. Vnde credendi sunt, et si fallere, pro sua salute voluerunt, non tamen fallaciter Deum timuisse in populo eius. Ideo autem non succensuit dominus iurantibus, aut parcentibus, & postea Gabaonitas ipsos tanquam populi sui homines de domo Saul vindicauit, sicut regnorum ostendit historia. Et quia iuratio sic seruata est, quamuis hominibus mentitis vt ad clementiam sententia flecteretur, non displicuit Deo. Nam si e contrario iurassent aliquos se interfecituros, quos Gabaonitas in terra pmissionis esse putassent, & postea didicissent eos ab ea terra esse extraneos, & de longinquo ad se venisse, non arbitrandum est, qd essent debellaturi eos causa iurationis implendæ. Cum propter ipsam parcendi clementiam sanctus David, postquam iurauit se in terfecturum Nabal, sciens vti que quem fuerat interfectur⁹, parcere maluit, nec iure duriore implere iuramentum magis placere Deo existimans, si quod ira perturbatus iurauerat non fecisset, quam si perfecisset.

* Theodoret. Damnauit Iosue Gabaonitas ad ligna cædenda, & aquam ferendam, quia sefellerant tam habitu, quam mendacio. Et cum oporteret consulere dominum Deum, postea cum illis inire fœdera, credentes eorum verbis mendacibus persuasi sunt, & fœdera iureiurando firmauerunt. Atqui præceperat vniuersorum Deus omnes illos interfici. Medius igitur Iosue relictus inter præceptum diuinum & iusiuran-

iusiurandum emissum, declarat eos ministros fuisse sacrificii, non quod contumeliosum sit seruire Deo, sed valde honorificum.

* R. Moses Gerundensis. Cuiuslibet etiam è vulgo Israelitæ aquatores lignatoresque fuerunt, distributis possessionibus: qui modo ipsos de eo officio interpellasset, quamquam non planè gratis, sed exigua mercede conducti, qua victum possent sibi parare. Nam qui sacra seruiebant aræ, ii cum Leuitis alebantur.

* Ambros. Quia Iosue adhuc ignarus erat locorum & incolatum, non cognouit fraudes Gabaonitarum, sed citò credidit. Ad eos sancta erat illis temporibus fides, vt fallere aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui ceteros de suo affectu æstimant? Et quia ipsis amica ea veritas, mentiri neminem putant: fallere quid sit ignorat libenter credat quod ipsi sunt, nec possunt suspectum habere quod non sunt. Hinc Salomon ait: *Innocens credit omni verbo.* Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Igitur testamentum disposuit, pacem dedit, confirmauit societatem. Sed deprehensa fraude, populus irritum indignari cepit. Iesus tamen pacem quam dederat reuocandam non censuit, quia firmata erat sacramenti

religione: ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solueret. Multauit tamen eos vilioris obsequio ministerij. Clementior sententia, sed diuturnior.

Idior. Gabaonitæ significant eos qui credunt, & erga seruos Dei deuoti, vel ecclesiæ cultum videntur habere, nihil tamen emendationis vel deuotionis uel inuolutionis habent in moribus, tales tantummodo quoddam signum salutis intra ecclesiam temporaliter præferunt. Inter spirituales autem .i. inter sanctos Dei regnum æternum vel libertatem non consequuntur.

☞ a CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

C ne habitatorum terra non videbatur contra eos currere, quod erat datum propter malitiam habitantium in terra, & obstinationem eorum in malis: vnde infra 11. cap. dicitur de obstinatis: Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnaret contra Israel, & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent sicut præceperat dominus Moyse. Ex quo patet, quod Gabaonitæ meruerunt clementiam, nec currebat contra eos sententia domini. Secunda accipitur ex parte filiorum Israel, quia istud fuit primum pactum & iuramentum quod fecerunt extraneis gentibus, excepto tamen iuramento facto ipsi Rahab, quod fuit magis particulare, vt dictum fuit supra 2. ca. istud autem fuit commune. & ideo si fregissent iuramentum Gabaonitas occidendo, quibus iurauerant, vt non occiderentur, vt patet in litera: hoc fuisse divulgatum per terras in circuitu, & reputati fuissent filij Israel infideles, & iuramenti transgressores in magnum scandalum illius populi, et per consequens in irreuerentiam seu blasphemiam Dei, cuius dicebantur peculiaris populus, et a Deo electus, et ideo ad hæc vitanda seruandum fuit iuramentum. Tertia accipitur ex parte Dei, qui prior est ad miserandum quam ad condemnandum. Et ideo credendum est, quod Iosue ex familiari consilio Dei mortem eorum corporalem mutauit in civilem, vt sic de suis mendacijs punirentur, et iuramentum seruaretur, quod

quod de morte corporali eis non inferenda intelligebatur. Et quod dominus hanc sententiam approbauerit, patet ex hoc, quod propter afflictionem iustam Gabaonitarum factam per Saul, facta fuit in terra Israel tribus annis, et septem viri de stirpe Saul fuerunt crucifixi, vt habetur 2. Reg. 21. b. Glosa etiam Aug. super ca. 10. exponendo illud: In manus tuas tradidi illos: dicit sic: Vbi neque consultus est dominus vtrum eundem esset, sed vltro suis rectè subuenire volentibus futuram prænuuntiauit de eis victoriam, si posset de Gabaonitis inconsultus manere: non quia interrogauerunt ipsum, qui essent cum mentirentur, nisi ei placuisset illa iuratio, quæ subiectis parcere cogeret. Crediderant enim Deo, quem audierant promississe, quod illas gentes subuerteret, et terram earum obtineret, et hanc earum fidem quodammodo remunerauit, quia non perdidit. Ex dictis solutum est argumentum primum, quia contra Gabaonitas non currebat dictum præceptum, vt dictum est. Ad secundum dicendum, quod licet in tractatu cum Gabaonitis fuerit facta mentio de conditione illa, tamen quando postea iurauerunt principes, non fuit posita sub forma iuramenti, & dato quod fuisset posita, poterat tamen iuramentum seruari: & debebat propter rationes prædictas. Ad tertium dicendum, quod fraus et dolus proprie sunt mendacia in verbis vel factis ordinata ad malum finem, mendacia autem et falliones Gabaonitarum licet essent mala, de se tamen ordinabantur ab eis ad bonum finem. scilicet ad eorum salutem corporalem, & spiritualem, vt patet ex prædictis.

☞ CAP.

MORALITER.

† itaque sub maledictio. Vnde dicit August. Sicut non vidi meliores

meliores illis qui in monasterijs profecerunt, ita non vidi detiores illis, qui in monasterijs defecerunt.

Tom. 2.

C 2

1. Reg. 23.
Reg. 21. a.

1. Reg. 25. a.

2. Reg. 21.
in Ios.

li. 3. offic. c.
10.

E
Prou. 14.

cap. 11. li. in
Iosue.

CAPVT X.

Væ cum audisset Adoni-zeac, &c. * Iosephus. Cū rex Hierosolymorum grauer ferret, quod Gabaonitæ cum Iesu pacta fecissent, vicinarū gē- tium reges contra eos pugnatos ad solatia ro-

gavit. Quibus ei presentibus a (quatuor enim erant) & cum eo castrametā- tibus circa quē- dam fontē non procul à ciuita- te, dum iam pa- rarent oblidio- nem, Gabaoni- tæ auxiliato- rem aduocau- erunt Iesum. Ad hoc. n. ventum erat, vt à suis q- dem perimi se putarent: & ab eis qui ad inter- ritū Chananeo- rum venerant, saluari se existi- marent.



Væ cum audisset Adonisedec rex Hierusalem, quod scilicet cepisset Iosue Hai & subuertisset eam. Sicut enim fecerat Iericho regieus, sic fecit Hai & regi illius. Et quod transfugissent Gabaonitæ ad israel, & essent fœderati eorum, timuit valde. Vrbs enim magna erat Gabaon, & vna regalium ciuitatum & maior oppida Hai, omnesque bellatores eius fortissimi. Misit ergo Adoni- sedec rex Hierusalē ad Hohā regē Hebron, & ad Pharam regē Ierimoth, ad Iaphia quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens: Ascendite ad me, & ferre præsidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue & ad filios Israel. Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorum, rex Hierusalem, rex Hebron, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon oppugnantes eam. Habitato- res autem Gabaon vrbs obsessæ, miserunt ad Iosue qui tunc moraba- tur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum, ascende citò & libera nos, ferque præsi- dium. Conuenerunt enim aduersum vos omnes reges Amorrhæo- rum, qui habitant in montanis. Ascenditque Iosue de Galgalis, & om- nis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi. Dixitque dominus ad Iosue: Ne timeas eos. In manus enim tuas tradidi illos. Nullus enim ex eis tibi resistere poterit. Irruit itaque Iosue super eos repente, tota

ntas, secundum LXX. primò reges Iebuscorum, cum ad eos oblidendos conuenerunt, postea vero reges Amorrhæorū dicantur ab ipis Gabaonitis, quando nuntios miserunt ad Iesum, vt tibi subueniret. Sicut autem inspeximus secundū Hebraum vtrūq; Amorrhæorū dñr, cum constet Iebusæū regē fuisse Ieru- salē q̄ dicta ē Ie- bus, tanquā illi- gentis Metropo- lis, & septem gē- tes sæpe scriptu- ra commemo- ret exterminan- das, quarū vna perhibet Amor- rhæorum. Nisi fortè hoc nomē vniuersale fue- rit omnium, aut potius maioris partis, vt non v- na, sed plures in his septem hoc nomine cense- rētur: quamuis esset vna de se- ptē quæ Amor- rhæorum prop- riè vocaretur. Sic est quedam pars quæ ppriè dicitur Lybia, quāuis hoc no- men vniuersæ Africæ cōpe- tat. Et pars quā- que propriè di- citur Asia, quā- uis Asiā alij di- midiu orbē ter- rarum, alii tertiam partem posuerūt. Chananei quoq; tanq̄ vna gens in illis septem commemorantur, & tamen vniuer- sa terra illa originaliter terra Chanaan vocatur.

Amorrhæi reges quare.

E

q. 14. in Ios.

F

A. Antiq. 11. 10. Iosue.

Orig. Hom. 11. 10. Iosue.

2. Tim. 3. c. Eccl. 2. 2.

1. Thef. 5. c. Rom. 15. 2.

q. 15. in Ios.

B

c

b

a

b Ascendite ad. Cum se anima verbo Dei so- ciat, statim pati- tur inimicos quos antea ha- buerat amicos: nec solū hoīes, sed etiam con- trarias virtutes. Sciat ergo qui Iesu expetit a- micitias, multorum sibi inimicias patienter tolerandas. vnde. Omnes qui piè volunt viuere in Chri. persecu. pa. &c. Et alibi: Fi- li accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem. Oppugnantur etiam Gabaonitæ propter amicitias Iesu, quā- uis ligni cæsores & aquæ gestatores, id est, licet vltimus me- ritis in ecclesia sis, hoc ipso tamen quod pertinet ad Iesum, impugnaris à quinque regib. Sed nec Gabaonitæ relinquun- tur vel spernuntur à Iesu, vel à ducibus, vel presbyteris Israe- litarum: sed infirmitati eorum auxilium ferunt: hoc autem agitur in nobis. vnde: Consolamini pusillanimes, sustinete infirmos. Item: Vos autem imbecillitatem infirmorum sustinete. Sic ergo Ie- sus cum ducibus & principibus adest his, qui pro nomine suo a contrarijs virtutibus oppugnantur. Nec solum auxiliū in bello præstat, sed etiam producit diem & spatia lucis, & di- scuit aduentum noctis.

c Congregati igitur, &c. Aug. Quærit quomodo rex Hieru- salē Adoni- sedec & cæteri quatuor cum qb. obfedit Gabao- nitas

a Dominus

NICOLAUS DE LYRA. CAP. X.



Væ cum au. Hic agitur de debellatione quinque re- gum simul congregatorū. vbi primò describitur occasio belli. Secundo actus debelladi, ibi: Ascenditq; Iosue. Occasio autem belli fuit, eo q̄ isti quinque reges simul congregati venerunt ad debellandum Gabaonitas, sed q̄ essent confœderati filijs Israel, propter quod fuerunt compulsi petere auxilium à Iosue; quod concessit, & debuit concedere propter dictum fœdus. & patet litera paucis excerptis. Quæ eū audisset Ado. Hac est vera litera. sic. n. habent Hebræi et libri correcti et interpretatur dominus iustitia vel domini mei iustitia, secundū proprietatē Hebrai- ci sermonis. sicut et Melchisedech interpretat rex iustitia, qui fuit rex Hierusalem

Hierusalem sicut iste vt habetur Gen. 14. ca. Cætera patent in litera. 2 Ascenditque Iosue, &c. Hic consequenter describitur actus de bellandi. vbi primò describitur debellatio hostium, secundò occupatio ciuitatum ibi: Eodem die Macedam quoque cepit. Circa primū primò describitur modus pugne. Secundo manifestatio victoria, ibi: Reuersusq; est omnis exercitus. Circa debellatiōē hostium pri- mò promittitur diuinum auxilium, cum dicitur: Dixitq; dominus ad Iosue. Ne timeas, &c. Secundo subditur studium humanum, qđ non debet omitti in agilibus, cum dicitur: 3 Irruit itaque Iosue super eos repente. vt ex subito aduentu ipsius aduersarij terrerentur, q̄ et factū est. vnde sequitur: Conturba- uit eos dominus, &c. Tertio additur cæleste signum. et primò de cæ- lo aereo, cum dicitur.

* i Dominus

MORALITER.

1 Que cum. Hic describitur pugna Iosue contra quinque re- ges Amorrhæorū, per quos intelligi possunt quinque sensus corporis pugnantem contra dictamen rationis, q̄ per Iosue si- gnificatur, vt supra dictum est. De hac hautem pugna dicit Gal. 5. c. Caro concupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus car- nem. Quinque vero reges prædicti per quatuor fuerūt debel- lati. s. per gladios filiorum Israel, & per lapides gradinis, & per subsistentiā solis, & lunæ, & istis spiritualiter intelligēdo debellan-

debellantur sensus carnis. Per gladios enim filiorum Israel intelligūtur verba diuina, quæ sunt spirituales gladij. Eph. 6. c. Et gladium spiritus quod est verbum Dei. Quod autem per gla- dios istos debellantur sensus carnis dicit Hieron. ad rusticū monachum: Ama sanctarum scripturarum studiū, & carnis vitia nō amabis. Per lapides vero gradinis intelligunt actus penitentia. s. ieiunia, vigiliæ, asperitas victus, & vestitus, & ceteræ disciplinæ, quæ carnis sensus percutiunt & infrigidāt & domant magis quam studium sacre scripture. Ideo dicitur, Et mor

A * Dominus misit super eos lapides, &c. Rupertus. Parum erat apud homines, tantum victorem, qui nec mortuus parceret, mortuorum colla pedibus calcari præciperet, mortuosque patibulis affigeret, de crudelitate excusari, præcepto legis: nisi etiam defenderetur nouo, & inaudito iusti Dei miraculo. Misit ergo super eos lapides magnos de celo, & usque ad, &c.

A * Ioseph. Ibi etiam cognouit Iosue cooperationem Dei sibi significatam tonitruis, & fulminibus, & grandinis demissione, maiore quam solitum est.

b * Sol contra Gabaon, &c. Iosephus. Insuper etiam die crescente pugnaverunt, ne nox succedens, eorum impetum refrenaret. Quod verò longitudine tunc dies extensus est, & plus solito creuit, palam est per Scripturas, quæ sunt in templo repositæ.

* R. David. Kimhi. Erat tunc meridies, quando confersens cum hoste manus Iosue, Soli imperabat, ut cursum sifteret. Itaque substitit ille vnus longissimi diei interuallo priusquam inde ad occasum verus, more vsitato, iter ceptum continuaret. Luna quoque tantisper fixa hæsit, dum profligati hostes prorsus essent.

* Iustinus Martyr. Accepistis terram Chanaan, tanta virtute suscipi fugatisque hostibus, vt sol ipse cursum sifteret, spectando res gerentem vestrum ducem Iesum, recens cognominatum, & per triginta sex horas differret occasum.

* Tertull. Iesum Naue debellantem Amorhæos prandisse illa die existimamus, qua ipsis elementis stationem imperauit: Stetit sol in Gabaon, & luna in Aialon, donec vltus est populus de inimicis suis, & stetit sol in medio celo, & non accedebat in occasum.

* Procop. Moses non dixit, Stet sol, non suspexit in cælum, non signum cæleste ostendit. Verum, Iosue dixit, Stet sol, Ac scriptura testis est, nulli vnquam hominum, Deum ita morè gessisse. Statuit itaque & meus Iosue solem, præsentiaq; sua longiorem mihi diem contra hostes effecit, vt si sub Iosue militem, hostes in fugam verterem.

* Hieron. Gratiarum agamus duci nostro Iesu: illo enim du-

cente, illo pugnante, nos vincimus. Ille imperauit soli vt staret, & stetit, & istius typo, ille magnus erat ille imperabat, sed Dominus efficiebat. Ille nos induxit in terram repromissionis. * August. In diuinis libris legitur solem ipsum stetit cum hoc a Domino Deo petiuisset vir sanctus Iosue Naue, donec ceptum prelium victoria terminasset. Sed ista miracula, quæ meritis scimus concessa sanctorum, quando credunt Ethnicis facta, magicis artibus tribuunt.

* Idem. Sol duos dies in vnus conclusit, & luna diei spatio non occurrit. Non humani imperij auctoritate lumina requiescunt, sed Domini imperantis iussu obediunt: Dominus orationi serui sui obediens precipit, & obediunt. Ex quo intelligitur, Deum seruorum suorum precibus obedire, & ad eorum necessitatem creaturas suas opportunè gubernare.

* Theodoretus. Istud porro præfigurabat prodigiosum opus Saluatoris. Sicut enim pugnante Iosue, Sol stetit: ita dum Saluator morte sua mortem dissolueret, Sol meridie continuit radios suos, & tenebris repleuit terram.

* Rupertus. futuri quoque vniuersalis iudicii figura est. Quando enim Christus iudicaturus adueniet, tunc sole stante, longus dies erit, donec vlciscatur se de inimicis suis. Iuxta est, inquit, Propheta, dies Domini magnus, dies iræ, dies illa tribulationis & angustie, dies calamitatis & miserie, &c.

Adam. Volumus si possumus ostendere, quemodo dominus noster Iesus Christus protelauerit lucem, & maiorem fecerit diem, vel pro salute hominum, vel pro interitu Triarum virtutum. Ex quo saluator aduenit, finis erat seculi. Denique ipse ait: Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Sed retinuit & repressit diem consummationis. Videns enim Deus pater salutem gentium per ipsum solum posse constare, dicit ad eum: Pece a me, & da tibi gen. heredituam, &c. Dum ergo paterna pollicitatio impleatur, & ecclesia crescat, & plenitudo gentium introeat, ut tandem omnis Israel saluetur, dies producit, & differtur occasus, nec vnquam sol occubit, sed semper oritur dum credentium cordibus sol iustitiæ lumen veritatis infundit

Cum

NICOLAUS DE LYRA.
 1 Dominus misit super eos lapides magnos, s. grandinis insolite magnitudinis, ita quod possent armatos interficere. Ideo subditur.
 2 Et mortui sunt multo plures lapidibus, &c. Quod factum est ne filii Israel sibi victoriam ascriberent.
 3 Tunc locutus est Iosue, &c. Gratiarum agendo.
 4 Dixitque coram eis. Videns enim primum signum a Deo datum de celo aereo, ex hoc confidens petiuit secundum de celo sydereo, dicens.
 5 Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna, &c. Erant enim in tali dispositione, quod vterque apparebat super terram. quod frequenter contingit in plenilunio, quia tunc tantum distant per diametrum cæli. hoc autem petiuit Iosue, vt haberet tempus aduersarios persequendi. ideo subditur: Steteruntque sol & luna donec vlcisceretur se, &c.
 6 Nonne scriptum est, &c. Aliqui vero doctores nostri dicunt, quod iste liber non peruenit ad nos, quia non est translatus in Latinum. Sed hoc non videtur conuenire dictum, quia saltem esset vel fuisset apud Hebræos: quod non dicunt expositores eorum, sed magis contrarium, vt videbitur. Alii autem dicunt, quod est liber 12. prophetarum: quia Abacuk 3. c. scribit Sol & luna steterunt in habitaculo suo. Sed istud etiam videtur extraneum, quia liber 12. prophetarum saltem quantum ad prophetiam Abacuk fuit scriptus per magnam tempus post mortem Iosue scilicet per octingentos annos & plus, quia Abacuk prophetauit post transmigrationem Babylonis: vt dicit Hieronymus in prologo super Abacuk.

MORALITER.
 2 Et mortui sunt multo, &c. Per assistentiam verò solis intelligitur adiutorium Christi, quod est sol iustitiæ contra tentationes carnis 1. Cor. 10. c. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod

duce, illo pugnante, nos vincimus. Ille imperauit soli vt staret, & stetit, & istius typo, ille magnus erat ille imperabat, sed Dominus efficiebat. Ille nos induxit in terram repromissionis. * August. In diuinis libris legitur solem ipsum stetit cum hoc a Domino Deo petiuisset vir sanctus Iosue Naue, donec ceptum prelium victoria terminasset. Sed ista miracula, quæ meritis scimus concessa sanctorum, quando credunt Ethnicis facta, magicis artibus tribuunt.

* Idem. Sol duos dies in vnus conclusit, & luna diei spatio non occurrit. Non humani imperij auctoritate lumina requiescunt, sed Domini imperantis iussu obediunt: Dominus orationi serui sui obediens precipit, & obediunt. Ex quo intelligitur, Deum seruorum suorum precibus obedire, & ad eorum necessitatem creaturas suas opportunè gubernare.

* Theodoretus. Istud porro præfigurabat prodigiosum opus Saluatoris. Sicut enim pugnante Iosue, Sol stetit: ita dum Saluator morte sua mortem dissolueret, Sol meridie continuit radios suos, & tenebris repleuit terram.

* Rupertus. futuri quoque vniuersalis iudicii figura est. Quando enim Christus iudicaturus adueniet, tunc sole stante, longus dies erit, donec vlciscatur se de inimicis suis. Iuxta est, inquit, Propheta, dies Domini magnus, dies iræ, dies illa tribulationis & angustie, dies calamitatis & miserie, &c.

Adam. Volumus si possumus ostendere, quemodo dominus noster Iesus Christus protelauerit lucem, & maiorem fecerit diem, vel pro salute hominum, vel pro interitu Triarum virtutum. Ex quo saluator aduenit, finis erat seculi. Denique ipse ait: Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Sed retinuit & repressit diem consummationis. Videns enim Deus pater salutem gentium per ipsum solum posse constare, dicit ad eum: Pece a me, & da tibi gen. heredituam, &c. Dum ergo paterna pollicitatio impleatur, & ecclesia crescat, & plenitudo gentium introeat, ut tandem omnis Israel saluetur, dies producit, & differtur occasus, nec vnquam sol occubit, sed semper oritur dum credentium cordibus sol iustitiæ lumen veritatis infundit

Cum

liber iustorum.

quod potestis, sed faciet eum tentione prouenit vt possitis sustinere. Per assistentiam verò lunæ intelligitur adiutorium virginis Mariæ: quod Can. 6. dicitur terribilis vt castrorum acies ordinata; propter quod per eius auxiliū prouenit nobis de sensibus carnis victoria gloriosa.

Tom. 2. C 3

lib. in Ios. c. 22.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 2. de mirabil. sacre script. c. 4.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

li. 27. de ciuit. c. 8.

A Cum vero impleta fuerit mensura credentium, & deterior aut decolor ætas vltimæ generationis aduenerit, & crescentem iniquitate refrigescet charitas multorum, & in paucis fides inuenietur: tunc abbreviabuntur dies. Idem igitur dominus nouit extendere diem, cum salutis tempus est, & breuiare in tempore tribulationis & perditionis: dum ergo spatium lucis proditur, sic vt in die honestè ambulemus.

Homil. 11.
in Ioh. c.

Christianorū.
pugna duplex.

Eph. 6. b.

a *Fugerant enim quinque re. &c.* Adam. Quid est quod dicit quinque reges fuisse, & hos in speluncam confugisse? Duplex pugna est Christianis: Perfectis quidem, qualis erat Paulus & Ephesij, sicut ipse dicit: *Non est pugna aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates: & aduersus rectores tenebrarum.* Inferioribus verò contra carnem & sanguinem, his scilicet, qui adhuc carnalibus vitis & fragilitatibus impugnantur. Quod etiam in hoc loco indicari puto: Gabaonitis enim bellum indictum est a quinque regibus his qui imperfecti sunt a quinque corporeis sensibus. per aliquem enim horum vnumquemque necesse est cadere in peccatum. Hi quinque reges Gabaonitas, id est, carnales homines impugnant. Quod autem dicuntur in speluncas confugisse, potest hic forsitan indicari, quia spelunca locus est in profundum terræ defossus. Sensus ergo est, cum se terrenis actibus in corpore positi demerferint, & nihil ad opus Dei, sed totum ad ministerium corporis egerint, in speluncas confugisse dicuntur. Sciendum tamen, quod ipsa regna quorum reges nunc vincuntur à Iesu, & confugiunt in speluncas, postea veniunt in sortes sanctorum, & pars domini appellatur, sicut regnum Hierusalem, vel Lachis: vel Hebrō.

B In quibus hoc indicatur, quod quinque sensus in corpore positi cum per Iesum fuerint deuicti & infidelitas ab eis discesserit, & mortui peccato fuerint, ipsis postea ministris vitur anima ad faciendā iustitiæ opera, ita fit, vt in Hierusalem, in qua regnabat rex pessimus, regnet postea Dauid manu potēs, vel Salomon rex pacificus. Adhuc enim corporeis sensibus malignæ virtutes, quæ ad concupiscentias & fœda præbenda ministeria animæ sollicitēt, quas si fide Christi superauerit, & in ligno crucis eius suspensæ fuerint, his interemptis regnoque depulsis, tunc efficitur anima in partem Dei, & Hierusalem regnum Dei, & templum in ea domino construitur. vnde:

Ticum. 3. a.

Quia eramus & nos aliquando insensati, increduli, errantes, & seruientes desiderijs & uoluptatibus uarijs, &c. Hoc est enim Hierusalem aliquando fuisse sub rege Adonisedec, vel alias ciuitates sub alijs.

Homil. 11.
in Ioh.

Adam. Iesus interficit inimicos, non credulitatē docēs: sicut hæretici putant, sed futura in his sacramenta designās, vt cū peremerit reges qui regnū peccati tenēt in nobis: *Sicut exhibuimus membra nostra seruire iniquitati ad iniquitatē, ita exhibeamus*

beamus seruire iustitiæ in sanctificationem. Hoc quasi crudele culpatur, quod ait Iesus: *Ponite pedes vestros super colla eorum, & interficite eos.* Sed hoc non crudelitas, sed humanitas & benignitas inuenitur. Vtinam & tu ponas pedes tuos super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & con-

culces draconem & regulum, qui aliquando in te regnauit, ut omnibus interemptis qui regnabant in te opere peccati, solus in te regnet Iesus Christus.

Homil. 11.
in Ioh. c.

b *Vos autem nota.* Adam. Bella Iesu & regum, atque hostium strages, cælestium rerum vmbra sunt eorum, scilicet bellorum, quæ Iesus Christus cum exercitu suo & maiestatibus, i. credentium populis, & eorum ducibus contra Zabulon, & eius

Eph. 6.

angelos præliatur. Ipse est enim qui in Paulo & in Ephesijs pugnat contra rectores tenebrarum. Et vide o hæretice, quomodo noua veteribus concordant, promissum est veteribus regnū terræ sanctæ & fluentis lac & mel: quæ tunc a pessimis incolis & regibus incolebatur. Venit in hanc terram Iesus cum exercitu suo, & Israeliticis ducibus expugnat: omnes interimit & obtinet, & pro victoriæ merito accipit eorum regna, Tibi per euangelium non promittuntur regna terræ, sed cælorum, nec uacua. habent enim habitatores, peccatores, & demones: contra quos apostolica tuba te hortatur ad prælium. & sicut ibi dicebat Iesus: *quia bellum vobis non erit aduersus Amorrhæos, Phereæos, Heuæos, & Iebuzæos, ita & hic Paul. dicit: Non est nobis pugna aduersus carnem & sanguinem.* id est non sic pugnabimus vt antiqui, nec in terris nobis cum hominibus habenda sunt prælia, sed contra principatus & potestates contra mundi huius rectores tenebrarum harum. Iam intelligis in quibus locis hæc tibi mouenda sint certamina, vel si non intel-

E

Eph. 6. b.

ligis manifestius audi contra spiritualia nequitæ in cælestibus. Audisti quæ tibi bello, & inde cælestibus expellendi sunt, vt possis loca regni cælorum, hereditatis sorte percipere. Hoc quoque in euangelio dominus ait: *A diebus Ioannis regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Potes ergo similiter Saluatori nostro calumniam facere, qui regnum cælorum quod fidelibus promisit. violenter diripi iubet. Vnum autem facere hoc est, possidentem violenter expellere, & possessionem diripere. Quid ergo accusatis fecisse Iesum successorem Moli? Atque vtinam aperiret nobis Iesus thesaurum sapientiæ suæ, vt videremus cuius cælestiū spiritualium hostium, qui impugnant Israel, figuram tenuit princeps iste de Maceda, & ille de Lachis, & ille de Lebna; aut cuius intra me vitii vel erroris, quibus anima implicatur, formam tenent singuli quique eorum quos Iesu duce interfecit populus Dei. hi. s. audiunt mandata eius, quibus tribuit facultatem *calcandi super serpentes & scorpiones & omnem potestatem inimici.* Oremus ergo vt pedes nostri tam

E

Matr. 11. b.

Luc. 4.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Obed. do. voc. hom. id est, condescendente, quia obedientia proprie loquendo est inferioris ad superiorem: condescensio vero econuerso superioris ad inferiorem.

2 Reuersusque est. hoc dicitur hic per anticipationem, quia non fuit ibi reuersus donec habuisset victoriam completam quantum ad ea que tractantur in hoc ca. vt habetur in si. huius cap. & adhuc erat in persequendo aduersarios, vt patet in litera.

3 Voluite saxa, &c. vt non possint ibi latentes per se exire.

4 Et po

4 Et po. ne ab exterioribus possint educi inde. Cætera patent.

5 Reuersusque. Hic consequenter describitur manifestatio victoriæ. primo in hoc quod exercitus Iosue rediit in numero integro. secundo quia aduersarii non fuerunt ausi eos inuadere. ideo subditur.

6 Nullusque contra, &c. s. pro tunc: sed postea alii contra eos gnauerunt, vt patet. c. seq. tertio per hoc quod principes exercitus posuerunt pedes suos super colla quinque regum, qui latuerant in spelunca in signum quod eorum aduersarii, qui nondum erant debellati, pedibus eorum subiicerentur. Et patet litera usque ibi:

* 1 Occumbe-

Stri tam speciosi sint & tã validi, qui possint calcare ceruices inimicorum, & ita caput serpentis ꝑcalcare, vt calcaneũ non strum non possit mordere. Qui enim pugnat sub Iesu duce, dēt illud promereri, quod de illis bellatoribus scriptum est: *Et reuersus est vn̄uersus populus ad Iesum incolumis, & non mutiuit quisquã de filijs Israel i lingua sua.*

Qui. n. sub Iesu militat, incolu-
mis dēt redire de prælio, nec
vsquã ex iaculis maligni igni-
ris vuln⁹ accipere, nec corde,
nec cogitatione pollui. Quod
autē addit: *quia nullus mutiuit
in lingua sua: videtur dici: quia
nemo de victõria se iactauit,
nec sue virtuti ascripsit. Sciũt
enim quia ipsi Iesu victõria
tribuitur. vnde: Nõ autem ego:
sed gratia Dei q̄ in me est. & alibi:
Cum autem feceritis hæc omnia,
dicite: quia serui inuiles sumus.
Vtinã dominus meus Iesus
concedat mihi calcare spiritũ
fornicationis, & ceruicem spi-
ritus iracundiã & furoris &
auaritiã, demonem & iactan-
tiã, & contere pedib. meis
superbiã spiritũ. & cum hæc
fecero, gesti operis summam
non mihi, sed cruci eius appē-
dere, secũdum illud: *Per quem
mihi mundus cru. & c. non autem
ego, sed gratia eius qua est in me.*
Quod si fecero, dicetur mihi
quod antiquus Iesus dicit: *Vi-
riliter agite, & confortamini, ne ti-
meatis nec vereamini à facie eorũ,
quia dominus Deus tradidit vobis
omnes inimicos in manus.**

1. Cor. 15. b
Luc. 17. c.

B Gal. 6. d.
1. Cor. 15. b

B Gal. 6. d.
1. Cor. 15. b

B Gal. 6. d.
1. Cor. 15. b

B Gal. 6. d.
1. Cor. 15. b

C qui in manifesto Iudæus est, & in carne circuncisus, putat tã-
tum bella descripta & interitus hostium & Israelitas duce
Iesu vicisse, & diripiisse regna gētium. Qui vero in occulto
Iudæus est. i. Christianus, qui Iesum non filium Naue, sed fi-
lium Dei sequitur, intelligit hæc mysteria esse regni celorũ,
& dicit, quia etiam nunc pugnat Iesus contra virtutes cõtra-
rias, & eiecit de ciuitatibus possessis. i. animab. nostris, & in-
terfecit reges qui regnabant in animabus nostris, ne vltra re-
gnet peccatum in nobis vt exclusa lege peccati, fiat aĩa no-
stra ciuitas Dei, & regnet in ea Deus, & dicat nobis: *Ecce re-
gnũ Dei intra vos est.* Est ergo misericordia, quod hæreticis v̄
crudelitas, q̄ Iesus Christus per singulas ciuitates. i. animas
credentium complet, vel compleuit, vt quæ possidebantur
à pessimis regibus, expulsis his & perēptis, facere eas digne-
tur habitaculum Dei, & templum spiritus sancti vt mēbra quæ
seruierant

seruierant iniquitati, seruiant iustitiã. Sic ergo intellige, q̄ inter D
fecit Iesus regem Hiericho, & regem Hav, & regem Lebna,
& regem Lachis, & regem Hebron, ut omnes aĩa quæ sub
pessimis regib. legem peccati colebant, nũc sub Dei legib.
agant. Lebna Hebraicẽ Libnah, candor interpretatur.
quod diuersẽ intelligitur. Est
enim candor lepræ, & cãdor
lucis. & candorem quidem le-
præ habuit Lebna sub regib.
malis, sed eum ad Israeliticũ
populum peruenit cãdorem
lucis accepit. Lachis etiam
interpretatur iter: quod & lau-
dabile in scripturis est, & cul-
pabile. vnde: *Iter impiorum pe-
ribit.* Et alibi: *Iter rectũ facite
pedibus vestris.* Primò ergo iter
impiorum fuit Lachis ciuitas,
quo destructo postmodum Is-
raelitis regnantibus ad rectũ
iter peruenit. Hebron con-
iunctio vel coniugium: con-
iunctio verò animę nostræ fuit
primò cum viro pessimo Za-
bulo, quo mortuo liberata est
à lege prioris, & coniuncta vi-
ro bono & legitimo. de quo
Paulus dicit: *statui vos vni viro
virginem castã exhibere Christo.*
Sic ergo ipsorum nominum
intelligentia ad geminum cõ-
sonat statum. Sic melius est in-
telligi bella Israelitica, & sub-
ueriti vrbes & regna. sic reli-
giosius apparet subuertisse Ie-
sum vrbes singulas, vt nihil i
eis relinqueretur quod spirã-
ret, neque qui saluus fieret, ne-
que qui effugeret, vt nullus. s.
malitiã sensus in anima vltra
respiceret: vel iræ, vel concupi-
scentiã saluetur affectus: nul-
lus sit qui effugiat de ore ser-
mo malus. Sic ædificantur ci-
uitates iudę. Etenim nunc cu
iusq; animã destruit Iesus &
ædificat. Primum enim opus
Dei ẽ eradicare mala, spinas
& tribulos vitiorum. dum. n.
occupant terram hæc, non po-
test semina sancta suscipere.
Necessẽ est ergo primum plã-
tam eradicare peccati quã nõ
plantauit pater cœlestis, igni-
que consumi. Secũdum opus
est plantare. Moyses dicit: quia
& nunc plantat in animabus credentium. In anima enim
de qua excidit iram, plantat mansuetudinem: de qua excidit
superbiam, plantat humilitatem: de qua eradicat lasciuiam,
plantat pudicitiam: extirpata ignorantia, inserit scientiam.
Talis d̄ esse plãtatio Dei magis quã insensibilium ligno-
rum. Est. n. in primis opus verbi Dei destruere ædificia Za-
bolica. Ille enim turres superbiã, & muros elationis in vno-
quoque extruit, quæ sermo Dei destruit, vt efficiamur Dei
cultura, & Dei ædificatio supra fundamenta Apostolorum
& Prophetarum positi & effici mercamur inhæreditatem
terræ sanctæ in parte Israelitica extinctis hostibus nostris.
* Hieronymus. Lebna, in tribu Iuda, ciuitas sacerdotã-
lis, quam tenuit Iesus, rege illius interfecto: nunc est villa in
regione Eleutheropolitana, quæ appellatur Lobna. Lachis,
in tribu-

**vocauit omnes viros Israel, & ait ad princi-
pēs exercitũ qui secũm erant: Ite, & ponite
pedes super colla regum istorum. Qui cum per-
rexissent, & subiectõrum colla pedibus calca-
rent, rursũ ait ad eos: Nolite timere, nec
pauēatis, confortamini, & estote robusti.**

**Sic enim faciet dominus cunctis hostibus ve-
stris aduersũm quos dimicatis. Percussit quẽ
Iosue & interfecit eos, atque suspendit super
quinque stipites, fuerunt quẽ suspensi vsque ad
vesperũ. Cum quẽ occumberet sol, præcepit
socijs, vt deponerent eos de patibulis, qui
depositos proiecerunt in speluncam in qua
latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingen-
tia, quæ permanent vsque in præsens. Eodem
die Macedam quoque cepit Iosue, & percussit
in ore gladij, regem quẽ illius interfecit, & om-
nes habitatores eius. Non dimisit in ea saltem
paruas reliquias. Fecit quẽ regi Maceda sicut fe-
cerat regi Iericho. Transiuit autem omnis Israel
de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam,
quam tradidit dominus cum rege suo in ma-
nus Israel. Percusserunt quẽ urbem in ore gla-
dij, & omnes habitatores eius, non dimiserunt
in ea vllas reliquias. Fecerunt quẽ regi Lebna si-
cut fecerant regi Iericho. De Lebna transiuit
in Lachis cum omni Israel, & exercitu per gy-
rum disposito oppugnabat eam, tradidit quẽ do-
minus Lachis in manus filiorum Israel, & cepit
eam die altero, atque percussit in ore gladij om-**

**est plantare. Moyses dicit: quia plantauit Deus Paradisũ. Sed
& nunc plantat in animabus credentium. In anima enim
de qua excidit iram, plantat mansuetudinem: de qua excidit
superbiam, plantat humilitatem: de qua eradicat lasciuiam,
plantat pudicitiam: extirpata ignorantia, inserit scientiam.
Talis d̄ esse plãtatio Dei magis quã insensibilium ligno-
rum. Est. n. in primis opus verbi Dei destruere ædificia Za-
bolica. Ille enim turres superbiã, & muros elationis in vno-
quoque extruit, quæ sermo Dei destruit, vt efficiamur Dei
cultura, & Dei ædificatio supra fundamenta Apostolorum
& Prophetarum positi & effici mercamur inhæreditatem
terræ sanctæ in parte Israelitica extinctis hostibus nostris.
* Hieronymus. Lebna, in tribu Iuda, ciuitas sacerdotã-
lis, quam tenuit Iesus, rege illius interfecto: nunc est villa in
regione Eleutheropolitana, quæ appellatur Lobna. Lachis,
in tribu-**

**est plantare. Moyses dicit: quia plantauit Deus Paradisũ. Sed
& nunc plantat in animabus credentium. In anima enim
de qua excidit iram, plantat mansuetudinem: de qua excidit
superbiam, plantat humilitatem: de qua eradicat lasciuiam,
plantat pudicitiam: extirpata ignorantia, inserit scientiam.
Talis d̄ esse plãtatio Dei magis quã insensibilium ligno-
rum. Est. n. in primis opus verbi Dei destruere ædificia Za-
bolica. Ille enim turres superbiã, & muros elationis in vno-
quoque extruit, quæ sermo Dei destruit, vt efficiamur Dei
cultura, & Dei ædificatio supra fundamenta Apostolorum
& Prophetarum positi & effici mercamur inhæreditatem
terræ sanctæ in parte Israelitica extinctis hostibus nostris.
* Hieronymus. Lebna, in tribu Iuda, ciuitas sacerdotã-
lis, quam tenuit Iesus, rege illius interfecto: nunc est villa in
regione Eleutheropolitana, quæ appellatur Lobna. Lachis,
in tribu-**

**est plantare. Moyses dicit: quia plantauit Deus Paradisũ. Sed
& nunc plantat in animabus credentium. In anima enim
de qua excidit iram, plantat mansuetudinem: de qua excidit
superbiam, plantat humilitatem: de qua eradicat lasciuiam,
plantat pudicitiam: extirpata ignorantia, inserit scientiam.
Talis d̄ esse plãtatio Dei magis quã insensibilium ligno-
rum. Est. n. in primis opus verbi Dei destruere ædificia Za-
bolica. Ille enim turres superbiã, & muros elationis in vno-
quoque extruit, quæ sermo Dei destruit, vt efficiamur Dei
cultura, & Dei ædificatio supra fundamenta Apostolorum
& Prophetarum positi & effici mercamur inhæreditatem
terræ sanctæ in parte Israelitica extinctis hostibus nostris.
* Hieronymus. Lebna, in tribu Iuda, ciuitas sacerdotã-
lis, quam tenuit Iesus, rege illius interfecto: nunc est villa in
regione Eleutheropolitana, quæ appellatur Lobna. Lachis,
in tribu-**

NICOLAUS DE LYRA.

1 Cumq; occumberet sol, præcepit socijs suis vt depone-
rent eos de patibulis. *Quia hoc erat præceptum in lege, Dent. xxj.*

2 Eodem

2 Eodem die Macedam quoque, &c. *Postquam descripta est
debellatio hostium, hic consequenter describitur captio ciuitatum. Et
patet litera vsque ibi:*

*** 1** Ascendit

MORALITER.

† Ite & ponite pedes vestros super colla regum istorum. Qui cum p-
rexissent & sub. & c. Per hoc autem q̄ Iosue præcepit princi-
bus

bus Israel ponere pedes suos super colla quinque regum, si-
gnificatum fuit, quod quinque sensus carnis subici debent
imperio rationis.

A in tribu Iudā. Sed & hanc cepit Iesus, rege eius imperfecto. Meminit huius Esaias & Hieremias, & nunc est villa in septimo milliario ab Eleutheropoli euntib. Daromā. Gazer, i forte tribus Ephraim, vrb̄s separata Leuitis, quā & ipsam expugnauit Iesus. Aedificata est aut̄ postea à Salomone: nunc zara villa dicitur in quarto milliario Nicopoleos contra septentrionem. Eglon, quæ & Odollam, in tribu Iuda, cuius regē nomine Dabir interfecit Iesus. Est autem nunc villa prægrādis, in duodecimo ab Eleutheropoli lapide contra Orientem. Hebron, quondam Arbe, condita est septem annos antequā Tanais vrb̄s Aegypti conderetur: fuit & metropolis Enakim: quos gigantes & potentes intelligere debemus. Paula ascendit Hebron, hæc est Chariatharbe, id est, oppidum virorū quatuor, Abraham, Isaac, & Adam

nem animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. Eo tempore ascendit Horam rex Gazer, vt auxiliaretur Lachis, quem percussit Iosue cum omni populo eius vsque ad internecionē. Transiuitq; de Lachis in Eglon, & circumdedit atque expugnauit eam in eadem die, percussitq; in ore gladij omnes animas quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis. Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebrō, & pugnavit contra eam, cepitque & percussit in ore gladij, regē quoque eius & omnia oppida regionis illius, vniuersasque animas quæ in ea fuerant commoratae. Non reliquit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit consumēs gladio. Inde reuersus in Dabir, cepit eā atque vastauit, regem quoque eius atque omnia per circūitum oppida percussit in ore gladij: Non dimisit in ea vllas reliquias. sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius. Percussit itaq; Iosue omnem terrā montanā & meridianam atque campestem, & Aseboth cum regibus suis. Non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat, interfecit; sicut præceperat ei dominus Deus Israel. A Cadesbarne vsq; Gazam. Omnem terram Gosen vsque Gabaon, vniuersosq; reges & regiones eorum vno impetu cepit atque vastauit. Dñs enim Deus Israel pugnavit pro eo. Reuersusq; est cū omni Israel ad locū castrorū in Galgala.

Adam magni, quem ibi cōditum Hebr̄i autumant: licet plerique Caleb quartum putent, cuius ex latere memoria monstratur. Dabit in tribu Iuda, quæ vocabatur ciuitas litterarū. Aseboth vrb̄s Amorrhæorum, quæ cecidit in fortem tribus Ruben: appellatur aut̄ addito cognomēto, Aseboth Phasga,

quod resonat abscissum. Cadesbarne in deserto, quæ cōiungitur ciuitati Petræ in Arabia. Ibi occubuit Maria, & Moses rupe percussa aquam ficti populo dedit. Monstratur ibidem vsque in præsentem diem sepulcrū Mariæ. Gaza ciuitas Heuororum, in qua habitauere Capadoces, pristinis cultoribus interfectis. Cecidit in fortem tribus Iudæ, sed eam tenere nō potuit, quia gigantes & fortissimi Allophylorum restiterunt: & est vsque hodie insti-

gnis ciuitas Palestinæ.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Ascendit quoque cum omni Isr. &c. Hoc est intelligendum de parte ciuitatis Hebron: quæ erat in valle, reliquam vero partē quæ erat fortior, cepit Caleb postea, vt habetur infra 15. c. & Iud. j. Vel potest dici q̄ hic dī per anticipationē & ei attribuitur quod postea fecit Caleb, qui ex concessione Iosue habuit Hebron, vt h̄t infra 14. cap.

2 Regem quoque. Hoc potest exponi dupliciter. Vno modo de rege Hebron quem suspenderat, vt dictum est. Alio modo de alio rege nouo, vt pote quia filius mortuo patre regnum susceperat, si rex erat per hereditatem, vel quia populus regem nouū sibi elegerat si erat per electionem: Inter suspensionem enim prædicti regis & factum istud Iosue plures ciuitates cepit, vt patet in textu: & ideo tempore intermedio potuerat fieri instō noui regis prædictis modis. Cætera patent vsq; ibi.

3 Omne quod spirat. quod intelligitur de specie humana. bruta. n. animalia cefferunt in prædam bellantium.

4 A Cades barne vs. Hæc est lōgitudine terræ ab Oriēte in Occidētē

5 Vno impe. quantum ad primum bellū, quia multo tēpore pugnavit Iosue vt habetur, c. seq. Circa prædicta de statione solis potest quaeri: Quæ fuit longior dies sub Iosue vel sub Ezechia? Et dicunt aliqui, q̄ illa fuit longior quæ fuit sub Iosue eō quod dicitur in textu: Non fuit ante & postea tam longa dies, ut dictum est. Sed occurrit difficultas, quia de die sub Ezechia scribitur 4. Reg. 20. & Esa. 28. q̄ sol retrocessit decem lineis vel gradibus, quibus designantur decē horæ secundum communiorē opinionem. Ad cuius solutionem dicunt aliqui, q̄ sol retrocessit subito: & ideo dies non fuit augmentata, nisi tantum decem horis, quibus successiue rediit ad locum unde retrocesserat, & ulterius vsq; ad occasum descendit per duas horas: quia decem horæ diei transierant quando sol retrocessit: & secundum hoc illa dies artificialis de qua est sermo, fuit tantum 22. horarum: dies autē sub Iosue fuit 24. horarum, quia sol stetit immobilis spatio unius diei artificialis, & postea cursu suo naturali iuit ad occasum: & sic illa dies fuit duplicata. Sed quia Ezechias quæsiuit signum notabile ab omnibus, ut uidet 4. Reg. 20. ca. & Esaie 38. Et magis fuit notabile signum solis retrocedens successiue & magis notum pluribus quam si retrocessisset subito. Id autē aliqui, q̄ duæ lineæ in horologio Achā faciēbāt tm̄ unam horam, & id sol retrocedendo 10. lineis successiue, & rediundo ad locum unde retrocesserat, fecit tantum decem horas, et sic idem habetur quod prius, s. q̄ dies sub Iosue fuit longior duabus horis. Alii vero innitentes dictis Dionysii dicunt, q̄ dies sub Ezechia fuit longior. Dicit enim Dionysius in epistola ad Policarpum q̄ dies sub Ezechia fuit serē triplicata quoniam defecerunt tantum horæ quatuor, quia secundum ipsum sol processerat de Oriente in Occidentem per decē horas: et retrocessit successiue per decem horas: et per decem alias rediit ad locum unde retrocesserat,

trocesserat, & ultra processit ad Occidētē per duas horas: & sic dies artificialis fuit augmentata viginti horis: & sic fuit 32. horarum. Illa autem quæ fuit sub Iosue, viginti quatuor tantum, quia illa dies non fuit nisi duplicata. Ad illud autem quod dicitur in hoc loco. Nō fuit ante & post tam longa dies, &c. Dicunt quod hoc refertur ad tempus in quo Iosue scripsit librum istum, quia post victoriam prædictam vixit longo tempore & librum istum scripsit circa finem vitæ suæ: & usque ad tempus illud non fuit tam longa dies ante victoriam dictam neque post. per hoc tamen non excluditur quin dies sub Ezechia, quæ fuit postea, fuerit longior: Sed quia bonum est sustinere dicta sacra scripturæ quantum est possibile, quæ absolue dicit hic, quod non fuit tam longa dies ante neque post. Ideo non obstantibus prædictis potest dici, quod dies sub Iosue fuit longior, quia ut dictum est supra 4. c. Filij Israel transierunt Iordanem decima die mensis primi, qui apud Hebræos incipit a prima lunatione propinquiori æquinoctio vernali: & quarta decima die eiusdem mensis celebrauerunt pascha, & postea septem diebus obsederunt Hiericho, & postea miserunt exploratores ad ciuitatē Hai, postea bellatores contra eam, qui deuicti fuerunt propter peccatum Achau, quo deprehenso & punito postea ceperunt Hai, & Bethauem, quibus peractis venerunt Gabaonitæ & confederati fuerunt filij Israel: propter quam confederationem quinque reges obsederunt eos, & Iosue ab eis rogatus venit ad liberandum eos pugnando contra reges præditos, in qua pugna fuit statio solis vt patet ex prædictis. In tot autem & tantis agendis bene et probabiliter potest dici quod fluxit tempus ab æquinoctio vernali vsque ad medietatem Iunii vel circiter. tunc vero dies artificialis habet 18. horas, et tunc fuit duplicata, vt dictum est, et per consequens fuit 46. horarum: dies autem sub Ezechia fuit 32. horarum ad plus, vt patet ex supradictis: et sic videtur quod sub Iosue fuerit maior dies. Ad cuius intellectum est sciendum, quod quæstio est de quantitate diei artificialis, et de eius augmento, quia dies augmentati sub Iosue et Ezechia fuerunt artificiales. Quantitas vero diei artificialis variatur secundum diuersitatem climatum, et secundum appropinquationem maiorem ad solstitium æstiuale et hyemale, et ideo licet in omni climate et quolibet tempore anni qualibet dies artificialis habeat 12. horas artificiales, tamen horas naturales habet aliquando plures aliquando pauciores. In tertio vero climate dies breuissima, scilicet quando sol est in solstitio hyemali, habet 10. horas. Longissima vero scilicet quando sol est in solstitio æstiuale habet 14. horas: quæstio autem nostra debet applicari ad tertium clima, quia in eo est Hierusalem vbi erat Ezechias, quando dies fuit sibi prolongata: et similiter Iosue erat satis prope Hierusalem quando prolongauit Deus diem ad eius petitionem. Si autem dicatur, quod dies prolongata sub Iosue fuit in solstitio æstiuale, quod satis probabiliter potest dici, eo quod eodem anno Iosue aliqua alia bella peregerat, sequitur quod

Quæst. de solis statione tēpore Iosue & Ezechia.

D
Epiraph.
Paulæ.
lib. de locis
Heb.

E

† Aseboth

E

A quod illa duplicata habuit xxviii. horas. Et si propter oppositionem di-
 * **caur**, quod dies prolongata sub Ezechia fuerit in solstitio hyemali,
 quod satis probabiliter potest dici: ut videbitur postea, sic dies il-
 le habuit tantum 26. horas naturales & duas partes vnus horæ na-
 turalis, quia quatuor horæ artificiales, quæ deficiunt à perfecta tripli-
 catione illius diei, ut patet ex prædictis, non valent nisi tres horas &
 tertiam partem vnus horæ, & sic habetur, quod dies sub Iosue fuerit lon-
 gior in vna hora naturali, & tertia parte vnus horæ naturalis. Proba-
 tio assumpti, scilicet, quod probabiliter potest dici diem sub Ezechia pro-
 longatam fuisse in solstitio hyemali, & hoc ratione climatis: quia in ter-
 tio climate sol eleuatur in meridie minoris diei per 36. gradus ferè: &
 ideò

ideò tale tempus est ibi tunc quale est apud nos in 7. climate circa finem
 Februarij per 12. dies ante equinoctium vernale, quod est tempus satis
 aptum ad procedendum ad bellum: cum non sit nimis calidum, nec nimis
 frigidum. Dies autem prolongata fuit Ezechia ante percussorem exer-
 citus Sennacherib, ut ostenditur 4. Reg. 20. percussio autem illa fuit quæ
 Sennacherib veniebat cum exercitu magno contra Ierusalem, & sic
 patet propositum, scilicet, quod probabiliter potest dici illam diem in
 solstitio hyemali fuisse. Ad dictum autem Dionysij dicentis, quod illa
 dies sub Ezechia fuit 32. horarum: Dicendum, quod loquitur de horis
 artificialibus, & illæ valent tantum 26. horas naturales, & duas
 partes vnus horæ, ut dictum est.

ADDITIONO.

In capitulo 10. vbi dicitur in postilla: Non fuit antea & po-
 stea tam longa dies.

Iuxta sententiam literalem propter intellectum tam il-
 lius historiæ quam Ezechia in 4. Reg. 20. & Esa. 38. potest
 probabiliter dici, salua tamen sanctorum autoritate, quod
 dies illa in qua illud miraculum in horologio Acham diui-
 nitus Ezechia fuit factum, non longior nec breuior fuit so-
 lito, & sic cessat tota altercatio postillatoris in hoc cap. circa
 istam

istam materiam contenta: qualiter enim hoc intelligatur
 domino dirigente videbitur infra 4. Reg. 20.

REPLICA. In capitulo 10. vbi postillator disputat de
 statione solis contra Iosue. Burgen. allegat digressionem
 quam facturus est de hac statione & retrogradatione tem-
 pore Ezechia circa 4. Reg. 20. Vbi mira contra sanctorum
 autoritatem sine ratione imaginatur, & ibi vide correcto-
 rium satis rationale.

CAPVT XI.

B **Q**uæ cum audisset. * Iosephus. Cum de Hebræorum
 virtute sermo per circuitum discurreret, stupor ha-
 bebat omnes audientes. Castra autem metati sunt
 super eos reges Chananæi, qui in campèstribus e-

qui respiret. his. n. uictis vincemus et aereas potestates & re-
 gno suo quod (itra nos est) supra vitorum sedes locauerat depel-
 lemus. Superius rex Ierusalè congregauit secum quatuor reges
 contra Iesum altas Iosue, & contra filios Israel. Nunc autem non
 vnus congregat quatuor, aut quinq;: sed multitudinem nimiam.

CAPVT XI.



rant, Palestinos secum ducen-
 tes. Totius autem exercitus ar-
 matorum erant ter centum mi-
 lia, & decem milia equitum, &
 duomilia curruum. Turbabat hæc
 multitudo ipsum Iesum, & Is-
 raelitas, & sperare meliora pro-
 pter timoris excellentiam dubi-
 tabat. Deo autem arguente timorè
 eorum, promittente quod vince-
 rent inimicos, & iubente equos
 hostium subneruari, currus incen-
 di, dux fides, perrexit ad inimi-
 cos: & quinta die veniens circa
 eos, congressus est, pugnaq; for-
 tis effecta est, & cædes fide po-
 tior, quam poterit uel audiri.

* Zonaras. Chananæi in exer-
 citu habebant armatorum 300.
 milia, equitum 10. milia, & mi-
 lia curruum 30. Deo victoriam
 Israelitis pollicito, prælium atrox
 committitur, quo hostes vni-
 uersi, paucis exceptis, perierunt, regibus etiam cæsis.

Adamant. Has scripturas ante aduentum Christi cum le-
 geret Israel secundum carnem, non in eis intelligens nisi bella &
 sanguinis effusionem, ad ferocitatem acuebat, & bellis ac seditio-
 nibus pascebatur. Sed postquam præsentia Iesu Christi scilicet lumen
 infudit, cum ipse sit pax nostra, pacem docet & deiectionem
 bellorum. Pax enim redditur animam si ab ea hostes, peccata. s.
 & vitia propellantur: ideò secundum traditionem Iesu Christi legentes
 ista armamur & concitamus ad plura: sed contra hostes, qui de
 corde nostro procedunt cogitationes. s. malas, furta, falsa testi-
 monia & huiusmodi, ut nullum relinquamus, quod saluus fiat, vel
 qui

Quæ cum audisset Iabin rex
 Afor, misit ad Iobab regem
 Madon: & ad regem Sim-
 ron, atq; ad regem Achsaph,
 ad reges quoque aquilonis,
 qui habitabant in montanis, & in planicie
 contra meridiem Ceneroth, in campèstri-
 bus quoque & in regionibus Dor iuxta mare:
 Chananæumque ab oriente & occidente, &
 Amorrhæum, atque Hethæum ac Phere-
 zæum, & Iebuzæum in montanis, Heuzæum

^a Sensus vel prudentia. ^f Princeps
^a Aule.
^a Hic est omnis senius, qui extollit se contra scientiam Dei. ^f Latam
 viam sequentes.
^a Qui humana & terrena sapiunt.
^a Qui sunt in fluxu huius sæculi.
^f Velut commotum. s. qui cuncta commouet.
^f Amarescentem, quo, scilicet authore amaritudines inmittuntur.

ad coniurationem inuitat, ipse est Iabin rex Afor. Iabin autem
 interpretatur sensus uel prudentia. De hoc sensu Esaias: Et
 inducā super te sensum magnū principē Assyriorū, qui dixit, Mea vir-
 tute faciā, & sapientia sensus mei auferam sine gentium, &c. Serpens
 quoque in paradiso fuisse scribitur prudentior omnium bestiarum. Et
 villicus iniquitatis prudentior fuisse dicitur. Afor uero interpretatur
 aula. Est ergo omnis terra aula huius regis, quæ est diabolus. Vñ in
 euangelio scriptum est: Quia est fortis in aula sua securus dormiens
 vsquequo veniat fortior qui ipsum alliget & auferat, qui possidet.
 Iste mittit ad Iobab regem Madon, & conueniunt in Merō. Mittit
 Zabulus ad aliam virtutem inimicam, quæ amaritudinum rex est, quo
 autore

Esa. 36. & 30.
Gen. 3.

Luc. 16. b.

Matth. 12.

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XI.

* **Q**uæ cum au &c. hic describitur debellatio 24. Regum. Et
 primò ponitur dicta debellatio, secundò quædam epilogatio 12.
 cap. Circa primum primò describitur belli apparatus, secundò con-
 silius

stilius, ibi: Venitq; Iosue. tertio victoriæ obiectus ibi: Cœpit itaq;
 Iosue. Circa primum præmittitur apparatus regum contra Iosue,
 cum dicitur. Quæ cum audisset. quia tenebat principatum super
 ista alia regna, ut dicitur infra eod. cap.

* 1 Egressiq;

MORALITER.

I **Q**uæ. Debellatis quinq; sensibus corporalibus, ex quibus
 nos cõsurgit bellum à carne, remanet adhuc bellum piculosius
 ab hoste, qui de spiritualibus peccatis impugnat, & bene signi-
 ficatur per Iabin, qui interpretatur aduertentia uel intelligentia.
 Dæmon enim est intelligentia, quæ naturalia remanserunt in dæmo-
 nibus integra. Et sicut Iabin adiutorium suum uocauit reges sibi
 subditos, sic dæmon superior nos vocat & excitat dæmones
 inferiores, quia diuersi dæmones de diuersis vitijs nos impu-
 gnant. Vocat igitur regem Madon, qui interpretatur contradic-
 tio, propter quod signat dæmonem, qui tentat de rebellionem ad
 superiores contra Deum & rationem, & sic intelligatur in se-
 quentibus. Et regem Simron qui interpretatur vepres dolē-
 tis, id est, spina inferens dolorem, qui tentat de distractione, quæ
 materiam doloris infert ei de quo detrahatur & ipsi detrahenti,
 distractionem suscipienti. Et regem Achsaph, qui interpre-

tatur fractura, quia tētat de fractiōne fidei datæ iusto, uel alio
 modo. Vocat etiam Chananæum, qui interpretatur commu-
 tatio, quæ est in mercationibus, quia tentat de fraude & de-
 ceptione, quæ frequenter committitur in emptionibus & ven-
 ditionibus. Et Amorrhæum, qui interpretatur amarus, quia tē-
 tat de inuidia, quæ est amaritudo animi de bono proximi. Et
 Hethæum, qui interpretatur stupens vel stupidus, quia tētat
 de acedia, quæ reddit hominem stupidum & pigrum ad inchoa-
 tionem operis boni & eius prosecutionem. Et Pherezæum, qui
 interpretatur diuidens, eò quod studet ad seminandum inter
 bonos discordias. Et Iebuzæum, qui interpretatur cõculcans,
 quia tentat de superbia, quæ superbus alios nititur conculcare.
 Et Heuzæum, qui ferus interpretatur, quia tentat de ira, quæ facit
 hominem quasi feram bestiam. Omnes autem isti per quos
 significantur spiritus maligni à Iosue debellantur, quia per
 adiutorium Christi à populo Catholico deiunguntur.

A autore scilicet oēs amaritudines miseris mortalibus infliguntur, diuersa, & genera peccati. Nihil enim amarum peccato, & si quaedam dulcia videantur in primis. Vnde Salomon, *In nouissimis felle amarus inuentus, &c.* Iustitia verò in primis amara vñ in fine melle dulcior, cum virtutis fructū attulerit. Mi-

fit ergo Zabolus ad Iobab inimicū amaritudinis regē. Misit etiam ad regem Simon qui aliàs dicitur rex Simeon, & interpretatur exaudicio: exaudicio verò duplex est, vel cū exaudit Deus hominem: vñ & Simeō patriarcha nomē accepit: quia Deus p̄cē matris ei⁹ exaudiuit: vel quū praeceptū diaboli hō exaudit dicentis:

Si prociatēs adoraueris me, tibi dabo hęc cīa. Sed qui Iesum sequitur dixit ei. *Dñm Deū adorabo, & illi soli seruiā.* Audiuit illū q̄ sunt ex parte eius: Sicut iste Simeō, qui illū audiēs venit ad pugna d̄ Iesum. Mit-

tit & ad regē Ziph, qui interpretatur quō fluit admiratiuē. *I. Mirādū enim est quō fluat omnia quæ sunt huius mundi, quæ apud infideles manētia putantur.* Qui autem considerat rerū rationem & omnium mundanorū trāsitum dicit: *Quō fluit.* Vocat autem cōtra filios Israel Zabolus ēc eos qui cōtra Sidonē magnā sunt. Ego quidē in locis Sido-

ni aliquoties moratus, nō cōperi duas esse Sidones vnā parua & aliam magnā, quātum ad terrenū pertinet locū. Sed Sidon Hebraicē Sidon, interpretatur venatrix vel venatores. Et demonum quorū multæ differentię sunt, quidā sunt venatores in magnis peccatis, alij in paruis. Cū in delitijs carnis aia decipitur, in parua capta d̄r. Cū verò Dei prouidentia negat, aut dæmones quasi Deū colit, in magno decepta est. Mittit ēc ad mōtana: hīc est omnis sensus, qui extollit se & erigit cōtra scientiā Dei. Mittit etiā ad Araban. i. insidias. Innuuit enim virtutes insidiarices, q̄ humanas aias, non vi nec apertē, sed improuisis insidijs decipiunt: Vnde: *Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua, insidiatur ut rapiat pauperē, &c.*

De qualibet Paulus dicit: *Non ignoramus astutias eius.* Mittit ēc in Ceneroth, quod interpretatur quasi lucernæ, nō lucernæ. Aliud. n. est lucerna, aliud quasi lucerna. Ioānes erat lucerna ardēs, quia erat angelus lucis. Quasi lucerna est ille, q̄ trāsfiguratur se in angelū lucis. Sūt ēc, qui in ecclesia fidē catholicā docēt & plebē Dei verbo veritatis illumināt: lucernæ ardētes. Qui verò ad heretica dogmata scripturæ sanctę testimonijs & assertionibus falsis vtuntur, vident accēdere lucernas, quia scripturas legunt. Sed quia falsis assertionibus utunt, nō sunt lucernę, sed quasi lucernæ. Misit etiā ad campos, eos. i. qui in cāpis sunt, & humilia & terrena sapiunt. Misit ēc in nauē dor dor verò quod interpretatur cōuertio. Cōuersio autem duplex intelligitur, qua. i. quis ad Deū cōuertitur, vel à Deo ad bona, uel qua rex Iabin. i. Zabolus ad se cōuertit aias. Mittit etiā ad eos, qui erant in maritimis locis ad vicinos fluctuum Chananeos: qui interpretantur velut cōmoti. i. qui cōmotiōibus & fluctib⁹ p̄manēt cūcta. Et ad maritimos Amorrhęos,

id est,

quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Malpha. Egressique sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis, sicut arena, quæ est in littore maris, equi quoque & currus immensę multitudinis. Conueneruntque omnes reges isti in vnum ad aquas Merom, ut pugnarent contra Israel. Dixitque dominus ad

Iosue: Ne timeas eos. Cras enim hac eadē hora ego tradam omnes istos tibi vulnerandos in conspectu Israel. Equos eorū subneruabis, & currus igne combures. Venitque Iosue & oīs exercitus cū eo aduersus illos ad aquas Merō subito, & irruerunt super eos, tradiditque illos dñs in manus Israel. Qui percusserunt eos, & p̄secuti sunt vsq; ad Sidonem magnā & aquas Masserephoth, cāpumq; Masphe, qui est ad Orientalem illius partem. Itaque percussit omnes, ut nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecit-

que sicut praeceperat ei dominus. Equos eorū

id est, amarescentes, qui s. amaritudines infligunt. Talis est catalogus militiæ hostium inuitibilium, qui congregantur per regem Iabin, ut expugnet nos, qui sequimur Iesum saluatorem nostrū, sed dominus ait: *Ne verearis à facie eorū, &c.* *a Cras enim eadē hora.* Adaman. Video q̄, hodie omnes illos non possumus opprimere, nec cunctos interficere: in crastino perimentur. i. post consummationem mundi, cum diceret eis: *Ite in ignē aeternum, quem preparauit Deus Diabolo et angelis eius.* Tūc enim si vicerimus sequentes Iesum ducem percipiemus regnū quod praeparauit Deus sanctis suis per Iesum Christum.

Adaman. Nisi hęc bella figuram spiritualium gererent, nunquā discipulis Christi, qui pacē venit docere, Apostoli hęc legēda tradidissent. Ait enim Iesus: *Pacem meam do vobis, &c.* Et Apostolus: *Non uosmetipsos defendētes charissimi, &c.* Qui sciens carnalia bella non esse nobis amplius agenda, sed cōtra spirituales nequitias, uelut magister militiæ praecepit militibus Christi: *Inuite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus i. di. &c.* Spiritualium verò bellorum ex gestis veterū habemus exempla, ut spirituales simus, audientes, quia lex spiritualis est, spiritualibus spiritualia comparemus, considerantes ex his gentibus, quæ carnalem

Israellem visibiliter oppugnauerunt, quæ sunt gentes contrariarum virtutum, quæ contra ecclesiam Dei pugnant ut peccare faciāt. Sicut enim corpus accepto vulnere ferri moritur: ita anima peccato vulnerata. Fecit ergo Iesus sicut praeceperat ei dominus. *b Equos.* * R. Dauid Kimhi. Equorum pedes sunt ipsorum fulcimenta: quorum si neruos incideris nullus deinde fuerit eius animalis vsus.

* Procop. Mandatur Iosue, ut eorum, qui à Septentrione vnā insurrexerant, equis neruos incidat. Nam lex. *Non multiplicabis tibi equos,* inquit. Currus item comburat, quemadmodum Aegyptiorum sunt submersi.

Origen. Hoc ergo s̄m mandatū Dei Iesus impleuit. Sed si superfuissent aliqui ex hostibus, oportebat equos subneruari, ne quis effugeret in eis. Sed cū nullus relictus sit, qui spiraret, cur equi subneruant, qui poterant vsui esse victoribus? Solent. n. Israelitæ deuictis hostibus in vsu iumentā referuare: sicut deuictis Madianitis aliquot milia asinorū referuauerūt. Nec de asinis scriptū est, q̄ subneruati sint, neq; Madianitarū spolia vel aialia interemptra dñr, sed vsibus referuata. Sed quia hi asinos non habebāt, sed equos, praecepit ipse dominus subneruari equos. Putamus hęc fortuito accidisse, ut equi occiderentur, asini referuarentur, & praeceptis Dei aliquis casu incidere. Denique filij Israel nunquam referuntur equis vsi esse. Lex quoq; nihil de equis, sed de asinis mādatur, ut de animalibus, quæ ad labores & onera hominū portāda videntur existere. Equi verò magis ad perditiōem hominum: per eos. n. bella geruntur. Est. n. equus lasciuus motus animal, & superbe ceruicis. Asini verò frequēter gētes significāt, qđ ipse Saluator supra asinū sedens ostēdit, qui nunquā equo se

differebat, & est communis modus loquendi, sicut dicitur: *Omnes de ciuitate vadunt ad tale spectaculum, licet multi remaneant.*

5 Equos. in signum victoria à Deo obtenta.

6 Venietq; Hic consequenter describitur belli conflictus, & patet litera vsque ibi.

7 Et aquas. Hebræi dicunt: *Aguas salinarum, quia sicut dicunt, erant ibi canales facti iuxta mare per quas aqua maris ingrediens desiccabatur à sole, & in salem conuertebatur, & sic Masserephoth secundum eos non est nomen proprium loci, sed commune.*

8 Itaque percussit omnes, ut nullas. quod est intelligendum de his, quos potuit attingere extra fortalitia.

* I Reuer

NICOLAUS DE LYRA.

1 Egressique sunt omnes. hyperbolica locutio est ad designandum multitudinem magnam exercitus.

2 Conueneruntq; &c. ad aquas, lacus quidā est, per quem transit Iordanis fluminis situs inter mare Ceneroth & ortum Iordanis. Consequenter describitur apparatus belli ex parte Iosue, cum dicitur.

3 Dixit. Apparatus enim belli ex parte Iosue magis erat in confidentia Dei quā in confidentia armorum. vnde subditur.

4 Tradam omnes istos, &c. Non est intelligendum, quod oēs fuerunt ibi mortui, vel vulnerati: quia multi fugerūt à fortalitia, ut patet ex sequentibus, sed omnes fuerūt ibi deuicti, & pro magna parte interfecti.

MORALITER.

5 Equos eorū subnerua, & currus. &c. Equi demonū sunt homines mali eorum instinctum sequentes, sicut boni homines sunt equi Dei, quia spiritus sancti gratia se habet ad liberum arbitriū, sicut fessor ad equum. Igitur equi demonū subneruan-

tur, quando liberum arbitriū in malis hominibus fit in morte irreuersibile ad bonum, currus autem trahitur ab equo sicut corpus humanum à libero arbitrio, currus igitur demonum igne succendentur, quando corpora malorum in igne gehennæ peracto iudicio recludentur.

differe refertur, & mittens discipulos ad soluenda asina, & pul-
lu dicit. *Dicite quia dominus eo opus habet.* & sedes super eu in-
greditur Ierusalē. vnde. *Ecce rex tuus venit ti. man. sedes sup sub-*
ingalē, & pullum asina nouellam, & exterminat currus Ephrem, &
equum de Ierusalē Qui ergo super asinū sedet exterminat cur-

rus Ephrem, & equum de Ieru-
salē. Equi vero, q. exterminatur,
& currus, significat eos, qui per
superbiam, & lasciuam de celo
cecidērūt, quando, vel ad filias
hominum concupiscēdas semet
ipsos insensores prębuerunt, vel
secuti sunt illum, qui ait. *Ponam*
super nubem sedem meam, et ero. s. al.
Inde forsitā dicitur. *Fallax equus*
ad sal. & de his, qui in dāmonibus
confidebant. *Hi in curribus,*
& hi in equis, nos a. in no. d. n. Non
enim currus, & equos Deo com-
parasset, quantum ad inuocan-
dum, sed demones quos inuoca-
bāt gentes contra Israel pugnā-
tes. Gētes vero ad fidem veniē-
tes merito reseruantur, quę per
asinos significantur. Per equos

vero, & currus, demones, qui hu-
manę salutis inimici, merito pe-
rimūtur. Passiones quoque cor-
poris, id est, libido, supbia, lasciu-
ia, & leuitas, quibus infelix ani-
ma velut equitans fertur ad prę-
cipitia, per equos, & currus pos-
sunt intelligi, qui iubentur sub-
neruari. Subneruat enim equus
quando abstinentia corpus hu-
miliatur. Et igni currus exur-
runtur, cum illud impletur.
Ignem veni mittere in terram, &
ceter. de quo dicitur. *Nonne cor*
nostrum ardens erat in, &c. ideo er-
go falsus dicitur ad salutē, si mo-
tus corporis nostri ferantur in-
frenes, nec abstinentię iugo repri-
mātur. Sed si quis ex his, quę di-
cimus verbis Dei stimulat, &
compungitur, & heri, qui tan-
quam equus in libidinem fere-
batur, hodie pœnitet, conuer-
titur, & publicam vitam ample-
ctitur, videbitur gladio verbī
Dei subneruasse equos. Quorū
autem subneruātur equi? Iabin,

scilicet, qui prudentia, vel sensus interpretatur, illius, scilicet
de quo dicit. *Quia prudentia carnis inimica est Deo.* Et alibi. *In-*
flati sensu carnis suę. Iabin verō fuit rex Asor, qui interpretat
aula, & omnium regnorum obtinere dicitur principatum.
In hac aula regnat princeps huius mundi, id est, super terrā,
vel itagis in vitijs carnis. Omnium etiam illorum regum
quorum vim secundum nomina sua exposuimus, equi ab Ie-
su sunt interfecti, quorum debemus in nobis ipsis abscindere
vitia, qui sub Iesu militamus, & subneruate gladio spiritua-
li omnem equitatum vitiorum. currus quoque debemus in-
cendere, i. omnem elationis spiritum a nobis refecare. Cō-
pleamus etiam in nobis, quod dicitur, *vt non remittatur vllus,*
qui respiret. Si ira ascendit in cor, uū, fortē opera eius nō im-
plebit, vel hominū metu, vel futuri timore iudicis. Sed hoc
nō sufficit, nec ipsa cōmotio irę locū dēt hēre in te. Ipsa con-
turbatio indecens est ei, qui sub Iesu duce militat. Idem de
omnibus vitijs sentiendū est, vt horū nihil omnino in cor-
de respiret, ne forte si parui alicuius vitij consuetudo, vel cogi-
tatio relinquatur, processu tēpōis cōualescat, & paulatim vires
latitudo assumat, & tandē reuocet ad vomitū, & fiat nouissi-
ma

subneruauit, currusq; cōbussit igni. Reuer-
susq; statim cepit Asor, & regem eius percuf-
sit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia
regna hęc, principatum tenebat. Percussitq;
omnes animas, quę ibidem morabantur. Nō
dimisit in ea vllas reliquias, sed vsq; ad inter-
necionem vniuersa vastauit, ipsamq; vrbem
peremit incendio, & omnes per circumitum
ciuitates, reges quoq; earum cepit, percussit
atq; deleuit, sicut pceperat ei Moyles famu-
lus domini Absque vrbibus, quę erāt ī col-
lib. & in tumultis litę, cęteras succēdit Israel,
vnam tantum Asor munitissimā flāma con-
sumpsit. Omnemq; prędam istarū vrbū ac
iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cūctis ho-
minib. interfectis. Sicut pceperat dominus
Moyli seruo suo, ita pcepit Moyles Iosue,
& ille vniuersa complēuit. Non pręterijt de
vniuersis mandatis nec vnū quidem verbum,
quod iusserat dominus Moyli. Cepit itaq; Iosue
omnem terram montanā, & meridianā,
terramq; Gosen, & planicię, & occidentalē
plagam, mōtemq; Israel, & campestria eius,
& partem montis, quę ascendit Seir vsque
Baalgad per planiciem Libani subter mon-
tem Hermon, omnes reges eorum cepit per-
cussit, & occidit. Multo tempore pugna-
uit Iosue contra reges istos. Non fuit ciui-

lunt, tam peruerse de operibus Dei, quā de peccatis hoīum
iudicant, nescientes quousque dignus sit, & magnum putan-
tes malum, cum casuri deiciuntur, & mortales moriuntur.
Non fuit. August. Quæritur quomodo hoc verum sit, cum
nec postea tempore iudicium, nec regum omnes omnino il-
larum septem gentium ciuitates capere potuerint Hebręi?
Sed aut sic intelligendum est, quod ad nullam ciuitatem
bellando accessit Iesus, quā non ceperit, aut certe nulla ea-
rum capta, sed earum, quę in regionibus supra memoratis fue-
runt. Enumeratae sunt. n. regiones in quibus fuerunt ciuitates
de quibus facta est ista conclusio, & omnes cepit bello.
Domini enim sententia fuerat, &c. Theodoret. Hoc ser-
mone docemur Deum omnia cum trutinā, & mensura gu-
bernantem, permisisse istis, vt ex aduerso pugnarent contra
Israelitas, ne consequerentur vllam veniam, sed iuxta diuinā
sententiam delerentur. Quantum ad reliquos populos, Deus
Israel dederat legem, vt si obsidentibus Israelitis oppidum
aliquod, legationem mitterent illi, & amicitiam postula-
rent, susciperent legationem, & obsidionem soluerent, inita
pace cum illis.

ma peiora priorib. vnde: *Beatus, qui tenet, & allidit paruulos suos*
ad petram Babylonis. f. paruulos, id est, cogitationes malas, quę
cor confundunt, & conturbant, quę in principio dum paruę
sunt, tenendę sunt, & allidēdę ad petrā, quę est Christus, &
ipso iubente iugulādę, vt nihil in nobis relideat, q. respiret.

Et omnes, &c. Adamant. In
omnibus nobis regnauit pecca-
tum, & fuit in omnibus peccati
generale regnū. *Omnes enim pec-*
cauerūt, & egent gloria Dei. Vnus-
quisq; .n. habuit in se spūalem
regē, vel auaritiā, vel superbiā,
vel mendaciū, vel hūnōi. vnde
Paulus ait. *Non regnet ergo pec-*
catum in vestro mortali corpe, etc.

Sed postquam venit Iesus, &
occidit omnes reges, qui regna-
bant in nobis, & omnes inter-
ficere pcepit, qui enim ali-
quem in se vitium seruauerit, ī
exercitu Iesu esse non poterit.
Si regnat in te auaritia, iactātia
libido, superbia, vel huiusmodi
non es Israeliticus miles, nec
implet pceptum, quod dedit
dominus Iesu.

Sicut pceperat ei Moyles, etc.
Hic est sermo legis secundū il-
lud. *Hnt Moysem, et prophetas, au-*
diant illos. Lex ergo pcepit no-
bis oēs reges peccati interfice-
re, qui nos puocant ad pecca-
tū. Sic fecit Iesus, nec quicquā
transgressus est. Ipse est enim,
qui perimit vitia in nobis, & re-
gna peccati. Ipse etiā Christus
omnia, q. pcepit Moses in le-
ge fecit. vnde: *Misit Deus filium*
sui factū, ex mu. etc. Omnia enim
quę lex mandauit impleuit, vt
nos redimeret a maledictō le-
gis, qui ait. *Non veni soluere le-*
gem, sed adimplere.

Sicut pceperat dñs Moyli seruo
suo, ita pcepit Moyles. Aug. Non
putanda est crudelitas, q. nullū
vitiū in ciuitatibus sibi traditis
dimisit Iesus, quia Deus hęc
iusserat. Qui autē hic existimāt
ipsum Deum fuisse crudelem,
& ideo veteris testamenti verū
Deū fuisse authorē credere no-

Quæstio. 16.
in Ios.
Lxx. a mōte
Halac, qui.

Quæstio. 17.
in Ios.

Quæstio. 11.
in Ios.

ADA

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Reuertusq; sta. ce. Asor. q. erat principalior ciuitas, vt statim
subditur in litera, & ideo primo debellauit eam, vt alie timentes se
redderent ei, sicut & factum est, vt postea subditur eodem cap.
- 2 Et regē eius percussit gladi. &c. qui de pręlio fugerat ad ciuitatē.
- 3 Percussitq; oēs aīas, &c. i. homines. Anima enim principalior
pars est hominis, & ideo ab ipsa denominatur aliquando totus homo.
- 4 Absque vrbibus. &c. Illas enim dimisit duplici de causa, vt patet
in sequētib; , tum quia aliquas non cepit, tū quia illas quas cepit di-
misit

- 5 Vnam. de illis quas ceperat Iosue, quod fecit, quia rex Asor indu-
xerat alios reges ad pugnandum contra filios Israel.
- 6 Cepit, &c. Hic cōsequēter describitur victoria obtentus per hoc, q.
Iosue obtinuit terram pro maiori parte, & quantum sufficiebat tunc
habitationi filiorum Israel, quia multę ciuitates, & vllę remanserunt.
quę non fuerunt acquisitę tempore Iosue prout dicitur infra 13.
- 7 Multo tempore, i. sex annis ad minus, vt videbitur infra 14. ca.
- 8 Non fuit ciui. Hoc dicitur pro maiori parte tradiderunt, aliq. ta-
men

Homil. 15. Adamantius. Et accepit Iesus omnes in bello, qui exierant ad bellum. Superior enim omnibus est Iesus, quia per
A Deum factum est, ut confortaretur cor eorum, & occurrerent contra Israel in praelium. Non dixit, quia aliquos accepit Iesus in bello, & aliquos non, sed cepit omnes, & pere-

† pacem faceret cum.

Titum. 3. 2.

omnesque destruxit. *Omnes enim eramus insensati, increduli, errantes, seruientes variis desideriis, & quibuslibet peccatis.* Omnes ergo occidit Iesus, qui exierant ad bellum. Superior enim omnibus est Iesus Dei verbum, & sapientia patris. unde Paulus ait. *Et hæc quidem scitis, sed abuti estis, sed infirmitati estis in nomine domini nostri Iesu Christi.* Sic ergo omnes cepit, & peremit, quia per dominum factum est, ut inualesceret cor eorum, & occurrerent in praelium contra Israel, ut exterminarentur. Dum enim non veniunt inimice virtutes, quæ peccata operantur in nobis, nec prouocant ad pugnam, vel ad dimicandum, interficere non possunt, nec exterminari. Ideo dicitur Deus permittere

B imò icitare propemodum aduersarias virtutes, ut veniant contra nos in praelium, ut vincamus, & illæ pereant. Unde mihi videtur

infinitus esse numerus earum, quia per singulos pene homines aliqui sunt spiritus, qui diuersa peccatorum genera moluntur. Est spiritus fornicationis, est spiritus iræ, est alius auaritiæ, est alius superbiæ, & si eueniat aliquem esse, qui his omnibus malis, vel etiam pluribus agitur, omnes hos, vel etiam plures in se habere spiritus putandus est, unde, & per singulos plures esse credendi sunt, quia non singula singuli homines habent vitia, sed plura. Nec putandum est, quod vnus fornicationis spiritus seducat eum, qui in Britannijs fornicatur, & illum, qui in India, vel in alijs locis. Neque vnum esse iræ spiritum, qui diuersis in locis diuersos homines agitet. Sed puto magis spiritum fornicationis vnum esse & innumeros, qui hoc officio ei pareant, & per singulos homines diuersi spiritus sub ipso principe militantes, qui ad huiusmodi peccata eos sollicitent. Similiter iracundiæ principem vnum esse arbitror, & innumeros sub ipso, & idē de ceteris peccatis sentiendum. Ideo non vnus principatus dicitur ab Apostolo, sed plures contra quos nobis pugna est. Esse tamen reor omnium horum principem in nequitia eminentiorem, & in scelere fortiorē, qui totum mundum quem isti speciatim sollicitant, velut omnium principum dux, & totius militiæ magister exagitet, qui per Iabin significatur. Puto autē, quia

C sancti contra istos incensores peccatorum pugnantes, & vincētes, vnum quemque minuunt exercitum dæmonum, & velut plurimos equos interimant. Verbi causa, ut inā is, qui pudice viuendo spiritum fornicationis superauerit, non ultra fas sit illum spiritum, qui ab eo victus est alium hominem impugnare, sed sicut ille spiritus, qui rogabat Iesum ne in abyssum mitteretur, cōsequens vñ, qui singuli victi, vel in abyssum, vel in exteriores tenebras, vel locum sibi dignum abducatur a iusto iudice Christo, & inde esse, qui plurimo numero dæmonum iam deuictis, ad fidē gentes venire laxentur. Si autem difficile alicui, vel fabulosum videtur singulis peccatis plurima inesse dæmonia,

nia, ad euāgelij redeat autoritatē, & inueniet dæmoniacum, qui in sepulchris habitabat cum interrogaretur a Christo, quod tibi nomen esset? respondit Legio. Quid ergo mirum si per singula genera peccatorum singuli dæmones ascribantur, cum scriptum sit in vno homine integrā fuisse legionē. Sūt ergo in manibus eorum gladij accipites, qui per-

tas, quæ se non traderet filiis Israel, præter Heuēum, qui habitabat in Gabaō, omnes enim

^a Permittuntur enim a domino, vel potius excitantur dæmones, contra nos venire in praelium, ut nos vincamus, & illi intercant.

bellando cepit. Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnaret contra Israel, & caderēt, & non timerentur vllam clementiam, ac perirēt, sicut præceperat dominus Moysi. In ipse illo uenit Iosue, et interfecit Enacim de montanis Hebrō, et Dabir, et Anab, et de omni monte Iuda, et Israel, urbesque eorum deleuit. Non reliquit ullum de stirpe Enacim in terra filiorum Israel absque ciuitatibus Gaza, et Geth, et Azoto, in quibus solis

^a Non filius Naue, qui solam Iudæam tenuit, sed Iesus Christus ad quem ex omni terra, & ex omni natione conuenit multitudo credentium.

relicti sunt. Cepit ergo Iosue omnem terram, sicut locutus est dominus ad Moysen, et tradidit eam in possessionem filiis Israel secundum partes, et tribus suas, quicquidque terra a praelijs.

intelligamus, necesse est indefinenter sanguinem fundere. Quod Iudæi putantes crudeles fuerunt, & veloces ad effundendum sanguinem. Nos autem non auferamus gladium verbi Dei a sanguine contrariatum virtutum, quæ interficiuntur cum opera eorum non facimus.

Augustinus. Quia per dominum factum est confortari cor eorum, ut obuiam irent ad bellum Israel, ut exterminarentur, ita ut non daretur eis misericordia, sed ut exterminarentur, sicut dixit dominus ad Moysen, &c. ita dictum est per dominum confortari, id est, obdurari cor eorum, sicut de Pharaone, quod diuino altoque iudicio fieri dubitandum non est, cum deserit Deus & præsidet inimicus, quod sic accipiendum est, sicut, & ibi. Sed hic aliud mouet quomodo dictum sit, ad hoc confortatum cor, ut exurgerent in bellum aduersus Israel, & ideo non præberent eis misericordiam quasi præbenda esset si non bellarent, cum Deus præceperit nulli esse parcendum, & ideo Gabaonitis esse parcendum, quia se de longinqua terra venite fingentes eorum iurationem tenuerant. Sed quomodo quibusdam ultro Israelitæ præbuerunt misericordiam? quāuis quod Dei mandatū ad hoc dictum esse intelligendum est istos, ita bellasse, ut eis non parceretur, nec ab ipsis Israelitæ neglecto Dei mandato ad misericordiam flecterentur. Quod quidem duce Iesu, qui Dei præcepta diligenter seruabat, non est credendum fieri potuisse. Sed nec ipse istos tam cito deleuisset, nisi conspiratissime contraherent, & ita fieri posset, ut eis ab illo non debellatis, qui Dei præcepta implere curabāt remansissent ad illud tempus quo eis posset parere post mortem Iesu, qui non tanta cura mandata Dei faciebant. Nam, & eo viuente quibusdam illi pepercerunt, eos tantum ditioni suæ subiugantes, quosdam uero, nec uincere potuerunt. Sed hæc non illo duce facta sunt, sed cum iam senex uacaret a bello, tantum eis terras diuidens, ut ipsi iam cum illo non bellante diuisas sibi terras partim hoste uacuas

Spirituum tē tantum diuisa ritat.

Luc. 8. c.

NICOLAUS DE LYRA.

men remanserunt aduersarij, ut dictum est, & est modus loquendi hyperbolicus, sicut supra positum est exemplum de currentibus ad spectaculum.

1 Præter Heuēum. Hoc dicitur ad ostendendum, quod ciuitates, quæ tradiderunt se ei, hoc fecerunt virtute armorum coacta, & ideo non meruerunt clementiam aliquam, sicut meruerunt Gabaonitæ, qui erant Heuæi, ut hic dicitur, & iuerunt extra terram suam ad filios Israel, ad querendum cum eis pacem, et misericordiam, ut dictum est supra 9. cap.

2 In temp. id est, gigantes.

3 De montanis. quod est intelligendum quantum ad partē tantum, quia aliqui remanserunt, quos Caleb postea interfecit, ut habet infra,

15. cap.

15. cap. Nisi dicatur, quod factum Caleb hic ponitur per anticipationem, & ascribitur Iosue, eo quod Caleb habuit illam terram ex Iosue concessione, ut habetur infra 14. c. Et huic dicto consonat, quod dicitur Iudic. 1. de expugnatione Hebron post mortem Iosue. Vel quod Iosue in debellatione Gigantum Hebron fuerit cum Caleb, & eo principalior, propter quod sibi ascribitur, unde subditur.

4 Non reliquit ullum de stirpe Enacim in ter. & cæter. Ille enim sunt ciuitates Philistinorum, quæ non fuerunt acquisite filiis Israel tempore Iosue, ut habetur infra 13. cap. Sed si istud vltimum dicitur oportet dicere consequenter, quod illud, quod dicitur Iudic. 1. post mortem Iosue de expugnatione Cariatharbe dicitur per recapitulationē.

5 Quicquidque, scilicet, communibus quia postea leguntur facta praelia in sortibus particularibus tribuum filiorum Israel, ut habetur 15. cap. & iudic. 1.

CAP.

A cuas tenerent : partim pugnando caperent. *Quieniq;* .Nō sub Iesu filio Naue, sub quo nūq̄ ferē cessauit à bellis, sed sub Iesu Christo. Venisti .n. ad Iesum, & in baptismo peccatorū remissionē p̄secutus es, iā ī te nō pugnat caro aduersus spiritū, & spūs aduersus carnē. Cessauit ergo terra tua à bellis, si tñ mortem Iesu in corpore tuo circumferas, ut cessantibus omnibus in te praelijs, verus pacificus efficiaris & voceris filius Dei. Sed hoc fiet cū bella trāsegeris, & aduersarios subegeris : tunc requiesces sub vi te tua q̄ est Christus : & sub ficu tua, quæ est spiritus sanctus.

B CAP. XII. *Hi sunt reges, &c. R. David Kimhi. Minimè estimandum est, singulos reges vnus solis vrbibus imperauisse : multa enim ad vnā quāque urbem pertinebant municipia, pagos, villas, &c. R. Leui Gersonis. Non Moses, sed filij Israel dicunt percussisse reges trans Iordanem, vt intelligamus nō Mosi virtuti, sed gratuito federi Dei, quod ille cum Israele, eiusque maioribus, & posteris pepigerat, acceptam referri debere victoriam.*

C * Hierony. Arno est rupes quædam in sublimi porrecta, in finibus Amorrhæorum, inter Moab & Amorrhæos. Ermon mons, quem Phœnices cognominant Sanior. Aroer oppidū est Moabitum, quod sitū est super ripā torrentis Arnon, possessum olim à gente veterrima Omnijm, & postea retērū à filijs Lot, id est, Moabitis : & ostenditur vsq; hodie in vertice



C A P V T X I I.

H i sunt reges, quos percusserunt filij Israel, & possederunt terram eorum trans Iordanem ad solis ortum, à torrente Arnon vsq; ad montem Hermon, & omnem orientalem plagam, quæ respicit solitudinem. Schon rex Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon, dominatus est ab Aroer, quæ sita super ripam torrentis Arnon : & mediæ partis in valle, dimidiæq; Galaad, vsque ad torrentem Ieboc, qui est terminus filiorum Ammon : & à solitudine vsque ad mare Ceneroth contra oriētem, & vsque ad mare deserti, quod est mare falsissimum ad oriētalem plagam, per viam quæ ducit Bethsimoth : & ab australi parte quæ subiacet Asedoth vsque Phasga, terminus Og regis Basan, de reliquijs Raphaim, qui habitauit in Astaroth & in Esdrai, & dominatus est in monte Hermon, & in Salecha, atq; in vniuersa Basan vsque ad terminos Gessuti & Machati & dimidiæ partis Galaad, & terminū schon regis Hesebon. Moses famulus domini & filij Israel percusserunt eos, tradiditq; terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, & Gaaditis, & dimidiæ tribui Manasse. Hi sunt reges terræ quos percussit Iosue & filij Israel trans Iordanem ad occidentalem plagam, & Baalgad in campo Libani, vsque ad montem + cuius pars ascendit in Seir. Tradiditque eam Iosue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas, tam in mōtanis quàm in planis atque campestribus. In Aferoth & in solitudine ac in meridie Hetihæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus & Iebuzæus. Rex Iericho vnus. Rex Hai, quæ est ex latere Bethel vnus. Rex Ierusalē vnus. Rex Hebron vnus. Rex Ierimoth vnus. Rex Lachis vnus. Rex Eglon vnus. Rex Gazer vnus. Rex Dabir vnus. Rex Gader vnus. Rex Heima vnus. Rex Bered vnus. Rex Lebna vnus. Rex Adullam vnus. Rex Maceda vnus. Rex Bethel vnus. Rex Taphua vnus. Rex Hopher vnus. Rex Apher vnus. Rex Saron vnus. Rex Madon vnus. Rex Asor vnus. Rex Smeron vnus. Rex Acsaph vnus. Rex Senach vnus. Rex Mageddo vnus. Rex Cedes vnus. Rex Iachanan Carmeli vnus. Rex Dor + & prouinciæ Dor vnus. Rex Gentium Galgal vnus. Rex Therfa vnus. Omnes reges triginta & vnus.

ce montis illius. Chenereth mare vbi est terminus Iudææ in tribu Nephthaim. Sed & oppidum, quod in honorē Tyberij Cæsaris, Herodes postea inlauratum, appellauit Tiberiadē.

* Iosephus. Og regis Galaadine & Galanitidis, magnitudo & pulchritudo fuit vehemens, qualis est paucorū. Erat. n. manu vir fortis, vt operib. virtutis magnitudo & pulchritudo corporis videretur æqualis. Læstum eius tulerunt in ciuitate Raba-tha, factū ex ferro, quatuor cubitorum laticudinem habentem, longitudinē verò duplicem, & vno cubito fortio-

riorem.

* Hero. Astaroth Carnaim, terra Gygantū, quondam in supercilio Sodomorum, quos interfecit Chodorlaomor. Sunt hodieque duo castella in Bacanea hoc vocabulo, nouem inter se miliaribus separata. Edrai, vbi interfectus est Og rex Basan, Gigas. Nunc autem est Adara insignis ciuitas Arabiæ, 24. lapide ab Odra. Efebon ciuitas Seon regis Amorrhæorum, in terra Galaad : quæ cum fuisset ante Moabitū, ab Amorrhæis belli iure possessa est. Salecha ciuitas regis Og, in regione Basanitide. Machati vrbs Amorrhæorum super Iordanem, iuxta montem Ermon. Iarimoth ciuitas quam subuertit Iesus, in tribu Iuda, quarto distans ab Eleutheropoli lapide, iuxta villam Eschaol. Lachis in tribu Iuda, Meminit huius Esaias & Hieremias : & nunc est villa in 7. milliaro ab Eleutheropoli : Erma fuit in sorte Simeon, iuxta Iuda, &c.

C A P.

NICOLAUS DE LYRA. CAPVT XII.

H i sunt reges. Hic ponitur epilogus regum debellatorum à filijs Israel. & primò Regum debellatorum tempore Mosi. secundò Regum debellatorū tempore Iosue, ibi: Hi sunt reges terræ quos percussit Iosue. Circa primum dicitur sic: Hi sunt reges, &c. adhuc viuente Mose, trans Iordanem ad solis ortū. Iordanis enim fluius est terminus terræ p̄missionis à parte oriētis: vt frequēter dictū est & idē terra q̄ est ex parte illa, est ad oriētē terræ p̄missionis. 2. Vsque ad. Iuxta hunc torrentem fuit lucā Iacob cum angelo : vt habetur Genes. 32.c. 3. Vsque ad mare. Istud est mare quod in euāgelio vocat mare Cenereth, & mare Tyberiadis, et stagnū Genezareth. Sicut enim in Latino nomina propria idē significantia variātur à parte sinis, sicut Parisius & Parisios, sic & Cenereth & Ceneroth eūdem locum significāt.

M O R A L I T E R.

1. Hi. Per quos intelliguntur spiritus maligni qui dicuntur retores malorum hominum huius mūdiciōtra quos nobis incūbit inuisibilis pugna. Ephe. 6.b. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi retores tenebrarum harū, contra spiritualia nequitia. Per hoc ergo quod populus Israel sub Iosue duce debellauit dictos re-

za est alia a Ierusalem: nec est inconueniens qd plures ciuitates eiusdem nom. abus nominent, quia hoc frequenter reperit. Aduertendum tñ est, q ista Bethel non est de sorte Benjamin, nō dñ hic: *Pertransiens iuxta Luzam.* nō includens ipsā: ideo Iudic. 1. dicitur forte Ioseph ēt dicitur. 4 *Contra*. Ventus est aquilonatis. & ponitur hic p parte orbis ex qua fiat ille ventus. 5 *Iuxta*. habitatoris Ierusalem, cuius vna pars cecidit in sorte Benjamin. 6 *Et*. Hebræi dñt: *Vsq; ad terminos è regione ascēsus Adomin, id est sanguinum.* Dñt aliqui q erat sibi frequentia latronū, qui exercebant homicidia. 7 *Fili*. Ruben nō est hic nomē patriarchę, quia filij eius acceperūt possessionē ultra Iordanē, vt patet ex supradictis, sed est nomē alterius hoīs eiusdē noīs. 8 *Fue*. Hic cōsequenter ponuntur noīa ciuitatū tribus Benjamin, & legat lra sicut iacet vsq; ibi. 9 *Et*. hęc. n. ciuitas multipliciter noīata fuit, vt dictū fuit Gen. 28. & pro parte cecidit in tribu Benjamin.

CAP.

MORALITER.

2 *Et ascen*. qui interpretat filius dexterę, & cōuenit statui p-latorum, qui debent esse in dextera Christi. Apoc. 1. d. *Et habebat*

bebat in dextera sua septem stellas. Et subditur ibidem. *Septē stelle angeli sunt septem ecclesiarum, id est, episcopi earum.*

A rationibus non casu fieri dispensatur. Sicut enim non fortuito ille angelus Michael, alius Gabriel, alius uero Raphael uocatur, & ille patriarcha Abraham, & ille Isaac, & alius Iacob, uel ille ex Abram Abraham, ille Isaac, & alius Israel. Sed & certa ratione illa Sara ex Sarai, ille Israel ex Iacob, uel ille Abraham ex Abram & quisque angelorum uel hominum ex his quæ sibi iniunguntur officijs & actibus nomina sortiuntur. Ita consequens est loca quædam esse cælestia & ciuitates, sicut Ierusalem cælestis dicitur, & mons Sion, esse etiam alias quarum figuram istæ quæ in terris sunt, continent, quæ hic nobis per Iesum Naue mysticè designantur. De ciuitatibus dictum puto, *Aedificabuntur ciuitates iudæ: & habitabunt ibi. Et, in domo patris mei mansiones multe sunt. Et esto potestatem habens super decem ciuitates.* Ne ergo cum fastidio hæc legatis, & putetis vilem scripturam ex multis nominibus



C A P. XIX.

Itegressa est fors secunda filiorum Simeon per cognationes suas, fuitque hereditas eorum in medio possessionis filiorum Iuda, Bersabee & Sabe & Molada, & Aferual, Bala & Asé & Ethaol, Bethul, Hawma & Siceleg & Bethmarchoth, & Haserlula, & Bethlebooth & Sarohé, ciuitates tredecim & uillæ earum. Ain & Rému & Athar, & Afsan, ciuitates quatuor & uillæ earum. Oes uiculi per circuitum urbiu istarum usque, ad Baalaath, Beerramath contra australem plagam. Hæc est hereditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas in possessione & funiculo filiorum Iuda: quæ maior erat, & idcirco filij Simeon possederunt in medio hereditatis eorum. Cecidit quoque fors tertia filiorum Zabulon per cognationes suas, & factus est terminus possessionis eorum usque Sarid. Ascenditque de mari, & Merala, ac peruenit in Debbaseth usque ad torrentem qui est contra Ieconiam, & reuertitur ad Sarid contra Orientem in finem Beseleth Thabor, & egreditur ad Dabereth, ascenditque contra Iaphie, & inde pertransit usque ad Orientalem plagam Geth Hopher & Tacasim: & egreditur in Remmô Amthar & Noa, & circumit ab Aquilone Hanaton. Suntque egressus eius uallis Ieptahel & Catheth & Naalol & Semeron & Iedala & Bethlehem: ciuitates duodecim & uillæ earum. Hæc est hereditas tribus filiorum Zabulon per cognationes suas, urbes & uiculi earum. Issachar egressa est fors quarta per cognationes suas, fuitque eius hereditas Iezrael & Calaloth & Sunen & Hapharim & Schon & Anaharath & sabboth & Cefion, Abes, & Rameth & Engannim & Enhadda & Bethpheses, & puenit terminus eius usque Thabor & Schesima & Bethlemes, erantque exitus eius Iordanis ciuitates sedecim & uillæ earum. Hæc est possessio filiorum Issachar per cognationes suas: urbes & uiculi earum. Cecidit

bus contextam. Sed scitote in his mysteria contineri maiora Deum quam potest humanus sermo proferre uel auditus mortalis audire. Cognita sunt hæc illi integre qui rapus est usque ad tertium cælum. In cælo enim uidit cælestia, uidit Ierusalem cælestem ueritatem Dei & Sion montem quocumque loci est. Vidit Bethlehem & Hebron & omnia quæ scribuntur hic sorte diuisa. Rationes quoque eorum in spiritu comprehendit: confitetur enim se audisse uerba & rationes quæ non licet homini loqui, quales scilicet illi erant quibus dicebat,

Nonne homines estis & secundum hominum ambulatis? Dicebat ea forsitan illis, qui non secundum carnem ambulabant, Timotheo & Lucæ & cæteris discipulis, quos sciebat capaces esse ineffabilem sacramentorum uel Timotheo ait: Memor esto uerborum quæ à me audisti, quæ commendo fidelibus hominibus, & his qui idonei sunt alios docere,

2. Cor. 12. 2.

* fuit hereditas filiorum Simeon.

E

2. Cor. 13. 2.

† contra terminum.

2. Tim. 2. 2.

F

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XIX.

Etegressa est fors &c. Hic consequenter scribuntur sortes sex tribuum, & secundum hoc posset diuidi in sex partes. Secunda ibi. *Cecidit fors ter. &c.* tertia ibi. *Issachar egressa &c.* quarta ibi *Ceciditque fors quinta tribui filiorum Afer.* quinta ibi. *Filiorum Neptali.* sexta ibi. *Tribui filiorum Dan.* Circa primum dicitur.

1 *Et scilicet a forte Benjamin, quæ fuit prima de septem ultimis, de quibus loquitur hic scriptura.*

2 *Fuitque quia sicut dictum fuit supra 15. c. ista ciuitas & plures aliæ fuerunt assignatæ tribui Simeon, cuius ratio postea cum dicitur.*

3 *Hæc quia maior erat quam possessio aliarum tribuum. Dicunt communiter expositores, quod habuerit terram dupliciter scilicet, per sortem & per concessionem si posset acquirere iuxta se, & quia erat tribus bellicosa dilatauit terminos suos, & ideo quando postea debuit assignari terra septem*

ptem tribubus quæ nondum possessionem acceperant, repertum fuit quod terra residua non sufficiebat eis, & ideo aliqua loca de forte Iuda fuerunt adiuncta forti tribus Simeon, ut dicitur hic. Et aliqua forti tribus Dan, ut dicitur infra.

4 *Ceciditque.* Hæc est pars secunda: & legatur litera sicut iacet usque ibi.

5 *In h.* Heb. dicunt gebul Chislohi tabor. id est, in terminum, Cisloth nomen commune, & significat pendulum montis qui est locus intermedius summitatis, & uallis.

6 *Bethleem.* ista non est illa Bethleem in qua natus fuit Christus, quia illa est de forte Iude. ista autem est de forte Zabulon, sicut enim frequenter dictum est, plures ciuitates uel uillæ similiter nominantur.

7 *Issachar egressa.* Hæc est tertia pars, & legatur litera, sicut iacet usque ibi.

8 *Bethlemes.* i. ciuitas solis, & sic nominabatur: quia forsitan Gentiles ibi colebant solem.

9 *Ceciditque fors quinta.* Hæc est pars quarta, & legatur litera ut iacet.

1 Filiorum.

M O R A L I T E R.

1 *Et egressa.* qui interpretatur audiens, & conuenit statui curatorum qui audiunt synodalia statuta ab episcopis, & denuntiant suis parochiis.

4 *Ceciditque.* qui interpretatur habitaculum pulchritudinis, & conuenit statui clericorum, in quibus resurgere debet decor honestatis.

3 Issa-

7 *Issachar.* Per Issachar, qui merces interpretatur, signatur status religiosorum qui bona nature & fortunæ exponunt pro mercede regni cælorum.

9 *Ceciditque* qui interpretatur carcer, & conuenit statui principum, ad quorum spectat officium illos, quos paterna castigatio corrigere non potuit, uinculis & carceribus mancipare.

Filiorum

C A P. XIX.

A **F**liorum Augul. & Amorrhæus pmāsit vt habitaret in Elon & in Sānanim, & ingrauitus est manus Ephrē super eos, & facti sunt tributarij illi. Hoc iam ꝑ præceptum Domini fiebat, & adhuc vivebat Iesus, sed dux in illis plijs

præ feneclute nō erat. Ideo dictum est à Domino. Factū est vt cōfortaretur cor illorum, qui simul conspirauerunt inire bellum contra Iesum, ne ista illis misericordia pberetur etiā contra præceptum Dei, si remāsisent non expugnati, & fenescēte Iesu, vel defuncto relinquerentur expugnādi filijs Israel qui eis ꝑ præceptum Dni posset parere, quod ille non faceret.

Origen. ho. 24. in Iosue.

† Elim
† arietantes

Adam. Iuxta, lxx. māsit Amorrhæus habitare in Elō & Sānanim, Amorrhæꝑ interpretat amarꝑ vel amaritudo, habitātes ergo i † Elon, q, interpretat † arietes veli Sānanim, q, interpretat pacifici. Aman & arietes sunt q, in agone positi Zabolas struuras expugnate conātur: pacifici verò, qui carnalibus desiderijs & concupiscentiis superatis pacem animæ gerunt. In vtrifq; tamen vtridit diabolus, id est, amaritudo persistere. Si ergo inimica virtꝑ. i. demonis ex amaritudinis turba veniēs ob fideat alicuius cor-

ditque fors quinta tribui filiorum Aser per cognationes suas, fuitque terminus eorum Halchath, & Chali, & Betē, & Axaph, & Elmelech, & Amaad, & Mexal, & peruenit usque ad Carmelum maris, & Sihor & Labanath: ac reuertitur cōtra Orientem Bethdagon, & pertrāsīt usque Zabulon, & uallem Iephthael contra Aquilonem in Bethemec & Nehel, egrediturq; ad leuam Cabul & Abran & Rohob & Amon & Cana vsque ad Sidonem magnam, reuertiturque in Horma usque ad ciuitatem munitissimam Tyrum, & usque Hofa: eruntque exitus eius in mare de funiculo Achziba, & Amma, & Apec, & Rohob, ciuitates uigintidux & uille earum. Hæc est possessio filiorum Aser per cognationes suas: urbesq; & uiculi earum. Filiorum Nephthali sexta pars cecidit per familias suas, & cœpit terminos de Heleph, & Elon Saananim, & Adami, quæ est Neceb & Iebnael usque Lecū, & egressus eorum usque ad Iordanē, reuertiturq; terminus contra Occidentem i Azanoth Thabor, atque inde egreditur in Hucuca, & pertranfit in Zabulon contra Meridiem, & in Aser contra Occidentem: & in Iuda ad Iordanem contra ortum solis ciuitates munitissimæ: Afsedim, Ser, & Ammath, & Recchath, & Cenereth, & Edema, & Arama, Afor, & Cedec, & Edrai, & Enhasor, & Icron, & Magdalel, Horem, & Bethanath, & Bethlames, ciuitates decem & nouē, & uillæ earum. Hæc est possessio tribus filiorum Nephthali per cognationes suas: urbes, & uiculi earum. Tribui filiorū Dan ꝑ familias suas egressa est fors septima: & fuit terminus possessionis eius Saraa & Estaol & Hirsemes, id est, ciuitas solis: Selebin, & Aialō, & Iethela, Elon, & Themna, & Acron, Eltece, Iebbethon, & Baalath, et Iud, et Bane, et Barac, et Gethrēmon, et aquæ Iercon, et Arecon, cū termino qui respicit Ioppen, et in ipso fine concluditur. Ascenderuntq; filij Dan, et pugnauerunt contra Lesem, ceperuntq; eā, et percusserunt eā in ore gladij, et possederunt, et habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Lesemdan: ex nomine Dan patris sui. Hæc est possessio tribus filiorum Dan per cognationes suas, vrbes, et uiculi earum. Cumq; compleisset sorte diuidere terrā singulis per tribus suas, dederunt filij Israel possessionem Iosue filio Nun in medio sui iuxta præceptum Domini, vt bemb quam postulauit Dannath Saraa in monte Ephraim. Et ædificauit ciuitatem, habitauitq; in ea. Hæ sunt possessiones quas sorte diuiserunt Eleazar sacerdos, et Iosue filius Nun, et principes familiarū ac tribuum filiorum Israel in Silo coram Domino ad ostium tabernaculi testimonij, partitque sunt terram.

NICOLAUS DE LYRA.

Fliorum Neph. Hæc est pars quinta, & legatur litera uicet usque ibi. **1** Afor. prope locum illum fuit natus Thobias, ut habetur in principio libri sui.

3 Tribui. Hæc est pars sexta in qua describitur fors filiorū Dan, cum dicitur.

4 Et fuit. dicunt aliqui quod istæ duæ ciuitates non fuerūt de sorte Dan, sed fuerunt iuxta sortem ipsius Dan, ita q, ibi terminabatur fors eius, erant tamen de sorte Iudæ. Alii autē dicunt quod licet fuerint de sorte Iudæ, fuerunt tñ adiūctæ forti ipsius Dan, eadē ratione qua aliquæ ciuitates de sorte Iudæ fuerūt adiūctæ forti filiorū Simeō, vt sup. dictum est.

5 Et Hise. Ista ciuitas fuit de sorte Dan, tamen erat iuxta sortem Iffachar, ita quod Iffachar ibi terminabatur secundum vnam sui partem vt patet ex præmissis.

6 Pugnauerunt. Dicunt Hebræi, qd hæc est ciuitas q, vocatur Lais.

corpus, turbet & sopiat mētē, abhibeantur autē multæ orōnes, multa ieiunia, multæ exorcistarū inuocatiōes, & ad hæc oīa sordus demō i obsessō corpore psistat, tolerabilius exorcistaram penas terēs ex Dei nominis inuocatione tormēta q, discedere. Ita intelligendum est, quia Amorrhæi psistunt habitare in E-

lon, & in Sānanim. Et vt ostenderet scriptura quia perferentes penas & flagella psistunt, di. quia grauis effecta est super eos, manꝑ Ephrem, quod fit per exorcistarum manus impositionē vehementius impositam, vel per bonos actus & opera bona.

Quāto, enim meliora gerimꝑ vel agimus & in optimis conuersamur, tantō illis hæc grauiora efficiuntur. Gratus est illis & acceptus, q, in turpitudine & flagitijs uiuit. Qui verò in bonis actibus manum suaper eos grauaerit, etiam si penitus expellere nō potuerit, tributarios eos faciet, & subiectos. Et abiurunt filij Ephrē peragere terram secundum fines suos.

b Cumque. Adaman. Vide mansuetudinem, & humilitatem Iesu, q, digne ferebat nomen veri saluatoris Iesu. Dederūt inqt filij Israel sortem Iesu filio Naue in semet ipsis per præceptum Domini &c. Ipse dedit hēditatē omnibus

Lais. Iud. 18. vbi agitur de expugnatione dictæ ciuitatis.

7 Vocantes. id est, nomine composito ex antiquo, & nouo, & secundum istam trāslationē in Hebræo habetur, Et uocauerunt nomen Lesem Dan. i. ciuitatem quæ prius Lesem uocabatur, nominauerunt Dan nomine simplici, & hoc cōsonat ei quod dicitur Iud. 18. uocato nomine ciuitatis Dan, quæ prius Lais dicebatur.

8 Cumque. Hic ultimo describitur ducis diuidētis possessio. Iosue, q, sicut fidelis dispēfator alijs terrā distribuit, nihil accipiēs tibi ppria autoritate, sed ppli cōcessione, ad subdit.

9 Dede. iuxta tñ suū bñplacitū, sicut erat iustum, iō subdit.

10 Urbem. Erat enim de illa tribu, vt habetur Nu. 13.

11 Hæ sunt. quæ supra dictæ sunt.

12 Coram. id est, in atrio ante ostium tabernaculi, & dicitur tabernaculū testimonij quia in illo erat arca in qua erat lex, quæ testimonium in pluribus locis, uet. uocatur.

3 CAP.

M O R A L I T E R.

1 Filiorum. Nephthali interpretatur dilatatio, & cōuenit statui militū, quorū labore res publica conseruat ac et dilatat.

3 Tri-

3 Tribui. Dan interpretatur iudiciū, & cōuenit statui uulgariū, qui iudicantur in foro secreto, & publico, & hoc duplici, scilicet ecclesiastico & seculari.

A bus filijs Iuda & Ephraim, & dimidia tribui Manasse, & Caleb filio Iephone, ipse misit ternos viros p singulas tribus, q tota terra peragrarent & describerent in libro, & redeuntes ostenderent sibi, & se in nouissimis referuauit, & voluit esse oium nouissimus, vt esset oium primus, nec sibi hrditatem

fibi non distribuit aliquam portionem? Imitatus est in eo modestiam Dni. *Discite, ait, a me, qui a mitis sum & humilis corde.* Extremam itaq; expertus est inopiam, ita ut ne domum quidem haberet, ubi reclinaret caput suum. Docuit item eos, qui in aliquo magistratu sunt constituti non suis comodis, sed utilitati subditorum seruire debere.

D Matth. 11.

C A P. XX.



E locutus est dñs ad Iosue, dicens, Loquere filijs Israel, & dic eis: Separate vrbes fugitiuorum, de quibus locutus sum ad vos per manum Moysi, vt confugiat ad eas quicumque animam percussit nescius, & possit euadere iram proximi qui ultor est sanguinis, cum ad vnam harum confugerit ciuitatum: stabitq; ante portam ciuitatis, & loquetur senioribus vrbis illius, ea quae se comprobent innocentem, sicque suscipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum. Cumque ultor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus eius, quia ignorans percussit proximum eius, nec ante biduum triduumve eius probatur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudicium, causam reddens facti sui, & moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore. Tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem, & domum suam, de qua fugerat. Decreueruntq; Cedes in Galilaea montis Nephthali, & Sichem in monte Ephraim, & Cariatharbe, ipsa est Hebron in monte Iuda: & trans Iordanem contra Orientalem plagam Iericho, statuerunt Bosor, quae sita est in caespitri solitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse. Haec ciuitates constitutae sunt cunctis filijs Israel, & aduenis qui habitant inter eos, vt fugeret ad eas, qui animam nescius percussisset, & non moreretur in manu proximi effusum sanguinem vindicare cupientis, donec staret ante populum expositurus causam suam.

C A P. XX.

Separate vrbes fugitiuorum &c. Originis. Ad ciuitates refugij confugiunt non omnes homicidae, sed qui ignoranter homicidium commiserunt. Sunt enim aliqua peccata, quae si proposito ac uoluntate committimus, homicidas nos faciunt, & sunt alia quae nos si ignoranter admittimus, discernit nobis credo, & praeparat ex precepto Dei aliquis locus, ubi ad certum tempus habitare debeamus si qui non uoluntaria peccata commisimus: si tamen mundi inueniamur ab his peccatis, quae uoluntate commissa sunt. Et ob hoc

Homil. 34. in Numeros.

E Purgatorius locus.

secernuntur quaedam ciuitates refugij.

* R. Mose Maimonius. Quod is qui imprudens fecit homicidium exulat, ideo fit vt tranquilletur interea animus vindicis sanguinis, dum non videt eum, qui facinus fecit. pendet uero ipse in patriam reditus ex morte eius viri qui cum ceteros mortales omnes dignitate precellat, atq; ab omnibus Israelitis summè ametur, consentaneum est, eius acerbo casu sedari dolorem, quem sanguinis vindex ex cognati sui cede conceperat. Quippe sic comparatum est hominum ingenium, vt quisque habet infortuniu, si par, aut maius alteri accidisse uiderit, minus doleat de suo. Nullius autem hominum grauior calamitas apud nos certe existimatur, quam Pontificis maximi mors.

I. More haueu.

F

C A P.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XX.

Et locu. Postquam actum est de terrae diuisione, hic consequenter agitur de ciuitatum refugij separatione. & primo circa hoc praecipuum dñi renouatur. secundo executioni datur, ubi: *Decreueruntque.* Circa primum dñi. **2** *Separate.* Nu. 35. & Deut. 19. ubi ista materia plenius est tractata: & ideo breuius est hic pertransendum. **3** *Quicumque.* i. causaliter omnino. **4** *Stabitq; an. por. i.* ante iudices qui antiquitus sedebant in foribus ciuitatum vt quilibet posset ad eos accedere. ideo subditur. **5** *Et lo.* Sententia tamen finalis de sua innocentia vel de contraria non dabatur per iudices ciuitatum refugij, sed per iudices illius ciuitatis in cuius terminis homicidium fuerat perpetratum, prout declaratum fuit Num. 35. **6** *Cumque ult. i.* proximus occisi ad quem spectat causam defuncti prosequi. **7** *Non tra.* & est sententia suspensiuua usq; ibi. **8** *Donec.* in ciuitate in cuius terminis fuerat homicidium perpetratum. ubi ducebatur de ciuitate refugij cum securitate, & sententia data de eius innocentia reducebat ad ciuitatem refugij ibidem saluandus. Si autem daretur sententia contra eum, tradebat amicum interfecti

interfecti occidendus. *Et non mor. qui interf. a casu. Donec mo.* hoc refertur ad illud predictum. **9** *Et ha.* quia de ciuitate refugij non poterat ad proprium locum redire, donec moreret sumus sacerdos. cuius causae assignatae fuerunt. Nu. 35. **10** *Decreueruntque.* Hic ponit executionem predicti mandati, quia separauerunt sex ciuitates fugitiuorum, tres circa Iordanem, & tres ultra secundum quod fuerat praecipuum a domino, Nu. 35. & patet litera. Notandum tamen, quod omnes ciuitates refugij fuerunt assignatae Leuitis, prout habetur in cap. seq. ad designandum, quod in clericis debet esse refugium totius populi. Moral. exponendo, ciuitates fugitiuorum designant remedia peccatorum, fuerunt autem tres ultra Iordanem & tres citra, ad denotandum quod ante baptismum & post fuerunt remedia contra peccata. Per flumem Iordanis intelligitur baptismus, quia in eo Christus fuit baptizatus, conferens aquis uirtutem mundandi tactu suae sacratissimae carnis. Ante baptismum uero fuerunt tria remedia praeter parentalem fidem, oblatio legalis, & circumcisio legalis. Post baptismum uero fuerunt tria remedia, ieiunium contra uicia carnalia, oratio contra uicia spiritualia, & elemosyna quae est opus pietatis ualentis ad omnia.

M O L A L I T E R.

1 *Et locutus est.* sequitur. **2** *Separate.* Fuerunt autem sex ciuitates ad hoc assignatae. scilicet tres ultra Iordanem, & tres citra. per Iordanem uero significatur baptismus, eo quod Christus ibi fuit baptizatus, & tunc tactu sanctissime suae carnis dedit vim regeneratiuam aquis. Per ciuitates autem refugij significantur remedia contra peccata, ad quae debent peccatores refugere pro salute. Ante uero baptismum per Iordanem

nem significatum, fuerunt tria remedia contra peccata. scilicet fides parentalitatis: postea circumcisio carnalis a tempore Abraham, & oblatio legalis a tempore legis datae, ut patet in Leuitico. ubi pro varijs peccatis determinant oblationes diuersae. Post baptismum uero inter alia remedia assignantur tria. scilicet uera contritio, integra confessio, & debita satisfactio. Vel aliter. scilicet ieiunium contra uicia carnalia, oratio contra peccata spiritualia, & elemosyna quae est opus pietatis ualentis ad omnia. Tit. 4.

C A P. XXI.



Accesserunt. Adaman. Oēs filij Israel acceperūt fortes suas in terra. Leuitis autē in hereditate solus fuit Deus. Sed quia accipiunt decimas & primitias secundum praeceptum dñi,

oportet eos etiā de terra & de habitaculis decimas accipere: hoc est. n. de oib⁹ decimas accepisse. Id accedentes principes Leuitarū ad Eleazarū sacerdotē & ad Iesum filiū Naue & ad principes tribuū dixerunt: *Dñs praecepit ciuitates dari nobis ad habitandum, & suburbana earum aialibus nostris.* Oportet ergo de ciuitatib. & de suburbanis forte fieri, ne indifferetē & fortuito videatur facta diuisio Leuitis. Sicut ergo distributio in filiis Israel habuit rōnem, quā q̄s prima forte dignus haberet, & alius secunda, in quibus sint vltimus Dan: Ita necesse est hic esse aliquam rōnem, vt alij prima, alij secūda, alij verō tertia fors ducat. Dñr autē esse filij Leui Gersō & Caath & Merari, & ostendit primat⁹ tenuisse honorē Caath, cuius filij fuerunt Moses Aaron & Maria. Igitur de Caath pars quidē plebis facta est sacerdotalis, quae est Aaron & filij eius. Moses autē in sacerdotali ordine, aut si quid plus esse pōt hūius est. Alia verō ratio est de filiis Israel. Caeteri autē ex filiis Caath fm ordinē tenuerunt in tribu Leui, q̄ sunt Issachar & Hebrō & Oziel: deinde accipiunt post hos partē. post Caath ex filiis Leui Gerson. tertio loco nouissimus omnium Merari. Hæc est autem differentia primi ordinis secūdi, tertij, vel quarti, quam primò omnium obseruauimus in Numeris. Postquam enim ordinatae sunt xij. tribus per quatuor orbis partes circa arcam testamenti domini excubias agere, statuta sunt tres quidem ab Oriente, tres ab Africo, id est, meridie, tres ad mare, id est, ad Occidentem, tres verò ab Aquilone. Ibi etiam isti per quatuor orbis partes eodem ordine deputātur. Et ab Oriente quidem vbi erat tribus Iuda, quae est inter ceteras prima, Aaron & filij eius locantur. Caathi verò filij qui erant reliqui, arcam domini portare, & tubis canere statuuntur, ita vt cum prima tuba cecinisset, mouerent castra qui erant ab Oriente, cū verò secundus qui erant a Meridie, tertia ab Occidente. Quarta ab Aquilone. Vides quātus ordo, quāta in scripturis sanctis rerū cōsequētia custodit, nihil sine rōne geritur & ordine. Diligētius verò quae hic referuntur aduerte. Prima, inquit, exit fors

Homi. 25 in Iud.

Num. 35.2.

† Nu. 35.2.

B

Tribuum ordinis differentia.

C

C A P. XXI.



Accesseruntque principes familiarum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & Iosue filium Nun, & ad duces cognationum per singulas tribus filiorū Israel locutique sūt ad eos in Silo terrae Chanaan, atque dixerunt: † Dominus praecepit per manum Moysi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta. Dederuntq; filij Israel de possessionibus suis iuxta imperium Domini ciuitates & suburbana earum. Egressaque est fors in familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis de tribu Iuda, & Simeō & Benjamin ciuitates tredecim, & reliquis filiorum Caath, id est, Leuitis, qui superfuerant de tribubus Ephraim & Dan, & dimidia tribus Manasse ciuitates decem. † Porro filij Gerson egressa est fors, vt acciperent de tribubus Issachar, & Aser, & Nephthali, dimidiaq; tribu Manasse in Basan ciuitates numero tredecim. Et filij Merari per cognationes suas de tribubus Ruben & Gad & Zabulon vrbes duodecim. Dederuntq; filij Israel Leuitis ciuitates * & suburbana earū, sicut

fors Caath, & facta est filijs Aaron sacerdotib. qui erāt in Leuitis. Cui oportebat primatū dari, nisi Aaron primo vel summo Pōtifici: Primò in vita meritis, in honoribus, in virtute. Nō est ergo ista fors fortuita, sed adest virtus superna gubernans eā secundum diuinā prudentiæ iudiciū. & decernit hæc fors filijs Aarō prima habitacula. Filij Aaron in tribu Iuda & in tribu Simeon & in tribu Benjamin per forte ciuitates xij. Vides quō electis viris in electis tribubus habitacula dispensantur. Quos autem oportuit secundam fortem suscipere? Filios, inquit, Caath, qui reliqui erant post filios Aarō. Et quas tribus isti accipiunt? In tribu inquit Ephraim, in tribu Dan & in dimidia tribu Manasse ciuitates. x. per fortem. Qui sunt autē tertij? filij Gerson, & in quibus tribubus fortiuntur? In Issachar, inquit, & i Aser, in Nephthali & in dimidia tribu Manasse, quae est Basanitidi, ciuitates xij. Qui sunt autē vltimi i Leuitis? Filij, inquit, Merari. In quibus accipiuntur tribubus? Ex tribu, inquit, Ruben trans Iordanē, & Gad, de tribu Zabulon q̄ vltimus est inter filios Leui accipiunt in forte ciuitates xij. Cum quatuor partes sint orbis terrae, Caath accipit fortem primam inter filios Leui a parte Orientis cū illis tribubus primatū omnium tenent. Vide quō oia conueniunt in quatuor partibus. Orbis orientalis nobilior est in quo nobilitas oīum Iudae tribus habebatur. Et filij Caath sacerdotes primam ducūt in

D

E

† 1. Pars

* Has.

F

Leui partes tuor.

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XXI.

Accesseruntque. Postquā actum est de ciuitatib. fugitiuorum, hic consequenter agitur de ciuitatibus Leuitarū vbi primo ponitur eorum petitio. secūdo petitionis concessio, ibi: *Dederuntque filij Israel.* tertio ciuitatum eis concessarū nominatio ibi: *De tribubus filiorum Aida.* quartò praeceptorum epilogatio, ibi: *Deditq; Dominus.* Circa primum Leuitae in sua petitione allegant praeceptum Domini dicentes:

- 1 *Dominus praecepit.* istud praeceptum habet Numeri 35. vbi conditio ciuitatum & suburbanorum, & spatium ipsorum plenius pertractata sunt.
- 2 *Dederuntque filij Is.* Hic consequenter describitur praedictae petitionis concessio, & primò in generā, cum dicitur: *Dederuntque filij Israel.* secūdo magis in speciali, cum subditur:
- 3 *Egressaque est.* Ad cuius intellectum sciendum, q̄ Leuitae primò

primò fuerunt distincti in tres partes. quia aliqui dicebantur Caathitae, alij Gersonitae, alij Meraritae. Item Caathitae fuerunt distincti in duas partes, quia aliqui descenderunt per Aaron, & vocati sunt Aaronitae speciali nomine, licet cū hoc dicerentur Caathitae. Alij verò qui descenderunt de Caath, habuerunt tñ nomen commune, & vocati sunt Caathitae, & fuerunt de numero Leuitarum. Aaronitae verò de numero sacerdotum. & sic Leuitae diuisi sunt in quatuor partes. s. Aaronitarum, Caathitarum, Gersonitarum, Meraritarum, vt plenius habetur Num 3. ca. & 4. Primò ergo agitur de forte Aaronitarum, cum dicitur: *Egressaq; est fors.* id est, illorum Caathitarum qui speciali nomine dicti sunt Aaronitae.

4 *De tribu Iuda.* Itae tres tribus assignauerunt eis ciuitates & suburbana, & similiter aliae tribus assignauerunt de possessionibus suis alijs tribus partibus Leuitarum prout exprimitur in litera, & patet:

1 De tri-

M O R A L I T E R.

1 *Accessit.* Hic agitur de ciuitatibus sacerdotū & Leuitarum quae fuerunt eis assignatae a tribubus alijs de possessionibus suis, p̄ quod significatur, quod p̄latis & curatis & alijs deputatis

putatis ad diuinum cultum in noua lege de habitaculis conuenientibus prouideri debet per singulas dioceses de bonis laicorum. Non occurrit autem hic alia mystificatio notabilis propter quod transeo.

A li & Aser, rursus Caath nō inter sacerdotes, sed iter ceteros, primam tamē accepit sortem in Dan, secundā verō Gerson in Aser, & tertiam idem Gerson in Nephthali. Quis pōt hęc oīa comprehendere? Quis meminisse saltem ordinē ipsūm mysteriorū? Quod si etiam ad literam explicare difficile est

Diximus autē quia Iesus Christus petit à nobis locum quem D ædificet, in quo habitet. Et quātales effici debemus mēte & corpore, vt in anima nostrā locum dignetur accipere & edificare & habitare, & quis est in oī populo tā acceptabilis, qui ad hoc dignus sit? Fortē nec singuli, sed tota simul ecclesia

præcepit dominus per manum Moyſi, singulis sorte tribuentes. De tribubus filiorū Iuda & Simeon dedit Iosue ciuitates, quarum ista sunt nomina. Filij Aaron per familias Caath Leuitici generis, prima enim fors illis egressa est, Cariatharbe patris Enac, quæ vocatur Hebron in monte Iuda, & suburbana eius per circumitum. Agros verō & villas eius dederat Caleb filio Iephone ad possidendum. Dedit ergo filij Aaron sacerdotis Hebron confugij ciuitatem, ac suburbana eius: & Lebnam cum suburbanis suis, & Iether, & Elthemro, & Holon, & Dabir, & Ain, & Ictah, & Bethfames cum suburbanis suis, ciuitates nouem de tribubus vt dictum est duabus. De tribu autem filiorum Benjamin, Gabaon & Gabae, & Anathoth, & Almon cum suburbanis suis, ciuitates quatuor, omnes simul ciuitates filiorum Aaron sacerdotis tredecim cum suburbanis suis. Reliquis verō per familias filiorum Caath Leuitici generis hæc est data possessio. De tribu Ephraim vrbes confugij * Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gaser, & Cibsam, & Bethoron cum suburbanis suis ciuitates quatuor. De tribu quoque Dan Eltheco & Gabathon, & Aialon, & Gethremmon cum suburbanis suis ciuitates quatuor. Porrō dimidia de tribu Manasse, Tanach & Gethremmon cum suburbanis suis ciuitates duæ. Omnes ciuitates decem, & suburbanæ earum datæ sunt filijs Caath † inferioris gradus. Filij quoque Gerson Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugij ciuitates, Gaulon in Basan & Bosram cum suburbanis suis, ciuitates duas. Porrō de tribu Issachar, Cesion, & Dabereth, & Iaramoth, & Engannim cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu autem Aser Messal, & Abdon, & Helcath, & Rohob cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu quoque Nephthali ciuitates confugij, sedes in Galilæa, & Amothdor, & Carthan cum suburbanis suis, ciuitates tres. Omnes vrbes familiarum Gerson tredecim cum suburbanis suis. Filij autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas, data est de tribu Zabulon, Iecnam, & Charta, & Damna, & Naalol, ciuitates quatuor cum suburbanis suis.* De tribu Gad ciuitates confugij Ramoth in Galaad & Manaim, & Hesebon, & Iazer: ciuitates

recipere potest in se Iesum vt habitet in ea.

Quis est ergo locus, i quo habitare dēt Iesus? In monte, inquit, Ephrem, id est, in mōte fructifero. Qui sunt mōtes tēti & feri? Illi scilicet in quibus sunt fructus spiritus, pax, gaudij, patientia, & caritas, &c. Hi sunt mente & spiritu semper excelli. & quāuis pauci fuerint, in ipsis tamen habitans Iesus, qui est lux vera, emittit radios suæ lucis super eos, quos nondum dignos suo habitaculo principaliter iudicat. Videamus ergo quæ sunt macheræ petrina, quibus circumcidit Iesus filios Israel. Si oretis pro nobis, vt sermo noīter viuēs sit & efficax, & acutior sup omnem macherā, præstabit & nobis dominus Iesus Christus, vt verbum Dei quod

Gal. 5. d.

E * Homicidæ.

† Residuis & infra.

F * De tribu Ruben, Bosor, Iasor, Cade-moth, Mepharth, ciuitates quatuor cum suburbanis suis. Suprà. 5. c.

loquimur ad vos, circumcidat omnem immunditiam & vitia de auditoribus, & amputet omne quo vis mentis & efficaciam naturalis obtegatur: & sic per verbū Dei quod est machera petrina, circumcidemini à Iesu, & audietis, quia abstuli opprobrium Aegypti hodie à vobis. Quid enim prodest exisse de Aegypto. i. de seculo & per cremum ambulare, & morū pristinas sordes & vitiorum immunditias retinere? Oportet ergo post digressionē maris rubri auferri carnalia veteris consuetudinis vitia per Iesum Christum, vt tandem Aegypti careamus opprobrijs. Ponuntur verō illi cultri lapidei quibus secundō circūcisi sumus à Iesu in eo loco quem petit Iesus, accipit Iesus, possidet in anima. f. i. u. s. t. Est. n. machera verbū Dei, quo purgant peccata de auditorū animis. Hęc ergo virtus verbi diuini recondit in eo loco cui dat sermo sapientiæ & scientiæ, vt & opportuno tpe aīa illa proferat istas macheras in ecclesia, & circumcidat secundō eos qui secunda indigent circuncisione. Quod autē dicit, petrinæ macheras. id est, ex saxo cultros, & non ex ferro opere artificis fabricatos, illud oīdit, quā hic sermo Dei, qui immunditias cordū circūcidit, non ex arte grammatica vel rhetorica venit, neq; doctorum malleis domatur, aut studiorum cotibus elimatur: sed ex illa petra descendit, quæ de mōte sine manibus abscessa orbem terræ impleuit, & dona spiritalia credētibz tribuit.

Itaque

NICOLAUS DE LYRA.

1 De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Iosue. Hic consequenter exprimuntur in particulari nomina ciuitatum Leuitis assignatarum

gnatarum per familias eorum, & patet litera paucis exceptis. 2 Agros verō & villas eius dederat Caleb filio, &c. ita quod erat ciuitatis Hebron, sed erat concessa filijs Aaron ad habitandum, sicut dictum fuit Num. 35.

Tom. 2.

E

* Itaque

icidæ.

B ordine) habenda sit distributio vt in resurrectione non confusē agantur omnia, sed veniat vnusquisque suo ordine. Initium Christus, deinde qui sunt Christi qui in aduentu eius resurgent, cum tradiderit regnum Deo patri, cum subiecerit ei omnē principatum & potestatem. Ibi tales quædā castrorū obseruationes, & sacerdotales descriptiones, & ordines ac tubarum significationes erunt. Fortassis etiam sicut ordinavit Deus stellas celi, & mirandis rationibus collocavit, alias in axe Aquilonis, alias in partibus Orientis, alias in Austro, & alias in Occasu: ita eos (qui ex resurrectione mortuorum erunt sicut stellæ celi in multitudine & claritate) venientes, scilicet ex semine Abraham, ordinabit in regno celorum secundum ordinem stellarum & partium celi: & dabit alijs sortem ad Orientem, alijs ad Occidentem, alijs ad Austrum, alijs verō quo ipse noīit ad Aquilonem. quia multi venient, ab Oriente & ab Occidente, & quatuor partibus orbis terræ, & recumbent cum Abraham, cum Isaac & Iacob in regno celorum.

* Beda. Quod habitacula Leuitis ab Iesu per omnes tribus decernuntur, significatur vt hi qui in ecclesia Dei scientiæ operam dantes, doctrinæ gratiam administrant. Rursus ab omnibus quibus dispensant diuina, terrena subsidia quæ non habent, recipiant: vt impleatur illud quod Apostolus præcipit dicens, Si nos vobis spiritalia ministravimus, magnum est vt carnalia vestra metamus. Et meritō in cunctis tribubus diuifisi sunt, quia dispensatione cunctorum viuunt.

Adamant. Suprà dictū est, quia filij Israel dederunt sortē Iesu in monte Ephrem, & quia ædificauit ciuitatē ibi & habitauit in ea. Sed in eadē scriptura repetit, vt addat quod macheras petrinæ quibus circumcidit filios Israel in eremo abscondit ibi.

Diximus

at. 8. b.

Quæst. in 1. c. 16.

1. 26. in 1. c.

A *Itaque.* Isid. Quod 42. vrbes accipiunt Leuitæ, predicatio significatur sanctorum. Ipsi enim possident doctrinam que constat ex decalogo legis, & quadrifario numero euangelij, quati quaterdenas vrbes habentes, quibus etiam adduntur duæ, quia cuncta que predicant morali & mystico sensu annuntiant.

B *Beda.* Quod 42. vrbes accipitur, indubitanter ipsa predicatio sanctorum figuratur. Ipsi enim possident doctrinam, que constat legis Decalogo, & quadrifido Euangelij numero, quasi quaternas vrbes habentes, quibus etiam duæ adijciuntur: quia cuncta que predicant, morali ac mystico sensu annuntiant.

B *Deditque dominus.* August. Quare cum Israel non solum usque ad diem mortis Iesu, sed etiam post, non eradica- uerit gentes, que terram promissionis tenebant, quamuis ex parte illis debellatis ibi conlisteret, quo dictum sit. *Et dedit dominus Deus, Israeli*

omnem terram quam iurauerat dare patribus eorum, & eam hereditauerunt, & requiem dedit illis dominus in circumitu sicut iurauerat patribus eorum: nec restitit quisquam ante faciem illorum ab omnibus inimicis eorum: omnes inimicos eorum tradidit dominus Deus in manus eorum. non decidit ex omnibus verbis que locutus est dominus filiis Israel: omnia adueniunt. Diligenter omnia considerata sunt, & primum, quod cum omnium gentium terra promissa sit Israelitis, septem gentes videntur assidue memorari. vnde in Exod. legitur. *Mittam ante faciem tuam angelum meum, & eyciet Amorrhæum, Hethæum, Pherezæum, Gergezæum, Henæum, & Iebusæum, & Chanaanæum.* Harum ergo gentium terram videtur Deus patribus promississe. In Deut. etiam scriptum est expressius: *Si accesseris ad ciuitatem expugnare eam, & vocaueris eos cum pace. Si pacifice responderint tibi, & aperuerint tibi, omnis populus qui inuenti fuerint in ciuitate, erunt tibi tributarij & obedientes. Si aut non obediuerint tibi, & fecerint ad te bellum, circumfedebris eam & tradet eam Deus in manus tuas, & interficies omne masculinum eius in nece gladii, præter mulieres. Supellectilem & omnia pecora, & quæcunque fuerint in ciuitate, & omnia utensilia pradaberis tibi, & edes omnem prædationem inimicorum tuorum, quos dominus Deus tuus dabit tibi. Sic facies omnibus ciuitatibus que longe sunt à te valde, que non sunt de ciuitatibus gentium istarum. Ecce aut ex ciuitatibus istis, quas Deus dabit tibi in hereditatem, non viuificabis omnem viuum, sed anathematizabis eos, Hethæum et Amorrhæum, Henæum, Pherezæum, Iebusæum, & Gergezæum quemadmodum mandauit dominus Deus tuus.* Et hic istarum septem gentium terram esse promissam in hereditate, quam debellatis eisdem gentibus usque ad internecionem Israelitæ possiderent, manifestum est. Cæteras enim gentes que longinquæ essent, voluit esse tributarias, si non resisterent. Si autem resisteret, etiam ipsas interfici, exceptis pecoribus & præda. Itæ in Deut. *Et erit cum abstulerit dominus gentes multas, & magnas à conspectu tuo, Hethæum, Gergezæum, Amorrhæum, Pherezæum, Chanaanæum, Henæum, & Iebusæum exterminio percuties eos, & exterminio exterminabis eos. Non dispones ad eos testem, nec miserearis eorum, &c.* His ergo & alijs scripturarum locis ostenditur, harum gentium terras ita accepisse in hereditate filios Israel, ut non cum eis qui eas tenebant, sed pro eis illic habitaret. In Genesi autem vndecim gentes promittuntur semini Abraham sic: *Semini tuo dabo terram hæc, à flumine Aegypti, usque ad flumen magnum*

Exod. 33.2.

Deut. 20.3.

Deut. 7. c.

Genf. 12. b.

quatuor cum suburbanis suis. De tribu Ruben ultra Iordanem contra Iericho ciuitates refugij, Bosor in solitudine Misor, & Iazer, & Iethlon, & Mephaath ciuitates quatuor cum suburbanis suis. Omnes vrbes filiorum Merari per familias & cognationes suas duodecim. Itaque ciuitates vniuersæ Leuitarum in medio possessionis filiorum Israël, fuerunt quadraginta octo cum suburbanis suis, singulæ per familias distributæ. Deditque dominus Deus Israeli omnem terram quam traditurum se patribus eorum iurauerat, & possederunt illam, atque habitauerunt in ea. Dataque est ab eo pax in omnes per circumitum na-

gnum Euphratæ, Cineos, & Cenezeos, & Cethmonæ, Pherezæos, Hethæos & Raphaim: Amorrhæos, & Chanaanæos, & Henæos, & Gergezæos, & Iebuzæos. Que ita soluitur quæstio, ut intelligamus hanc precessisse prophetiam, quod in eos fines regnum erat porrecturus Salomon, de quo ita scriptum est: *Et omne propo-*

situm salomonis quod desinauerat adificare in Hierusalem & in Libano, & in omni terra potestatis sue, omnis populus qui derelictus est à Cethæo, & Amorrhæo, & Pherezæo, Henæo, & Iebusæo qui non erat ex Israel: & filij eorum qui residui erant in terra cum

is quos non consummaverant filij Israel, subiugauit eos Salomon in tributum usque in diem hanc. Ecce residua populorum debellatorum, & omnino ex Dei præcepto perditorum, subiugauit Salomon in tributum, quos utique secundum Dei præceptum perdere debuit, sed tamen subiugati tanquam tributarij possessi sunt. Post autem ita legitur: *Et erat dominans in omnibus regionibus à flumine usque ad terram Philistij, & usque ad fines Aegypti.* Ecce impletum est quod in Genesi Abraham promissum est. à flumine enim hic intelligitur Euphrates. Magnum enim flumen in illis locis etiam proprio nomine non addito potest intelligi. Non enim de Iordane accipi potest, cum & citra Iordanem & ultra iam terras Israelitæ obtinerent, & ante regnum Salomonis: ergo à flumine Euphrate ex partibus Orientis usque ad fines Aegypti, que pars illis erat ab Occidente, regnum Salomonis dicitur liber Regum fuisse porrectum. Tunc ergo plus subiugatum est quam tenebant 7. gentes, & tunc in seruitutem redactæ sunt non 7. sed 11. quod enim in libro Regum scriptum est, usque ad fines Aegypti à flumine, cum scriptura ab Oriente usque ad Occidentem quantum porrectum esset regnum vellet ostendere, idem in Genesi cum ab Occidente usque ad Orientem presumeretur, dictum est à flumine Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem. Flumen. n. Aegypti quod disternat regnum Israel ab Aegypto, non est Nilus, sed fluuius non magnus qui fluit per Rhinocoruram ciuitatem. vnde iam ad Orientem versus incipit terra promissionis. Sic ergo fuerat constitutum filiis Israel, ut septem gentium terras illis perditis inhabitarent, alijs autem regnarent subditis atque tributarijs usque ad flumen Euphratem. Et cum in hoc non obedissent, quia ex illis quas exterminare debebant obedientes aliquos fecerant: Deus tamen opere Salomonis: fidem suæ repromissionis impleuit. Nunc ergo in libro Iesu Naue quod consideramus quomodo erit verum? *Et dedit Deus Israeli omnem terram quam iurauerat dare patribus eorum, & hereditauerunt eam.* Quomodo adhuc viuente Iesu omnem terram dedit, cum etiam reliquias septem gentium nondum superauissent? Nam quod sequitur, *et hereditauerunt eam,* verum est, quia ibi erant, ibique cõfederat. Deinde quod adiungitur: *requiem dedit illis in circumitu dñs, sicut iurauerat patribus eorum,* verum est, quia viuo adhuc Iesu non eis quidem cedebat reliqui illarum gentium, sed nulla earum audebat eos lacessere. Ideo dictum est etiam quod adiungitur, *non restitit quisquam ante faciem illorum ab omnibus inimicis eorum.* Quod verò sequitur: *sed omnes inimicos eorum tradidit dñs in manus eorum, illos. i. intelligi voluit, qui obuiam ire in bellis ausi sunt.* Quod postea dicit. *Non decidit ex omnibus verbis bonis que locutus est dñs filiis Israel,*

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Itaq; ciuitates.* Circa quod notandum, quod Leuitæ fuerunt dispersi per omnes tribus, ut patet ex præmissis in textu. Primo ne cultus Dei ad vnam tantum tribum pertinere videretur. Secundo ne vna tribus vel duæ vel hinc inde, de sustentatione eorum nimis grauarentur. Tercio quia apud omnes gentes istud fuit obseruatum, quod illi qui intendunt cultui diuino sustententur à toto populo, vel ab illis qui habent curam ciuitatis. propter quod faceret dotes Aegypti tempore famis non fuerunt compulsi uedere possessiones suas, quia alimenta eis de publicis horreis præbebantur, ut habet Gen. 47. Quarto quia Leuitæ tenebantur docere populum de his que pertinent ad cultum diuinum. facilius autem docebant per hoc quod erant in omnibus tribubus dispersi, quam si essent in vna tribu congregati.

2 *Deditque dominus Deus Israeli omnem terram.* Hic ponitur epilogatio respectu prædictorum, quia toto libro isto actum est de

de acquisitione terræ promissionis per adiutorium diuinum. & hoc est quod dicitur: *Deditque, etc.* de quo iuramento habetur Gen. 22. c. *Per memetipsum iura. etc.* Sed illud quod dicitur hic non verum, quia tota illa terra non erat eis acquisita, sed inter eos adhuc habitabant multi Gentiles, ut habet j. 23. c. Dicendum, quod dominus prædixerat se eis traditurum terram non simul, sed successiue per rationes tactas superius in principio 13. cap. quarum vna est, ne contra filios Israel crescerent bestie, quia adhuc non erant in tanta multitudine, quod possent totam terram sufficienter populare: tunc autem tantum habebant de terra quantum sufficienter poterat ab eis populari, & habitari: & ideo dominus impleuerat dictum suum secundum formam promissi.

3 *Dataque est ab eo. i. ab omnibus per circumitum nationibus,* quia illi qui erant extra terram promissionis, ut Aegypti, Idumæi, & alij, non audebant contra eos mouere bellum.

* Nullusque

A Israel omnia aduenerunt: ita vult intelligi: quia cum iam illi contra præceptum dñi fecissent, quibuidā parcendo & eos obedientes faciendo, adhuc tñ inter eos salui erant. Ideo, cum dixisset, *ex omnibus verbis*, addidit, *boni*: quia nondum euenerat maledicta contemptoribus & transgressoribus cõstituta. Restat ergo vt quod ait: *Dedit dominus Deus Israel omnem terram, quam iurauerat dare patribus eorum*, secundum hoc intelligatur, q̄a adhuc erant ex illis gentib. reliquæ contere dæ & exterminandæ, vel ex alijs vsq; ad flumen Euphratem, aut subiugandæ, si nõ resistere, aut perdendæ si resisterent, tamen in vsum eorũ relictae sunt in quibus exercerentur ne carnalib. affectibus & cupiditatibus infirmi repentinam prosperitatem modestè, & salubriter sustinere nõ possent, sed elati citius iterirẽt. Ois ergo illis terra data est, q̄a & illa pars quæ nõdũ fuerat data in posses-

a riones *, nullusq̄ue eis hostium resistere ausus est, sed t̄ cuncti in eorum ditionem redacti sunt. Ne vnum quidem verbum, * quod illis præstiturum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

in possessione, iã data fuerat in q̄dã exercitationis vtilitate. **D** a Nullusq; eis. August. Quod ait: *non restitit quisquam ante faciem eorum ab omnibus inimicis eorum*. quæri potest quomodo verũ sit, cum de tribu Dan superius scriptum sit, quod eos hostes non permiserunt descendere in vallem, & preualuerint eis in montibus: sed pro vniuerso populo vndecim trib. deputatæ sunt. Si autem quæritur, cur hæc trib. in forte sua, non obtinuerit sufficientes terras, & ab eis a quibus tenebatur afflictã sit. in secreto Dei consilio est. Cum tamẽ Jacob filios benediceret, talia dixit de isto Dan, vt de illa tribu existimeretur futurus Antichristus. Sic etiam solui potest hæc quæstio, *quia non restitit quisquam ante faciem illorum*, cum scilicet simul sub vnius ducis impetio pugnarent antequam singulis tribubus sua loca defendenda diuiderentur.

† oēs inimicos eorũ dedie dominus in manus ipsorum.

Gen. 49. c.

E

NICOLAUS DE LYRA.

1 Nullusq; i. illorum qui remanserant adhuc in terra promissionis qui magis propriè dicebantur hostes eorum, quia inibitũ erat filijs Israel facere cũ eis amicitias, vt habetur Nu. 33. & infra hoc lib. 23. c.

2 Sed cuncti. Sed videtur, quod in hoc peccauerũt filij Israel, quia sicut dictum est supra cap. 16. & 17. illi de tribu Ephraim & de tribu Manasse peccauerunt in hoc, quod permiserunt aliquos hostium habitare in sortibus suis sub tributo. Dicendum, q̄ tribus Ephraim & dimidia Manasse erant in magna multitudine, sicut dictum est supra 17 cap. propter quod cõquesti fuerunt de arctitudine suæ possessionis. poterant eorum suos aduersarios superare. vnde ibidem dicitur: Postquã autem conualuerunt filij Israel, subiecerunt Chanaanæos, & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos. f. secundũ præceptum

ceptum domini, licet possent, ducti cupiditate tributi. istis autem duobus concurrentibus. f. multitudine ad terram populandum, & potestate ad aduersarios debellandum. non erat filijs Israel licitum reseruare habitatores illius terra, sed secundũ præceptũ dñi debebãt eos interficere: & ideo tribus Ephraim & tribus Manasse peccauerunt dimittẽdo eos in sortibus suis. Quando autem ista duo vel alterum eorum deficiebat poterant habitatores terre in ditionem recipere, vel inducias cum eis facere, non ad semper, quia hoc erat simpliciter illicitum: sed ad tempus, quousque haberent multitudinem sufficientem ad terram populandam, & virtutem destruendi eos: quæ dependebat ex voluntate domini, qui illos reseruauerat in terra illa, vt in eis experiretur Israel, vtũ seruarent eius mandata, vel non, vt haberent consuetudinem præliandi, sicut dictum est supra in principio 13. cap.

CAPVT XXII.

Eodem tempore. Adaman.

Cõgregat Iesus filios Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manasse, qui secum militauerunt & dimittit eos in hereditatem suam, datis quibusdam muneribus. In quo significat, quia cum plenitudo gentium intrauerit, & quæ promissa sunt a domino Iesu pceperit, illi qui p Mosen eruditi & instructi fuerãt, & nobis in certamine, orationib. & exemplis auxiliari sunt, q̄a nondũ pmissiones cõsecuti sunt. expectantes vt etiã nõstra vocatio impletet, & tũc demum perfectionem cõsequentur cum muneribus, q̄ accipiũt a Iesu, vt vnusquisq; habitet in pace omni impugnatione

CAP. XXII.

Eodem tempore vocauit Iosue Rubenitas, Gadditas, & dimidiam tribum Manasse dicitq̄ue ad eos: Fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyses famulus Domini, mihi quoque in omnibus obedistis, nec reliquistis fratres vestros longo tempore vsque in præsentem diem, t̄ custodientes imperium domini Dei vestri. Quia igitur dedit dominus Deus vester, fratribus vestris quietem ac pacem sicut pollicitus est, reuertimini, & ite in tabernacula vestra, & in terram possessionis, quam tradidit vobis Moyses



gnatione cessante.

* Iosephus. Iosue Rubenitis dicebat. Gaudentes vos ad fortes vestras dimittimus & rogamus vt nullum esse terminum nostræ cognationis existimetis, nec q̄ inter nos iste fluuius est, alteros nos eẽ credatis. Oēs. n. sumus ex Abraham, q̄ hic & illic habitamus, vnusq; Deus qui & nostros & vestros maiores pduxit ad illorum vitã: cuius religionis habere curã, & cõuersionis quam per Mosen cõstituit. Perdurantes. n. in istis fauorem Dei semper habebitis: conuersis verò vobis ad imitationem gentium exterarum, auerfabitur vestrum genus. Hæc cum dixisset, singulos maiorũ, & cõmuniter eorum

L. 5. antiq. cap. 3.

F

NICOLAUS DE LYRA. CAPVT XXII.

Eodem tempore. Hęc est vltima pars principalis huius libri, in qua agitur de ducis dispositione. & primò in quantum respicit finem certaminis. secundò prout respicit tempus pacis cap. 23. tertio prout respicit tempus suæ mortis cap. vlt. Circa primum sciendum, quod bellis terminatis, tribus Ruben & Gad & dimidia Manasse debebant reuerti ad loca sua vltra Jordanem: hoc tamen debebant facere de licentia & scitu Iosue, & ideò primò datur eis hæc licentia, secundò notantur de idololatria: ibi: *Cumq; venissent*. tertio inquiritur de fama, ibi: *Et interim miserunt*. quartò declaratur veritas plana, ibi:

ibi: *Responderunt filii Ruben*. Circa primum, sciendum quod licentia datur, tamen sub duplici conditione, prout videbitur prosequendo. Primò igitur notatur tempus debitum huius licentiæ, cum dicitur.

- 1** Eodem. scilicet, quo nouem tribus & dimidia habebant terram sufficientem pro habitatione sua, & quietem ab aduersarijs, tam extrinsecis, quam intrinsecis, eo modo quo dictum est in fine præced. cap.
- 2** Vocauit. vt remitteret eos ad loca sua.
- 3** Fecistis. præcedendo fratres vestros ad pugnam, quousq; haberent suam possessionem. hoc autem præceptum Moyse habetur Num. 32.
- 4** Mihi quoq; in. Commendat eos, quia virtus laudata cre-scit, & patet litera vsque ibi.

* Ita dun-

MORALITER.

1 Eodem. Hic agitur de reuersione tribuum Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse ad fortes suas vltra Jordanem. & primò Iosue commendat eos, de obedientia ad Deum, & ad Moysen, & ad seipsum, dicens: **3** Fecistis omnia. & c. per quod ostenditur quod licet opera virtutum in principio nõ sint commendanda propter du-

bium de perseverantia, ut dictum fuit supra Leuit. 19. tamẽ quando perseverantia manifestatur sicut fuit in proposito, debent commendari. Ambros. in sermone de confessore pontifice. Lauda nauigantis felicitatem, sed cum peruenerit ad portum. Lauda ducis virtutem, sed cum perductus est ad triumphum. Secundò inducit eos ad obseruantiam diuina legis cum dicitur:

A corum multitudinem salutans, ipse quidem restitit. Deduxit autem eos populus, non tamen sine lachrymis, & vix semetipfos ab inuicem dimiserunt.

a Cumq; Adamant. Filij Rubē & Gad & dimidia tribus Manasse trans Iordanem ædificauerunt altare: filii verò Israel

reliqui causam ignorantes, mitunt Phinees filium Eleazari cum 10. viris de singulis tribubus electis querentes quare hoc fecissent. Illi autem fatiscunt de aradicentes: Scim^o quia altare verum est apud vos

B ubi Iesus habitat, &c. Sed videamus huius facti sacramentum. Prior populus circumcisionis in Rubē primogenito figuratur, & in Gad qui & ipse primogenitus est ex Zelfa, & Manasse primogenitus est. Quod autem dico primogenitus, secundum tempus loquor. Hæc autem dicitur, ne inter nos & illos, qui ante aduentum Christi fuerunt iusti diuisio aliqua videretur, sed ut ostenderent se etiam fratres nostros esse. Licet enim tunc habuerint altare,

† limites & infra.

Gen. 29. g. ibid. 30. b.

† in transitu filiorum.

† ceteris Israel. † ebullantes hodie contra dominum. † Nu. 5. c. a. † ceteri domini.

famulus Domini trans Iordanem: ita duntaxat, ut custodiatis attentè, & opere compleatis mandatum & legem, quam præcepit vobis Moses famulus Domini, ut diligatis dominum Deum vestrum; & ambulatis in omnibus viis eius, & obserueris mandata illius, adhæreatisq; ei, ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra. Benedixitq; eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. Dimidia autem tribui Manasse possessionem Moses dederat in Basan, & idcirco mediæ, quæ superfuit, dedit Iosue sortem inter ceteros fratres suos trans Iordanem ad Occidentalem eius plagam. Cumque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, dixit ad eos: In multa substantia atque diuitijs reuertimini ad sedes vestras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici: diuidite prædam hostium cum fratribus vestris. Reuersiq; sunt, & abierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manasse à filiis Israel, & de Silo, quæ sita est in Chanaan, ut intrarent Galaad terram possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Mosi. Cumque venissent ad tumultos Iordanis in terram Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. Quod cum audissent filij Israel, & ad eos certi nuntij detulissent, ædificasse filios Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse altare in terra Chanaan super Iordanis tumultos † contra filios Israel, conuenerunt omnes in Silo, ut ascenderent & dimicarent contra eos. Et interim miserunt ad illos in terra Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis, & decem principes cum eo singulos de singulis tribubus*. Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse in terram Galaad, dixeruntque ad eos: Hæc mandat omnis † populus Domini: Quæ est ista transgressio*? Cur reliquistis Dominum Deum Israel, ædificantes altare † sacrilegium, & a cultu illius recedentes? An parum vobis est quòd peccatis in Beelphegor, & vique in præsentem diem macula huius sceleris in vobis permanet, multæque de † populo

† b Ut ascende
1 rent & dimica-
2 rent contra eos.
3 Iosue. Pro cul-
4 tura nouorum
5 Deorū, hoc al-
6 tare erectū cre-
7 dentes, erant ar-
8 mati ad vltio-
9 nem eorū qui
10 collocauerant,
11 fluium transi-
12 turi & punituri
13 eos, quæ p pa-
† ternarum solen-
nitatum destu-
ctio. Non e-
14 nim videbatur
15 eis iustū, ut co-
gnationem re-
spicerent, aut di-
gnitatem eorū,
16 q̄ auctores fue-
17 rant harum re-
18 rū: sed Dei am-
19 plectebant mā-
data & quomodo
honorari cō-
gaudeat.
* Theod. Suspi-
20 cantes talem
21 structuram ad
22 impietatem tē-
dere, statuerūt
planè anteposi-
ta cognationi
23 religione, con-
tra illos bellum
24 inire.
25 c Multi. Cade-
bat ergo aliqua
27 do populus in
deser-

L. 5. antiq. cap. 5.

E

Quest. 1. in Iosue.

* qui ca-
erant do-
patrum I-
rum in m-
bns Israe-
* cetera I-
Israel.

F

NICOLAUS DE LYRA.

1 Ita duntaxat. ubi huic licentiæ additur duplex conditio, secunda ponitur ibi: Cumq; dimitteret. Prima autem conditio est respectu Dei ut scilicet diligenter seruentur mandata Dei. ideo subdit: 2 Ut custo. interius. 3 Et opere. exterius. 4 Mandatum. quantum ad præcepta moralia. 5 Et legem. quantum ad iudicialia & ceremonialia. 6 Quia. q. d. non præcepit vobis auctoritate propria, sed Dei, cui est in omnib. obediendum. 7 Ut dili. quia eius dilectio est finis totius legis, ut declaratum fuit diffusius Deut. 6. 8 Et ambu. iusse & pie viuendo, quia vniuersa via dñi misericordia & veritas, scdm quod dicitur. Psal. 24. 9 In omni corde. i. affectu. quia voluntas mouet alias potentias animæ ad actus suos, sicut cor alia membra corporis. 10 Et in omni anima. i. intellectu. 11 Benedixitq; imprecando eis bona. benedictio enim solennis ad ipsum non pertinebat: sed tantum ad officium sacerdotis. 12 Tribui. Hoc additur, quia illa tribus erat diuisa quantum ad habitationem. 13 Cumque dimitteret eos. Hæc est secunda conditio eis imposta, & respectu proximi, quæ exprimitur, cum dicitur. 14 Diu dite. quam acqu. siuisistis in bellis. 15 Cum fratribus. id est, cum illis de tribubus vestris, qui manserunt ad custodiendum familias, & loca vestra, quia illi qui remanebant ad faciendas, debebant habere partes suas de præda bellantium. & hoc fuit obseruatum tanquam iustum, non solum a tempore Dauid, qui de hoc posuit legem, vel positam confirmavit, ut habetur 1. Reg. scilicet etiam a tempore Abraham, ut declaratum fuit Gen. 14. 16 Cumq; ve. Hic consequenter notantur filij Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse de idololatria. cuius occasio præmittitur cum dicitur: Cumque venissent ad. 1 Heb. habetur: elgeliloth haiarden. i. ad terminos ipsius Iordanis. 17 In terram. Ex quo patet, quod altare illud, de quo fit hic sermo fuit

fuit ædificatum in terra Chanahan iuxta Iordauem. 18 Aedificauerunt. i. notabilis magnitudinis. & est locutio hyperbolica. In Heb. autem habetur, elgeliloth haiarden. i. altare magnum ad videndum seu altare magna uisionis, quia a longè poterat videri. 19 Quod cum. sequitur: Conuenerunt. Suspicati sunt. n. q. fecissent altare ad immolandum idolis, vel ad immolandum Deo extra locum Silo, eo q. esset nimis remotus ab eis, quod erat eis illicitum, ex quo tabernaculum fuit fixum in Silo, & altare holocaustorum ibi positum, prout dictum fuit plenius Deu. 12. 20 Et interim. Hic consequenter inquiritur de fama: quia bellum non debet moueri maxime contra amicos, nisi ex certa causa & iusta. & ideo ad hoc inquirendum missi sunt certi & solennes nuntij, qui notantur cum dicitur. 21 Phinees. quia habebat magnam zelum legis scdm q. habetur Num. 25. 22 Et de. quia præter tribum Leui de qua erat Phinees, erant noue tribus & dimidia: de qua fuit missus vnus, sicut & de tribubus integris. & patet litera vsq; ibi: 23 Quæ est. Quia sicut dictum est, reputabant illud altare ædificatum ad immolandum idolo vel ipsi Deo, modo tñ indebito: & ideo inquirebant verum esset hæc causa, vel illa. Et primò tangunt causam idololatriæ dicentes: 24 Cur reli. Et adiuuunt exemplum de idololatria Phegor, quæ ponitur Num. 25 dicentes. 25 An parum. quasi dicant, ad illam idololatriam vultis addere aliam? 26 Et vsq; in &c. quia macula & vituperium de culpa parentum manet in filiis eorum. Sciendum tñ, q. illud non plus debebat imponi Ruben et Gad quam alijs: quia ille qui fuit principalis in illa idololatria, et qui fuit interfecit eum scorto Madianitide fuit princeps in tribu Simeon, ut habetur Num. 25. et ideo in Heb. habetur sic: An parum vobis est peccatum Phegor, a quo non sumus multati vsq; ad diem istum? sequitur. 27 Multiq; de po. propter peccatum paucorum. Et tunc arguunt a simili dicentes:

1 Et

MORALITER.

1 Ita dunt. & ut de bonis acquisitis liberaliter diuidant fratribus suis, qui remanserunt ad terram custodiendam cum dñ. † In multa substian. Per hoc autem significatū, q. bona spūalia quæ

quæ alijs cōicata non minuuntur, sed potius augentur liberaliter sunt cōicanda. hæc autem dixit Iosue in recessu prædictorū, ut eius verba in eorum cordibus ardeus remaneret impressa. 16 Cumq; ue. Per hoc autem q. ædificauerunt altare * in terra

A deserto & moriebatur, venit Aaron & stetit in medio eorum qui moriebantur, & qui vivebant ne ultra vastatio mortis proficeret. Venit ergo & nunc verus pontifex dominus meus medius inter morientes & viuos, i. inter eos qui ex Iudæis suam præsentiam susceperunt, & inter eos qui non susceperunt. sed se ma-

gis quam illum occiderunt, dicentes: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Vnde: Omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, requireretur ab hac generatione, quæ hæc dixit. Sunt ergo isti pars populi mortui, quia nequaquam azima, neque dies festos cõpereter agunt. Sed conuersi sunt dies festi eorum in luctum, & canticum in lamentum. Qui et si vellēt poterāt diē festum celebrare in eo loco, quæ elegit dñs Deus.

Nos autem nõ dixim⁹ eis: Nõ erit vobis pars in hoc altari, vel in hereditate domini, sed ipsi sponte sua, altare verum & celestem pontificem refutaerunt, ideo etiã imaginem perdidērunt. vnde: *Ecce relinquitur nobis domus uestra deserta.* Translata est. n. ad nos gratia spiritus sancti & solennitates, quia transit ad nos pontifex verus s̄m ordinem Melchisedech, & necesse est cum veras hostias, i. spirituales offerre apud nos, vbi ædificatur tēplū Dei ex lapidib. viuus, quæ est ecclesia Dei viuētis, & vbi est ver⁹

Israel.

B rebellantes contra eum. att. 27. c. it. 23. d. supra 7. 2. ob. 2. d. iudicet. itauimus que me. is. nobis & generatio- nis no- is. c. 23. g.

C corruerunt? Et vos hodie reliquistis dominum, * & cras in vniuersum Israel ira eius defæuier. Quod si putatis immundam esse terram possessionis vestræ, transite ad terram, * in qua tabernaculum domini est, & habitate inter nos: tantum vt à domino & a nostro confortio non recedatis, ædificato altari præter altare domini Dei vestri. † Nonne Achan filius Zare † præterit mandatum domini, & super omnem populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam solus periisset in scelere suo. Responderuntque filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse principibus legationis Israel: Fortissimus Deus dominus, fortissimus Deus dominus ipse nouit, & Israel simul intelliget si præuaricationis animo * hoc altare construximus, non custodiat nos, † sed puniat nos in præsentia. Et si ea mente fecimus, * vt holocausta & sacrificium & pacis victimas super eo imponeremus, ipse quærat & iudicet, & non † ea magis cogitatione atque tractatu vt diceremus: Cras dicent filij vestri filijs nostris: Quid vobis & domino Deo Israel? Terminum posuit dominus inter nos & vos, ò filij Ruben & filij Gad, Iordanem fluuium, & idcirco partem non habetis in domino, & per hanc occasionem auerrent filij vestri filios nostros à timore domini. Putauimus itaque melius & diximus: Extruamus nobis † altare, non in holocausta, neque ad victimas offerendas, sed in testimonium inter nos & vos & sobolem nostram, vestramque progeniem, vt seruiamus domino, & iuris nostri sit offerre holocausta & victimas & pacificas hostias, & nequaquam dicant cras filij vestri filijs nostris; Non est vobis pars in domino. Quod si voluerint dicere, * respondebunt eis; Ecce † altare domini quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in testimonium nostrum ac vestrum. Absit à nobis hoc scelus, vt recedamus à domino, & eius vestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta & sacrificia, et victimas offerendas, præter altare domini Dei nostri,

Israel in Christo Iesu domino nostro.

a Extructo. August. Et in sacrificiis salutarium nostrorum. Quia pluraliter dicta sunt sacrificia, pluraliter et salutaria. Vbi aduertendum est quemadmodum singulariter dici solet sacrificium salutare, quia si Christum acceperimus qui dictus est salutare Dei, nõ

1 occurrit quem
2 admodum plu-
3 raliter possit in
4 telligi. Vnuse-
5 nim dominus
n̄ Iesus Chris-
6 tus, quamuis
multi dicantur
7 Christi per ei⁹
8 gratiã post eũ-
9 vnde: *Nolite
tangere Christos
mens.* Vtrum au-
10 tem salutare
possint dici vel
11 salutaria, non fa-
12 cilè audendum
13 est. Solus. n. sal-
14 uator est ipse.
15 * S. Martialis.

16 Dum altaria de-
17 monum in pul-
18 uerem redige-
19 retur, arã igno-
20 ti Dei ad conse-
21 crationem re-
22 seruari iussim⁹:
23 quia dedicata i
24 nomine domi-
25 ni, & ipsius te-
26 stis Stephani,
27 nõ hominis cul-
28 tum, sed Dei in
29 ea frequeratis.
30 Sacrificium. n.
31 Deo creatori
32 offertur in ara,
33 non homini ne-
34 que angelo.
35 Nec solum in
36 ara sanctificata,
37 sed vbiq; offer-
38 tur Deo oblatio munda: cuius corpus & sanguinem in vitã æternam offerimus. Quod Iudæi per inuidiam immolauerunt, nos causa salutis nostræ, in ara sanctificata proponimus. * Clemens Rom. Sacerdotes ecclesiæ assistentes ad altare domini, incruentas hostias adducunt.

† præuarica- tus est in anathemate. P̄ sal. 104. b. * & rebellio- nis in dñm. E. * vt auertamur a dño & De viũ sacrorum altarium in prima Eccl. & deinceps. Epist. ad Burdeg. c. 3i

† offerendo. † similitudinem altaris. F

L. 2. Consti. c. 29. & lib. 8. c. 2. 13. & 16.

Idem.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Et vos hodie reliquistis dominum.* Aedificantes altare sacrilegum, vt prædictum est.

2 *Et cras.* id est, in futuro & citò.

3 *In vniuersum.* Propter transgressionem vestram. Consequenter tangunt aliam causam de cultu Dei illicito, cum dñs.

4 *Quod si putatis.* Eò quod dominus non elegit eam vt poneretur ibi eius tabernaculū & altare, & propter hoc in terra vestra nobis propinquiori fecistis altare ad offerendum ibi hostias domino, tanquam sit vobis licitum, quod tamen est falsum. Ideo sequitur.

5 *Transite.* quia dabimus vobis de possessionib. nostris, ne rem illicitam faciatis, cuius punitio etiam redudaret i nos. & ad hoc exemplum inducunt cum dicitur.

6 *Nonne.* Iste est qui accepit de anathemate, vt dictum est supra 7. c. pro cuius peccato exercitus Israel fuit debellatus & plures interfecti, vt dictum fuit ibi.

7 *Responduntq;.* Hic aperitur veritas plana per responsionem filiorum Ruben & Gad & dimidiæ trib. Manasse. vbi primò ponitur eorum responsio. Secundò responsionis acceptatio, ibi: *Quibus auditis.* In responsione autem sua primò excludunt causas sibi impositas ædificationis altaris, & primò illam de idololatria cum dicitur.

8 *Si præuaricationis.* id est idololatriæ intentione.

9 *Hoc altare.* In præsentia pena publica & patenti. Secundò excludunt

excludunt aliam causam de illicito cultu cum dicitur.

10 *Et si ea mente.* Offeremus ibi domino.

11 *Ipsæ quærat.* pena debita nos puniendo. Consequenter aperit veram causam, cum dicitur.

12 *Et non ea magis.* id est, in posterum.

13 *Dicent.* id est, dicere potuerint.

14 *Filij vestri.* Quando transibunt Iordanem ad offerendum domino in loco tabernaculi domini.

15 *Quid vobis.* id est, non habetis in eo partem. Cuius causa quæ posset allegari, subditur.

16 *Terminum posuit domi.* qui est terminus terræ p̄missionis.

17 *Et idcirco.* id est, ad vos non pertinet accedere ad locum cultus eius: quia non estis de terra p̄missionis.

18 *Et per hanc.* id est, auertere poterunt.

19 *Filij vestri filios.* Quia illi qui elongantur à cultu Dei, per consequens elongantur & finaliter auertuntur a timore & reuerentia ipsius.

20 *Putauimus itaque melius.* Ad excludendum hoc malum futurum.

21 *Et diximus: Extruamus nobis al. non.* id est, ad causas quas opinati estis.

22 *Sed in testimonium.* videlicet quod nos habemus ius accedendi, & similiter filij nostri ad locum cultus domini, sicut vos & filij vestri. Et patet litera vsque ibi.

23 *Sed in testimonium nostrum, ac. Nostrum,* quia habemus ius accedendi: *Vestrum,* quia non habetis potestatem nos repellendi.

A * Idem. Prope altare Episcopus ordinatur. Diaconi ad altare dona offerunt Episcopo. Pontifex accedens ad altare, splendidam vestem induit.

glof. ad Philad. & Ep. ad aphef.

* Ignatius. Vna est caro domini Iesu, vnum poculum, vnum altare.

† cœtus capitulum I. rael. 1. & 4. contra dominum.

* Idem. Nisi quis intra altare sit, fraudatur pane Dei.

quod extractum est ante tabernaculum eius. Quibus auditis Phinees sacerdos & principes & legationis Israel qui erant cum eo, placati sunt, & verba filiorum Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse libentissimè susceperunt Dixitq; Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos; Nunc scimus qd nobiscu sit dñs, qm̄ alieni estis à p̄uaricatione hac, & liberaftis filios Israel de manu dñi. Reuersusq; est cū principib. à filijs Ruben & Gad de terra Galaad in terram Chanaan ad filios Israel, & retulit eis Placuitque sermo cunctis audientibus, & laudauerunt Deu filii Israel, & nequaquam vltra dixerunt, vt ascenderent contra eos, atque pugnarent, & delerent terram possessionis eorum. Vocaueruntque filij Ruben & filij Gad altare qd extruxerant, testimonium † nostrum, quod dominus ipse sit Deus.

* Dion. Areo. Sancto altare venerabilia imponunt sacramenta, p̄ quæ Christus signatur & sumitur. Venerandus antistes diuinis altarib. adstans, sancta & diuina Iesu opera laudat.

L. de pœni.

* Tertul. Presbyteris aduolunt, & aris Dei adgeniculari solent, qui pœnitentiæ dant operam.

L. 7. Strom.

Clemens Alex. Quod est hic apud nos altare, est terrestris congregatio eorum, qui sunt dicati orationibus.

Hom. 10 in Inf & 35. in Math.

* Orig. Illi non omninò repellendi sunt ab Ecclesia, qui sacerdotib. caput inclinant, seruos Dei honorat, ad ornatu quoq; altaris vel Ecclia aliquid p̄ferunt, tamen nō penitentiæ viuunt.

B

* Idem. Altare est diuina mēta corporis & sanguinis Chri.

ap. ad pleb. vniu. ad Stephan. ad Iulianum: ad Cornel.

* Cyprianus. Sacrilegium ac nefarium est, per schismatis peruersitatem nouum altare constitui, aut sacerdotium nouu fieri: præter vnum altare, & vnum sacerdotum.

Orat. in lau. Gargon. & Basil.

* Idem. Sacerdotes ab ecclesia recedere, & domini altare remoueri, propter Neuitiam clamores non licet.

* Nazianzenus. Gorgonia cum fide ad altare procumbēs, eumque qui super illud colitur, obtestans, omni quo laborabat morbo, sanatur.

* Idem

D * Idem. Basilus viduam ad facram mensam, vt ad asylu cō fugientem, aduersus P. a se stū prouincia asseruit: q̄ppe qui apprimè sciret legem Dei altarib hono eam haberi iubere.

† p̄st. 70. Catech. mylag.

* Basilus. Ab Antanis in luctum mutate sunt festiuitates nocte, domus p̄ccationū clausæ, altaria cultu sp̄iali vacāt.

* Cyt. II. Hiero sol. Vidistis diaconum aquam lauandis manibus porrigentem sacerdoti, & illis qui circum altare Dei stabant presbyteris. Sacerdos dicit, Sancta sanctis: Sancta scilicet ea, quæ in ara p̄posita sūt aduentu sancti Spiritus sanctificata.

* Chrysof. Si quis igne sumēs, aut fossoriu, hanc destruxisset domū orationis, & hoc suffodisset altare, nonne quilibet eum lapidibus obrueret, tanquam prophanum & impuru?

† quia est inter quod Hom. 53 pop.

* Idem. Hoc corpus Christi in præsepe reueriti sunt Magi, tu verò in altari. Non mulierem quæ ipsum vlnis teneat, vides: sed sacerdotem.

Hom. 24 1. cor. E

* Hieron. Nepotianus sollicitus erat, an Ecclesiæ niteret altare, si sacrarium mundum.

† p̄st. 2 Heliod.

* Idem. Hunnorum persecutione subuersæ sunt ecclesiæ, ad altaria Christi equi stabulati, effossæq; martyrum reliquæ.

Serm. 11. sanctis.

* August. Martyrum sepultura sub altari, super quod corpus domini offertur, rectè directæ est.

Serm. 17. verb. Apo.

* Idem. Martyres non ideo recitantur ad altare, ut pro ipsis oretur, sed ut eorum orationibus populus commendetur.

lib. 20. ciuit. c. 9

* Idem. Piorum defunctorum animæ ab Ecclesia non separantur, eo qd ad altare Dei, in communionem corporis Christi, eorum fit memoria, &c.

Cap.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Quibus. Hic consequenter ponitur dicta responsionis acceptatio, Et patet litera vsq; ibi.

2 Et liberaftis filios Israel, &c. q̄a nō peccastis sicut opinabamur,

nec per consequens occasione vestri punie mur.

3 Vocaueruntq; .i. quod dominus sit Deus noster, sicut & illoru Hebræorum qui habitant in terra Chanaan. Dicit autem Iosephus, q̄ iste titulus erat sculptus in altari illo ad memoriam futuram.

Cap. XXIII.

C

* Theo. Deceffurus vita propheta Iosue, ut conuocauit vniuersos, admonuit illos coru quæ debuit, & maximè ne matrimonia contraherent cum extraneis q̄ inter illos habitabant: tanq̄ hæc commixtio datura sit impietatis occasionē, & huic adhortationi cōminationes addidit.

* R. David Kimhi. Ista exhortatio vel in Silo, vel in vrb

C A P. XXIII.



Voluto autem multo tempore postquam pacem dederat dominus Israel, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iam logæuo & p̄senilis ætatis, vocauit Iosue omnem Israel, maioresque natu & principes ac † duces, & magistratus Dixitq; ad eos: Ego senui & progressioris ætatis sum, vosque cernitis oia quæ fecerit dñs Deus vester cunctis p̄ circūitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit. Et nunc quia vobis sorte diuiserit oem terrā, ab Oriēta li parte Iordanis vsq; ad mare magnū: multæq; adhuc sup̄sunt nationes, dñs Deus vester disperdet eas & auferet a facie vestra, & possidebitis terram sicut vobis pollicitus est: tantum confortamini, & estote solliciti, vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moyfi, & non declinetis ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram, ne postquam intraueritis ad gentes quæ † inter vos futuræ sunt, iuretis in nomine deo-

1 iphus Iosue ad p̄stū habita est. * Theo. Nouimus etiam causam p̄ quā nō acceperunt dominium vniuersæ terra, sicuti p̄miserat Deus. Amplexi sunt enim impiaru gentium cognationē, quarū impietate imitantes, spoliati sunt auxilio diuino, & eis seruire cōpuli sunt. Porro, admirandus, & philosophia

plenus est de obitu illius sermo. Ego, ait, ab eo viani, &c.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Evoluto. Hic consequenter describitur dispositio Iosue, quantum ad tempus pacis inducendo populū ad cultū diuinū, vt p̄ hoc ostēdit se gratos de Dei beneficiis iam præstitis, & secum iā essent de promissis obtinendis. Ad hoc aut inducit rōnem. Primò ex amore boni. Secundò ex timore mali, ibi: Quod si volueritis: sn̄a prius partis patet in litera, paucis exceptis. 2 Postquam. Hæc autem pax & sub

iectio nationū intelligenda est sicut dicitur est supra in fine 21. c. quia tē post mortē Iosue habuerūt filij Israel bella cōtra gētes derelictas in terra sua, & habetur Indic. 1. Et etiam hic subditur: 3 Multæq; &c. Supple si eclatis eum fideliter & deuotē: deo subditur: Tm̄ cōforta. Et patet litera vsq; ibi: 4 Ne postquam intraueritis, &c. quia hoc pertinet ad reuertiā idolorum secundū quod dicitur ad Heb. 6. c. Omnes per maiorem sui iurant.

MORALITER.

1 Evoluto. In hoc capitulo Iosue debellatis aduersariis p̄ maiori parte, inducit populū ad Dei timorem & seruitutem: promittens eis quod si fideliter hæc fecerint de remanentibus aduersariis triumphabūt. Per hoc autem significatur, qd quilibet bonus prælatus qui per Iosue significatur, suos subditos sollicitè monet ad Dei reuerentiam & amorem, & cū videt eos de vitiis aliquibus triumphasse, confortat eos in

domino: promittens eis quod cum Dei adiutorio de aliis triumphabunt. Potest autem hoc & aliter exponi de persona singulari, vt per Iosue synderesis intelligatur, quæ malo remurmurat, & ad bonum semper inclinat: propter quod incitat intellectum & voluntatem ad debellationem motuū sensitiuæ partis inordinatorum, & post debellationem vni⁹ partis sensitiuæ. Irascibilis vel concupiscibilis incitat cum Dei adiutorio ad deuincendum passiones alterius partis.

A En ego hodie

ingrediar. Aug.

Quod autem dicit Iesus: Ego autem recurro viam, sicut & omnes qui sunt super terram.

In ea interpretatione quæ est ex Heb. inuenimus, ingredior viam. Ita ergo accipiendum est, quod Lxx. dixerunt: Recurro, sicut dictum est homini: Donec reuertaris in terram, unde sumptus es, vt secundum corpus intelligatur.

Secundum animam verò si voluerimus accipere, sicut in Ecclesiaste scriptum est. Et spiritus reuertetur ad Deum, qui dedit eum, non arbitror de omnibus posse dici, sed de his qui sic uixerunt, vt ad eum redire mereantur tanquam ad auctorem à quo creati sunt. Non enim hoc de illis intelligi

rum earum, & seruiatis eis, & adoretis illos: sed adhæreatis domino Deo vestro, quod fecistis vsque in diem hanc: Et tunc auferet dominus Deus à conspectu vestro gentes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. Vnus è vobis persequetur hostium mille viros, quia dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est: hoc tantam diligentissimè præcauete, vt diligatis dominum Deum vestrum. Quod si * volueritis gentium * harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque

amicitias copulare, iam nunc scitote quòd dominus Deus vester, non eas deleat ante faciem vestram, sed erunt vobis in foueam ac laqueum & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis uestris, donec vos auferat, atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. † En ego hodie ingrediar uiam uniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis, quod de omnibus uerbis quæ se Dominus præstiturum uobis esse pollicitus est, unum non præterierit incassum. Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta uenerunt, sic adducet super uos quicquid malorum comminatus est, donec uos auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit uobis, eò quòd præterieritis pactum domini Dei uestri, quod pepigit uobiscum, & seruiueritis dijs alienis, & adoraueritis eos: Citò atque uelociter consurget in uos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima, quam tradidit uobis.

ce dicunt ad seruum Abrahæ: Ecce Rebecca accipiens recurre, & sit uxor domini tui. Ideo & hic ita hoc uerbum interpretatum est.

C AP.

E

D

R

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

rum earum, & seruiatis eis, & adoretis illos: sed adhæreatis domino Deo vestro, quod fecistis vsque in diem hanc: Et tunc auferet dominus Deus à conspectu vestro gentes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. Vnus è vobis persequetur hostium mille viros, quia dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est: hoc tantam diligentissimè præcauete, vt diligatis dominum Deum vestrum. Quod si * volueritis gentium * harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque

amicitias copulare, iam nunc scitote quòd dominus Deus vester, non eas deleat ante faciem vestram, sed erunt vobis in foueam ac laqueum & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis uestris, donec vos auferat, atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. † En ego hodie ingrediar uiam uniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis, quod de omnibus uerbis quæ se Dominus præstiturum uobis esse pollicitus est, unum non præterierit incassum. Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta uenerunt, sic adducet super uos quicquid malorum comminatus est, donec uos auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit uobis, eò quòd præterieritis pactum domini Dei uestri, quod pepigit uobiscum, & seruiueritis dijs alienis, & adoraueritis eos: Citò atque uelociter consurget in uos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima, quam tradidit uobis.

telligi potest, de quibus dicitur: spiritus ambulans, & non reuertens. Iesus autem si nò addidisset, sicut & omnes qui sunt super terram, nulla

esset quæstio. nò enim aliud de illo credere mus, quàm quod de eo dignum esse legimus.

Cum verò additum est hoc, mirum si hoc quod Latinus interpretatur recurro, posuit: non magis percurro, vel excuro dicendum est. Oes enim percurrunt, vel excurrunt huius uite uiam, cù ad eius finem perueniant. Sed quia hoc uerbum positum est ubi parètes Rebec

ce dicunt ad seruum Abrahæ: Ecce Rebecca accipiens recurre, & sit uxor domini tui. Ideo & hic ita hoc uerbum interpretatum est.

C AP.

E

D

R

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et seruiatis. quia ex reuerentia idoli deducitur aliquis ad actum idololatræ. Fuit etiam prohibitum prædictum iuramentum, quia de facili possent credere simplices, quòd transgressio talis iuramenti non esset peccatum, quòd est falsum, quia per hoc frangitur fidelitas, & ideo secundum August. ibi est duplex peccatum. Vnum est faciendo reuerentiam idolo. Aliud est fidem frangendo.

2 Quod si volueritis. Hic inducit ad cultum & dilectionem Dei ex timore mali, quòd contingit ab eo recedendo. Et hoc est quòd dicitur: Quod si vol. colendo earum idola.

3 Et cum eis miscere con. quòd erat eis prohibitum, vt habetur Deut. 7. quia talia sunt occasiones recedendi à cultu diuino.

no. Treugas autem vel aliqua pacta ad hoc non inducentia, nò erat eis illicitum, vt dictum fuit supra 21. cap. sicut & Christiani aliquando habent cum Saracenis.

4 Erunt uobis. transgressionis.

5 Et offendi. In Hebr. habetur *ulesotet* id est, & flagellum, seu scrutinium laterum uestrorum. i. scrutabuntur omnia secreta uestra ad uos subuertendum, & eijciendum de terra. Ideo subditur:

6 Donec uos auferat. i. dñs. quia sicut tradidit eam uobis propter merita patrũ, ita auferet à uobis pro demeritis uestris.

7 Vnum non. Licet enim adhuc non haberent totam terram sibi promissam, tamen habebant secundum formam & modum promissionis, sicut declaratum fuit supra cap. 21.

E 4

C A P. XXIII.

Ongregauitq; Iosue, &c. R. David Kimhi. Hæc comitia, apud Sichem facta fuerunt. Iosephus. Senior iam existens, euocabat honoratos ciuitatū, & principes, & seniores, & mul-



A Lant. c. 5.

titudinē, quam tuncq; erat cōgregari possibile. Quibus in vnum cōueniētib; cōta beneficia Dei commemorabat, &c. Hoc autem bene se habere dicebat, vt transitu rus à vita, huiusmodi eis monita derelinqueret: poscebatq; ab illis, vt q̄ ille diceret memoria retinerent.

† Gen. 11. d.

† Isaac.

Quæst. 35.

Tuli ergo patrem vestrum. Aug. Quod Lxx. habēt: Et assumpsi patrem vestrū Abrahamā de trās flumina, & deduxi eū in omnem terrā. Interpretatio q̄ est in Heb. habet: Et duxi eū in terram Chanaan. Mirū est ergo si Lxx. p terra Chanaan omnem terrā ponere voluerunt nisi intue res prophetiā vt magis ex promissione Dei tanquam factum accipiatur, quod certissime futurum in Christo & in ecclesia pronuntiabatur, quod est verum semen Abraham.

† Num. 22. 2.

† Balaam.

C

ergo si Lxx. p terra Chanaan omnem terrā ponere voluerunt nisi intue res prophetiā vt magis ex promissione Dei tanquam factum accipiatur, quod certissime futurum in Christo & in ecclesia pronuntiabatur, quod est verum semen Abraham.

Parentes Abrahamæ idololatæ fuerūt, nō autem ipse Abraham. Quæst. Heb. in Gen. L. 1. antiq. cap. 45.

C A P V T XXIII.



Ongregauitq; Iosue omnes tribus Israel in Sichem, & vocauit maiores natu ac principes & iudices & magistros, steteruntq; in conspectu domini, & ad populum sic locutus est. Hæc dicit dominus Deus Israel: Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor, seruiertq; dijs alienis. Tuli ergo patrem vestrum de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan, multiplicauitq; semen eius, & dedi ei Isaac, illique rursum dedi Iacob & Esau. E quibus Esau dedi montem Seir ad possidendum. Iacob verò & filij eius descenderunt in Aegyptum. Misique Mosen & Aaron, & percussi Aegyptum multis signis atque portentis, eduxique vos & patres vestros de Aegypto, & venistis ad mare, persecutique sunt Aegyptij patres vestros cum curribus & equitatu vsque ad mare rubrum. Clamauerunt autem ad dominum filij Israel, qui posuit tenebras inter vos & Aegyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Aegypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore, & introduxi vos in terram Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanem. Cumque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis terram eorum, atque interfecistis eos. Surrexit autem Balac filius Sefhor rex Moab, & pugnavit contra Israël. Misitque & vocauit Balaam filium Beor vt malediceret vobis, & ego nolui audire eum, sed e contrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius. Transistisque Iordanem, & venistis ad Iericho, pugnaveruntque contra vos uiri ciuitatis eius, Amorrhæus, Pherezæus, & Chananaus, & Hethæus, & Gergezæus, & Heuæus, & Iebusæus, & tradidi illos in manus uestras.

modo honorem & gratiarum actionem tribuere. Propter q̄ Chaldaeis, & alijs Mesopotamijs in eū cōsurgētibus, migrationem eligens sequi, per voluntatem Deiterrā Chananaē possedit, vbi altare Deo edificauit, & hostias immolauit. Suidas. Cultus idolorū cepit à Saruch & vixit vsque ad tempora Thara patris Abrahami. Abrahamus natus annos 14. Dei cognitione illustratus, patris his verbis cōmonuit. Quid fecidicis homines, ob perniciosum lucrū simulacrorū? Non est alius Deus, nisi celestis ille, totius mundi opifex. Tādē sumptis p̄is idolis, ijsque partim cōfractis, partim exustis, cū eo terra Chaldeorum excessit. Ambro. Thare pater Abrahamā, & Nachor, & Laban, proprios sibi deos vendicabant. Epipha. Seruch nascitur filius Nachor, Nachor genuit Tharā. Hinc ceperūt statuē per industriam huius Taræ Deus autem dilexit ipsum

In diā Abrah.

† lo co q̄ rat trās

E

† quem dum fact medio ei

Com. in ad Rom

Initio p̄

F

Abraham sanctæ catholice & apostolicæ Ecclesiæ formam, in præputio fidelem, & in pietate perfectissimum, scientia prophetam, in vita Euangelicam habentem perfectionem, &c.

Pugnauerunt. August. Clausis portis se murorum ambitu ruebāt, sed claudere cōtra hostē portas pertinet ad bellū. Non. n. miserunt legatos qui pacē poscerent. Si aut dictū esset, pugnaerūt aduersum vos, fallum esset, quia bellū continas pugnas nō habet, sed aliqñ crebras, aliqñ raras, aliquando nullas. Bellū tñ est qñ est quodāmodo armata defensio.

Quæst. in Ioh.

Crabrones

NICOLAUS DE LYRA.

C A P V T XXIII.

Ongregauitq; Iosue. Hic consequenter describitur dispositio ductis Iosue circa tēpus suæ mortis, renouando obligationem populi ad seruitutem Dri. Trimò igitur diuisa renouatio describitur. Et secūdo mors Iosue subditur, ibi. Et post hoc mortuus est Iosue. Circa primū Iosue primò causas dictæ obligationis cōmunit. Secūdo consensum populi capti, ibi: Nunc ergo timete dñm. Tertio explicat difficultatem, ibi: Dixitque Iosue ad populū: Non potestis. Quarto consensum iteratū professione firmat, ibi: Testes, inquit, vos estis. Quinto ad hoc signū applicat, ibi: Et tulit lapidem. Circa primum cōmunit beneficia Dei exhibita Is. aeli quæ debent ipsum mouere ad seruiendū domino fideliter & deuotè. Primum autem beneficium est reuocatio patrum ab idololatria. quod notatur cum dicitur:

- 1 Trans fluuium, scilicet Ephratem.
- 2 Habitauerunt, &c. Sequitur: Seruiertq; dijs alienis. Quod fuit declaratum Gen. 11.
- 3 Tuli ergo patrem, separando eum ab idololatriis.
- 4 Et adduxi. prout habetur Genes. 12. Secundum beneficium est prolis multiplicatio, quod notatur cum dicitur: Multiplicauitq; semen eius, &c. Tertium beneficium est liberatio à famis periculo, quod notatur cum dicitur:
- 5 Iacob verò. vt habetur Gen. 46. & ibi saluati fuerūt à periculo famis

famis per Iosue. Quartū beneficium est signorum ostensio: quod notatur ibi: Misitq; Moyse & Aaron, &c. Quintū est à seruitute liberatio, ibi: Eduxiq; vos & p̄es vestros de Aegypto. Sextū est maris rubri diuisio, & Aegyptiorū submersio, ibi: Persecutiq; sūt, &c. Qui posuit tenebras. Id est, rubem tenebram ex parte Aegyptiorū, ita q̄ non poterāt accedere ad filios Israel, vt habetur Exo. 14. Viderunt oculi vestri cuncta. Quia Iosue & Caleb, & multi de tribu Leni, qui ibi erant exierunt de Aegypto, & ante exitū viderant mirabilia quæ dominus ibi fecerat pro filijs Israel. Septimū beneficium est gubernatio populi in deserto, vbi quadraginta annis sustentati sunt in aña calidus dato, vt habetur Exodi 16. Octauū est regnū Amorrhæorum debellatio, ibi: Et introduxi vos in terram, &c. Nouum est maledictionis Balaam euacuatō, ibi: Surrexit autem Balac. Decimum est Iordanis desiccatio, ibi: Transistisque Iordanem. Undecimum est ciuitatis Iericho debellatio, ibi: Pugna. Licet non exiissent ad bellandum contra filios Israel, stabant tamen supra muros parati ad resistendum eis, nec miserunt ad eos legationem pacis. Amorrhæus, Pherezæus, &c. Hic nominantur septem populi habitantes in terra Chanaan, quia Iericho erat prima ciuitas oppugnanda à filijs Israel, & ideo de omnibus gentibus in tota terra Chanaan, habitantibus vicerunt aliqui bellatores in Iericho ad resistendum filijs Israel in principio. Duodecimum beneficium est de auxilio diuinitus eis dato, cum dicitur.

* Misique

Ca *Crabrones. Lxx. Vespas.* i. forte trāslatine acerrimos timo-
ris aculeos, quib. quē dāmō timoribus pungebantur, vt fuge-
rent, aut aereos aculeos spiritus, quod in Plal. dicitur *per au-*
gelos malos, nisi quis dicat, non omnia, quę facta sunt esse scri-
pta, & velut veras vespas intelligi.

Quæst. 18. **b** * *Optio vobis da-*
tur. THEOD. Proposuit illis
optionem. Et sic
pposita alijs eli-
gendi facultate,
animi sui decla-
rat pietatem in-
quiens, *Ego, &*
familia mea serui-
mus Dno.

Apolog. 2. * *IVST. Mar-*
tyr. Nisi homi-
nes possent suo
arbitratu turpia
fugere, & hone-
sta sectari, extra
culpā erunt quę
quid agant.

Dialog. * *IDEM.* Sic
Deo visum est,
rum angelos, tū
homines libero
arbitrio prædi-
tos, suiq; poten-
tes facere quem
que pro accepta
facultate, vt si
placita eius ele-
gerint, illāfos
seruet, & incolu-
mes, sin ad mali-
tiam deflexerit,
singulis pēnas in-
fligat.

Contra. * *IRENEVS*
Martyr. Quod
Christ^o ait. *Quo-*
ties volui congre-
gere filios tuos, &
noluisti. Veterem
legem libertatis
hominis manifestauit. Posuit enim in homine potestatem
electionis, quemadmodum, & in angelis.

* *IDEM* Si nulla esset in hominib. arbitrij libertas,
nulli essent laudandi, nec vituperandi, exularent oēs adhor-
tationes prophetarum, & domini, vacaret omne consilium.
C *Non pote.* Aug. Non poteritis seruire domino, quia sanctus
est.

est. An quia illius sanctitati perfectā seruitutē quo lāmō cō-
temperari humanę fragilitati impossibile est? Quo audito,
non solum isti eius eligere seruitutem, sed etiam de aduato-
rio, & misericordia eius præsumere debuerūt de qua dicitur
Non intres in iudicium cū seruo tuo, quia nō iustificabitur in conspe-

Plal. 141. 2.

1 Misique ante vos crabrones, & eieci eos de locis suis, duos reges A-
morrhæorum, non in gladio, & in arcu tuo, dedi que vobis terram in
qua non laborastis, & vrbes quas non edificastis, vt habitaretis in
eis, vineas, & oliueta, quę non plantastis. Nunc ergo timete domi-
num, & seruite ei perfectō corde atque verissimo, & auferte deos
quibus seruiert patres vestri in Mesopotamia, & in Aegypto, ac
seruite domino. Sin autem malum vobis videtur, vt domino seruiat-
is, optio vobis datur. Eligite hodie, quod placet, cui seruire potissi-
mum + debeatis, vtrum dijs, quibus seruiert patres vestri in Me-
sopotamia, an dijs Amorrhæorum in quorum terra habitatis: Ego
autem, & domus mea seruiemus domino. Respondit que populus, &
ait: Absit à nobis, vt relinquamus dominum, & seruiamus dijs alienis.
Dominus Deus noster ipse eduxit nos, & patres nostros de terra
Aegypti, & de domo seruitutis, fecit que videntibus nobis signa in-
gentia, & custodiuit nos in omni via, per quam ambulauimus, & in
cunctis populis per quos transiimus, & eiecit vniuersas gentes A-
morrhæorum, habitatorem terrę, quam nos intrauimus. Seruiemus
igitur domino, quia ipse est Deus noster. Dixit que Iosue ad populū.
Non poteritis seruire domino, Deus enim sanctus, & foris æmula-
tor est, nec ignoscet sceleribus vestris, atque peccatis. Si dimiseritis
dominum, & serueritis dijs alienis, conuertet se, & affliget vos at-
que subuerteret, postquam vobis prestiterit bona. Dixit que populus
ad Iosue: Nequaquam ita, vt loqueris erit, sed domino seruiemus. Et
Iosue ad populum Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis
dominum, vt seruiatis ei? Responderuntque. Testes. Nunc ergo
ait. Auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda ve-
stra ad Dominum Deum Israel. Dixit que populus ad Iosue. Do-
mino Deo nostro seruiemus, et obediētes erimus præceptis eius.

1 *Et tu tuus omnis vi-*
uens. Hi autem
se potius præ-
sumpserunt, q
sine vlla offen-
sione Deo serui-
2 rent, vt iam tūc
3 inciperēt, quod
4 dictum est: *Ignor-*
5 *ant s Dei iustitiā,*
& suam volentes
7 *constitu re, iustitię*
Dei non sunt subie-
cti. Ita, eis iam
lex subintrabat, vt
abundaret delictū,
& postea supera-
būdet gratia per
Iesum Christum,
qui est finis legis.

Rom. 10. 2.
quod placet.

Ibidem. 5. d.

Ibidem. 10. 2.

8 *d Auferte.* AV-
9 *GVSTINVS.* E
10 *Quid est, quod*
ait: Et nunc au-
ferre Deos alienos,
qu sunt in vobis,
11 *& dirigite corda*
12 *vestra ad Deum Is-*
13 *rael.* Non enim
adhuc habebant
simulachra gen-
tium, cum supe-
rius obediētiā
eorum prædica-
uerit. Aut verò
si haberent post-
rantas legis com-
minationes, illa
eorum prospera
non sequerentur,
cū sic vīdica-
tum sit in eos,

Ibidem. 29. in
Lvi.

quod vnus de Anathemate furatus est. Denique Iacob dixit
hoc eis, qui cum illo de Mesopotamia exierant, vbi sic ido-
la colebantur, vt & Rachel paterna furaretur. Sed post illā
admonitionem Iacob dederunt, quę habebant, Vnde appa-
ruit eum hoc dixisse, quia sciebat eos habere. Post hanc ve-
rò admonitionem Iesu, nullus tale aliquid protulit. Non ta-
men

Supra 7. 2.
Geno. 35. 2.
Ibidem. 31. c.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Misique ante vos crabrones. Licet crabrones propriè loquēdo
sint muscæ ex simo equi nascentes, tamen hic accipiuntur pro muscis
à Deo supernaturaliter formatis, quę habebant aculeos venenatos. se-
cundū quod dicunt Hebr. Dicunt autem alijs expositores, quod crabro-
nes hic accipiuntur metaphoricè pro aculeis timoris, et terroris dissol-
uentibus corda eorum, ita quod non poterant resistere filijs Israel. Ter-
tiumdecimum beneficium est de concessione terrę fructifera, & adifi-
catæ, quod notatur ibi. Dedi que vobis terram, &c. sequitur.

2 Nunc ergo timete dominum. Hic consequenter Iosue captat
populi consensum ad Dei seruitium, dicens. Nunc ergo timete do-
minum, timore filiali.

3 Et seruite ei perfectō corde. absque diminutione.

4 Atque verissimo. Sine simulatione.

5 Et auferte Deos alienos. Dicunt aliqui, q tunc non habebant
idola, & ideo auferre, hic accipitur pro non recipere. Potest tamen
dici, vt videtur, quod aliqui eorum habebant idola, quę apportata fue-
rant de Aegy, to, secundum quod habetur Amos 5. g Nunquid ho-
stias, & sacrificiū obtulistis mihi in deserto quadraginta an-
nis domus Israel, & portastis tabernaculū Moloch, & imagi-
nē idolorū vestrorum, sydus Dei vestri, quę fecistis, vobis,
&c. Et hanc authoritatem allegat beatus Stephanus contra Iudeos,

Acto-

Actorum 7.

6 Sin autem malum vobis videtur, vt domino seruiatis,
Propter sumptus sacrificiorum, & aliorum, quę in cultu eius requi-
runtur.

7 Optio vobis datur, Eligite hodie, quod placet, cui seruire
potissimum, &c. Ista optio non est concessionis, sed permissionis, quā
Deus permittit hominem agere secundum libertatem arbitrij. Si ta-
men ad malum stetit, iuste puniunt. Cetera patent vsque ibi.

8 Et eiecit vniuersas gentes Amorrhæorum, habitatorem
terrę quam nos in. Idest, aliquas de vniuersis, quia pro maiori par-
te eiecit, aliquas tamen dimisit propter causas supradictas 13. cap.

9 Dixit que Iosue. Hic consequenter Iosue ostendit eis difficulta-
tem seruitutis Dei dicens.

10 Non poteritis ser. do. Idest, de difficili poteritis, quia virtus est
circa bonum, & difficile. Et dixit hoc Iosue considerans pronitatem
populi ad malum, & Dei iustitiā ad puniendum, & vt postea non
possent negare ista fuisse eis explicata.

11 Testes, inquit, &c. Hic consequenter Iosue consensum populi
iteratum professione confirmat, cum subditur.

12 Responderuntque. Testes. Supple, sumus. Et ideo professione
facta conclusit.

13 Nunc ergo. Et exponatur, sicut supra.

I Percus-

Gmen putandum est hoc illum inaniter præcepisse. Nō enim ait: *Et nunc auferre deos alienos, si qui sunt in vobis*, sed omnino tanquam sciens esse, qui sunt, inquit, *in vobis*. Sanctus ergo propheta in cordib. eorum cogitationes cernebat de Deo, & alienas a Deo, & ipsas admonebat auferri. Qui enim talē cogitat Deū qualis non est, alienum Deum, & falsum in cogitatione portat. Quis est autem, qui sic cogitet Deū, ut ipse est? Reliquitur ergo fidelib. quandiu peregrinantur à domino auferre à corde suo phantasmata, quæ se cogitationibus ingerūt, velut talis, aut talis sit Deus, qualis non est, & derigere cor ad illum fideliter, quemadmodum, & quantum vobis expedire nouit, ipse se insinuet, donec absumatur oē mendacium. Vnde dictum est.

• Cō populo.

1. Cor. 5. b.

Psalm. 115.

1. Cor. 13. d.

• Cō populo. Quis est autem, qui sic cogitet Deū, ut ipse est? Reliquitur ergo fidelib. quandiu peregrinantur à domino auferre à corde suo phantasmata, quæ se cogitationibus ingerūt, velut talis, aut talis sit Deus, qualis non est, & derigere cor ad illum fideliter, quemadmodum, & quantum vobis expedire nouit, ipse se insinuet, donec absumatur oē mendacium. Vnde dictum est.

Omnis homo mendax. Et transacta non solum impia falsitate, sed ipso speculo, & enigmate, *facie ad faciem cognoscamus eum.*

A * Percussit. THEOD. Lapis quidem iste expers est animæ, verum ad arguendos illos, qui anima præditi sunt vitur eorum testimonio, quæ carent anima, secutus morē antiquum. Nam Jacob, & Laban inito fœdere, colliculum appellarunt testem pactionum.

B

* CHALD. Paraph. En lapis iste erit nobis, quasi duæ tabulæ lapideæ fœderis, secimus enim ipsum pro testimonio. Verba enim, quæ in eo sunt inscripta, referunt omnia verba, quæ dominus locutus est ad nos. Erit ergo apud vos pro monimento, & pro testimonio, si fortè sefelleritis dominum Deum vestrum.

Quæst. 30. in Iosue.

* AVGVST. Et disposuit Iesus testamētū ad populū i die illo, et dedit illi legem, & iudicium in Silo corā tabernaculo dñi Dei Israel, & scripsit verba hæc in libro legis Dei, & accepit lapidem magnum, & stauit illum Iesus sub therebintho ante dominum, & dixit ad populū *Eccc lapis iste, & c. quia hic audiuit omnia, quæ dicta sunt à domino quacunque locutus est ad vos hodie, & c.* Hæc verba, qui altius pscrutantur, nō tantum virum tā insipientē putant, ut verba Dei, quæ locutus est populo, lapidē audisse crediderit, qui et si in hominem effigatus esset, aures haberet, & non audiret. Sed per hūc lapidē illum significauit, qui est lapis offensionis, non credentib. Iudæis, & petra scandali, quem, reprobauerunt edificantes, & factus est in caput anguli. De quo dicitur

Psalm. 117. c.

C

Bibebant

Bibebant autē de spiritali consequente eos petra: petra autē erat Christi. D. Vnde petris cultris populum circūcidit ductor egregius, qui cum illo etiam sepulti sunt, ut profundum mysteriū demonstraret posteris profuturū. Sic ergo hūc lapidē visibiliter statutum debemus spiritaliter accipere in testimoniu futu-

1. Cor. 10.

Psalm. 70. c.

& menti

2 Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & * proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichē. Scripsit quoque omnia verba hæc in uolumine legis domini, & tulit lapidem pergrandem, posuitq; eū subter quercum, quæ erat in sanctuario domini, & dixit ad omnem populum: En lapis iste erit vobis in testimonium, quod audieritis omnia verba domini, quæ locutus est vobis, ne fortè postea negare uelitis, & mētiri domino Deo uestro. Dimisitq; populū singulos

rum infidelibus Iudæis, id est, mentientibus, de quibus dicitur: *Inimici Domini inuenti sunt ei.* Neque enim frustra cum Moses, vel potius Deus per eum disposuisset ad populum testamētum, quod erat in arca testamenti, & in libris legis tanta sacramentorum, & præceptorum multiplicitate cōscriptis, dictum est hic: *Disposuit Iesus testamētum in die illa.* Repetitio enim testamenti nouum testamētum significat, sicut Deuteronomium, i. secunda lex, & secunda tabulæ. Multis enim modis significatum est, quod vno modo implendū fuit.

Quod autem sub therebinto statutus est lapis hic, significat quod virga ad petram, ut aqua proflueret, & quia neq; hic sine ligno statutus est lapis. Iō autē subter, quia non fuisset in cruce exaltatus, nisi humilitate subiectis. Vel quod illo tempore quo id faciebat Iesus Nane, adhuc obumbrandum mysterium fuit. Therebinthus etiam medicinale lachrymā exudat, quæ arbor à L X X. hic posita est. Alij verò quercum posuerunt. Mirum est, quod saltem in his nouissimis verbis, quibus populum allocutus est, non eos obiurgauit, quia his gentibus pepercerunt quas dominus omnino pendendas esse præcepit. Sic enim scriptum est. *Et factū est postquam inualuerunt filij Israel, & fecerunt Chanaan eos obediētes, exterminio autē eos non exterminauerunt.* Nā primo id eos nō potuisse scriptura testata est. Sed nunc postquā præualuerūt, ita ut facerent eos obediētes, & non et exterminauerunt q̄ præceptum dñi factum est, quod non est cuiquam factū, cū Iesus exercitū duceret. An forte, quia prius dixit eos scriptura non potuisse ante, s. quā præualerent, et cū præualuissent timuisse credēdi sunt, ne forte paratos obedire si nō parcerēt, acius ex desperatione pugnare q̄ se cōpellerent, & eos superare non possent? Hunc ergo eis humanū timorē dominus noluit imputari, & sic apparet in eo quædam subdefectio fidei, quæ si in eis fortis fuisset, ea sequerentur, q̄ Iesum bellātem secuta sunt. Quia vero in eis non fuit tanta fides, etiam

Quæst. 30. Iosue.

F

cum præ-

NICOLAUS DE LYRA.

1 Percussit ergo. id est, renouauit fœdus inter populum, & Deum.

2 Et proposuit. Quantum ad moralia, & ceremonialia.

3 Atque iud. Quantum ad iudicialia.

4 Scripsit quo. id est hanc professionem populi, & obligationem ierata am, ad fortius astringendum populum ad seruiendum domino in futuro.

5 Et tulit. Hic consequenter Iosue applicat signū sensibile ad memoriam huius facti in futurum, cum dicitur, & tulit, sicut solet fieri in terminis terrarum, vel regnorum quando statuuntur in signum diuisionis territoriorum.

6 Posuitque cum. Videtur, quod in hoc fecerit contra legem, Deuteronom. 16. d. Non plantabis lucum iuxta altare domini. Quod soluunt aliqui arcentes, quod vna arbor non facit lucum. Et hoc non valet, quia ibidem subditur: Et omnem arborem. Ex quo patet intentio præcepti, quod nulla arbor deberet ibi plantari. Ideo dicunt alij, quod inhibuit erat plantare, non tamen prius existentem reseruare, arbor autem ista erat ibi antequam poneretur ibi altare Domini. Sed adhuc istud non videtur sufficere, quia ad hoc datum fuit illud præceptum, ne Iudæi essent similes idololatri, qui prope phana idolorum habebant lucos ad luxuriam exercendam, & quantum ad hoc non videtur differre ibi plantare arbores de nouo, vel plantatas prius dimittere. Et ideo dixit Ra. Sa. quod vera litera est. Subter limen. Dicitio enim Heb. allath, quæ est ibi, est æquinoca, & in vna significatione significat idem, quod limen, & secundum ipsum lapis iste fuit positus prope ingressum sanctuarii, & non eleuabatur vsque in limen superius. Posset tamen dici secundum translationem nostram, quod hic non accipitur sanctuarium Dei pro tabernaculo Moysi, quia positum erat in Silo, sicut dictum est supra 28. Iosue autem fecit ista, quæ scribuntur hic in Sichem, ut patet

et in textu vbi dicitur. Et proposuit, qui locus bene multo distat à Silo. Et ideo sanctuarium hic potest accipi pro synagoga, in qua cōueniebant habitatores illius loci causa orationis, & audiendi verbum Dei, quia in singulis ciuitatibus, & vrbibus, Iudæi habebant talia loca, licet haberent vnum templum tantum, vel tabernaculum, antequam templum esset factum vbi fiebant sacrificia. Sicut patet in euangelijs vbi leguntur fuisse plures synagoga, ut pote in Nazareth, & Capharnaum, & alijs locis, stante vno templo in Ierusalem. Tamen ante templi adificationem temporibus, quibus arca non habuit stabilem mansionem, licitum fuit alibi offerre sacrificia votiuā, non tamen debita, ut dictum fuit Deut. 7.

7 En lapis iste erit vobis in te. fœderis renouati cum domino, & sicut lapis iste est durabilis, ita & fœdus istud debet esse perpetuum.

8 Quod aud. In Heb. habetur. Quod audierit omnia, scilicet, ipse lapis, propter quod dicunt Hebræi aliqui, quod ad literam lapis audiuit, virtute tamen diuina, sed hoc videtur impossibile, quia quod lapis manens lapis habeat sensum auditus, vel cognitionem aliquam, videtur implicare contradictionem. Item quod habeat actum secundum, qui est audire, & non habeat actum primum, qui est principium huius actus secundi, videtur impossibile, quia eiusdem est actus primus, & secundus, & accipitur actus secundus pro operatione, siue consistat in pati, siue in agere, quia de hoc sunt variæ opiniones, sed audire, sentire, & intelligere, siue sint actiones eius, qui sentit, vel intelligit, siue sint passionis eius ab obiecto, tamen necessariò in sentiente, vel intelligente requiruntur potentia sensitiva, & intellectiva, quæ in lapide esse non possunt. Ideo aliter potest dici, quod hic accipitur lapis pro hominibus existentibus circa lapidem illum. Sicut dicitur Deut. 32. a. Audiat terra verba oris mei, i. homines habitantes in terra, sicut ibi expositu fuit. Et secundu istū sensum procedit translatio nostra, secundu n. quod dicit Hiero. in lib. de opti. genere interpretandi. Optima interpretatio non sp̄ fit transferendo verbum ex verbo, sed aliquando melius est transferre sensum ex sensu, & sic est in proposito.

1 Et post.

Cum prauallissent pugnare vsq; ad internecionem inimico-
Arum, ausi non sunt: non de malitia vel superbia vel contem-
 ptu dominici precepti, sed de infirmitate animi. vnde Apo-
 stolus: *Alexander ararius multa mala mihi ostendit, reddet illi domi-
 nus secund opera eius.* De illis autem qui non malitia, sed timo-
 re cum deseruerant, ait: *in prima
 mea defensione nemo mihi adfuit, a
 sed omnes me dereliquerunt, quod non
 illis imputetur*

a *Mortuus est Iosue filius Nun, &c.*
 Hieronym. Ostende mihi Ie-
 sum Naue vel uxorem habuisse,
 vel filios: & si potueris, victum
 me esse fatebor. Et certe pul-
 cherrimum terrae Iudae in par-
 titione accepit locum, mori-
 turque non in vicenario nume-
 ro, qui semper infaustus est, sed
 in decimo, de cuius laude cre-
 bro diximus. Sepelitur autem
 in Thammath Sareh, id est, in
 perfectissimo principatu, siue
 in numero operamenti noui: vt
 virginum significaret greges,
 Saluatoris auxilio coopertos: in
 monte Ephraim, hoc est, in mo-
 te frugifero, ab Aquilone mon-
 tis Gaas, qui interpretatur com-
 motio.

*** Ioseph.** Defunctus est cum
 vixisset annis cetum & decem,
 quorum cum Mose pro doctrina vt
 ilium rerum commora-
 tus est quadraginta: dux autem post
 illius mortem sex & vi-
 ginti

C spexerant, memoriaque tenebant,
 qualia coram Pharaone
 patrarat Moses: tum ad mare rubrum.

ginti: sicut vit nec sapientia indignus, nec corum, quae cogi-
 tabat vt multa sapienter edicere in expertus: sed vbique sum-
 mus, & ad opera periculaq; magnanimus, audaxq; bella di-
 sponere, & in pace dexter, & in ope tpe viciua virtute pueniens.
 * Septuaginta. Posuerunt in sepulchro Iosue cultros lapi-
 deos, quibus circumcidit filios

1 Israel in Galgalis, quando edu-
 xit eos ex Aegypto, sicut praece-
 pit dominus, & ibi sunt vsque i
 hodiernum diem.

*** Cyrellus Alex.** Non absque
 causa cultri eodem cum illo in
 loco positi sunt: verum vt nos
 discamus circucisionis spiritua-
 lis gratiam (quae bonorum ce-
 lestium nobis est pronuba) Sal-
 uatoris morti esse affixam.

b *seruiuitque Israel domino, &c.*
 * Theod. Quantum conferat
 princeps pius & amans Dei, per
 spicuum facit hic loc^o historie.

3 *seruiuit, inquit, Israel domino, &c.*
4 At post obitum eorum declina-
 runt ad impietates: quarum lue-
 runt poenas, quia diuino priuati
 auxilio, redacti sunt sub iugo ser-
 uitutis.

5 * R. Leui filius Gersonis. Se-
 niores qui produxere aetatem
 post Iosue, ij dicuntur qui vere
 ra illa miracula in Aegypto co-
 F

D.

E

Quaest. 19.
in Ios.

† nummis. &
Chil. iurer.
& Lxx. agnis.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Et post.* Hic ultimo agitur de morte & sepultura Iosue. Et
 patet litera. Et occasione eius consequenter agitur de sepul-
 tura Ioseph, cum dicitur.

2 *Ossa quoque Ioseph qua tulerant.* Hoc enim imposuerat eis
 Ioseph, ut habetur Gen. 45.

3 *Sepelierunt.* Hunc enim locum dederat Iacob ipsi Ioseph:
 ut habetur Gen. 48.

4 *Quem emerat.* In Hebraeo habetur *bemeab quasitab, centum*

obolis. Et eodem modo habetur Gen. 33. vbi fit mentio de
 ista emptione. Consequenter fit mentio de morte Eleaza-
 ris sacerdotis: cum dicitur.

5 *Eleazar quoque.* Et de sepultura eius, cum dicitur.

6 *Et sepelierunt.* Successerat enim Phinees in haereditate pa-
 tris sui, & ideo iste locus iam dicebatur ipsius Phinees. In ali-
 quibus autem libris interponitur, & dicendo sic: *Et sepelie-
 runt.* Et tunc mutatur sententia, sed ly &, non est in Hebraeo
 nec in libris correctis.

LIBRI IOSUE FINIS.

C A P. I.

In Synops.



ost mortem Iosue consuluerunt. * Athanasius. Vocatur hic liber Iudicum, propterea quod post mortem Iesu Naue, populum suum Deus a relictis Chananæorum gētibus pretium, per Iudices seruauit, quoru

hoc volumine singulorum facta & vitæ tempus continentur, &c. Fuerunt autē numero tredecim: & anni illorum fuerunt quadragenti & vndecim.

In lib. Indic.

* Theod. Quemadmodum regnorum liber vocatur Regna, propterea quod recenset ea quæ temporibus Regum contingere populo: ita liber iste Iudicum appellatus est, quia docet illa quæ tempore Iudicum euenerunt. Initium autem huius historię arbitror esse recapitulationem quãdam fortiter gestorum ab Iesu filio Naue.

In Talmud. c. Babæ Bar. 11. g.

* Hebræi. Samuel res a Iudicibus gestas hoc volumine descripsit.

Lib. diuin. offic. c. 11.

* Ifid. Iudicum, & Ruth, & Samuelis primam partem scripsit Samuel.

Com. in lib. Iudic.

* Procop. Narratio Iudicum plurimum nobis vtilitatis affert, cum ponit ob oculos quanta diuini cultus, ac contra, defectionis vis existat: quod videlicet ille hostes & sic contra nos insurrexerint, reprimat: ea, verò sub ipsorum manum mittit. Quare diuus Paulus non indignè ex his scripturis plurima citat exempla, ut de Gedeone, de Barac, de Sampsonè, Iephte & aliis, qui fidei virtute deuicerunt regna. Porro, postquam vita defunctus est Iosue, ac ipsius doctrina adhuc recens esset, piè quidem erga Deum affectus fuit populus. Itaque quis ipsorum dux sit futurus dominum consulunt: exemplo enim con-

LIBER IUDICVM
Hebraicè Sophetim.



OST mortem Iosue consuluerunt filij Israel dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? Dixitque dominus: Iudas ascendet, ecce tradidi terram in manu eius. Et ait Iu-

† Tribus Iudæ.

August. in fine libri Iesu Naue bñ narrator porrexit historiam, quousq; filij Israel ad colendos deos alienos declinauerūt. In hoc autem libro ad ordinem reditur, quomodo consequentiã gesta fuerint post mortem Iesu Naue. Non ergo ab illo tempore incipit liber, quo populus ad colenda simulacra defluxit: sed a priorib. interpositis temporibus, quibus ea gesta sunt postquam ad illa peruenit.

b Iudas. Queritur vtrum aliquis homo Iudas vocabatur, an ipsam tribum de more sic appellauit? Sed illi qui interrogauerant dominum, ducem requirebant. Vnde putatur vnus expressum

NICOLAUS DE LYRA.
CAPVT I.



Vscitauit dominus iudices qui liberarent eos de vastantium manibus. Iud. 2. c. Sicut in libro Iosue (a quo incipiunt libri historiales) agit de terræ promissionis ingressu, vel potius de Deo filios Israel in terram promissionis introducente, ita in alijs libris historialibus agit de populi Israel dictam terram inhabitantis gubernatione vel processu, vel potius de Deo dictum populum gubernante, quia sicut in tota sacra scriptura Deus absolutè est subiectum, ita & in partialibus libris Deus est subiectum sub rationibus contractis, sicut dictum fuit ibidem. Deus autem populum Israel gubernauit & direxit tripliciter. Primo per iudices vsque ad Saulem regem. Secundo per reges à Saule vsque ad Babylonis transmirationem. Tertio per pontifices a reditu captiuitatis Babylonicæ vsque prope tempus Christi, quando Iohannes Hircanus qui descendit de Machabeis primus post captiuitatem Babylon: eam imposuit sibi diademata regim. De prima igitur gubernatione vel potius de Deo primo modo gubernante agit in hoc libro Iudicum, & hoc est quod dicit verbum præassumptum: Suscitauit dominus, &c. In quo tria tangunt. Primum est Dei presidentis clementia, cum dicitur: Suscitauit dominus. Secundum est medijs obsequiis decentia, ibi: Iudices qui liberarent eos. Tertium est populi gentis indigentia, ibi: de vastantium manibus. Ad pleniorum intellectum istorum trium considerandum, qd iudices qui rexerunt populum vsque ad tempus Saulis regis non regebant per modum imperij seu alicuius domini, si d tantum per modum ministerij, exhortationis & consilij, Deus enim retinuerat sibi ipsud domini im, & ideo cum filij Israel liberati essent per Gedeonem de manibus Madian, vt habetur infra 8. ca. & ei dicerent: Dominate nostritu & filius tuus & filius filij tui. Respondit: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur dominus. Et ideo propter tale dominum Dei immediatm facilius & frequentius condescendebat dominus ad castigandum populum paterna correptione, & ad liberandum materna consolatione, sicut patet intuenti huius libri decursum. Considerandum etiam qd licet Deus possit omnia immediate regere per se ipsum, tamen ad seruandum vniuersitatis pulchritudinem

Tribus modis Deus populum rexit.

Quomodo rege aut populum iudices

tudinem & ordinem, regit inferiora per media, & sic populum Israel gubernauit per iudices tanquam per ministros idoneos & decentes, qui propter excellentiam virtutis quantum ad plura erant quasi mediatores ipsius Dei ad populum, & propter assuetudinem pietatis qua populo in afflictione posito compatiebantur, erant quasi mediatores populi ad Deum impetrando eius auxilium. et propter ista dicitur inf. 2. ca. Cumque dominus iudices suscitaret, in diebus eorum fledebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. De his vero tribus, videlicet de diuinis condescensionibus & liberationibus populi ab afflictionibus & iudicum sustentationibus, est totus decursus huius libri, vt patet ex sequentibus. Primo igitur per modum prologi præmittitur materia huius libri breuis prælibatio. Et secundo subditur historia narratio, ca. 3. Circa primum sciendum, quod occasio suscipiendi iudices fuit eò quod populus recedens a domino affligebatur, & panitens liberabatur. Et ideo primo in breui tangitur populi transgressio. Secundo transgressionis reprehensio, in principio secundi capituli. Tertio materia huius libri prælibatio, ibi: Dimisit ergo Iosue, &c. Circa primum sciendum, quod opposita iuxta se posita magis elucescunt, ideo primo ponitur profectus populi laudabilis. Secundo defectus eius culpabilis. ibi: Manasses quoque. Adhuc circa primum. Primo ponitur profectus Iudæ. Secundo aliorum, ibi: Filij autem Cinei. Adhuc circa primum primo ponitur profectus tribus Iudæ in generali. Secundo ipsius Caleb in speciali, ibi: Pergensque Iudas. Circa primum dicitur.

1 Post mortem. Quia experti fuerunt malè accidisse eis, quando Iosue inconsulto domino misit bellatores cõtra regem Hai, vt habetur Iosue 7.

2 Iudas, &c. id est, tribus Iudæ. Hoc communiter exponitur sic, qd Iudas instituebatur dux in bellis filiorum Israel generaliter, sed hoc non bene consonat sequentibus, quia A. osh, Barach, Gedeon & Iephte fuerunt duces exercitus in magnis prælyis qui tamen non fuerunt de tribu Iudæ. Et ideo aliter exponunt Heb. qd per hoc quod dicitur hic Iudas asc. intelligitur qd tribus Iudæ prima expugnaret aduersarios in sorte sua. vnde subd.

3 Et ait Iu. &c. Trib. n. Simeon habuit sortē iuxta tribu Iudæ: ppter quod

A L I E G O R I C E.

† Dixitq; dom. Iudas asc. Alleg. Per Iudã significatur dominus noster

noster Iesus Christus, qui s̄m carnē est de tribu Iudæ, prout declaratur Mat. j. & Ro. j. d̄f de ipso, qd factus est ei ex semine * David

expressum hominis nomen. Sed quia non solet duces nomi-
A minare scriptura cum constituuntur, nisi memorata etiam
origine patentum, & constat post Iesum duces habuisse po-
pulum Israel, quorum primus Othoniel filius Cenez: recte

intelligitur nomine Iudæ tri-
-bum Iuda fuisse significatam,
ab ipsa enim voluit dominus
incipere conteri Chananæos.
Et cum populus de duce in-
-terrogaret, ad hoc valuit re-
-sponso domini, vt scirent
Deum noluisse ab vniuerso
populo bellari aduersum Cha-
-nanæos. Dixit ergo: Iudas, &
-sequitur: Et dixit Iudas ad Si-
-meonem fratrem suum, tri-
-bus. scilicet ad tribum, nō enim ad-
-huc vivebant filij Iacob, qui
-sic appellati sunt. Manifestū
-est tribum Iuda alterius sibi
-tribus auxilium postulasse, q̄
-redderet cum opus esset.

antiq. Ioseph. Phinees, p̄heravit
-secundum Dei voluntatem,
-ad delendum Chananeorum
-genus, tribui Iudæ præben-
-dum esse principatum. Tunc
-assumpta etiam tribus Simeō
-ad pugandum.

in Iu. Procep. Inter alias trib. Iu-
-da excelluit, quoniam figurā
-Christi sustinuit, ad quem se-
-cundum carnem à patre di-
-ctum est: Postula à me, & da-
-bo tibi gentes hereditatem
-tuam, & possessionem tuam
-terminos terræ.

a * Septuaginta reges amputa-
-tis, &c. Ioseph. Dum manuum
- & pedū summitates ei absci-
-derent ait: Non semper potui
- latere Deum, illa patiens, que
- contra vos, & septuaginta re-
-ges prius facere non erubui.

16. Anasta. Nicenus. Legem fe-
-rens dixerat Deus: Oculus pro
-oculo, dens pro dente, Dicit etiā
-liber Iudicū, Adonibezec am-
-putat as fuisse summitates ma-
-nuum ac pedum. quod tantū
-dem septuaginta regib. fecer-
-rat. Merito ergo dicebat Sa-
-piens

C

† Tribus scilicet tribus.

das Simeoni fratri suo: Ascende mecum in for-
-tem meam, & pugna contra Chananæum, vt

† Cum opus tibi fuerit

& ego pergam tecum in sorte tua. Et abiit cum
-eo Simeon. Ascenditque Iudas & tradidit domi-
-nus Chananæum ac Pherexæum in manus eo-
-rum, & percusserunt in Bezece decem milia viro-
-rum, inueneruntque Adonibezec in Bezece &
-pugnauerunt contra eum, ac percusserunt Cha-
-nanæum & Pherexæum. Fugit autem Adonibe-
-zec, quem persecuti comprehenderunt, cæsis
-summitatibus manuum eius ac pedum. Dixit-

que Adonibezec: Septuaginta reges amputatis
-manuum ac pedum summitatibus colligebant
-sub mensa mea ciborum reliquias, sicut feci, ita
-reddidit mihi dominus. Adduxeruntque eum in

b Ierusalem, & ibi mortuus est. Oppugnantes er-
-go filij Iuda Ierusalem, ceperunt eam, & percuf-
-ferunt in ore gladij, tradentes cunctam incen-
-dio ciuitatem. Et postea descendentes pugna-
-uerunt contra Chananæum, qui habitabat in
-montanis, & ad Meridiem in campestribus. †

Pergensque Iudas contra Chananæum qui ha-
-bitabat in Hebron, cuius nomen fuit antiquitus
-Cariatharbe, percussit Sefai & Ahimon &
-Tholmai, atque inde perfectus abiit ad ha-
-bitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cha-
-riathsepher, id est, ciuitas literarum. Dixit-

que Caleb: † Qui percusserit Cariathsepher
- & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam meam
- vxorem. Cumque cepisset eam Othoniel fi-
-lius Cenez frater Caleb minor, dedit ei A-
-xam filiam suam coniugem. Quam pergentem

piens per que quis peccat, per illa etiam punitur.
b * Oppugnantes Ierusalem, &c. Theod. Si tunc euersa fuit
- Hierusalem, qui sit vt David iterum illam obsidione cepe-
-rit: Vicissitudines rerum permultas passus est populus. Nam
- interdum vincebant, aliquan-
- do vincebantur: interdum im-
- perabant extraneis, quando-
- que seruebant illis. Quare per
- spicuum est, Hierusalem prius
- exustam, postea ab Iebusæis
- sub duram populi seruitutem
- redactis instauratam fuisse.

Sup. 11.
D
Que t. 1. in
Iudic.

c Dixitque, etc. August. Qui-
-cunque percusserit ciuitatem liti-
-rarum et ceperit eam, dabo ei filiā
- meam in vxorem. Hoc in libro
- Iesu memoratum est. Sed vt-
-rum Iesu viuentis sit factum,
- & nūc recapitulatum, an post
- eius mortem postquam di-
- ctum est: Iudas ascendet, & ce-
- pit Iudas bellare contra Cha-
- nanæos: in quo bello omnia
- hæc gesta narrantur, merito
- queritur. Sed credibilis est
- post mortem Iesu factū, tunc
- autem per proleptum, id est,
- per præoccupationem me-
- moratum, sicut & alia. Nunc
- enim cum res gestæ aduersus
- Chananæos tribus Iudæ ex-
- ponerentur, ita se narrationis
- ordo continet inter cætera lu-
- de facta bellica, de quo post
- mortem Iesu dixit dominus:
- Iudas ascendet, & post hæc ascē-
- derunt filij Iuda pugnare ad-
- uersus Chananæum qui habi-
- tabat in montanis ad Austrū
- & campestem, & abiit Iudas
- ad Chananæum habitantem
- in Hebron, & exiit Hebron
- ex aduerso. Nomen autem He-
- bron erat Cariatharbe vel Se-
- pher, & percussit Sefai, & Ahi-
- man & Tholmai filios Enac
- & ascenderunt inde ad inha-
- tantes Dabir, cui ante fuit no-
- men ciuitas literarum. Et di-
- xit Caleb: Quicumque percusse-
- rit ciuitatem literarum, &c.

Quæst. 3. in
ho Iudic.
Ios. 15 d.

† Iosue 15. c.

† Ios. 15. d.

† Ios. 15. d.

† Ios. 15. d.

† Ios. 15. d.

† Ios. 15. d.

Constat ergo ex hoc ordine
- gesta-

NICOLAVS DE LYRA.

* quod aliqua ciuitates de parte Iudæ fuerunt adiunctæ sorti tribus
- Simeon, vt dictum fuit Iosue 15. & propter hoc erat magis conueniēs
- q̄ inuarent se mutuo, cætera patent vsque ibi.

1 Cæsis. In Hebræo habetur: Cæsis behonoth, id est, pollicib. &c.
- tales enim inepti redduntur ad prælium.

2 Dixitque Ado. Hoc fecerat iste Adonibezec ex magna crudelita-
- te & superbia, ad ostentationem victoriarum quas habuerat.

3 Adduxeruntque eum. In exercitu suo.

4 Oppugnant, &c. Non totam sed partem eius, quia fortalitem
- ubi manebat Iebuseus, non fuit expugnatum vsque ad tempus David,
- vt dictum fuit Iosue 15.

5 Traden-

5 Tradentes. Locutio est hyperbolica, quia pars eius remansit in-
- combusta, vt dictum est sicut aliquando dicitur tota ciuitas vadit ad
- tale spectaculum, licet aliquando maior pars remaneat.

6 Pergensque. Hic consequenter agitur de profectu tribus Iudæ in
- specialibus, scilicet, ipsius Caleb, cui assignata fuit Hebron specialiter, vt
- habetur Iosue 14.

7 Cuius. Id est, ciuitas quatuor, propter quatuor patriarchas ibi se-
- pulcos, vel propter quatuor gigantes ibidem commorantes, vt dictum
- fuit Iosue 14. & Gene. 23.

8 Percussit Sefai & Ahiman, &c. Illi fuerunt tres gigantes ma-
- gna fortitudine præditi & pater eorū fuit quartus noie Enac. Cætera
- patet ex dictis Ios. 15. vbi eadē sententia & quasi eadem verba ponuntur.

1 Filij autem

A L L E G O R I C E.

* David secundum carnem, ipse namque pro nobis ascen-
- dit crucem, & ibi debellauit Chananæum. i. humani generis
- inimicum cum satellitibus suis.

† Fugit autem. qui interpretatur dominus fulguris, pp̄ quod
- significat diabolum qui fideles nititur iectu fulguris percutere
- inducendo eos ad peccatum mortale, quod foeret corā Deo
- & angelis, sicut ignis fulguris, hūc autem fugauit Christus.

2 Septuaginta. Per septuaginta reges quos Adonibezec tene-
- bat captiuos, significantur homines de septuaginta idioma-
- tibus quos diabolus tenebat inclusos quos Christus per vir-
- tutem suæ crucis liberauit. Moraliter autem per Iudam,
- qui interpretatur confessio, significatur quilibet confitens
- Est autem duplex confessio, scilicet, propriorum peccato-
- rum,

rum, & diuine laudis. Et vtrique confessio præcedere de-
- bet in expugnatione demonis & vitiatorum. de qua dicit Se-
- neca. Pacem habere cum hominibus, & cum vitiis bellum.
- Et propter duplicem confessionem prædictam bene quæri-
- tur. Quis ascendet ante nos, &c. Respondet dominus, Iudas a-
- scendet. Sequitur, Et ait Iudas Simeon. Per Simeonem qui au-
- diens interpretatur, obedientia diuinis præceptis & eccle-
- siæ significatur, quæ cum confessione peccatorum & laudis
- diuinæ debet adiungi in demonis & vitiatorum expugnatione.
- Et sic Adonibezec per quem vt dictum est, demon signi-
- ficatur cum suis satellitibus superatur.

6 Pergensque Iudas contra Chananæum. Moralitas autem huius
- historię posita est supra Iosue 15.

C festaru reru post mortem Iesu hoc esse factum. Cum ergo ciuitates data ipsi Caleb memorentur accepta occasione narrator q. postea gestu est, poccupauit. Nec tñ hic frustra arbor hoc de filia Caleb data in victoris præmium bis scripturam memorasse.

Aug. quæst. 7 in Iudic.

A Nec po. In hoc ipso fuit dominus cu Iuda. restringit. n. Deus propitius etiã in cordibus suorum sanctorum nimit p speritatis excessum, vt in vñus eoru conuertat inimicos non solum quando vincuntur, sed etiam qñ meruuntur. Illud ad cõmendandã suã largitatẽ, hoc ad reprimendã eoru elationem. Inimicus. n. sãctorum est angelus Sachanã, quẽ sibi datũ ad se colaphizandum dicit Apost. Ne

† soceri.

a. Cor. 12. b.

B magnitu. reuelationum extollar. &c.

Quæst. 7 in Iudic.

B Iebusæum. Aug. Superius legitur eadẽ ciuitas à Iuda capta, & incẽsa interfectis in ea Iebusæis. Sed sciendum est hanc ciuitatem cõmunẽ habuisse duas tribus Iudam & Benjamin sicut ostẽdit diuisio terraru quã fecit Iesus. Ipsa est enim Iebus, quã & Ierusalẽ. Ideo hæ duæ tribus remãserunt ad templũ domini quando cetera (excepta tribu Leui, quã sacerdotalis fuit, & terras in diuisione non accepit) separauerũt se a regno Iuda cum Ieroboam. Sciendũ est ergo, a Iuda ciuitatem captam esse & incensam, interfectis qui illic reperti fuerant. Sed non omnes Iebusæos extinctos, vel quia extra ciuitatem erant: vel quia fugere poterãt. Quos Iebusæos admissos esse a filiis Benjamin, quibus cum Iuda ciuitas illa erat communis in ea simul habitare. Quod ergo dictum est: Non hæreditauerunt Iebusæum filij Benjamin, intelligendum est, quod tributarios facere non potuerunt, vel noluerunt, aut non hæreditauerũt Iebusæum, quia

Ierusalem communis duabus tribubus.

C non sine illo tenuerunt terram quam possidebant. c. Manass. August. Et non hæreditauit Manasses Bethsan, q est Scytharu ciuitas, ipsa hodie perhibetur Citropolis dici. Põr aut mouere quomodo in illis partibus multũ a Scythia diuitis potest esse Scytharu ciuitas. Sed similiter potest mouere, quomodo tam longẽ a Macedonia Alexander Macedo cõdiderit Alexandriã ciuitatem, quod vti que fecit longẽ late que bellando, ita et Scythã hanc conde re potuerunt. Nam legitur in historia gẽtium vniuersam penẽ Asiã Scythas aliquando tenuisse. Theodo. Quare non omnes vrbes ceperunt, sed ingens extraneorum gẽtũ numerus habitauit cum eis? In primis propter ignauiam: deinde ob immodicã auaritiã. Præterea transgressi sunt legem diuinam, atque Diis alienis serui erunt: quapropter sapientissimus dominus non prorsus interemit Chananæorum gentẽ, sed prope illos habitare permisit, vt expugnati, & in seruitutẽ redacti, procedens ab errore damnũ sentirent, & confugerent ad conseruatorem Deũ, eiusque beneficiis fruerent. &c. Alteram etiam causam esse puto, propter quam non obtinuerunt integram terram promissam. Obseruatio legalis politie angustissima terra contenta erat, quia tet in anno lex statuerat cunctos festa celebrare in vnum locum conuenientes, in quo templum diuinum construxerant, vbi etiam primitias, decimas, primogenita ouium, & alia sacrificia offerre iusserat. Quocirca non abs re conclusit eos in arctum locum, vt facile vel ipsi pigri ad ædem consecratam adeundam excitari possent.

D Quæst. Iud.

Quæst. Iud.

Ios. 1.

E

F

in itinere monuit vir suus, vt peteret à patre suo agrum. Quæ cum suspirasset sedens in asino dixit ei Caleb: Quid habes?

At illa respondit, Da mihi benedictionem, quia terram aren-

† Aug. Lxx. redemptionem aquar, terram. s. de cuius fructibus aquam redimeret, cuius inopia erat in illis regionibus ad quas supra dicebatur. **†** Aug. Lxx. redemptionem excelsum & redemptionem humilium fluetorum, subaudi, quæ vel in montanis vel in campestribus fluunt.

tem dedisti mihi, da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius & irriguum inferius. Filii autem Cinci cognati Moyfi ascenderunt de ciuitate palmarum cum filiis Iuda in desertum fortis eius, quod est ad Meridiem Arad, & habitauerunt cum eo. Abiit autem Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephath, & interfecerunt eum. Vocatumque est nomen vrbis Horma, id est anathema. Cepitque Iudas Gazan cum finibus suis, & Acalonem atque Accaron cum terminis suis. Fuitque dominus cum Iuda, & montana possedit. Nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant. † Dederuntque Caleb Hebron, sicut dixerat Moyfes, qui deleuit ex ea tres filios Enac. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerunt filii Benjamin, habitauitque Iebusæus cum filiis Benjamin in Ierusalem vsque in præsentem diem. Domus quoque Ioseph ascendit in Bethel, fuitque dominus cum eis. Nam cum obsiderent urbem, quæ prius Luza vocabatur, viderunt hominem egredientem de ciuitate, dixeruntque ad eum: Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecũ misericordiam. Qui cũ ostendisset eis, percusserunt urbem in ore gladij, hominem autem illum & omnem cognationem eius dimiserunt. Qui dimissus abiit in terram Ethim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauitque eam Luzam, quæ ita appellatur vsq; in præsentem diẽ. Manasses

a Aug. Hoc in libro Iesu dictum est, quia illo viuo factum est: sed hic recapitulando memoratum est, cum de tribu Iuda vnde ruit Caleb loqueretur scriptura.

propter quam non obtinuerunt integram terram promissam. Obseruatio legalis politie angustissima terra contenta erat, quia tet in anno lex statuerat cunctos festa celebrare in vnum locum conuenientes, in quo templum diuinum construxerant, vbi etiam primitias, decimas, primogenita ouium, & alia sacrificia offerre iusserat. Quocirca non abs re conclusit eos in arctum locum, vt facile vel ipsi pigri ad ædem consecratam adeundam excitari possent.

G a Arbanitq;

NICOLAVS DE LYRA.

1 Filij autem. Hic ponitur profectus aliorum, & primò conuersorum ad Iudaismum, cum dicitur: Filij autem Cinci. Dicunt cõiter expositores, q iste fuit filius Ietro, qui ad preces Mosi vniit cum filiis Israel ad terram promissionis, vt habetur Num. 10. Et vocatur fuit Cin, vel Cincus & Obab. Hebræi dicunt q iste fuit ipsemet Iethro socer Mosi, sicut declaratum fuit plenius Num. 10. vnde vbi dicitur hic cognati Mosi: in Hebræo habetur, hoten, id est, soceri Mosi.

2 Ascenderunt. Quæ est Iericho, non quòd habitarent in ciuitate quæ erat destructa, nec fuit reedificata vsque ad tempus regum Israel prout dictum fuit Ios. 6. sed habitabant in territorio quod fuerat illius ciuitatis.

3 Cum filiis Iuda in de. Dicunt Hebræi, q illuc iuerunt ad manendum vt addiscerent legem ab Othomel, qui erat edoctus in ea.

4 Abiit autem Iudas. Hic consequenter agitur de profectu tribus Simeon. Et patet in littera vsque ibi.

5 Vocatumque est nomen vrbis Horma, i. anathema. Hoc non est in Hebræo, sed additum fuit a translatore nostro, ad ostendendum significationem huius nominis, Horma, de cuius significatione dictum fuit plenius Iosue 6. & Leuit. vlt. tamen hic accipitur pro destructione perfitã, quia ciuitas ista fuit funditus eversa.

6 Cepitque Iudas. Hic reuertitur scriptura ad scribendum profectum Iude, cum dicitur: cepitq; Iudas, &c. Non est intelligendum q ceperit tunc istas ciuitates, quæ erant Philistinorum, sed accepit aliqua pertinentia ad istas ciuitates, & pro tanto dicitur eas accepisse, quia

quia infra 3. cap. dicitur, q quinque satrapæ Philistinorum remanserunt ad exercendum Israel, quorum aliqui præerant ciuitatibus istis, prout patet 1. Reg. 6. Vel si dicatur q Iudas tunc cepit ciuitates istas, prout sonat littera, oportet dicere q Philistæi recuperauerant eas, quia ibi dominabantur tempore Heli: vt dicitur 1. Reg. 5.

7 Nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abunda. Erant enim armati isti currus vnicis ferreis ad modum falcis scindentibus, vt dictum fuit Iosue 17.

8 Dederuntq; Caleb Hebron. Hoc habetur plenius Iosue 14.

9 Qui deleuit ex ea tres filios Enac. Isti sunt tres gigantes supra nominati.

10 Iebusæum autem. Hic agitur de filiis Benjamin, cum dicitur Iebusæum, &c. non de. Quia non potuerunt propter fortitudinem populi & loci, vel quia noluerunt propter iuramentum fœderis inire inter Abraham & Abimelec, a quo descenderunt illi Iebusæi, sicut dictum fuit Ios. 15. in fine.

11 Domus quoq; Ioseph. Hic agitur de profectu filiorũ Ephraim cum dicitur: Fuitque dominus cum. Et sequitur.

12 Ostende nobis introitum. Dicunt enim Hebræi, quod habebant introitum & exitum subterraneum extraneis occultum.

13 Hominem autem illũ & omn. Parentes ei, sicut filij Israel pepercerunt Rahab & cognationi eius, vt habetur Iosue 6. & David puero qui duxit cum ad cuneum Amaleitarum: vt habetur 1. Reg. 30

14 Manasses quoq;. Hic consequenter describitur defectus filiorũ Israel culpabilis, cum dicitur,

^a *¶* Lxx. Et non hereditavit Manasses Bethsan, que est Seythari civitas, neque filius eius, id est, civitates suas ipsa tanquam me ropel¹ instituerat.

quoque non deleuit Bethsan, & Anach cum viculis suis, & habitatores Dor, & Iebiaan, & Mageddo cum viculis suis, cepitque Cha-

^a *¶* Aug. Idem pene in Iesu Naue, & eisdem verbis dicitur. Ideo aut hic per anacephaloesin dicitur, aut ibi per prolepsin dicitur est, id est, aut hic recapitulando, aut illic præoccupando.

nanæus habitare cum eis. Postquam autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit. Ephraim etiam non interfecit Chananæum, qui habitabat in Gazer, sed habitavit cum eo. Zabulon non deleuit habitatores Citron, & Naalol, sed habitavit Chananæus in medio eius, factusque est ei tributarius. Azer quoque non deleuit habitatores Accho, & Sidonis Ahalab & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob, habita-

NICOLAUS DE LYRA.

¹ *Postquam.* Propter cupiditatem tributi, & in hoc fecit contra præceptum domini, qui præceperat eos occidi, & deos eorum exterminari, vt habetur Numer. 33. & Deuter. 8. & eodem modo intelligendum est in sequentibus de his, qui facti sunt tributarij ipsi Ephraim, Zabulon, Aser, & Nephtalim, quia noluerunt eos occidere pro cupiditate tributi, in hoc transgredientes præceptum domini, vt dictum est, & patet infra vsq; ibi.

² *Arctavit*

uitque in medio Chananæi habitatoris illius terre nec interfecit eum. Nephtali quoque non deleuit habitatores Bethsemes, & Bethanath, & habitavit inter Chananæum habitatore terre, fueruntque ei et Bethsemitæ, & Bethanithæ tributarij. Arctavitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum, vt ad planiora descenderent habitavitque in monte Hares, quod interpretatur testatio, Aialo & Salebi. Et aggravata est manus domus Ioseph, factusque est ei tributarius. Fuit autem terminus Amorrhæi ab ascensu scorpionis, petra, & superiora loca.

^a *Arctavit;* *¶* Quest. 11. in Iudic.

^a *Arctavit;* *¶* Aug. Et conturbavit Amorrhæi filios Dan in monte. quoniam non permisit eos descendere, etc. Hoc aut in lib. Iesu Naue de memoratum est, hic autem recapitulando.

¹ *CAP.*

² *Arctavitque Amorrhæum.* Propter peccata sua non poterunt convenienter dilatari.

³ *Et aggravata est manus domus Ioseph.* Hoc exponitur dupliciter. Vno modo active, vt manus, id est, potestas domus Ioseph gravaverit inimicos, & redegerit eos sub tributo. Alio modo passive, vt potestas eius sit depressa, & aduersarij redegerint domum Ioseph sub tributo. Nec apparet plane ex textu, quod istorum intelligatur.

CAP.

CAP. I.



Ascenditque an. Aug. Et ascendit angelus domini super Clauthmos montem. Scripser hoc nomine appellavit locum, quia postea scripsit: Quia enim Angelus domini super eum ascendit, nondum sic vocabatur, a ploratione enim nomen accepit, quæ Græce κλαυθμός dicitur.

Ibi enim populus fleuit cum audisset ab angelo verba vindicantis in eos, quod inobedientes fuissent, quia non exterminaverunt populos secundum præceptum eius quibus prævaluerunt, eligentes eos tributarios facere, quam perdere, sicut dominus iusserat. Quod siue contempto Dei mandato, siue timore fecerint (ne hostes contra se acius pugnarent pro salute obtinenda, quam pro tributo nondando) sine dubio peccaverunt, vel spernendo Dei præceptum, vel non præsumendo, quod eos posset, qui præceperat adiuvare. Quod ideo per Iesum noluit eis dicere. Si tamen adhuc eo vivente iam fieri præceperat, & non

CAP. II.



Ascenditque angelus domini de Galgalis ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram, pro qua iuravi patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita duntaxat, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum subverteretis, & nolulistis audire vocem meam

qui appellatur Iesus Naue, vel si ab illo iam factum esse sciebat post mortem Iesu, quod ibi præoccupando memoravit.

¹ *Quamobrem*

mo apparuit in Galgalis, vbi filij Israel fuerunt circumcisi post transitum Iordanis, vt habetur Iosue 5. Et inde transfulit se ad alium locum, qui dicitur hic locus flentium per anticipationem, quia sic vocatus est locus ille, ex hoc, quod populus post reprehensionem angeli ibi fleuit, vt postea dicitur.

² *Et ait.* Ex hoc patet, quod fuit vere angelus, quia loquitur in persona Dei sicut angelus loquebatur Moysi. quando autem homines sancti, & prophetae denuntiabant mandatum Dei communiter præmittebant. *Hec dicit dominus,* vel aliquid consimile, quod non fecit iste, sed absolute dixit. *Eduxi vos,* etc. Et propter hoc angelus sic loquens aliquando Deus, aliquando angelus nominatur, vt dictum fuit Exod. 3. cap. ita duntaxat, quia promissiones Dei de bono futuro intelligendæ sunt sub conditione si homines fideliter serviant Deo.

³ *Vt non feriretis fœdus, etc.* vt habetur Numer. 33. Deut. 7.

⁴ *Et nolulistis audire vocem meam.* V. patet ex dictis capituli præce.

¹ *Vt habea-*

NICOLAUS DE LYRA.

¹ *Ascenditque ang.* Hic consequenter describitur transgressionis reprehensio, vt dicunt Hebrei, quod iste angelus fuit Phinees, tum quia angelus interpretatur nuntius, ipse autem fuit missus a Deo ad arguendum populum de transgressionem mandatorum eius eo modo, qui sequitur, tum, quia Hebræi dicunt ipsum fuisse angelum in corpore humano assumpto apparentem, sicut dictum fuit Ios. 1. Expositores autem catholici dicunt, quod non fuit Phinees, sed Angelus a Deo specialiter missus, & hoc videtur verius, quia quod Phinees fuerit angelus, falsum, & fictum videtur, quia scriptura vbiq; de eo loquitur, sicut de homine puro, & mortali. Quod autem ille, qui apparuit hic, fuerit homo purus, falsum videtur, vt magis apparebit ex sequentibus. Dicendum igitur, quod iste fuit angelus specialiter a Deo missus, ad reprehendendum filios Israel de transgressionibus suis, & apparuit sic, quod eius apparitio fuit nota populo. Et primo

MORALITER.

¹ *Ascenditque an. etc.* Per istum angelum, qui de peccatis commissis arguit populum significatur bonus prælatus, vel prædi-

cator arguens efficaciter peccata populi, & cum deducens vsque ad lachrymas veræ contritionis. Ideo subditur.

¹ *Cumque*

Quest. 15. in Iud. **A** *Quamobrem nolui delere.* Aug. Hinc intelligimus quaedam ex illa Dei venire peccata. Vt. n. Dij gentium inter quas nō exterminatas Israelitae hitare voluerunt, essent eis in scādālū, i. facerēt eos scādālizari in Deo suo, eo q̄ offensa viuere indignans comminatus est Deus, quod manifestum est magnum esse peccatum.

* **THEOD.** Deus mittit angelū refrenans eis traiectionē fluminis, & notorū circūcisiōnem; *Dominus reduxit nos ab Aegypto, etc.* Hae vbi dixit, fleuit populus, &c.

* **Proc.** Euge Dei humanitatem, qui peccatores erudit, in firmos consolatur, & Israelē ad pietatem reducit. Ad Israelitas sane missus est angelus, qui causam proposuit, ob quā hostes suos superare non poterunt. Quomā vero post aduentū angeli exultant: Iudices ipsis excitauit dominus.

Quaest. 14. **b** *Dimisit ergo Iosue.* Aug. Hoc per recapitulationem iteratur. Nam, & mors Iesu Naue in hoc libro memoratur, vt cāquā ab exordio breuiter cuncta infinuatur, ex quo dedit eis dominus terram, & quomodo sub iudicibus vixerint, vel quae perpeffi sunt, & iterum reditur ad iudicium ordinem ab eo, quod primus est constitutus.

* **THEOD.** Ex his discimus quantū iuuet subditos pietas Principū, quantūque noceat carere principe, aut ē diuerso, Principum improborū regi imperio. Hoc ipsum quoque proxime docetur, *sus. it. aut enim illis (aut) Iudices dominus, & liberavit eos de manu depredanti in eo.* Et quando suscitabat illis iudices, dominus erat cum iudice, qui eruebat eos. At paulo post, quam decessit iudex, deflectebant, & deteriores erant ciebantur patribus suis, ita vt sequerentur Deos alienos.

Orice. Homi. 1. in li. Iudicium. **c** *Seruierturque.* Adam. Sciendū est, quia quisque sibi prestat vt in bonis diebus sit, an in malis, & habeat dies Iesu, vel iustorū, aut impiorū. Si. n. intelligimus lumen verū, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū, & praebeamus ei vias nostras ad illuminandū, aut si oriatur nobis sol iustitiae, & illuminet mundū aie nostrae, habemus dies Iesu Christi dies salutis. Si quis vero receperit lucē, q̄ extinguitur q̄riam veritati, & ab ea illuminatus fuerit, habebit dies, sed malos, & nō erit in diebus Iesu, sed in dieb. Manassē, vel Phataonis vel cuiuslibet pessimi. Deniq; in dieb. Achan regis pessimi, non potuit Esaias videre dñm Sabaoth, sedētē super thronū excelsum, sed mortuo rege nequā cuius erāt dies mali, vidit visientē Dei. Cū autē dñs in scripturis, dies illius, vel illius, non significatur tēpus vite ipsius. vnde, *Orietur in diebus eius iustitia*

Mal. 6. **c** *& multitudi pacis, usquequo extollatur luxia.* Quod si accipimus, quia in dieb. quib. saluator morabatur in terris, dies erant iustitiae, & pacis. Quomodo probabimus dies iustitiae, & pacis ortos esse his, qui eū crucifixerunt, & aduerū eius nō receperunt? Aut quō multitudo pacis in dieb. eius fuit apud eos, q̄ eū in mortē falsis criminib. tradiderunt? Quō hi dies pacis, & iustitiae habuerunt, in quorum mentibus tenebre iniquitatis, & furoris versabantur? Deniq; quia nō sunt nūc dies illi, non orit iustitia, nec multitudo pacis Christi apud fideles

Mal. 4. 3. **C** Magis ergo quisq; ex cōuersatione vitae dies sibi iniquitatis & belli, vel iustitiae, & pacis acq̄rit. vnde. *Simentib. nomen meū orietur*

orietur sol iustitiae, ut faciat eis, s. die iustitiae, dies Iesu. De impiis autē dñs, *quia occidet eis sol iustitiae,* in quib. s. iustitia dormit, & tenebrae iniquitatis oriuntur. Et alibi e dñs: *Pax multa diligentibus nomen tuum, et non est illis scandalum.* Habent impij lucem suam, ex qua oriuntur eis dies mali. Vnde: *Lux iustis*

semper, lux autē impiorum extinguitur. Nescio si tā inepte quis intelligat, vt putet esse aliquā substantialem lucem, aliam, quae impiorum dicatur, & alia quae iustorū, quod fieri nō potest, Vna est enim lux mundi a Deo facta, quae omnib. communiter, & aequaliter lucet. Sed sciendū, q̄ anima nostra, aut vero lumine illuminatur quod non extinguitur, id est, Christo. aut si nō habet in se hoc lumen aeternū, tēporali, & extingibili illuminatur ab illo, s. q̄ *transfigurat se in angelū lucis,* & falsa luce illuminat

cor peccatoris, vt videant ei vera bona esse, q̄ caduca sunt. Hoc lumine illuminantur, qui summū bonū voluptatē dñt qui diuitias, honores seculi, & terrenā gloriā quasi aeternam q̄rit. Sūt ergo isti in dieb. lucis eius, quae extinguitur. quēcūque magunt, vel cupunt, extinguent. Hoc lumine Marcio illuminat, Deū legis iustū, sed nō bonū dicit. Sūt ergo dies Iesu de quib. dñs. *Seruiertur populus domino omnibus diebus Iesu.* Qui n. habet in se dies I. su. seruit domino. Non. n. potest seruire Zabulo, aut auaritia. Nec pōt fieri, vt qui illuminatur lumine veritatis seruiat mendacio. Oremus ergo, vt Christus, q̄ est lux vera sp̄ faciat in nobis dies bonos, ne vnquā Zabulo illuminante, hēamus dies malos, de quib. dñs. *Redimentes ips̄s qm̄ dies mali sint.* Etiam similiter seculū malū s̄m Apōstolū. *Se u eruntq;* Seruierturque populus dño omnibus diebus Iesu. Non. n. dixit vnū d. ē fuisse Iesu, q̄a mlti sunt dies eius, vn̄ dies est iustitia, alius sanctificatio, alius prudentia, alius misericordia, & singula virtutū bona in quib. dño seruitur. his aut virtutib. animi dño placetur. In his omnib. dieb. Iesu domino seruiet. Non vult scriptura sancta, vt aliquas virtutes habeas, & alias negligas, sed vt omnibus his virtutib. adornatus, & in earū actib. positus Deo seruias. Similiter seniorū dies quis hēt in se, & in diebus eorum seruit dño, s̄m illud. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* In dieb. inquit, *seniorum eorū, qui cognouerunt omnia opera dñi, &c.* Ille cognoscit omnia opera dñi, qui facit, sicut filij Heli dñr nescientes dominū, nō q̄ dominū ignorarent cū alios docerent, sed quia agebāt sicut illi, qui dominū nesciūt. Similiter hic dñs. *Qui cognouerunt omne opus domini,* nō solū, inquit, *cognouerunt opus domini,* sed addidit, *omne.* i. q̄ cognouerūt, & opus iustitiae, & sanctificationis, & patiētie, & mansuetudinis, & similiū. Quicquid ex mādati Dei venit opus dñi dñs, q̄riū est opus Diaboli, in iustitia, ita, & similia. Cognoscūt ergo opus dñi, qui faciunt opus eius, vnde. *Qui custodi mandatum nesciet verbum malum,* i. cauebit. De Christo quoq; dictū est, *quia non nouit peccatum,* id est, non fecit opus peccati. Cognoscit ergo opus domini, qui facit, ignorat, qui non facit. *Cognouerunt, inquit, opera domini magna, quae fecit in Israel.* Quasi sint aliqua opera domini parua. Ego arbitror, quod omne opus domini magnū est, sed pro capacitate eorum quibus operatur sibi inui-

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Vt habeatis hostes,* Ly vt, non tenetur hic causaliter, sed cōsecutiue tantum, quia ex hoc, quod filij Israel transgressi sūt praeceptum domini, consecutum est illud malum super eos. **2** *Immola eruntque, &c.* Ex hoc etiam apparet, quod fuit verē angelus domini ille, qui apparuit ibi, quia ex quo fuit fixum tabernaculum domini in Silo, non erat heitum filius Israel offerre hostias alibi, vt dictum fuit Ios. 22. nisi ex speciali reuelatione diuina, vel apparitione angelica. sicut Manue obtulit sacrificium quando angelus sibi apparuit, vt habetur infra cap. 13. **3** *Dimisit.* Hic consequenter ponitur materiae huius libri breuis

breuis praelibatio, vbi primo ponitur fēderis populi ad Deū per Iosue renouatio. Secundo renouati transgressio, ibi. *Et surrexerunt.* Tertio transgressiois punitio, ibi. *Iratusq; dñs.* Quarto punitiois subleuatio, ibi. *suscitauitque dominus.* Circa primū dicitur sic. *Dimisit ergo.* Hoc factum fuit ante mortem eius, sed hic recolitur propter sedus quod renouauit Iosue inter Deum, & populum, vt dictum fuit Iosue vlti. quo facto dimisit vnumquemque ire ad locum suū, vt ibidem dicitur, & hic recolitur, vt appareat, quod tempore Iosue, et seniorum, qui viderant miracula Dei, fēdus istud fuit obseruatum, vt consequenter dicitur in litera, & patet vsque ibi.

1 Et sepe.

MORALITER.

1 *Cumque loqueretur angelus domini.* Et quia non sufficiunt lachrymę contritionis de communi cuius, nisi sequantur opa

satisfactionis, ideo subditur. **2** *Immolaueruntq; ibi. bo. &c.* Vnde dicit Apōstolus Ro. 12. a. *Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuētem, sanctam, Deo placentem, &c.*

fibiniuicem comparentur, magna opera dñi dñr, vel parua. Verbi causa. Eduxit, filios Israel de Aegypto in manu forti, Aegypto prodigijs celestib. verberata. Via fecit in mari, mā na in deserto dedit, de celo locutus est Moī, & dedit legē ī tabulis lapideis. Nonne hęc magna sunt opera Dei? Sed li il

rebus solet) morum, disciplinæque immemor, matrimonia D ex victis assumere, paulatimque externos mores trahere, ac mox profano ritu idolis sacrificare coepit. Adeo cuncti cū externis societas perniciofa est, q̄ Deus añ p̄spiciens, salubri Hebræos responfo instruxerat, vt deictas gentes interne-

an.3.b. *Dilexit Deus mundum, vt filium vnigenitum daret pro eo, inuenies illa parua esse.*

ill.7. in lic. *Et seniorū. Adaman. Seniores, qui cū Iesu, vel post Iesum fuerunt Apostoli sunt, q̄ scripturis, & p̄ceptis suis illuminant corda nostra, & faciūt in nobis quosdā dies ex vera luce, quā participati sūt veniētes in hunc mundū. Qui ergo p̄ceptis eorū illuminatur, seruire Deo dicitur in dieb. seniorū, qui fuerunt post Iesum. Sicut autē Christus erat lux vera, q̄ illuminat omnia hominem venientem in hunc mundum, ita ipsi erant lux mundi, secundū illud: Vos estis lux mundi. Illuminant ergo nobis dies, in quibus dño seruiamus. Solius Dei nosse est post Iesum inter seniores quis longiorem diem fecerit, id est qui maiorē ex se lucē emisserit, vtrum Paulus, an Petrus, Bartholomæus, an Ioan. sed tamē longorum dierū dicuntur sancti. Econtra quando scandalis mundus replebitur, qñ crescēt iniquitate refrigescet charitas multorum, tunc non dicuntur dies futuri longi. sed abbreviati, secundum illud: Nisi abbreviati fuerint dies illi, non fiet salua omnis caro. Mali ergo dies breuiari dñr, lōgæui autem, & multi spatij dies boni, in quibus domino seruiamus. Propter electos aut breuiantur dies mali, dies iniquitatis, & scandali, vt arbitror, cum semel electis dies mali cœperint breuiari, sp̄ breuiantur, & minuuntur vsq; in nihilū, & ad vltimū per eunt. E quib. vnus puto erat, qui dicebat. Pereat dies in quo natus sum. Dies verò seniorū sanctorū longæui sunt, & prolixi.*

an.1.c. *Christus erat lux vera, q̄ illuminat omnia hominem venientem in hunc mundum, ita ipsi erant lux mundi, secundū illud: Vos estis lux mundi. Illuminant ergo nobis dies, in quibus dño seruiamus.*

th.5.b. *ergo nobis dies, in quibus dño seruiamus. Solius Dei nosse est post Iesum inter seniores quis longiorem diem fecerit, id est qui maiorē ex se lucē emisserit, vtrum Paulus, an Petrus, Bartholomæus, an Ioan. sed tamē longorum dierū dicuntur sancti. Econtra quando scandalis mundus replebitur, qñ crescēt iniquitate refrigescet charitas multorum, tunc non dicuntur dies futuri longi. sed abbreviati, secundum illud: Nisi abbreviati fuerint dies illi, non fiet salua omnis caro. Mali ergo dies breuiari dñr, lōgæui autem, & multi spatij dies boni, in quibus domino seruiamus.*

f.3.2.4. *Mali ergo dies breuiari dñr, lōgæui autem, & multi spatij dies boni, in quibus domino seruiamus. Propter electos aut breuiantur dies mali, dies iniquitatis, & scandali, vt arbitror, cum semel electis dies mali cœperint breuiari, sp̄ breuiantur, & minuuntur vsq; in nihilū, & ad vltimū per eunt. E quib. vnus puto erat, qui dicebat. Pereat dies in quo natus sum. Dies verò seniorū sanctorū longæui sunt, & prolixi.*

an.2. *Mortuus est. In Paulo viuit Iesus, & in omnibus, qui dicere possunt: Viuo autem, iam non ego, viuit uero in me Christus, & Mihi uiuere Christus est, & mori lucrū. In illis moritur, qui saepe peccando, & iterū deliquēdo quasi insultant morti Iesu. vnde: Rursus crucifigentes sibi metipsos filium Dei, &c. Non solū ergo in peccantib. moritur, sed et crucifigitur, & illuditur. Si etiā de auaritia cogitas, vel de stupro, si furore agitaris, vel quibuslibet vitijs, non viuit in te Christus. Moritur ergo Christ⁹ peccatibus, quia nihil in eis iustitia, nihil patientia, nihil veritas & omnia illa, quæ Christus est operantur. A sanctis verò quicūque opera fiunt, Christus est, qui ea operatur. vnde. Oīa. possum in eo, qui me confortat Christus. vnde: Qui me confessus fuerit corā hominib. & ego cōfitebor eum corā patre meo, qui in celis est. Qui autem negauerit me corā hominib. et ego negabo eum coram patre meo. Confitentes in semetipso dixit confiteri, quia in eis viuit, & operatur Christus, sed non similiter ait de his, qui negant. Qui enim negat extra ipsum est. Qui confitetur in ipso est. Dicitur ergo, quia mortuus est Iesus, & resurrexit generatio altera, quæ nesciebat Iesum, &c.*

ph.1.c. *Et seruierunt. Iosephus. Post hęc circa hostes quidē molliores erant Israelitæ, circa terrā verò diligentia potius exhibebant. Qui ad diuitias se tradentes, per epulas, & libidinē iā virtute deficiebant, & in conuersatione legū, & quæ sunt Dei non erant. In his indignata diuinitas fuscitabat Chananzos, qui sm eorum actus, multa q̄ eos crudelitate vti sunt.*

Lib. sacra *SEVERVS Sulpitius. Israel, (vt semper fieri secūdis in rebus*

a cunctis diebus eius, & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera domini, quæ fecerat cū Israel. Mortuus est autem Iosue filius Nun, famulus domini, centum, & decem annorū, & sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thannathfare, in mōte Ephraim à septentrionali plaga montis Gaas, Omnisq; illa generatio congregata est ad patres suos, & surrexerunt alij, qui non nouerāt dominum, & opera, quæ fecerat cum Israel. Feceruntque filij Israel malum in conspectu domini, & seruierunt Baalim, ac dimiserūt dominum Deum patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Aegypti, & secuti sunt deos alienos, deos quoq; populorum, qui habitabant in circumitu eorū, & adorauerunt eos, & ad iracundiā concitauerunt dominum dimittētes eum, & seruientes Baal, & Astaroth.

b *Opus, scilicet. patientia, iustitia, & omnium virtutum. Lxx. opera domini magna.*

a *Generatio malorum cogitationum, quæ procedit ex corde, & facit obliuiscit operis Dei magni, quod tūcens Apotolus ait: Memor esto Iesum Christum fuisse à mortuis.*

Augu *Exponit quomodo dixit, non nouerāt dominū in illis, scilicet claris operibus, quæ facta sunt ante illos, vt Israel nosceret dominum. Quod crucifixus est, scilicet, pro peccatis nostris, & surrexit, propter iustificationē nostram.*

Quod quisque supra omnia diligit, & colit, hoc illi Deus est.

a *Vide quantum faciunt peccata, Deum in quo nullus ira affectus, nullus passibilis motus ad iracundiam prouocare dicitur, sed ille manet immutabilis, ego cum peccō nam mihi ascesso. Vnde Thefaurizans tibi iram in die iræ, &c.*

rebus solet) morum, disciplinæque immemor, matrimonia D ex victis assumere, paulatimque externos mores trahere, ac mox profano ritu idolis sacrificare coepit. Adeo cuncti cū externis societas perniciofa est, q̄ Deus añ p̄spiciens, salubri Hebræos responfo instruxerat, vt deictas gentes interne-

cioni darēt. Sed plebs cupida dominādi, imperate victis cū pernicie malebat.

Terullianus. Defuncto Iesu Naue, derelinquunt Deū patrū suorū, & seruiunt idolis Baalis, & Astartis, & iratus dominus tradidit eos in manib⁹ diripientium, & diripiebātur ab illis, & venundabantur ab inimicis, nec poterant omnino subsillere à facie eorum, quocumque processerant, manus erat super illos in mala, & compressati sunt valde. Post quæ instituit super illos Deus Critas, quos Cenfores intelligimus, sed nec istis obaudire perseuerauerūt, vt quis Critarum obierat, illi ad delinquendum, abeundo post deos aliorum, & seruiendo, & adorādo eos. Itaq; dñs iratus, Quoniam quidē ait, transgressa est gēs ista pactum meum, quod disposui patribus eorū, & non obaudierunt voci meæ, & ego non aduertam ad auferendum virū à facie eorum ex nationib. quas reliquit decedēs Iesu.

Adamant. Seruieruntque Baalim, & dereliquerūt dominum Deum patrū suorū. Hęc quidem fecerunt antiqui. Sed quia propter nos hęc scripta sunt videamus ne maiori ex parte nobis hęc, quam de illis dicta videant. Audi Apostolū

In Helia quid dicit scriptura? quomodo interpellat Deum aduersum Israel: Dñe. prophetas tuos occiderunt, altaria tua demoliti sunt, & ego relictus sum solus, et quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem milia viroorū, qui nō curauerunt genua ante Baal. Sic ergo, & in hoc tēpore reliquæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Vides ergo, quia illi, qui curauerunt Genua ante Baalim, & qui nō curauerunt, in reliquiis credentiū, & in multitudine nō credētū interpretāt. Qui. n. in tpe saluatoris increduli fuerūt, genua curauerūt Baalim, sed nō hi, q̄ crediderūt, & opera fidei impleuerūt. Nusquā. n. legitur, q̄ in tpe saluatoris aliq̄s flexerit genua simulachris. Sed de illis hoc dī, qui peccatis cōpediti tenentur. vnde constat, quia cū peccamus genua nostra Baalim curuamus, qui ad hoc vocati sumus, vt flectamus genua in nomine Iesu, & ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in celo, & in terra nominatur. Nihil aut prodest si genua corporis in oratione flectam⁹ Deo, & genua cordis Zabulo. Si. n. non stetero firmus contra astutias eius, flexi genua mea Zabulo, & si non constanter stetero cōtra iram flexi genua mea ire, similiter de omnib. vitijs sentiendū est. Sic fecerunt illi, qui coluerunt Baalim, & dereliquerunt Deū patrum suorum. Vnusquisque quod p̄ceperis colit, miratur, & diligit, hoc ei Deus est, hoc est, qd̄ añ omnia, & super omnia poscit Deus ab hoīe. Diliges dominum Deum tum ex toto corde tuo, &c. p̄occupate quodāmodo erga se cupiens totos humanę mentis affectus, & sciens, quod quis toto corde dilexerit, & tota anima, & totis viribus, hoc esse Deum illi. Quod ergo quisque super omnia diligit, hoc illi Deus est. Apud plurimos p̄pōderat amor auri, & auaritię, & dicitur illis. Non potestis Deo seruire, & mammonæ, id est, auaritię. In aliis amor voluptatis, vel glorię secularis, vel humanę dignitatis, pauci sunt, in quibus p̄eponderet amor Dei

Scorpiaco ad. Gn. 11. c. 3.

Orig. hom. 2. 11. li. Iudi.

Rom. 11a. 3. Reg. 19. b.

Eph. 3. c.

Deu. 6. a.

Mitt. 6. c.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et sepelierunt. In Hebræo habetur sic, in thannath heres, i. in thannath solis, quia sicut dicunt Hebræi, super sepulchrū Iosue fuit posita similitudo solis in memoriā illius facti mirabilis, qd̄ fecit solē stare, vt h̄ Iosue 10. vt oēs trāsēntes lugerent

gerent mortem tanti hominis, pro quo dñs talia fecisset, & ideo ciuitas illa sic vocata est, q̄ pri⁹ Thannath-fare vocabat. 2 Et surrexerunt alij, qui non nouerant dominum, & opera, quæ fecerat cum, &c. Hic ponitur fœderis renouati transgressio per idololatriam. Et patet litera.

G Dei. Hinc totius Gētilitatis error cœpit exordiū, dū ea, que multū diligunt homines deos esse volunt, & humanis vitijs & cupiditatib. diuinū nomen adscribunt. Pecunia. n. cupidi & auaritiæ amore flagrantēs, mammonā quēdam apud Syros Deū cupiditatis dicunt, libidinis & voluptatis amatores Venerem deam sibi hui⁹ vitij quo agitantur, adscribūt. Similiter i cæteris vitijs, ipsum quo vrgentur affectū Deū sibi fecerunt. vñ Apostolus. *Auaritia, q̄ est idolorū seruitus.* Cum ergo aliqua vitia toto corde, tota anima, & totis viribus diligimus, idola adoramus.

Augu. *Fe seruiertunt Baal, & Astartibus.* Dicitur Baal eē nomē Iouis apud illas gentes, Astarte verō Iunonis. Punic. n. Baal dominum dicere vident, & Balsamen dominum celi. In nonē autem sine dubio Astarten vocant. Et quia hæ linguæ parum differunt, dicit hic scriptura, quod seruiertunt Baal, & Astartibus, Ioui, scilicet, & Iunonib⁹. Nec singulariter dicit Astarti, sed ad simulacrorum multitudinē intellectū retulit. Varietatis cā tamen estimo Iouem singulariter, Iunonē pluraliter memorari voluisse.

Augu. Sed & in Psalmo dicitur. *Vendisti populum tuum sine pretio.* Et in propheta. *Gratis venditi estis, &c.* Quare ergo venditi, si gratis, & non potius donati? An forte scripturarū locutio est, vt dicitur venditus etiā donatus? Hic sensus optimus est ibi. *Gratis venditi estis.* Et: *Vēdidisti populum tuum sine pretio,* quia illi quibus tradidisti populū impij fuerunt non Deū colendo, tradi sibi populum meruerunt vt ipse cultus tanquam pretiū videretur. Quod vero dictū est

neque cum argento redimemini, nō ait, neque cum pretio, sed neque cum argento, vt pretiū redēptionis intelligatur sanguis agni immaculati. In argento enim propheta omnem pecuniā significauit, q̄a pretio sanguinis Christi, non pretio pecuniatio fuerant redimendi.

a Iratusque

Iratusq; dominus contra Israel tradidit eos in manus diripientiū. Qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus, qui habitabant per Gyrū, nec potuerunt resistere aduersarijs suis, sed quocunq; pergere voluissent, manus domini super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis, & vehementer afflicti sunt. Suscitauitq; dominus iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus, sed nec eos audire voluerunt fornicantes cum dijs alienis, & adorantes eos. Citò deseruerunt viam, per quam ingressi fuerant patres eorum, & audientes mandata domini, omnia fecere contraria. Cumq; dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorū gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. Postquā autem mortuus esset Iudex, reuertebantur, & multo faciebant peiora, quam fecerant patres eorum sequentes deos alienos, seruiertes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinventiones suas, & viam durissimā, per quam ambulare consueuerāt. Iratusq; est furor domini in Israel, & ait: Quia irritum fecit gēs ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire cōtempnit, & ego non delebo gentes quas dimisit Iosue, & mortuus est, vt in ipsis experiar Israel, vtrum custodiant viā domini, & ambulent in ea, si autem non custodierunt patres eorum, an non. Dimisit ergo dñs omnes nationes has, & citò subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

a Aug. Patet causa quare Iesus non deleuerit omnes gentes illas, vt essent, scilicet, in quibus isti probarentur, poterant autem prodesse si tentati in eis nō inuenirentur reprobi, & tales inuenirentur quales dominus esse præcepit, auterentur enim gentes si ita viuerent, nec bella eis necessaria essent.

a Verba scriptoris exponens quare non sint deletæ gentes illæ.

a Aug. qui fuerunt, scilicet cū Iesu viuerēt, illis enim mortuis surrexit generatio altera, quæ cepit offendere dominū, pro quibus probandis nō sunt deletæ gentes. Quasi non uideatur Iesus humano consilio gentes illas reliquisse.

a *Iratusq; dominus.* Orige. Cum quis Deo seruit, non tradit in manus diripientium, sed cū Deū dereliquit, & seruit passionib. suis, traditur passionib. ignominæ, & in reprobum sentum, vt faciat, quæ non conueniunt, quia repletus est iniquitate, nequitia, fornicatione, & huiusmodi. Si. n. peccamus domino, & voluptates nostras, & desideria velut Deū colimus, tradimur i manu diaboli Apostolica autoritate. Vñ ipse ait. *Tradidi huiusmodi Sathane in interi. um carnis, ut si vitus saluus fiat.* Non solū ergo per angelos tradit Deus delinquentes in manus inimicorum, sed etiam p̄ prælatos ecclesiæ, qui potestatem habent soluendi, & ligandi. Traduntur autē in interitum carnis, cum prodeltis a Christi corpore separantur. Traduntur autē dupliciter, cum delictū, scilicet, manifestū sit ecclesiæ, & per sacerdotes, quis de ecclesia pellitur, vt notatus ab hominibus erubescat, et conuerso eueniat quod sequitur. *Vt spiritus saluus fiat in die domini.* vel cum peccatum nō sit manifestum hominib. Deus autē, qui videt in occulto, videns eius mentē vitijs & passionib. seruientem, & in corde eius non se colit, sed auaritiā, aut libidinē, aut huiusmodi, talē ipse tradit Sathane. Auertit enī se, & refugit à cogitationib. suis malis, & desiderijs indignis, & relinquit domum cordis eius vacuā. Tunc immundus spiritus, qui exierat ab homine, inueniēs domum suam vacantem, & emundatā assumit alios septem spiritus nequiores se, et ingressi habitant ibi, et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic intelligēdum est Deum tradere quos tradit, nō quia ipse tradat aliquem, sed indignos derelinquit, nec habitat in eis. Anima autem tradita dicitur ex eo, quod Deo vacua inuenitur, & a spiritu nequam inuaditur. Vigilemus ergo, & nos à vitijs purgemus, vt Deum intra nos teneamus, ne diabolo tradamur.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- * **1 Iratusque dominus.** Hic consequenter ponitur transgressionis punitio, cum dicitur.
- 2 Tradidit eos,** quia bona filiorum Israel rapuerunt sibi, & corpora eorum vendiderunt hostibus extraneis: Cuius causa subditur cum dicitur.
- 3 Manus domini,** scilicet, ad flagellandum, sicut ante transgressionem fuerat super eos ad adiuvandum.
- 4 Suscitauitque dominus.** Hic consequenter ponitur punitio subleuatio, quia filij Israel in afflictione positi recurrerant ad dominum. *Quia vexatio dat intellectum,* & tunc Deus per iudices quos suscitabat præbebat eis remedium, sed postea

reuertebantur ad vomitum, & ideo reiterabatur diuina punitio, & iterum subleuatio modo prædicto, sicut patebit in sequentibus huius libri, cuius materia hic breuiter prælibatur, & patet litera vsque ibi.

5 Et ego. Experientia autem fit, vt cognoscatur aliquid ignotum, & ideo non experitur Deus aliquid, ad hoc, quod aliquid fiat sibi notum, cū nihil lateat ipsum, sed dicitur experiri aliquid, vt per hoc aliqua fiant nota alijs, quæ erant eis ignota, & hoc modo Deus experiebatur filios Israel in gentibus prædictis, quia quandā seruebant domino præuelebant eis, quando autem derelinquebant dominum, eis subiciebantur, & per hoc obedientia, & inobedientia filiorum Israel ad Deum hominibus erant notæ.

* CAP.

MORALITER.

- 4 Suscitauitque dominus.** Per istos iudices figurati fuerunt ecclesiæ sancti, potestates, & doctores, quorum precibus, & meritis, & laboribus de manibus demonum frequenter libera-

tus fuit populus Christianus, & aliquando à corporalibus inimicis, sicut per merita beati Basilii liberatus fuit a persecutione Iuliani Apostatæ, & per merita beati Syluestri à persecutione Constantini, & aliorum, qui tunc ecclesiam persequebantur, & consimilia facta sunt frequenter precibus, & meritis aliorum sanctorum.

* I Hæ

CAPVT III.

De sunt gentes, &c. Theodoretus. Cum duce Iofua bellum gereretur, vincebat populus, non sine arte militarem instructus, sed superne fretus auxilio. Nunc aut ait, non plane cunctos



bestia fera, mirum si non bestiales cupiditates, & libidines intelligi voluit, quae solent de repentino successu terrena felicitatis existere. Non enim Deus homines exterminare poterat, & bestias non poterat.

c Traadit. * Iosephus. Aduersa proueniebant Israelitis,

Li. 5 antiq. cap 7.

CAPVT III.

De sunt gentes quas dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israel, omnes qui non nouerant bella



Chananaeorum, & postea discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem praeliandi: quinq; patriarchas Philistinorum, omnemq; Chananaeum, & Sidonium, atque Heuuum, qui habitabant in monte Libano de monte Baal Hermo usque ad introitum Emath.

Chananaeorum, & postea discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem praeliandi: quinq; patriarchas Philistinorum, omnemq; Chananaeum, & Sidonium, atque Heuuum, qui habitabant in monte Libano de monte Baal Hermo usque ad introitum Emath.

Augu. Sarrapae dicuntur quasi parua regna quibus sarrapae praerant: quod nomen in illis partibus cuiusdam honoris est, vel tunc.

Augu. Non ut sciret Deus omnium cognitor etiam futurorum, sed ut ipsi scirent, & conscientia sua, vel gloriarentur, vel conuincerentur.

Dimisitq; eos, ut in ipsis experiretur Israel, utrum audirent mandata domini, quae praeceperat patribus eorum per manum Moysi, an non.

Itaque filii Israel habitauerunt in medio Chananaei, & Hethaei, & Pherezai, & Heuae, & Iebusae, & duxerunt uxores filias eorum, ipsiq; filias suas filijs eorum tradiderunt, & seruerunt dijs eorum.

Feceruntq; malum in conspectu domini, & oblitum sunt Dei sui seruientes Baalim, & Astaroth. Iratusq; contra Israel dominus, tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiae, serueruntque

ignati ex diffuetudine armorum. Ista enim fuit vna causa inter alias, quare dimissae sunt istae gentes, ut dictum fuit Ios. 13.

Quinq; scilicet, id est, regulos, vel principes secundum numerum quinque ciuitatum principalium, scilicet Azoti, Ged, Gaza, Ascalon, Accharon. Et dicuntur sarrapae, quasi satis parati, vel satis sapientes. Caetera patent ex dictis.

Itaque filii. Hic consequenter describitur tribulatio prima, quae fuit per regem Syriae. Circa quam primo describitur culpa filiorum Israel, cum dicitur.

Et duxerunt uxores. quod erat eis inhibendum. Deut. 7. g. Et serui. quia viri etiam sapientes aliquando trahuntur ad idolatriam per mulieres, ut dicitur de Salomone. 3. Reg. 11. Secundo subditur poena inflata, cum dicitur.

Iratusque contra Israel. Mesopotamia est ciuitas Syriae, & tunc erat metropolis huius regni, & dicitur Mesopotamia a mesos, quod est medium, & potamis, quod est fluuius, quae erat in medio duorum fluminum, ista tamen interpretatio est secundum idioma Graecum. In Hebraico enim habetur Aram naharaim, id est, Syriam duorum fluuiorum.

Et Sidoni. qui interpretatur venator, ideo signat carnis in fultum, quae continue sibi delectabilia venatur Iob. 39. Circumspicit montes pascuae suae, & videntia quaeque perquirunt.

Atque Heuae, qui habitabant in monte. qui interpretatur ferus vel pessimus, id signat diabolus, de quo dicitur. 1. Petr. 5. b. Aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circumit quaerens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Per talem enim resistenciam acquirunt fideles gloriae coronam. 2. Timoth. 2. a. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.

Tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiae, qui interpretatur nigredo tenebrosa, propter quod significat infernum, qui tenebat inclusos patres antiquos.

Tom. 2.

F 2

1 Et

1 Et

1 Et

1 Et

1 Et

1 Et

1 Et

1 Et

1 Et

NICOLAUS DE LYRA.

CAPVT III.



De sunt gentes. Postquam praemissa est huius libri praefatio, hic praenunciat descriptio historiae narratio, & primo historia textitur, secundo triplex casus inducitur. 17. c. Prima autem diuiditur in septem partes, secundum septem tribulationes quas passi sunt filii Israel pro peccatis suis, & a quibus penitentia ducti liberati sunt, per septem iudices sibi succedentes. Duae primae tanguntur in hoc. c. tertia. c. 4. quarta. c. 6. quinta. c. 9. sexta. c. 11. ca. 13. Praesens autem c. diuiditur in duas partes, secundum duas tribulationes, quae in eo tanguntur, scilicet ibi. Addiderunt autem. Circa primum ponitur ad praedicta continuatio, scilicet describitur prima tribulatio, ibi. Itaque filii Israel. In fine praecedentis c. huius, quod Deus dimisit gentes inter filios Israel, ut experiretur eorum obedientiam, & inobedientiam, & id in principio huius c. per modum continuationis ad praedicta ostenditur, quod fuerunt illae gentes, cum dicitur. Haec sunt, scilicet quae postea nominantur.

Quas dominus, scilicet quantum ad artem praeliandi, ne fierent ignaui

MORALITER.

Haec sunt gentes, quas dominus dereliquit, &c. scilicet, in exercitio praeliandi. Per quas spiritualiter intelliguntur ea, quae nos impugnant de peccatis, & resistendo viriliter in spiritualibus praeliis erudimur.

Quinq; scilicet. Per quos intelliguntur quinq; sensus exteriores nos ad vitia impellentes. Thre. 3. f. Oculum meum de praedatus est animam meam. & sicut est de visu, ita est de alijs sensibus. propter quod dicitur Iere. 9. f. Ingressa est mors per fenestras meas. Omnemq; Chananaeum. qui interpretatur commutatus propter, quod signat mundum in continua mutatione positum cuius concupiscentia nos impugnat.

† Et

† Et Sidoni. qui interpretatur venator, ideo signat carnis in fultum, quae continue sibi delectabilia venatur Iob. 39. Circumspicit montes pascuae suae, & videntia quaeque perquirunt.

† Atque Heuae, qui habitabant in monte. qui interpretatur ferus vel pessimus, id signat diabolus, de quo dicitur. 1. Petr. 5. b. Aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circumit quaerens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Per talem enim resistenciam acquirunt fideles gloriae coronam. 2. Timoth. 2. a. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.

Tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiae, qui interpretatur nigredo tenebrosa, propter quod significat infernum, qui tenebat inclusos patres antiquos.

Tom. 2.

F 2

1 Et

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

7. in

A tempta se in superbiam extulerunt, q̄ in conspectu Dei valde est odiosa. Initium. n. discedendi à Deo superbia. *Deus autē superbis resistit, & humilib. dat gratiam.* Si quis ergo Chri humilitate despecta, (qui pp nos cum Deus esset hō, factus est humiliatus vsque ad mortem) extollitur, & vsque ad po-

Eccl. 10. b.
Iaco. 4. b.
Philip. 2. a.

+ De pœnitē.
dist. 1. c. vide.

† Roborata
est manus ei
super cū Heb.

Eccl. 25. a.

Homil. 3. in li.
Iudi.

restates, & dignitates seculi p̄ filit, & artes quibus assequatur etiam si contra fidem, & religionem sint non refugit, euenit, vt malum faciat in conspectu domini, & cum summas adeptus fuerit infulas potestatum, & ad ipsa superbia fastigia summa cōscenderit, inde deiectus traditur Chusan Rasathaim, vni, sacreorum principum, sicut alibi Pharaoni, & alibi Chiram, vt humiliet eū, qui nimis fuerat exaltatus, & affligat donec resipiscat, & querat dominū, qui cum esset in superbia ignorabat eū. Postest quisque etiam paruus, vel minimus, etiam si nulla dignitate vsus superbia vitio laborare, & nihil tam fœdū tā ex crabile, quam pauper supbus, & diues mendax. Penetrat ali quando morbus superbia ipsum sacerdotale, & Leuiticū ordinē, & in nobis, qui ad exēplum humilitatis positi sum⁹, & in circulo altaris velut specula quædam intuentib. arrogantia vitium feret, & de altari domini, quod debet incensu suauitate flagrare, odor teterimus superbia renidet.

C * *Et clamauerunt ad dominum, &c.* Procopius. Clamor hic laudem meretur, quoniam ex resipiscētia est profectus. De qua Dauid quoque ait. *Domine, clamauit ad te, exaudi me.* Item. *De profuudis clamauit ad te, &c.*

Origenes. Vide benignum dominum misericordiam cum seueritate miscentem, & pœnæ modū iusta, & clemēti deliberatione pensantem, non in perpetuum tradidit delinquentes, sed quanto inquit, tempore seruiert Baalaam, tanto seruiert Chusan Rasathaim, id est, octo annis. Disce hæc, qui errasse te cognoscis, & quanto tēpore peccasti, tanto humilia te ipsum Deo in confessione pœnitentiæ, nō expectes, vt humiliet te Chusan Rasathaim, & inuito necessitas extorqueat pœnitētiā, Præueni tortoris manus, quia si te ipse correxeris, pius est dominus, q̄ vindictā temperet ei, qui illam pœnitendo præuenit. Notandum autē, quia dum seruirent

seruirent Chusan Rasathaim, & non clamarent ad dominū, nemo suscitatus est, qui saluare eos posset. Cū ergo clamauerunt, suscitauit eis saluatōrē Othoniel, qui interpretatur tēpus mihi Dei, per quem ille popul⁹ de seruitute ereptus est, & pax populo reddita, quam superbia, & diuersa plebis facinora fugauerant. Videtur autem mihi Othoniel vnus esse de militia celesti, & archagelicis turmis, qui ad auxilium eorum mittuntur, qui hæreditatem capiunt salutis. Sunt enim angeli saluatores, qui per Othoniel, vel Aioth designantur.

a *Quantum, scilicet, seruirent Baalim, debet enim afflictio pœnitentiæ esse secundum quantitatem culpæ.* b *Clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos, & eduxit eos de tenebris, &c.* c *Nō clamauerunt non suscitaretur eis saluator.* d *In tribulatione positi.*

ei octo annis. † Et clamauerunt ad dominum,

a *Aug. Nota quod hominem saluatōrem dicit per quem Deus saluat.* b *Ille theologice species, scilicet, hyperbari.*

qui suscitauit eis saluatōrem, & liberauit eos,

a *Aliquem, s. archangelorum missum in auxilium eorum, qui hæreditatem capiunt salutis.* b *Lxx. Othoniel, quod est tempus mihi Dei.* c *Cuius familiaris, cuius nobilitatis sit ostenditur.* d *Viri, scilicet mirabiles, qui solus Iosue fuit.*

Othoniel videlicet filium Cenez fratrem Caleb

minorem, fuitque in eo spiritus domini, & iu-

a *Qui spiritus domini erat cum eo.*

dicauit Israel. Egressusque est ad pugnam, & tra-

didit dominus in manus eius Chusan Rasathaim regem Syriae, & † oppressit eum. Quie-

uitque terra quadraginta annis, & mortuus

est Othoniel filius Cenez. Addiderunt autem

filij Israel facere malum in conspectu domini,

a *Vides, quia peccata nostra vires hostibus præbent, & reddunt, quando malum facimus in conspectu domini, & confortantur a domino aduersarii nostri. In spiritualibus quoque contrariæ virtutes non inuale scerent contra nos, nec ipse zabalus nisi ei vires ex nostris vitiis præberemus, & locum ei introeundi, & dominandi in nobis peccando faceremus. Vnde: Nolite locum dari.*

qui confortauit aduersum eos Eglon regem

Regum, in quo dicitur quomodo quisque regum regnauerit, & quid egerit etiam malum, vt ecclesie, scilicet, principes, vel iudices bona eorum imitentur, mala caueant.

b *Addiderunt autē filij Israel, &c.* Iosephus. Othoniele mortuo, denuo res Israelitarum sine principe vexabantur. Et dum honorem Deo non ferrent, nec legibus obedirēt, magis, ac magis afflictionib. subiacebant, ita vt Eglon rex Moabitum, despiciens inhonestam conuersationem eorum, bellum eis inferret, & multis eos prælijs obtineret ac subderet. Constituens autem sibi regnum in Hiericho, nihil mali reliquit, quod populo non imposuit.

c *Confortauit aduersum eos, &c.* Procopius. Secessio Dei, hostibus vires suppeditauit.

* **HIERONYMVS.** Iniquitatibus nostris barbati fortes sunt.

Regum, in quo dicitur quomodo quisque regum regnauerit, & quid egerit etiam malum, vt ecclesie, scilicet, principes, vel iudices bona eorum imitentur, mala caueant.

b *Addiderunt autē filij Israel, &c.* Iosephus. Othoniele mortuo, denuo res Israelitarum sine principe vexabantur. Et dum honorem Deo non ferrent, nec legibus obedirēt, magis, ac magis afflictionib. subiacebant, ita vt Eglon rex Moabitum, despiciens inhonestam conuersationem eorum, bellum eis inferret, & multis eos prælijs obtineret ac subderet. Constituens autem sibi regnum in Hiericho, nihil mali reliquit, quod populo non imposuit.

c *Confortauit aduersum eos, &c.* Procopius. Secessio Dei, hostibus vires suppeditauit.

* **HIERONYMVS.** Iniquitatibus nostris barbati fortes sunt.

Regum, in quo dicitur quomodo quisque regum regnauerit, & quid egerit etiam malum, vt ecclesie, scilicet, principes, vel iudices bona eorum imitentur, mala caueant.

b *Addiderunt autē filij Israel, &c.* Iosephus. Othoniele mortuo, denuo res Israelitarum sine principe vexabantur. Et dum honorem Deo non ferrent, nec legibus obedirēt, magis, ac magis afflictionib. subiacebant, ita vt Eglon rex Moabitum, despiciens inhonestam conuersationem eorum, bellum eis inferret, & multis eos prælijs obtineret ac subderet. Constituens autem sibi regnum in Hiericho, nihil mali reliquit, quod populo non imposuit.

c *Confortauit aduersum eos, &c.* Procopius. Secessio Dei, hostibus vires suppeditauit.

* **HIERONYMVS.** Iniquitatibus nostris barbati fortes sunt.

Regum, in quo dicitur quomodo quisque regum regnauerit, & quid egerit etiam malum, vt ecclesie, scilicet, principes, vel iudices bona eorum imitentur, mala caueant.

b *Addiderunt autē filij Israel, &c.* Iosephus. Othoniele mortuo, denuo res Israelitarum sine principe vexabantur. Et dum honorem Deo non ferrent, nec legibus obedirēt, magis, ac magis afflictionib. subiacebant, ita vt Eglon rex Moabitum, despiciens inhonestam conuersationem eorum, bellum eis inferret, & multis eos prælijs obtineret ac subderet. Constituens autem sibi regnum in Hiericho, nihil mali reliquit, quod populo non imposuit.

c *Confortauit aduersum eos, &c.* Procopius. Secessio Dei, hostibus vires suppeditauit.

* **HIERONYMVS.** Iniquitatibus nostris barbati fortes sunt.

Regum, in quo dicitur quomodo quisque regum regnauerit, & quid egerit etiam malum, vt ecclesie, scilicet, principes, vel iudices bona eorum imitentur, mala caueant.

b *Addiderunt autē filij Israel, &c.* Iosephus. Othoniele mortuo, denuo res Israelitarum sine principe vexabantur. Et dum honorem Deo non ferrent, nec legibus obedirēt, magis, ac magis afflictionib. subiacebant, ita vt Eglon rex Moabitum, despiciens inhonestam conuersationem eorum, bellum eis inferret, & multis eos prælijs obtineret ac subderet. Constituens autem sibi regnum in Hiericho, nihil mali reliquit, quod populo non imposuit.

c *Confortauit aduersum eos, &c.* Procopius. Secessio Dei, hostibus vires suppeditauit.

* **HIERONYMVS.** Iniquitatibus nostris barbati fortes sunt.

NICOLAUS DE LYRA.

* **1** *Et clamauerunt, &c.* vexati, & nimis afflicti. Tertio subditur subleuantis misericordia cum dicitur.

2 *Qui suscitauit eis, &c.* & patet litera vsque ibi.

3 *Qui uenitque ter.* In istis tamen quadraginta annis includuntur octo anni afflictionis prædictæ, aliter non haberetur certus numerus annorum foundationis templi per Salomonem prout describitur 3. Reg. 6. quia tempus ibi determinatum computatur per tempora Iudicum, & Regum, qui fuerunt vsque

vsque ad tempus illud, prout declarabitur domino concedente, quando veniemus ad locum illum.

4 *Addiderunt.* Hic ponitur secunda tribulatio, quæ fuit per regem Moab, quæ primo describitur, & secundo de tertio iudice additur, ibi: *Post hunc, &c.* Circa primum primo describitur filiorum Israel culpa cum dicitur: *Addiderunt autem.* Secundo subditur pœna, cum dicitur.

5 *Qui confortauit aduersum eos Eglon regem, &c.* ad eos debellandum.

* **1** Et

MORALITER.

1 *Et clamauerunt ad dominum qui.* cum magno desiderio querentes liberari.

2 *Qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos Otho.* qui interpretatur signum Dei, ideo signat Christum, de quo dicitur Esaiæ 11. capitu. *Radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, ipse namque patres sanctos de inferno liberabit.*

4 *Addiderunt autem filij Israel facere malum in.* qui confortauit aduersum eos Eglon, qui interpretatur rota. ideo signat vitium

instabilitatis, cui subiacebant filij Israel. Nam habita modica prosperitate eleuabantur in superbiam contra dominū ad idololatriam declinantes, & aduersitate occurrente deiecebantur nimis per tristitiam, ideo Deus suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, de quo subditur, quod vtraque manu utebatur pro dextera. **MORALITER** autem talis est, qui bene se habet in prosperis, & aduersis, quia de prosperis non eleuatur per superbiam, sed magis humiliatur Deo gratias agendo, & indignum se tantis bonis reputando. Similiter in aduersis non frangitur per impatientiam, sed magis in bono per virtutem patientiæ firmatur, & sic Eglon, id est, instabilitatis vitium superatur.

D

E

F

F

Li. 5.
cap. 7.

Comm.

Epistol.
Helioid.

a Seruic-

A *seruieruntq; filij Israel.* Adaman. Post decem, & octo annos iterum clamauerunt filij Israel ad dominū, & suscitauit eis saluatorē Aod filium Gera, filij Iemini, virum ambidextrum. Qui suscitatur ad saluandū Israel nihil hēt in se sinistrum, sed vtrāque manū dexterā, dignus populi princeps,

B *quiritatis, nescio vos, ite in ignē eternum, &c.*

C *Adamantius.* Etiam menturas penē indicat diuina scriptura supra octo annis, hic de cem, & octo dicit. Certum est autem, quia secundum modū peccati, & conuersionis moram, etiam castigationis tempora terminantur, transierūt enim, & isti decem, & octo anni seruitutis, & nō dicitur, quā clamauerunt ad dominum, vel cōuersi sunt à malitia sua, sed post.

D *Saluatorem.* ADAMANTIVS. Saluatores, vel iudices qui ad liberandos filios Israel suscitantur, principes celestis militiae significant, quos emit tit Deus ad subsidium eorum qui ad se toto corde clamaerunt, & diuinam clementiam erga se conuersione penitētię flexerūt. Scriptum est enim, quia cum multo tempore seruissent Pharaoni patres nri, clamauerāt ad dominum, ita

vt ipse diceret: Clamor filiorum Israel ascendit ad me. & misso Mose visibiliter eduxit eos.

Angelus quoque exterminator missus est, qui omnia primogenita Aegypti vastaret. Israelitarum verò neminem tangeret, & sic patet virtutem cœlestem fuisse, quā vastatis Aegyptijs filios Israel de seruitute eduxit. Sub rege

ge etiam Assyriorum Sennacherib, angelus domini mittit, qui prostratis vna nocte centū octuaginta milibus hostiū, & vrbe ab obsidione, & populū ab interitu liberauit. Similiter ergo quādo peccamus, vel pro peccatis in captiuitatem tradimur, clamemus ad dominum non ore, sed mente, vt dolor cordis fontē lachrymarū producat ex oculis. Sicut ille, qui ait: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Si ita conuertimur a malis, vt vltra nō contingamus ea, mittet nobis dominus virtutem suam celestem, per quā liberemur a seruitute Zabolica, quā omnia pro nobis agat, dextera, & prospera, quā faciat nos relinquere viam sinistram, quā ducit in perditionem, & reuocet nos ad viam dexteram, quā dicit: *Ego sum via veritas, & vita.*

Moab, quia fecerunt malum in cōspectu eius.

Et copulauit sibi filios Ammon, & Amalec abijtq; & percussit Israel, atq; possedit vrbe palmarum. Seruieruntq; filij Israel Eglon regi Moab decem, & octo annis, & postea clamauerunt ad dominum. Qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, filium Gera, filij Iemini

† qui vtrāque manu pro dextera utebatur. Miserantque filij Israel per illum munera Eglon regi Moab. Qui fecit sibi gladium ancipitem † habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo subter sagum in dextro femore: Obtulitque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. Cumq; obtulisset ei munera, † profecutus est socios, qui cum eo venerant, & reuersus de Galgalis vbi erant † idola, dixit ad regem: Verbum secretum habeo ad te ò rex. Et ille imperauit silentium. Egressisque omnibus, qui circa eum erant, ingressus est Aod ad

nitaram regem, qui interpretatur fluxus, vel effusio. Fluxæ ergo, & dissolutæ gentis quis est princeps, vel dux, nisi sermo illius philosophiæ, quæ summum bonum iudicat voluptatem? Quem interficit euangelicus sermo, & propheticus, qui gladio comparatur, qui in ventre eorum,

† habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo, &c. Hoc non est in Hebræo, sed illud, quod sequitur immediate coniungitur literæ præcedenti sic. Fecit sibi gladium ancipitem longitudinis palmæ manus. In Hebræo habemus. Longitudinis parua, ad hoc, quod minus appareret, vt de subditur.

13 Et accinctus est eo subter sagum, &c. idest, pallium militare, vt dicunt expositores communiter, tamen in Hebræo habetur. In dextro femore, quia melius iuuabat se de sinistra, secundum, quod dicunt Hebræi. Illi autem, qui melius se iuuant de dextera, cingunt gladium ad partem sinistram. Secundum autem translationem nostram, quæ dicit, quod æqualiter se iuuabat de vtrāque manu, dicunt expositores, quod hoc fecit ad hoc, vt minus appareret gladius, vel vt videretur in armis in expertus.

14 Cumque obtulisset ei munera, profecutus est socios, qui cum eo venerant. Hic consequenter describitur ipsius Eglon interfecit, & modus interfecit, quia Aod non interfecit eum statim, sed recessit inde facta sua legatione, & hoc est, quod dicitur. Cumque obtulisset ei, &c. ad deferendum munera prædicta.

15 Et reuersus de Galgalis vbi erant. Vsq; ad illum locū redierat cum socijs suis, sed q̄ vidit idola, quæ Eglon posuerat in Galgalis, quem locum Hebræi reputabant sanctum, eo quod ibi primo manserant post transitum Iordanis, & circūcisi fuerant; & pascha celebrauerant, vt habetur Iosue 4. & 5. quia arca testamenti, & tabernaculum fuerunt ibi quosq; translata fuerunt in Silo, vt dictum fuit Iosue 18. quod fecerat Eglon in contemptū loci sacri, sicut Antiochus Epiphanes posuit idolum in templo domini, vt habetur 1. Machab. 1. c. ex hoc fuit accensus Aod ad reuertendum, vt interficeret Regē Eglō.

16 Verbum secretum habeo ad te ò rex. Et accipitur hic verbum pro re significata verbo, quia intendebat eum occidere in secreto. In aperto enim non poterat propter adstantes.

17 Et ille imperauit silentium. inuendo, quod omnes exiret, vt patet per literam sequentem.

† Hebraice ad uerbum sic legitur, sinistra manus dextera eius, quod recte videtur vertisse interpres, vt ex 20. ca. huius probari potest, vbi eadem verba leguntur.

LXX. virum ambidexterū. Alij virtute iuxta Hebræorum commentaria, qui dextera manu nihil efficiebat, sed sinistra: alij, qui sinistra utebatur vice dexterae: † dimisit populum, qui deuterat munus.

† Aug. Non mentitur, factum enim uerbum appellatur, & factum factum erat et ad regem.

† Rotatus, vel orbita, hic est sermo philosophiæ, quæ summum bonum iudicat voluptatem.

† Aug. Non mentitur, factum enim uerbum appellatur, & factum factum erat et ad regem.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et copulauit. idest, fœdere iunxit.

2 Filios Ammon, & Amalec. vt esset potentior contra filios Israel.

3 Atque possedit vrbe palmarum. idest, Iericho, non quia esset reedificata, sed quia accepit totum territorium illud, vnde filij Israel territi reddiderunt ei tributum, ideo subditur.

4 Seruieruntque filij Israel Eglon regi, &c. Tertio subditur penitentia, cum dicitur.

5 Et postea clamauerunt ad dominum. nimis afflicti de tyrannide Eglon. Quarto subiungitur Dei misericordia, cum dicitur.

6 Qui suscitauit eis saluatorem, &c. Circa, quod sciendum, quod iste Aod liberauit populum per hoc, quod interfecit regem prædictum, quando missus fuit ad reddendum ei tributum. Primo igitur describitur ipsius Aod conditio, secundo eius legatio, ibi. Miseruntque filij, tertio Eglon interfecit, ibi. Cumque obtulisset, quarto exercitus Eglon debellatio, ibi. Aod autem. Circa primum conditio Aod describitur ex genere, cum dicitur.

7 Filium Gera, filij Iemini. Ex hoc habetur, quod erat de tribu Benjamin, secundo describitur quantum ad personam, cum dicitur.

8 Qui vtrāque manu pro dextera, &c. idest, ita faciliter, & fortiter utebatur sinistra, sicut, & dextera. Hebræi autem dicunt sic. Debilis manu dextera, non quod esset impotens in illa parte, sed quia melius, & promptius iuuabat se de sinistra. Et tales aliquando sunt optimi bellatores, quia tanto minus potest præuideri ielus eorum, quanto magis est inconsuetus.

9 Miseruntque filij Israel, &c. Hic consequenter describitur eius legatio cum dicitur. Miseruntque filij Israel idest Israel per illum. tanquam per solennem nuntium.

10 Munera Eglon regi Moab, idest, tributum.

11 Qui fecit sibi gladium, &c. idest, sciendentem ex vtroque latere.

12 Habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo, &c. Hoc non est in Hebræo, sed illud, quod sequitur immediate coniungitur literæ præcedenti sic. Fecit sibi gladium ancipitem longitudinis palmæ manus. In Hebræo habemus. Longitudinis parua, ad hoc, quod minus appareret, vt de subditur.

13 Et accinctus est eo subter sagum, &c. idest, pallium militare, vt dicunt expositores communiter, tamen in Hebræo habetur. In dextro femore, quia melius iuuabat se de sinistra, secundum, quod dicunt Hebræi. Illi autem, qui melius se iuuant de dextera, cingunt gladium ad partem sinistram. Secundum autem translationem nostram, quæ dicit, quod æqualiter se iuuabat de vtrāque manu, dicunt expositores, quod hoc fecit ad hoc, vt minus appareret gladius, vel vt videretur in armis in expertus.

14 Cumque obtulisset ei munera, profecutus est socios, qui cum eo venerant. Hic consequenter describitur ipsius Eglon interfecit, & modus interfecit, quia Aod non interfecit eum statim, sed recessit inde facta sua legatione, & hoc est, quod dicitur. Cumque obtulisset ei, &c. ad deferendum munera prædicta.

15 Et reuersus de Galgalis vbi erant. Vsq; ad illum locū redierat cum socijs suis, sed q̄ vidit idola, quæ Eglon posuerat in Galgalis, quem locum Hebræi reputabant sanctum, eo quod ibi primo manserant post transitum Iordanis, & circūcisi fuerant; & pascha celebrauerant, vt habetur Iosue 4. & 5. quia arca testamenti, & tabernaculum fuerunt ibi quosq; translata fuerunt in Silo, vt dictum fuit Iosue 18. quod fecerat Eglon in contemptū loci sacri, sicut Antiochus Epiphanes posuit idolum in templo domini, vt habetur 1. Machab. 1. c. ex hoc fuit accensus Aod ad reuertendum, vt interficeret Regē Eglō.

16 Verbum secretum habeo ad te ò rex. Et accipitur hic verbum pro re significata verbo, quia intendebat eum occidere in secreto. In aperto enim non poterat propter adstantes.

17 Et ille imperauit silentium. inuendo, quod omnes exiret, vt patet per literam sequentem.

A rum, & in imis p̄cordijs ambi dextri doctoris disputationib. concluditur, vt veritatis eos assertione cōcludēs, extinguat omnē prauū dogmatis, & crassā intelligentiā sensum, q̄ se extollit p̄ spirituale scientiam Christi, ut hoc faciens, & dimicās in verbo Dei, oīs ecclesie iudex fiat laudabilis Aod,

Math. 23. c. cui dicit à Domino: *Euge serue bone, & fidelis, quia supra pauca fuisi fidelis, supra multa te constitutam.*

Quæst. 20. in lib. Iud. **A**ugust. Quod Aod dixit Eglon, *Verbum Dei ad te, & c.* intelligendū est hoc illi Deum vt faceret, præcepisse, qui eū populo suo excitauerat saluatore, sicut illis temporib. talia fieri diuinitus oportebat.

In Ps. 90. **H**ieronym. Aior propterea dicitur duas dexterās habuisse, quia iustus erat, & interfecit illum pinguisimum Regem.

Lib. 6. histo. cap. 1. **S**ozomenus. Iulianum imp. apostatā miles Romanus hasta confodit, iniquo animo ferens, illū temeritate, & audacia exercitum Romanū in tanta pericula coniecisse.

Lib. 5. anti. cap. 8. **I**osephus. Iuuenulus Aoth, de tribu Benjamin, audacia fortissimus, & corpore ad exercenda opa robustus, in leua manu maximā fortitudinē habens, Egloni factus est notus & charus, cum regiē quiescerent custodia, pp̄ æstum, & cunctis ad prandia recedentibus, regiū cubiculū petijt, cūque ei terror ingressus fuisset ne eum fortissimē percutere valeret, relaturum se ei ex Dei p̄cepto somniū dixit. Cūque ille lætus pro somniū recitatione surrexisset, Aoth eum in corde percussit, & c.

Quæst. 73. in Script. **A**nastasius Nicenus, ex Basilio in Afericis. Mores in fidiōsi, fallaces, & dolosi eorū qui dānum alijs machinātur, sic diaboli fraus aduersus hominem, Cain aduersus Abēlem, Iezabel aduersus Nabothē, & Deo sunt odiosi, & hominibus. De iustis autem insidijs dolo, qui male, sed sapienter, & iuste celat, artificiosam præ se fert speciem

ciem, & tria faciens insidiosis, & dolosis, & fallacib. hominib. suam & aliorum utilitatem tanquā scopum sibi proponens, primum exemplum sit Moyses, qui iussu Dei præse tulit, quod viam trium dierum abducturus esset populū ad Deū colendū, quamquam eius esset propositum, oīno

eum. Sedebat autem in æstiuo cœnaculo solus.

^a Quia præceperat ei Deus hoc facere, quem populo suo saluatorem excitauerat.

Dixitq̄: Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. Extenditque Aod sinistram

^a Sermonem euangelicum, vel propheticum.

manum, & tulit sicam de dextro femore suo,

^a Disputando, scilicet, vt extingueret omnem prauū dogmatis, & crassā intelligentiā sensum.

infixitque eam in ventrem eius tam validè, vt

capulus sequeretur ferrū in vulnere, ac pinguisimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium,

sed ita, vt percussit reliquit in corpore, statim

que per secreta naturæ alui stercora proruperunt.

Aod autem clausis diligentissimè ostijs cœnaculi, & obfirmatis fera per posticū egres-

sus est. Seruique Regis ingressi, viderūt clausas

fores cœnaculi, atque dixerunt. Forsitan purgat

alium in æstiuo cœnaculo. Expectantesq̄; diu

donec erubescerent, & videntes, quod nullus

aperiret, tulerunt clauem, & aperientes inue-

nerunt Dominū suum in terra iacentem mortuum.

Aod autem dum illi turbarentur, effugit, & pertransijt locum idolorum vnde reuer-

sus fuerat. Venitque in Seriath, & statim in-

sonuit buccina in monte Ephraim. Descenderuntque cum eo filij Israel ipso in fronte gra-

diente. Qui dixit ad eos. Sequimini me. Tradidit enim dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descēderuntq̄; post eū, &

occupauerunt vada Iordanis, quæ transmittunt in Moab, & non dimiserūt transire quenquam,

sed percusserūt Moabitas ī tēpore illo circiter

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

Proinde aut alia clavis allata est, aut tale genus clausurę fuit quod sine clauis possēt claudi, nec sine clauis aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea, quæ verudata dicuntur.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Verbum Dei habeo ad te. Quasi dicat, oportet, q̄ surgas propter reuerentiam verbi Domini. Nec oportet hic Aod de mendacio excusari, maxime, quia illud mendacium non fuit perniciosum, sed magis officiosum, quia fuit ordinatum ad interfectionē idololatrę pessimi, & tyranni super populum Dei, propter quod commendatur Aod, non autem propter mendacium, sicut Exod. 1. commendantur obstetrices, eo quod saluauerunt pueros Hebræorum, non autem propter mendacium, quod dixerunt Regi mendaciter se excusantes.

2 Et tulit. Id est, gladium, qui sic nominatur à sonitu quē facit quando de vagina extrahitur.

3 Vt caput. Capulus est manubrium sic factum, quod supereminet vaginæ.

4 Nec eduxit. Tum quia retentus erat in adipe, tum quia festinauit fugere.

5 Alui stercora proruperunt. In his enim, qui moriuntur violenter egestiones solent exire, sicut suspensi emittunt urinam, vel aliquod tale.

6 Aod autem. Ne aliquis intraret ad Regem, & inueniret ipsum mortuum, donec esset elongatus.

7 Et obfirmatis. Infra dicitur, quod serui Regis tulerunt clauem

clauem ad aperiendum ostium. Et ideo dicendum, quod plures erant ibi clauis, quarum vnam tantum Aod secum portauit, vel quod ostium sic erat factum, quod per impulsionem claudebatur, sed non poterat aperiri sine clauis, sicut modo fit in pluribus ostijs.

8 Per posticum. In Hebræo habetur misderonah, id est, porticum, quæ solet fieri in domibus magnatum. Et videtur litera nostra corrupta per scriptores propter similitudinem literarum.

9 Seruique. Non cœnaculum in quo erat Rex, vt patet in textu, sed porticum, quæ erat ante, à qua se aliquantum elongauerat, & post exitum Aod ibidem redierunt, stantes ibi per aliquod spatium temporis, propter causam, quæ exprimitur in textu, & patet litera.

10 Venitque, & cetera. Hic consequenter describitur debellatio exercitus Eglon, quia videntes ex insperato Regem mortuum, fugit mens, & consilium ab eis, vt de exercitu Holofernis dicitur Iudith 15. quando sciuerunt eum mortuum, & ideo Aod potuit eos cum paucis debellare, ideo dixit ad socios.

11 Sequimini me. Id est, locum illum per quem homines poterant transire de terra promissionis in terram Moab. Eglon enim cum suo exercitu acceperat partem terræ promissionis, vt patet ex supradictis, & ibi erat. Cetera patent.

1 Post

a Post hunc. Adamant. Lxx. Semgar. i. ibi aduena. Omnes enim homines Dei aduena sunt in hoc mundo, sicut ille, q dicebat. *Aduena ego sum, in terra apud te, & peregrinus, sicut oēs patres mei.* Hūc ergo Semgar spūs fanctus ibi aduena dicit, i. hic, q enim spiritu fancto, qui i celis est ibi est, nobis hic est.

2 Thola. Patruus est frater patris, & ideo secundum istam translationem Phua fuit frater Gedeonis. Sed sequens littera videtur repugnare, cum dicitur, Vir de Issachar. Gedeon autem fuit de tribu Manasse, ut dictum est supra. 6. ca. tribus autem erant in communi. Ad quod potest dici quod in communi tribuum fuit sub præcepto, ne commiscerentur sortis hereditatum, ut dictum fuit Num. 35. ideo mulieres quæ nõ habe-

habebant hereditatem, poterant nubere cum viris alterius tribus, ut dictum fuit ibidem: quia ex hoc non sequebatur commisitio fornicum.

Mater autem Gedeonis secundum ista fuit huius conditionis: sic successiue cõtraxit vni viro de tribu Manasse: & alteri de Issachar. Sciendum tamen quod vbi translatio nostra habet Phua patruus Abimelech: in Hebræo habetur filij Dodo. & secundum Hebræos est hoc nomen proprium patris ipsius Phua. & secundum hoc non oportet accipere quod Phua & Gedeon fuerunt fratres ex parte matris. Sciendum etiam quod Dodo apud Hebræos est etiam nomen commune, & significat patrum suum, & secundum hoc processit translatio nostra. Sicut in Latino idem nomen aliquando est proprium & commune, & quicquid tamen: sicut hoc nomen Romanus aliquando accipitur pro proprio nomine vnius hominis, aliquando pro nomine adiectiuo communi ad omnem hominem Romanum, translatio autem nostra discrepat hic ab Hebræica, ut patet per prædicta.

3 Hunc Iair. Hic describitur tempus secundi iudicis. Et patet littera vñ se ibi.

4 Sedentes. id est, mulos, secundum translationem istam. In Hebræo non additur asinarum, & ideo secundum doctores Hebræicos per pullos intelliguntur hic equi iuuenes electi.

Filij

MORALITER.

1 Post Abimelech. In hoc capitulo mihi non occurrit aliquid exponendum mystice quod sit alicuius momenti: propter quod pertransco.

ponendum mystice quod sit alicuius momenti: propter quod pertransco.

A *Filii autem* a *† Filij autem* Israel, &c. Iosephus, Res equidem Hebræorum ad inhonestam vitam, & iniuriam Dei legumque terebantur. Quos Ammonitæ despicientes & Palestini, magno exercitu provinciam devastabant: omnemque regionem trans Iordanem detinentes, reliqua comprimere præsumebant.

B *Peccauimus* b *redde tu nobis,* &c. Tertullia. Dei misericordia ipsum Israel toties restituit, quoties iudicauit: toties refouit, quoties & increpauit.

C *Theodore-* tus. Clamauerunt

† Filij autem Israel *† peccatis* veteribus iungentes noua fecerunt malum in conspectu domini, & seruerunt idolis Baalim, Astaroth & dijs Syriæ ac Sidonis & Moab & filiorum Ammon, & Philisthijm: dimiseruntque dominum & non coluerunt eum. Contra quos dominus iratus tradidit eos in manus Philisthijm & filiorum Ammon, afflictique sunt, & vehementer oppressi per annos decem & octo omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrhæi, quæ est in Galaad, in tantum ut filij Ammon Iordane transmissio vastarent Iudam & Beniamin, & Ephraim. Afflictusque est Israel nimis. Et clamantes ad Dominum dixerunt: Peccauimus tibi, quia dereliquimus te, Dominum Deum nostrum, & seruiimus Baalim. Quibus locutus est Dominus: Nunquid non Aegyptii & Amorrhæi, filiique Ammon & Philisthijm, Sidonii quoque & Amalec & Chanaan oppresserunt vos, & clamastis ad me, & erui vos de manu eorum? Et tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos. Idcirco non addam ut ultra vos liberem. Itē & inuocate deos quos elegistis. Ipsi vos liberent in tempore angustiarum. Dixeruntque filij Israel ad Dominum: peccauimus, redde tu nobis quicquid placet: tantum nunc libera nos. Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idola proiecerunt, & seruiuerunt Domino Deo, qui doluit super miseriis eorum. Itaque filij Ammon *† conclamantes* in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filij Israel in Maspha castrametati sunt: Dixeruntque principes Galaad singuli ad proximos suos; Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

1 runt ad Deum D
2 cōseruatorem † rursus.
3 seipfos accusan-
4 tes quod reli-
5 cto beneficio
6 ac vero Deo,
7 falsos coluisset.
8 At posteaquā
9 Dominus in-
10 gratum eorum
increpauit ani-
mum (multi-
plicem prouid-
entiam eius E
3 sapius exper-
4 ti, idolorum
cultum, præ-
5 posuerant) &
6 comminatus † Mahon-
7 est se nullas
8 post hac laturum
9 suppetias, † vestra
10 Vbi inquam
suas iniquitates
cōfessi sunt,
alienosque De-
os abstulerunt
ē medio, ser-
uantes Domi-
no, beneficentiam
eius per-
tulerunt. † conuenien-
tes vel congre-
gati.

F
Cap.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Filij au.* Hic consequenter describitur tempus tribulationis. ubi primò describitur culpa cum dicitur: *Filij au.* quæ explicantur magis in particulari, cum dicitur.

2 *Et seruerunt idolis.* Et nominantur hic septem idololatriæ, ut patet in litera. Secundò ponitur debita pœna cum dicitur: *Contra quos.* Et patet: Tertio penitentia cum subditur: *Peccauimus tibi.* Et sequitur.

3 *Quibus locu.* &c. scilicet per Phinees, qui adhuc viuebat: ut dicunt Hebræi. Tamen si dictum eorum est verum, erat multum antiquus, quia a tempore quo filij Israel debellauerunt Schon & Og & Balac vsque ad tempus Iephte, qui liberauit filios Israel de hac tribulatione, fluxerunt anni trecenti, ut habetur cap. seq. deficiunt tamen aliqui: ut dicitur. & tamē ex tunc Phinees iam erat homo perfectus: quia fuit ductor exercitus contra Madianitas: ut habetur Num. 31. Potest etiam dici, quod fuit per alium prophetam: quia non nominatur hic quis ille fuerit.

4 *Nunquid*

4 *Nunquid non.* Hic nominantur septem gentes a quibus tribulationes passi sunt filij Israel cōtra septem idololatrias supra nominatas in quibus deliquerant.

5 *Idcirco non.* Tales negationes diuini auxilij intelligendæ sunt sub conditione, s. si verè non peniteant illi qui sunt in afflictione positi, ut patet ex sequentibus.

6 *Itē, & inuoca.* Ironice loquitur: ut de peccatis magis doleat & confundantur. ideo subditur.

7 *Dixeruntque filij Israel, &c.* Et quod hæc penitentia vera fuit, patet ex sequentibus.

8 *Omnia de finibus suis alienorum deorum ido.* & ideo prius negatum auxilium concessit dominus. Ideo subditur.

9 *Qui do. super miseriis eorum, itaque filij Ammon, &c.* idest ad bellam mutuo se conuocantes & exhortantes contra Israel.

10 *Qui primus ex nob. &c.* Hoc dixerunt principes de Galaad, ut aliquis cum maiori diligentia esset dux in bello: quia ad victoriam consequendam multum valet diligentia ducis & constantia ipsius.

CAP.

CAPVT XI.

A



Vit itaque. * Ioseph. Ammonitis castrametantibus in terra Galaadiorum, p[ro]uinciales occurrerunt, ammonente se gentis duce. Erat autem quidam nomine Iephte, vir virtute paterna potens ad exercitum dispensandum quē sub mercede poscebant. Ad hunc ergo mittentes rogabāt vt cum eis pugnaret, promittentes ei vt cuncto tempore principatum exercitus sui cōcederent.

Augu. Iephte interpretatur aperiens: qui Christum significat. Ipse enim discipulis suis aperuit sensum vt intelligerent scripturas. Hunc Iephte fratres de domo patris expulerunt tanquam legitimæ vxoris filij fornicariæ filium. hoc cōtra Christum fecerunt principes sacerdotū Scribæ, & Pharisei, qui de legis obseruatione gloriari videbantur tanquam legem solueret; & ideo legitimus filius nō esset. Et quantum ad gerem, mater eius synagoga Iudeorum dicitur potēst: quæ saepe cum idolis fornicata est. Sed illi quasi obseruatores legis videbantur legitimi: hic autem cōtra legem facere videbatur. ideo tanquam legitimi non legitimum iure sibi visi sunt eiecisse. secundum hoc enim plebs illa dicta est fornicari: quia legis præcepta non seruant & tanquam viro non exhibent fidem.

† quem pererat ipsi. 156. di. c. na. scit. Quæst. 49. in Lib. Iud.

B Post aliquid dies.

Quæst. 49. 1. lib. Iud.

C

Habitauit in terra Tob: in terra, s. bona vel potius optima. Quæ n. Græcè εὖχος, hoc Latine optimū dicitur. Id autē interpretat Tob: vbi vñ intelligēda resurrectio. Quæ n. magis terra optima q̄ terre nū corpus excellētia immortalitatis & incorruptionis idutū? Congrega.

C Congrega. * Iosephus. In p[ro]uincia Galaaditica morabatur, & omnes de longe ad se venientes, sub mercede p[ro]pria retinebat. Illis vero supplicatibus atq; iurantibus omnem principatum se ei fore p[ro]bituros: tandem aliquando contentus & velociter diligentia rerum habitam in vrbe Masphat exercitu constituto, legationem mittit ad regem Ammonitarum.

CAP. XI.



Vit itaque illo in tempore Iephte Galaatides vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad: Habuit autē Galaad vxorem de qua suscepit filios,

qui postquam creuerant, eiecerunt Iephte, dicentes: Heres in domo patris nostri esse non poteris; quia de adultera matre natus es. Quos ille fugiens atq; deuitans habitauit in terra Tob.

Congregatiq; sunt ad eū viri inopes, & latrocinantantes, & quasi principem sequebantur. In illis diebus pugnabant filij Ammon cōtra Israel: qui bus acriter instantibus, perrexerūt maiores nati de Galaad vt tollerent in auxilium sui Iephte de terra Tob. Dixeruntque ad eum: Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon

† Aug. Infirmities, scilicet Christi p[ro]muluerat, quia ita voluit, vt ab eis quæ oportebat pateretur, sicut hoc idem significauit Iacob, p[ro]muluit ang. lo. cum quo, ideo vt id ipsum portenderet Iustabat.

† Aug. Quasi dicat, Hic homo non est à Deo, qui sabbatum non custodit, se autem legitimos filios iactantes, dixerunt: Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus Deum.

† Aug. Quis quatus esset abscondit, & fruentis latuit. Si enim cognouissent, nunquam dominum glorie crucifixissent. Fugit, quia mortis infirmitate videant, sed non virtutem resurgenti.

† Aug. Abiecio vel reuocatio, qui a p[ri]mo Christum abiecerunt, sed eis postea reuelabitur.

† Qui interpretatur filius populi iniqui, vel filius mortis. Hi sunt qui ex ipsa gente iniquales p[er]manerunt, vel in gehenna deiquati sunt, vel diabolo & angelis eius.

factum est post dies, id est post tempus. Quod non illud intelligatur quod tacenti p[ro]missione domini est factum, sed quod postea futurum. Quod vñ pertinere ad hoc, quod seniores Galaad venerunt ad Iephte: vt per æta tem senilem nouissima p[ro]pa significent. Dixeruntq;

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. XI.

Vit itaque. Descripto pondere tribulationis, hic consequenter describitur modus liberationis: vbi primò describitur conditio ducis liberantis, secundo humiliatio ipsius deprecantis, ibi: Et misit nuntios. tertio prostratio aduersarii rebellatis, ibi, Factus est ergo. Circa primum describitur ipsius Iephte eiecō, secundo ipsius in principem electio ibi: In illis diebus. Circa primum dicitur. Fuit ita. & c. Galaad autem aliquando accipitur pro nomine vnus terræ: aliquando pro nomine vnus ciuitatis in illa terra, & aliquando pro nomine vnus hominis, & omnibus illis modis Iephte dicitur Galaatides: quia fuit natus de terra Galaad: & pater eius vocatus est Galaad: vt statim subditur in hoc. c. Et ciuitas sua vocata est Galaad, vt hñ infra. c. 12. Filius mulieris meretricis qui. Hebræi dicunt: Filius mulieris hospitatricis.

hospitatricis, quia zonah nomen Hebraicum hic positū est equiuocum ad meretricem & hospitatricem: vt dictū fuit Iosue 2. de Raab. & forsitan vtraque significatio isti mulieri conuenit. Habuit autem, & c. pater Iephte: vxorem aliam & veram. Heres in do. pa. no. esse non poteris, quia de adultera matre natus es. Congregatiq; sunt. In Hebræo non habetur hoc: Et latrocinantantes. Credibile enim est quod agebant p[re]das de aduersariis filiorum Israel tantum: sicut Dauid & viri eius faciebāt: vt habetur primi Regum vigesimoseptimo. In illis diebus. Hic consequenter Iephte in principem terræ Galaad eligitur. vnde subditur: Dixeruntque ad eum. Veni & esto princeps noster, dum tamen tu sis dux belli nostri.

Quibus

MORALITER.

Fuit itaq; illo in temp. In hoc. c. litera nostra discrepat in pluribus ab Hebraica. Primò in hoc quod dicitur: Filius mulieris. Hebræi dicunt: Filius mulieris hospitatricis. Secundo in hoc quod dicitur: De adultera matre generatus es. Hebræi & libri nostri correcti habent: De altera matre natus es. Tertio in hoc quod dicitur: Congregatiq; sunt ad eum viri inopes & latrocinantantes, Hebræi non habent latrocinantantes: sed tantum inopes. Ego autem intendo capitulū istud exponere mysticè s[ecundum] literā Hebraicam, quā reputo veriorē. Igitur per Iephte, qui dicitur vir fortissimus allegoricè p[otes]t intelligi dñs noster Iesus Christus, qui tantæ fortitudinis est, quod porat omnia verbo virtutis suæ, vt dicit Heb. 1. a. & bene dicitur filius mulieris hospitatricis, i. virginis Mariæ: quæ ex plenitudine suæ pietatis recipit omnes ad eā debite recurrentes in hospitium suæ misericordiæ. Bern. Maria omnibus oia facta est: sapientibus & insipientibus debitorum se facit

facit, omnibus sinum misericordiæ aperuit: vt de eius plenitudine acciperent vniuersi. Quæ bene dicitur altera mater, i. alterius condōnis quàm ceteræ matres, nam ipsa sola m[ar]ia & virgo. Hunc autē Iephte scilicet Iesum Christum reprobauerunt fratres sui, s. Iudæi, quorū erat frater secundum carnē, & ipse fugit ab eis in persecutione Herodis, Matt. 2. & in persecutione ciuū suorum qui voluerunt eū precipitare de supercilio montis, super quem fundata erat ciuitas eorū. vt habetur. Luc. 4. Et congregati sunt ad eum viri inopes, id est, apostoli & alij discipuli propter ipsum omnia relinquentes, Perrexerunt maiores, & c. Per istos maiores possunt intelligi Iudæorum doctores, quorum aliqui recurrerūt ad eius auxiliū ante passionē suā ei edētes in eū, vt Nathanael. Io. j. & Nicodemus qui erat magister in Israel. Io. 3. & plures alij quorū noia non exprimunt in euangelio de quibus dicitur Io. 12. f. De principibus aut multi crediderunt in eum, & c. Et loquitur euangelista de tempore ante Christi passionem, vt patet intuitu. Reuer-

Quæst. Ind. Matt. 5. Ibi. 27.

E Ibi.

latroc. Ab. 1.

A *a* *Dixeruntque princi.* Aug. Tale quid figuratū est in Ioseph, quem fratres uendentes abiecerunt: & cū fame tribularent ad eius opem misericordiamque conuersi sunt. hic uero amplius elucet significatio futurorum, quia nō ipsi prorsus fra-

qui ex ipsa gente in infidelitate pmanerunt, aut oēs gehen D nāe p̄destinati: *ubi erit fletus & stridor dentium*: tanquā populo m̄coris. Quāquam populus m̄coris diabolus & angeli eius cōuenienter intelliguntur, uel quia aeternam miseriam

† Elegans responsio prophetiam euidentius exprimit.

a' † Opinione uestra.

Quibus ille respondit. † Nonne uos estis qui odistis me & eiēcistis

de domo patris mei, & nunc uenistis ad me † necessitate compulsi?

a *Dixeruntque principes Galaad ad Iephte.* Ob hanc igitur causam
b nunc ad te uenimus, ut proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium qui habitant in Galaad. Iephte quoque dixit eis. Si vere uenistis ad me ut pugnem pro uobis contra filios Ammon, tradideritque eos dominus in manus meas, ego ero uester princeps? Qui responderunt ei. Dominus qui hęc audit ipse mediator ac testis est, quod nostra promissa faciemus. Abiit

itaque Iephte cum principalibus Galaad, fecitque eum omnis popu-

lus principem sui. Locutusque est Iephte omnes sermones suos cō-

ram domino in Maspha. Et misit nuntios ad regem filiorum Am-

mon qui ex persona sua dicerent. Quid mihi & tibi est, quia uenisti contra me, ut uastares terram meam? Quibus ille respondit. Quia tulit Israel terram meam quando ascendit de Aegypto, a finibus Arnon usque leboc atque Iordanem. Nunc ergo cum pace redde mihi eam. Per quos rursus mandauit Iephte, & imperauit eis ut dicerent regi Ammon. Hęc dicit Iephte. Non tulit Israel terram Moab, nec terram filiorum Ammon, sed quando de Aegypto con-

scenderunt, ambulauit per solitudinem usque ad mare rubrum, & venit in Cades, misitque nuntios ad regem Edom, dicens. Dimitte ut transeam per terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaque in Cades, & circumiuit ex latere terram Edom, & terram Moab. Venitque ad Orientalem plagam terræ Moab, & castrametatus est trans Arnon, nec uoluit intrare terminos Moab, Arnon quippe confinium est terræ Moab. Misit itaque Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei. Dimitte ut transeam per ter-

eis quos decipiunt acquirunt vel quia ipsi æterne miserie deputati sunt.

† Gen. 26. f.

c *Ego ero uester.* Ibidem.

Aug. id est, rex quem nondum habebat gens illa tempore iudicium. Cœperunt aut habere Saullem regem, & postea successores eius. Nam in Deuteron. cum

1. Reg. 10. a.

eis præcipitur, qualē deant hē- reregē si hoc eis placuerit, nō ibi rex, sed princeps nominatur, sed Iephte illū signi-

Deut. 28. d.

ficabat qui uerus est rex.

Aug. Rex. f. si cut in titulo crucis scriptum est. postquam enim Iephte liberauit eos ab inimicis, non eis rex factus est, ut intel-

ligeremus hęc potius ad Christum quam ad ipsum Iephte pertinere, de quo scriptura narrationē con-

cludit ita. *Et iudicauit Iephte Israel sex annis & mortuus est, &c.* Iudicauit ergo Israel sicut cæteri iudices, non

E

* ipse Israel.

ibi regnauit ut

prin-

F

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Quibus ille respondit*, non statim credens eis, propter ea que passus fuerat ab eis.

2 *Nonne uos estis qui odistis me.* licet supra dictum sit de fratribus suis tantum quod eiecerunt eum, tamen hic alloquitur senes illius populi generaliter, quia ad querimoniā & instum fratrum suorum senes qui erant iudices illius populi, eiecerant eum. Vel forte inter illos qui uenerunt ad Iephte erant fratres sui, uel eorum aliqui ad quos principaliter dixit uerbum suum: propter quod diligentius explicant intentum suum dicentes.

3 *Ob hanc igitur causam, &c.* Quia explicata respondit Iephte:

4 *Si uere uenistis ad me.* i. fideliter & absque fallacia, hoc dicit interrogando. Qui responderunt ei simpliciter adfirmando etiam iuramento cum dicitur.

5 *Dominus qui hęc au.* quia nihil eum latet. *Ipsa me. ac test. est.* Iurare est Deum testem inuocare, sequitur.

6 *Locutusque est Iephte, &c.* ibi enim erant cōgregati Galaaditæ coram domino, quia dominus præsens est ubique, licet ibi non esset tabernaculum, & ideo ibi replicauit Iephte pacta quæ erant inter ipsum & populum, ut negotium esset firmum & solidum.

7 *Et misit nun.* Hic consequenter ponitur supplicatio deprecantis. Ad cuius intelligentiam considerandum, quod filijs Israel petentibus transitum pacificum per terram Sehon regis Amorrhæi, non solum ipse negauit, sed eis occurrens

eisdem etiam ad præliū prouocauit, pp quod dominus ipsum & terram suam in manus filiorum Israel tradidit, cuius terræ unam partem Sehon abstulerat a filijs Moab, ut habetur Numer. 21. Rex autem iste Ammon de quo hic agitur, regnabat etiam in Moab, propter quod illam terram quam Sehon abstulerat de Moab tanquam suam repetebat, & a filijs Israel iniuste possessam dicebat, quod non erat uerum sicut fuit declaratum Numer. 21. Igitur circa hoc primo ponitur ipsius Iephte petitio humilis, secundo regis Ammon responsio rationalis, ibi. *Quibus ille respondit*, tertio responsio nis euacuatio rationalis ibi *per quos rursus.* Circa primū dicitur. *Et misit nuntios.* Uolebat enim declarare titulum suum iustum, & ideo primo misit nuntios de pace tractanda, & in hoc se humiliavit, dicens.

8 *Quid mi.* Quati diceret non habeo uoluntatem bellandi tecum, nec tu habes causam contra me.

9 *Ue uasta.* i. meo regimini & defensionem commissam.

10 *Quibus.* Hic consequenter ponitur responsio irrationabilis, cum dicitur.

11 *Quia tulit.* quod erat falsum, quia Israel non abstulit a filijs Moab & Ammon aliquid de terra sua, ut habetur Num.

11. & Deuteron. 2. sed solum a Sehon & Og. & illud fuit eis licitum, ut declaratum fuit Nu. 21. & iterum hic declarabitur per uerba Iephte.

12 *Per quos.* Hic cōsequenter ponit dictę respōsionis euacuatio rōnabilis, ubi Iephte ostēdit triplici rōne, qđ illam filij Israel iuste possidebant, secunda ponitur ibi. *Tradiditque eum.*

C princeps, sicut hi qui in regnerum voluminib. continentur. **A** Nonne ea qua pos. & c. Nonne quaecunque hereditavit tibi Chamos.

Lib. 8. Origi
Com. in Isa.
cap. 15.

* Hieronymus. Chamos idolum erat consecratum, quod alio nomine dicitur Beelphegor.

* Isidor. Beelphegor, interpretatur idolum ignominie, idolum enim fuit Moab cognomento Baal super montem Phegor, quem Latini Priapum vocant, Deum, hortorum. Fuit enim de Lapfaco ciuitate Hellesponti, de qua pulsus est, & propter virilis membri magnitudinem in numerum Deorum suorum eum Graeci transfulerunt, & in nomine sacrauerunt hortorum, vñ & dicitur p. esse

terminos Ammon.

B hortorum. Fuit enim de Lapfaco ciuitate Hellesponti, de qua pulsus est, & propter virilis membri magnitudinem in numerum Deorum suorum eum Graeci transfulerunt, & in nomine sacrauerunt hortorum, vñ & dicitur p. esse

ram tuam vsque ad fluuium. Qui & ipse Israel verba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos sed t infinita multitudine cōgregata egressus est contra eum in Iasa, & fortiter resistebat. Tradiditque eum dominus in manus Israel cum omni exercitu suo, & percussit eum, & possedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius, & vniuersos fines eius, de Arnon vsque Ieboe, & de solitudine vsque ad Iordanem. Dominus ergo Deus Israel subuertit Amorrhæum pugnantem contra illum populo suo Israel. Et tu nunc vis possidere terram eius? Nonne ea quæ t possedit Chamos Deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autem dominus Deus noster victor obrinuit, in nostram cedent possessionem. Nisi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab, aut docere potes quod iurgatus sit contra Israel & pugnaverit contra eum quam t habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroer & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta t Iordanem per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me male agis, indicens mihi bella non iusta. Iudicet dominus arbiter huius diei inter Israel, & filios Ammon. Noluitq; acquie-

esse horti, propter eorum fecunditatem. * Augustinus. Hoc quidam Latini sic interpretati sunt. Nō ne quæcunque dedit tibi Chamos Deus tuus possidebis, & c. Vbi videtur Iephte confirmasse Deum qui vocatur Chamos, potuisse aliquod hereditatis dare cultoribus suis. Quidā vero sic habent. Nonne quæcunque possedit Chamos Deus tuus hæc possidebis? quasi aliqd tale potuerit possidere. An forte secundum hoc dictū est, q sub angelis constitutę sunt gentes iuxta canticum Moysi? Nunquid ille angelus sub quo erant filij Ammon, Chamos dicitur? Qui hoc audeat adfirmare, cum possit intelligi secundum eius opinionem dictum, quia putabat Deum suū possidere hæc, vel in possessionem

D. Quæst. lib. Iud.

† omn. lo. sum. gato.

E

† pos. lo. sum. faciet.

F

NICOLAUS DE LYRA.

* tertia ibi. Nisi forte. Prima rō accipit ex hoc q filii Israel in nullo impugnaverunt filios Ammon & Moab, sed Schō eos impugnantē occiderūt, & per cōsequēs quicquid possidebat iure belli acquisierūt. Hanc aut rōnem Iephte tangit dīctū se repetes processum filiorū Israel declinādo a terminis Ammō & Moab. vt hētur Deut. 2. & N 21. Et patet lra vsq; ibi. 1 Egr. ff. I. p. n. Schon iuit obuā filijs Israel ēt extra terrā suā ad eos debellandum. Ex quo patet quod habuerunt contra eum iustum bellum & per consequens regnum eius iusto bello acquisitū a filijs Israel fuit ab eis & iuste possessū. 2 Tradidit; eū. Hic ponitur secunda rō, quæ accipitur ex auctoritate diuina, quia est domin⁹ celi & terre, & ideo potest terram ab vno possessam alteri dare pro sua voluntate, quod fecit de terra possessa a Schon rege tradēdo eam filiis Israel possidentem secundum quod dicitur Deut. 2. Ecce tradidi in manus tua Schō regem Hesebon, Amorrhæū, & terrā eius incipe possidere, & c. & hanc rationē tangit Iephte, dicens. Tradiditq; eum dominus in manu Israel eum. Et patet lra vsque ibi. 3 Nonne ea. Quod dupliciter exponitur. Vno modo sic. Quæ possedit Chamos Deus tuus. i. populus Moab qui Chamos colebat, vt sic sensus, quod illa pars terræ Moab quæ actu possidebatur ab eo quando filii Israel debellauerunt Schon, illa de iure erat populi Moab, non aut illa pars q possidebat Schon a filiis Israel acquisita. Alio mō, exponit, vt sit cōfirmatio rōnis pcedentis. Ad cuius intellectū est cōsiderādū, q, sicut fideles victorias suas attribuūt Deo vero, ita infideles victorias suas suo Deo falso. Dicit igit. Nōne ea, etc. i. possidere te fecit. 4 Chamos Deus, secundum opinionem tuam. 5 T. bi iure debentur. i. reputans iure acquisita per victoriam. 6 Quæ autem domi. quasi diceret multo fortius illud quod obtinimus Deo vero nobis victoriam prestante iuste est nobis acquisitum & possessum. 7 Nisi forte melior es, & c. Hic ponitur tertia ratio, quæ hic accipitur ex p̄scriptione, quia populus Israel fuerat in tam longaeva & pacifica possessione huius terrę, q, nullus de cetero deberet reclamare, & maxime quia iustus titulus p̄cesserat: vt patet ex p̄dictis, & hoc est quod dicitur: Nisi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab, qui erat rex Moab illo tempore quo debellatus fuit Schon: vt hē Num. 22. qui licet vocauerit Balaam ad maledicendum filiis Israel non tñ repetebat terrā Moab quam filij Israel abstulerant a Schon: sed timebat ne perderet altā partem: & terrā Madian de qua erat natus, vt dictū fuit ibidē: nec aliquis alius rex post eū repetiuit hanc terrā. Iō subditur: 8 Aut docere potes q iurg. & c. I. quicūq; rex Moab post Balac. 9 Contra Israel & pugnaverit. Ad recuperandum hanc terrā. 10 Quando habitauit in, & c. i. toto tempore quod Israel habitauit in ista terra, & quantum fuerit illud tēpus subdit dicens: 11 Per trecent. Quare, & c. deficient tñ aliqui, vt videbitur. 12 Igitur non ego, & c. Hic ex p̄dictis rōnib. Iephte, concludit, q, habeat iustā causam defensionis, & rex Ammon iniustam

stam inuasionem. Antequā ultra procedatur, vidēdū est qd de trecentis annis p̄dictis deficiat. Ad cuius intellectū cōsiderandam, q, sicut in sciētis humanitus inuentis minus nota vel dubia per ea quæ sunt certa declarant: sic in sacra scriptura, quæ est p̄ diuinā reuelationē tradita passus dubius vel obscurus, per aliū passū q certus est & determinatus debet declarari. Itē aut trecenti anni nō determinant hic p̄ scripturā, nisi relatiuē tñ. Inquinatū refert dictū Iephte arguētis p̄scriptionē: in qua allegatione solēt hoies allegare quātū pnt plus de tpe apparenter, & aliqñ excedūt: nec tñ scriptura vel auctor scripturæ hoc referēs dicit falsū q̄ refert veraciter id qd dictū est, licet dices excederit vel defecerit. Sic est in p̄posito de Iephte, cuius verba nō sunt autentica, inquitū sūt ipsius. Sacra aut scriptura. 3 Reg. 6. determinat tēpus qd fluxit ab exitu filiorū Israel de Aegypto vsq; ad fundationē tēpli p̄ Salomonē i principio quartū anni regni sui. f. 480. anni. Si aut ab isto numero q i scriptura certus reputat remouean tur: tps qd p̄cessit ab exitu de Aegypto vsq; ad debellationē Schon, qñ terra p̄dicta fuit acq̄ta, vt dictū est, & tps qd fluxit a principio principatus Iephte, qñ ista allegauit vsque ad quartū annū regni Salomonis exclusiue: in cuius principio tēplū fundauit: remanēt tñ 267. anni: & sic a 300. p̄dictis deficiūt 33. anni. Probatio asūpti: q̄a ab exitu de Aegypto vsq; ad ingressū terræ p̄missionis fluxerūt 40. anni: vt patet i pluribus locis sacre scripturę. Schō aut fuit debellatus quasi per vnū annū añ ingressū terræ p̄missionis viuēte adhuc Moyses: & sic añ acquisitionē p̄dictę terræ fluxerūt anni 39. Item a principio principatus Iephte usq; ad tertiū annū regni Salomonis inclusiue fluxerūt cētū & 74 anni: q̄a Iephte iudicauit Israel sex annis: & post eū Absan septē: & postea Ahialō decē: & post ipsū Abdon octo: vt hē Iudic. 12. de his tribus. Post ipsū Sāson 20. Iudi. 16. & post ipsū Heli. 40. vt habetur 1. Reg. 4. postea Samuel cuius anni comprehendunt cū annis Saulis: & fuerūt insimul iuncti 40. vt hē Act. 13. Postea Dauid regnauit annis 40. vt hē 2. Reg. 5. Post eū Salomō tribus annis ante fundationē tēpli, ut hē 3. Reg. 6. & isti anni simul iuncti cū p̄cedentib faciunt annos. 213. q̄bus si iungant 267. anni p̄dictis faciunt 480. annos, & sic patet quod s̄. dictum est. Anni aut 267. p̄dicti. i. sa tpe debellationis Schon vsq; ad priuicipiū ducatus Iephte sic accipiunt p̄ partes: unus annus ante ingressū terræ p̄missionis de ducatu Moysi, vt patet p̄ p̄dicta, quadraginta q̄bus p̄fuerūt Iosue & Othoniel, ut habetur Iudic. 3. Tēpus. n. Iosue in sacra scriptura nō determinatur: & ideo sub tpe Othoniel q ei successit cōprehēdunt octoginta. quib. p̄fuit Aod post Othoniel: ut hē Iudic. 3. c. 40. anni Deborah, vt hē Iudic. 5. c. quadraginta Gedeonis Iudi. 8. Tres Abimelech Iudi. 9. vigintitres ipsius Thola, Iudi. 10. c. uigintiduo ipsius Iair. Iudic. 10. c. decem & octo anni quibus filij Israel fuerunt sine iudice seruiētes Philisthijm & filijs Ammon ante promotionem Iephte, ut habetur Iudic. 5. Et isti anni simul iuncti faciunt 267. & sic patet propositum.

A nem sibi dedisse.

a Et circumiens Galaad. Aug. Galaad interpretatur abijciens: Manasse necessitas transeundi. Sunt ergo a proficientib. abijcientes. i. contēnentes. Transeunda ē necessitas: ne forte cū transferit qui projicit contēnentes cedat terrestribus. Trans-

eunda etiā specula Galaad: qui Galaad etiā reuelatio interpre- tatur. Est autem specula altitudo ad prospiciendum uel despicien- dum. i. desuper aspiciendū. Spe- cula ergo Galaad uidetur signifi- care superbiam reuelationis unde: *Et ne magnitudo reuelationum extolme, &c.* ergo & ipsa transeunda est. i. in ea manendū non est propter cadendi periculum. His transitis facile superant ini- mici: quod significat dicendo & a specula Galaad transeundi & transiens ad filios Ammon.

b Si tradideris filios Ammon. Augu. Quemlibet cogitauerit Iephte, non uidetur filiam cogitasse. nō enim diceret: *heu me plama, impedisti me, &c.* Indicat enim se im- peditum, ne illud quod cogita- uerat impleret. Quē autem po- tuit cogitare qui filios non habe- bat? An coniugem cogitauit: & ut hoc fieret Deus noluit: & ut hoc nō relinqueret impunitum: ne quis postea id auderet: & ut magna prouidentia ex hoc quod accidit magnum sacramentum ecclesie figuraretur? Ex utroque ergo prophetia adaptata est, quod scilicet uoēs cogitauit, & quod nolenti contigit. Si enim coniugem cogi- tauit, coniunx Christi ecclesia est. Sed quia huius Iephte cō- iunx uirgo esse non potuit: in eo q, filia potius occurrit: & inulta non remanuit uoti temeritas, & uirginitas ecclesie fi- gurata est. Cui dicitur: *Filia fides tuate saluam fecit, uade in pace.*

c Quicumque pri. fuerit egres. &c. * Iosephus. Gedeon pro uic- toria Deum deprecatus, & sacrificium promittens, ut si ui- uis reuertetur, quicquid ei prius occurreret, immolaret: congressus copiose uicit, & occidens hostes, persecutus est usque ad Ammonidem ciuitatem, multas vastauit urbes, prædamq; collegit, & a seruitute domesticos liberauit, quā decem & octo sustinuerant annis. Reuersus autem calami- tatem incurrit, nullo modo prisce felicitatis æqualē. Nam ei filia vnigenita, & uirgo, occurrit Patre ingemiscēte, illa non doluit, pro patris uictoria & ciuium libertate moritura. Transactis induciis, filiam pater immolauit: nec legitimum faciens holocaustum, nec Deo charū non utique deliberās apud aīum suū, qualis apud ceteros hui⁹ facti causa uideret.

* Theodor. Stolidus erat Iephte pollicitatio. Animad- uertere enim debebat, canem uel asinum illi primū occurre- re posse, quæ tamen ex lege immunda sunt animalia. Do- minus igitur per illum erudiens ceteros, ut prudenter & di- sceretē promissiones suas emittant, eadē hanc non cohibuit. Quod tamen huiusmodi uictimas damnat, testis est beatus Dauid inelamans: *Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs, &c.*

* Procop. Promissio nimis fuit feruida, exq; amore despe- ratē uictorie profecta. Suggestit uerò ei Satanas gloriæ præ- textu ut Deo uictimam legi aduersam immolaret. Quemad- modum Adamum quoque oculorum aperiendorum præ- textu, ad diuini mandati transgressionem adduxit.

* Iustinus martyr. Iephte uotum imprudenter pronun- ciauit. Cepit diabolus occasione ex imprudenti uoto, & co- natus est inde laqueum tēdere Iephte quo delinqueret. Ita- que impulit filiam, ut ei obuiam prodiret, ut a filia sese con- tinens, uotum esset irritum. Sed ille pluris fecit uoti solutio- nem, quā uitam filie. Permisit autem Deus illum immolari, nō quasi humano sanguine delectaretur, sed quod documentum statueret posteris, ne unquam imprudenter Deo uota nuncupa-

nuncuparent. Sed quoniam immolando filiam præbuit se- custodē religionis erga Deum, propterea eius facta est men- tio in enumeratione iustorum.

* Nazianzen. Facinus Iephte, pollicitatio nimīū præceps, uictoriaque deploratæ cupiditas offerendi muneris neces- sitatem imponebat.

* Chrysostom. Propter hoc sacrificium Iephte multi infide- lium crudelitatem & inhumana- tatem nobis impropert, &c.

* Idem. Istum Iephtem exi- stimo esse Dominum nostrum, uictorem mundi, qui ecclesiam obtulit per immolationem mar- tyrum tempore persecutionis: & uictima unica oblata est Deo. Offerit unicus unicam, sponsus spontam, pater filiam, &c.

* Tertullianus. libro tertio sacrorum Poematum aduersus Marcionem.

Iephte fide firma, qui duro vulne- re uotum Ausus mercedem belli Deo dicere grandem, Hic quia, quæ non uult Dominus, promiserat amens. Occurrit primò carum sibi pectore pignus. Nulli sperata cecidit quod sorte repente,

Promissum ut staret. soluit pia iura parentis, Peccati uotum, uolentia mente coperuit Immanis timor, orbat & solatia uitæ Pro scelere obtinuit famam, pro crimine laudem.

* Hieronymus. Si Iephte obtulit filiam suam uirginem Deo, non sacrificium placet, sed animus offerentis.

* Ambros. Filia Iephte rediit ad patrem, quasi ad uotum rediret, & uoluntate propria cunctantem impu- lit, fecitque arbitrato spontaneo, ut quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis sacrificium.

* Petrus Comestor. Iephte fuit in uouendo stultus, in soluendo impius.

* Augu. De Iephte filia solet esse magna quæstio: Qui- busdam quid tibi uelit hoc nosse cupientibus, & pie quæren- tibus. Quibusdam qui scripturis imperita impietate aduer- santur hæc criminatibus, quod legis prophetarumque Deus etiam humanis sacrificijs delectetur. Sed nec illa sacrificia eum delectauerunt, ubi pecorum holocausta offerebantur. Sed quia significatiua fuerunt & quædam umbre futurorū, res his sacrificijs significatas nobis commēdare uoluit. Fuit autem & hæc causa utilis cur illa mutarentur, nec modo iu- berentur, sed prohiberentur offerri, ne uerè secundum car- nalem affectum talibus Deum delectari putaremus. Sed utrum humanis sacrificijs etiam significari futura oportue- rit, meritò quæritur: non quòd mortes hominum quandoq; moriturorum in hac causa horrescere deberemus: sed illi qui hæc de se fieri gratanter acciperent, in aternam remun- rationem commendarentur Deo. Sed si hoc uerum ef- fet: hoc sacrificium Deo non displiceret: Scriptura uerò tes- tatur quia displicet. Cum enim omnia primogenita sua esse uoluerit & peæcepit: redimi tamen a se uoluit primo- genita hominum ne immolandos Deo primogenitos suos crederent. unde: *Non ita facies domino Deo tuo: abomina- ta enim quæ dominus odit fecerunt dijs suis quando filios & filias combusserunt igni dijs suis.* Non solum ergo non diligit Deus, sed odit etiam talia sacrificia, in quibus homi- nes immolantur. Illa uerò diligit & coronat, cum iustus us- que ad mortem pro ueritate decertat, uel ab iniuicis quos pro iustitia offendit, occidit retribuens eis bona pro malis idest, pro odio dilectionem. Tale dicit sanguinem iustum a sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zacharie. Præcipue autem quod sanguinem ipse fudit pro nobis, & sacrificiū seipsum Deo

D Heb. 11.

Orat. de Ma- chab.

Hom. 14. ad pop. Ant.

Homil. de uoto Iephte tom. 1.

Sententiæ Larin.

E

In cap. 7. Hierem.

Lib. 3. offic. cap. 12.

Hist. Schol.

Quæst. 49.

Exod. 13. 2. Num. 8. c.

4 Reg. 17. f.

F

Matt. 23. d.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Factus est ergo super Iep.* Hic consequenter describitur prostratio rebellantis, scilicet, regis Ammon, qui noluit acquiescere uerbis rationabilibus ipsius Iephte, cuius mo- dus describitur cum dicitur: *Facinus est ergo super Iephte: id est, uoluntas & audacia pugnandi pro populo in confiden-*

tia diuini adiutorij.

2 *Uotum uouit domino dicens.* Licet autem illud uotum pro- cesserit ex deuotione, tamen factum fuit indiscretè: quia de domo sua primò poterat egredi obuiam ei canis, qui nō est animal immolatum, imò nec in oblatione poterat recipi eius pretium. Cetera patent usque ibi.

C Deo obtulit: sic utiq; obtulit, ut ab inimicis pro iustitia occideretur. Hunc imitati martyres usq; ad mortem pro veritate certauerunt. de quibus dicitur: *tanquam aurum in fornace probant illos, & quasi bala hostiam acco. illos*. Vnde Apostolus. *Ego enim iam immolator*: sed non sicut Iephte uiam immolauit

Sap. 3. b.
1. Tim. 4. b.

Gen. 22. 2.

domino, sed sicut preceptum erat pecora offerri, & prohibitum homines immolari. Magis hoc illi simile dicitur quod fecit Abraham: quod dominus specialiter sibi precepit: non generaliter ut talia sibi sacrificia fierent aliquando mandant, modo fieri omnino prohibuit. Distat ergo quod Iephte fecit a factis Abraham: quia ille iussus obtulit

filium: ille fecit quod lege vetatur: & nullo speciali imperio iubetur. In ipso etiam Abraham filio, quia talibus sacrificijs non delectaretur dominus, ostendit: cum patrem cuius fidem iubendo probauit, a filij interfectione prohibuit: & arietem quo sacrificium licite secundum congruam temporis consuetudinem compleretur, apposuit. Si autem hoc quemquam mouet: quomodo pie crediderit Abraham Deum talibus sacrificijs delectari si illicite offeruntur: & ideo putat recte credidisse etiam Iephte, quod tale sacrificium posset esse Deo acceptum, primo consideret aliud esse vltro uolere, aliud iubenti obtemperare. Non enim si aliquid in domo preter morem a domino institutum seruo iubetur, & ad laudabili obedientia facit: ideo non est pretendendum si hoc facere sponte presumpserit. Deinde iubebat Abraham quod crederet, ut preter datum imperium non parceret filio: ut credens tales victimas Deo libenter accipere: sed preterea iussisse, ut refuscitaret occisum: & hinc aliquid tanquam Deus sapiens demonstraret. Vnde fides eius in epistola ad Hebræos laudatur, quia hoc de Deo quod posset filium suum suscitare, credidit. Ille vero Deo non iubente neque poscente, & contra legitimum Dei preceptum vltro sacrificium uouit humanum.

B Ait enim. *Quicumque exierit de ianuis domus meae obuiam mihi, &c.* Non his uerbis pecus aliquod uouit, quod secundum legem posset offerri. Neque consuetudinis fuit: ut redeuntibus cum victoria ducibus pecora occurrerent. Canes autem solent dominis occurrere. de quibus ille cum uoueret: cogitare non potuit ne in iniuriam Dei non solum illicitum, sed etiam contemptibile & secundum legem immundum uouisse uideretur. Nec ait: quodcumque exierit: sed *quicumque exierit* ubi hominem tantum cogitauit. Non tamen fortasse uincam istam: quamuis illam in tanta patris gloria quis posset anteire nisi morte uxor? Nam quod non dixit, quæcumque: sed *quicumque exierit de ianuis domus meae*: scriptura solet masculinum genus pro quolibet sexu ponere. sicut de Abraham dictum est. *surgens a mortuo*: cum eius uxor mortua fuisset.

Gen. 22. b.

Ibid. 38. d.

C Quia ergo de hoc uoto & facto nihil uidetur scriptura iudicasse: sicut de Abraham quando filium suum iussus obtulit: sed tantum scriptum reliquit legentibus iudicandum, sicut de facto Iudæ quando intrauit ad nulum suam, ne sciens quidem sed quantum in ipso fuit torquatus est: quia meretricem putauit, neque approbavit hoc scriptura: neque reprobat, sed iustitia & lege Dei consulta pensandum dimisit. Sic de facto Iephte in neutram partem sententiam protulit: ut noster intellectus in iudicando exerceretur. Possentis iam dicere Deo displicuisse tale uotum: & ad illam perductam esse vindictam: ut patri potissimum filia unica occurreret. Quod si specialiter & uoluerit, uo ea uisa statim scidisset uestimenta sua, & dixisset: *Heu me filia mea impedisti*. Deinde

mis: humiliatique sunt filij Ammon a filiis Israel. Reuertenti autem Iephte in Maspha domum suam, occurrit ei unigenita filia sua cum tympanis & choris. Non .n. habebat alios liberos. Qua uisa scidit uestimenta sua, & ait: Heu me filia mi:

Deinde lx. dierum tam longa dilatione data filie sue dominus cum ab uincæ charitatis nece eum non prohibuerit, sicut Abraham, donec periret iudicio quod uouerat, seipsum orbarer: Deum autem non hois immolatione placaret: & ideo hanc penam patri fuisse retributam: ne impunitum talis uoti relinqueretur exemplum: ut aut

ne magnū aliquid se uouere Deo putarent homines, cum uictimas humanas uouerēt: & quod est horribilius, filiorum: aut non uera, sed potius simulata eadem uota essēt cum uelut exemplo Abraham sperarent qui uouissent Deum prohibitorum talia uota compleri. Possentis inquam hoc dicere, nisi duo

scripturarum testimonia nos retardarent: ut hanc rem gestam & in libris tantæ auctoritatis memoriæ commendatam diligenter perferutemur, ne temerè iudicemus. vnum quod inter tales Iephte memoratur ut eum culpate vereamur, cum dicitur: *Dei uero in me tempus enarrandi de Gedeon, Barab, Samson, & Iephte, &c.* Alterum quod præmisit scriptura, dicens: *Et factus est super Iephte spiritus domini, &c.* Et addidit: *Et uouit Iephte uotum domini, &c.* ut omnia quæ post facta sunt tanquam opera spiritus domini qui super eum factus est, intelligenda uideantur.

August. Sed inter laudabiles viros non solum esse Iephte sed etiam Gedeon: de quo scriptura similiter dicit: *spiritus domini confortauit Gedeon, &c.* quod Ephod operatus est non solum non approbamus, sed aperte iudicante scriptura reprobamus. Nec tamen illa iniuria sit spiritui domini qui eum confortauit. Commemoratur tamen inter eos qui per fidem uicerunt regna, operantes iustitiam: quia scriptura sanctorum fidem & iustitiam ueraciter laudat, non impeditur eorum notare peccata. Nam & in eo quod Gedeon signum petens sicut ille locutus est, tentauit in uellere, nescio utrum non fuerit transgressus hoc preceptum. *Non tentabis dominum Deum tuum.* Sed tamen etiam in eius tentatione dominus quod prenuntiare uolebat, ostendit: non tamen frustra inter fideles & operantes iustitiam, propter bonam fidelemque vitam, in qua eum credendum est esse defunctum, tale meruit testimonium. Vtrum autem quia postquam dictum est: *Factus est super Iephte spiritus domini*: secuta sunt ea, ut uotum illud uoueret & hostes vincere: & uotum redderet, spiritui domini omnia deputanda sint: ut sic habeatur hic sacrificium tanquam dominus sicut Abraham iusserit, non facile dixerim: cum Gedeon postquam fecit Ephod nulla est memorata prosperitas. Postea uero quam Iephte uotum uouit: secuta est uictoria propter quam uouerat: qua adeptus uotum soluit. Rursum enim considerandum est: quia Gedeon & si non postea quam fecit Ephod, postea tamen quam tetrauit dominum, quod utique peccatum est, magna strage hostibus superatis populo salutem acquisiuit: Sic enim scriptum est: *Et dixit Gedeon ad dominum: Non irascat indignatio tua in me, & loquar adhuc semel in uellere.* Iram enim Dei metuebat: quia se tentando peccare sciebat, quod Deus in lege sua manifestè prohibet. Hoc tamen peccatum & mirabilis signi euidetia & uictoriæ prosperitas secuta est. Itaque cum Deus statuerat afflictio populo subuenire: & huius ducis quem ad hoc opus assumpserat, utebatur animo: non solum fidei & pio, sed etiam deficiente & delinquente: & ad prenuntianda quæ uolebat, & complenda quæ dixerat. Non enim per istos tantum qui & si peccauerint inter iustos narrantur: sed etiam per Saulem omo reprobatum multa Deo populo suo præstitit:

NICOLAUS DE LYRA. MORALITER.

1 Reuertenti autem, &c. Per reuersionem Iephte post triumphum de aduersarijs, significatur reuertio Christi per suam resurrectionem ab inferis demonibus superatis.

2 Occurrit ei uxor, &c. per quam significatur ecclesia unigenita Christi: filia.

3 Cum tympano & choro, id est, laudibus diuinis de uictoria Christi quam Iephte immolauit domino: non per occisionem corporis secundum Hebræos, sed per obseruantiam uirginitatis, sicut plenius dixi super locum istum in expositione Isai. Ecclesia uero uirgo est per integritatem fidei: & est immolata domino spiritualiter per hoc quod est diuinis laudibus dedicata. unde dicitur Psalmo 49. *Immola Deo sacrificium laudis.* Et iterum Psalmo 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c.* Sunt etiam in ecclesia multe personæ immolatæ domino per obseruantiam uirginitatis: sic filia Iephte, & etiā multe per confessionem in religione, quæ est quedam mors civilis propter

pter quod religiosi dicuntur mundo mortui, & protalibus subditur.

4 Filia mi decepisti me: & ipsa decepta es. Quod non potest intelligi secundum ueritatem de Christo, qui decipi non potest, cum ipsa sit ueritas: Ioan. 14. a. *Ego sum uia ueritas & uita.* Sed tantum secundum æstimationem infidelium, potissimè Iudæorum qui credunt Christum fuisse prophetam falsum: & sic decepisse ecclesiam sibi aggregatam: & etiam ipsum deceptum fuisse, aggregando sibi populum ex appetitu uanæ gloriæ. Similiter quantum ad personas religiosas secundum æstimationem falsam hominum mundanorum est ibi deceptio ex utraque parte. nam religiosos æstimant deceptos eligendo sibi talem vitam, propter Christum. & similiter Christum ab eis decipi, specialiter a mendicantibus religiosi, quos reputant hypocritas habentes speciem religiositatis propter quæstum, & non propter Christum: & sic faciunt Christo habebam de stramibus, secundum æstimationem malorum, & sic dicitur.

† Decepisti

A presticit: in quem insiliit etiā spiritus domini & pphetavit. non enim iuste agere sciebat. s. vt in David virū sanctū fau- uiret: agit spiritus domini p bonos & malos, per scientes & nescientes, qđ agendum nouit & statuit, qui etiam per Cai- phā nescientem quid dixerat prophetauit, quod oporteret

hibuit: & se odisse dicit: qđ & illa quæ fieri iussit, ad significa- tionem spiritualiū rerū referuntur. sed humana Deo sacrifi- cia nō placuerunt: quando nō p iustitia quisque recte viuere uel peccare non uult, interimat: sed homo ab homine tanqđ electa hostia more pecoris immolatur. Si autē dicit aliquis:

B Christus mori pro gēte. Quis .n. egit nisi spiritus domini cur- rens prenūtiare vētura, vt Ge- deon tentare uolenti dominū & non credenti quod ei iā do- minus locutus fuerat, hoc po- tissimum de vellere prius eō- pluto, postea sicco: & de area- prius sicca, postea irrigata ueni- ret in mentē, vt quod deficit a fide, delicto eius deputeretur? Quod uero tali aīo eius usus est Deus, eius misericordiæ & mirabili prouidentię relinque- dum est. Si quis autē dicit om- nia scientē fecisse, & didicisse Gedeon ex reuelatione pro- phetica, ut per eum signa talia mōstrarentur, nec defecisse a fide: & quod ei iā promiserat dominus credidisse, sed actio- ne prophetica i uellere uoluisse tetare, & iō tentationē fuisse inculpabilem, sicut dolum

† **decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ad Dominum & aliud facere non potero. Cui illa respondit: Pater mi si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, concessa tibi ultio- ne atque victoria de hostibus tuis. Dixitq; ad patrem: Hoc solum mihi præsta quod de- precor. Dimitte me vt duobus mensibus cir- cum eam montes, & plangam uirginitatem meam cum sodalibus meis. Cui ille respondit: Vade: & dimisit eam duobus mensibus. Cūq; abisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat uir- ginitatem suam in montibus. Expletiisque duobus mensibus reuersa est ad patrem suum,**

a ¶ Augustinus lx. i. diebus sex statibus quibus uirgo ecclesia congregatur & peccata lamentatur, quorū dicitur: Dimitte nobis debita nostra.

b ¶ In respiciatione generali. c ¶ Christum, cuius uita est ecclesia.

quia pecorum uictimæ iā uſi- tate ad significationē licet re- late minus faciebāt intētos ad sacramentū magnum Christi & ecclesiæ requirēdum, pro- pterea Deo re insigni & inopi- nata uolēs animos hominum excitare, eo magis qđ sibi ta- lia sacrificia offerri uetuerat, curauit sibi aliquid offerendū in quo ipsa admiratio magnā gigneret quæstionē, & quæ- stio exigeret studiū ad pſeru- rādū mysterium, pie ueroscu- rans mens hominis altitudi- nē prophetiæ uelut hamo pi- scem Christi de pſundo scri- pturarum leuaret. Huic rōni nō obſtitimus. Sed alia quæstio est de animo uolētis, alia de prouidentia Dei, qualicunq; animo optime uētis. Ideo si spiritus dñi qui factus est sup Iephte vt hoc uoueret, præce-

D f incuruando incuruare te- cili me. i. mag- rore afficis mo vnaque es que me etiam turbet.

C pic, quod scriptura non aperuit, cuius non licet iussi cōtem- nere, non modo insipientia culpanda non est, sed obediētia laudāda. Hoc enim modo si se homo ipse perimat, quod hu- mana uoluntate & consilio nefas est facere, intelligendum est obediēter fieri, non scelestē. Si autē Iephte humanum se- cutus errorem humanū sacrificium uouēdum putauit, eius quidē peccatum de unica filia iure punitum est. Qđ ipse ui- detur ostendere scissis uestibus dicens. *Heu me filia mi, impedi- sti me, &c.* Hic tamē error habet aliquam laudem fidei, quia Deū timuit, ut quod uoueret redderet, nec diuini iſe iudicij sententiā declinauit, siue sperās dominum prohibitorū si- cur fecit Abrahę, siue eius uolūtatem etiam non prohibētis intellectam facere potius quā contemnere statuens. Quāuis hic merito queritur, utrū uerius intelligitur hoc Deum nol- le fieri, & in eo potius Deo si nō fieret, obediretur, quoniā hoc se nolle & in Abrahę filio & in legitima phibitione mō- strauerat. Sed tamē si propterea Iephte nō faceret sibi poti⁹ in unica peperciſſe quā Dei uoluntatem secutus uideretur. Magis ergo intellexit in eo quod sibi filia occurrit ultorem Deū & iustę pænę se fideliter subdit, timēs fauorem de ter- guersatione uindictā. Credebat enim bonæ & uirginis filię animam bene recipi, quia non seipsam uouerat immolan-

dam

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Decepisti me.* In Hebręo habetur. *Turbasti, me et tu turbata es.* Tum quia credebat eam immolendam. Tum quia non habe- bat aliam prolem.

2 *Aperui enim os meum, per uotum supradictum.*

1 Descendit ergo Samson in Thamnatha. Per Samsonē q perrexit ad accipiendū sibi Gentilē uxorē, allegoricē signatur Christus, qui in primitiua ecclesia conuinxit sibi per fidē ipsam Gentilitatem, Iudæa pro maiori parte incredula remanente. Propter qd dixerunt Apostoli Iudæis. Act. 13. g. Vobis oportebat

oportebat primum loqui uerbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos nos indicatis æternę uitę, ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis Deus. Et per illam prædicationem coniunxerunt Christo & non sibi Gentilitatem per fidem: non enim erant sponsi, sed eius paranympsi.

7 Apparuit catulus leonis sauuus, & rugiens, & occurrit ei. Per quē † intelingi

Sdit, & Christus ecclesiā uocaturus de gentib. diabolū uicit
 A qui ait: *Gaudete, quia ego uici mundum*. Ex ore leonis occisi fa-
 uis extrahitur: quia ut conspicimus reges terreni regni, qui
 Jo. 16. 2. Christum ante tremuerunt, iam perempta feritate dulcedi-
 nem euangeliū predicant, & munimenta præbent.

xerunt: Neq; a leone cōprehēsis quicquā insuauius esse, ne-
 que dulcius utentibus melle. Quibus Sā. n. rōdit; Neq; ge-
 quā aliud muliere dolosius, quæ meū uobis exposuit verbū.
 Ambr. Samson rōdit. Nec muliere aliquid perfidiosius.
 Nam si non domuissetis vitulam meā, nunquam intellige-
 retis parabolā
 meam.

Li. 5. antiq.
 13.
 cines loci
 illius.
 iud. caueri-
 tati, & in-
 pendentis.
 i. mutatorias
 uelut.
 i. h. camina.

† suade.
 & suade ut.

B
 & quere-
 batur.
 epist. 70

Ser. 107. de
 temp.

filio suo Samson conuiuium. Sic enim iuuenes facere consueuerant.
 a Cum ergo cines loci illius uidissent eum, dederunt ei sodales triginta,
 qui essent cum eo. Quibus locutus est Samson: Proponam uobis proble-
 ma, quod si solueritis mihi intra septem dies conuiuij: dabo uobis
 triginta syndones, & totidem tunicas. Sin autem non potueritis sol-
 uere, uos dabit mihi triginta syndones, & eiusdem numeri tunicas.
 b Qui responderunt ei: Propone problema, ut audiamus. Dixitque eis:
 De comedente exiit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Nec po-
 tuerunt per tres dies propositionem soluere. Cumque adesset dies se-
 ptimus, dixerunt ad uxorem Samsonis. † Blandire viro tuo, & suade ei,
 ut indicet tibi quid significet problema. Quod si facere nolueris incen-
 demus te, & domum patris tui. An ideo uocatis nos ad nuptias,
 ut spoliaretis? Quæ fundebat apud Samson lachrymas & querebatur
 dicens? Odis me, & non diligis: ideo problema quod proposuisti
 filijs populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit. Patri meo &
 matri nolui dicere, & tibi indicare potero? Septem igitur diebus con-
 uuij flebat ante eum, tandemque die septimo cum ei esset molesta, ex-
 posuit. Quæ statim indicauit tibi uis suis. Et illi dixerunt ei die septi-
 mo ante solis occubitus: Quid dulcius melle, & quid fortius leone?
 c Qui ait ad eos: Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propo-
 sitionem meā. Irruit itaque in eum spiritus domini, descenditque; A scalo-
 nem, & percussit ibi triginta viros, quorum † ablatas vestes dedit his qui
 problema soluerunt. Iratusque nimis ascendit in domum patris sui, uxor
 d autem eius accepit maritum unum de † amicis eius & pronubis.

b: De come. &c.
 August. Qō ista
 qd aliud significat, q̄ Chm a mortuis resurgente? De co-
 medete utiq; .i. de morte, q̄ cūcta deuorat atq; cōsumit, exi-
 uit cib⁹ ille, q̄ dixit: *Ego sum panis uisus*, &c. quæ humana exa-
 cerbauit iniquitas, eique aceti & fellis amaritudinē ppinauit,
 atq; ab eo plēbs gētiū, uite dulcedinē cōuersa suscepit: ac si
 C de mortui leonis ore, id est, Christi morte, q̄ accubans dor-
 miuit ut leo, apum, id est, Christi anorum proccellit examen.
 Genes. 49. c. Quid dulcius melle, &c. Iosephus. Iuuenes cōueniētes di-
 xerunt:

1 * Prosper. Ma-
 gnam illud pie-
 tatis dñicæ sa-
 cramentū, qd
 i lege fuit vela-
 tum, & abscondi-
 tum a seculis in
 Deo, reuelatū
 per Christū ma-
 nifestatum est
 in gentibus.
 2 * Aug. Vitula
 est Ecclesia, q̄
 reuelata sibi a
 viro suo secreta
 fidei mysteria
 Trinitatis, resur-
 rectionis, iudi-
 cij, & regni, in
 fines terræ Apo-
 stolorū & san-
 ctōrū doctrina
 ac prædicatione
 3 vulgauit: & itel-
 ligitur. atq; co-
 gnoscantib. æ-
 4 ternæ uitæ præ-
 5 mia repromittit.
 d * Iratusq; ni-
 mis, &c. Ioseph.
 6 Illas nuptias re-
 7 futauit: & puel-
 8 la quæ eū pro-
 9 uocauit ad ira-
 10 cundiam, duxit eius amicum: pro qua iniuria exasperatus
 Samson, deliberauit, ut Palaestinos omnes eū ea affligeret.
 * Aug. Sodalis iste oium hæreticorum figurā gessit. Nā hæ-
 retici qui Ecclesiā diuiserunt, uxorem dñi sui ducere, & ab-
 ducere uoluerunt. De ecclesia exierunt, qui impietatis adul-
 terio Ecclesiā. i. Chri corpus in partē suam conantē euadere.
 Vnde fidelis ille seruus & amicus dominicæ sponsæ loqui-
 tur: *Respondi enim uos uni viro, uirginem castam exhibere Christo.*
 CAP.

Cetera patent utque 101, 10 Septem, i. pro maiori parte se-
 ptem dierū: quia a quarta die incepit, ut patet ex prædictis.
 11 Tandemque. Hic accipitur dies septima pro septima die
 conuiuij, non pro sabbatho.
 12 Et illi dixerunt. qui si tardassent usq; post occasum amissif-
 sent, quia finita fuisset dies septima, quia dies est latio solis
 super terrā. 13 Quid dicitur. intellectus patet ex prædictis.
 14 Si non. Ille qui arat inuestigat terram inferius, ita fece-
 runt isti, qui solutionem quam inuenire nō poterant, inue-
 stigauerunt per uxorem Samsonis: quam uocat uitulam p-
 pter muliebrem insipientiam.
 15 Irruit ita. in uindictam iniuriæ sibi factæ. Tum quia pro-
 blema per se ipsos soluere debebant, non per aliam personā
 ut patet ex modo loquendi supra posito, ubi dicitur: *Quid si
 solueritis mihi, &c.* Tum quia per metum mortis incultum
 uxori suæ & amicis eius solutionem inquitierant. Sequitur
 16 Iratusq; contra Philistinos & uxorem suam eo, quod re-
 uelauerat secretum suum.
 17 Ascendit in domum, &c. ab uxore ad tempus discedendo.
 CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Cum. Hic consequenter describitur rebellionis occasio du-
 plex, secunda ponitur in prin. 15. cap. Circa primum dicitur:
 Cum er. i. magnum & robustum.
 2 Dederunt. ut si Samson uellet aliquid agere contra eos, isti
 resisterēt ei: tamen fuerunt ei assignati sub specie societatis
 & honoris nuptiarum.
 3 Quibus locut. ut inde inter ipsos oriretur qō seu contentio.
 4 Proponam, i. uerbum dubium & occultum: quod Gallice
 dicitur, deumaille.
 5 Dabo, id est, hincas vestes. 6 Dixitque. problema suum.
 7 De com. per hoc obscure proposuit, quod inuenerat mel
 in cadauere leonis: quia mel est dulce: & leo est fortissimus
 bestiarū: & in illa parte leonis: quia mel, quod est comesti-
 bile, quæ est instrumentum comestionis. In ore.
 8 Nec. licet multum cogitassent.
 9 Cumque. Non est intelligendum, quod esset dies septimus
 conuiuij, imo erat quartus: sed uocatus est septimus, quia
 erat sabbathum occurrens inter conuiuium nuptiarum.
 Cetera

persecutore amarissimo in dulcissimū doctore, non potest
 intelligi nisi p ecclesiā Christi sponsam: que nouit uirtutē
 sponsi potētis facere de psecutore defensore, & de lupo pa-
 store. Aliter p leonē laceratum potest intelligi corpus Chri
 sti flagellis & clauis plagatum: qd ipsemet per Samsonē fi-
 guratus lacerauit, inquantū ad passionem uolūtariē se obtu-
 lit: & de eius corpore mortuo, exiuit sanguis & aqua, ex qb⁹
 uirtutem habent ecclesiæ sacramenta, inter q̄ principale est
 eucharistiæ sacramentū, in quo habemus dulcissimū cibum.
 De quo figuratiter dicit Sapien. 16. c. *Panem paratum de calo
 prastitisti eis sine labore, omne dilectamentum in se habentem: & om-
 nis saporis suauitatem.*

MORALITER.

† intelligi potest Saulus Christū impugnans, ppter qd di-
 xit ei Act. 9. a. *Saul, Saul quid me persequeris?* Per hoc autē, qd
 verbo Christi prostratus fuit in terrā tanquā mortuus, appa-
 ruit, quod poterat eū lacerare sicut Samson leonē occurren-
 tem lacerauit. Per hoc autē qd in ore leonis mortui inuen-
 tus fuit fauus mellis, significata fuit melliflua doctrina Pauli
 mundo mortui: sicut dixit Galat. 6. c. *Mihi autem absit gloriari
 nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, i. in eius doctrina dulci,*
 per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.
 7 De co. Hoc autem problema solui nō potuit, nisi p uxore
 Samsonis, p quod significatum fuit: quod mutatio Sauli de
 persecu-

Ephe

Ephe

Ser. 7
 temp

† nob

E

† filii
 puli

† tulle
 & de
 corias
 † sode
 eius,
 cius e
 rat. i. c
 uerax
 nupti
 lebrar
 lbiden

F

a. Col

C A P. XV.

Post aliquatulum, &c. * Ambrosius. Vbi res prodita est Sāsoni, volentiq; ad cōiugem redire, interclusa copia, quod pater eā alij viro nupsisse diceret, stimulo iniuriæ exulceratus, publicā cogitavit capessere vltionē, domesticę contumeliæ indignatione, correptisq; vulpib. cū iam natura essent in agris frumēta, binas sibi inuicē cauda ad caudā ligauit, ardētē inseruit facem, & super manipulos dimisit, &c.

* Procop. Improbī agricolæ hāc calamitatem merebātur, vt traderentur Saranæ, cui & alia, a Deo traduntur, vt perdaturo, quemadmodū segetes quoq; immisiss vulpib. cū faibus, sunt vastatæ & iniustæ.

* Aug. Sāson cepit vulpes. i. adulterantes fedales, de quibus dicitur, Capite vulpes parvulus, &c. id est, hæreticos comprehendite, conuincite, confutate, ne exterminentur ecclesiasticæ vineæ.

Caudæ vulpium colligatæ qd sunt, nisi posteriora hæreticorum,

qui prima hēnt magna, & blanda, & deceptoria opera, posteriora ligata, i. damnata, & ignem in sine trahentia, vt eorum fructus & acta contumant, qui eorum seductionibus, acquiescunt?

* Prosper. Vulpes hæreticos lignant, quib. sunt faces incendiū ac erroris, poti⁹ quā diuini amoris.

Lib. 2. de promiss. cap. 21.

C A P. XV.



Post aliquatulum autem tēporis cum dies triticeę messis instarēt, venit Sāson inuisere uolens vxorē suā, & attulit ei hędum de capris. Cūq; cubiculū eius solito vellet intrare, prohibuit illū pater illius dicēs. Putaui, qđ odisses eam & iō tradidi illam amico tuo. Sed hēt sororē, q̄ iunior & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor. Cui Sāson rñdit. Ab hac die non erit culpa in me; contra Philisthęos. Faciā. n. vobis mala. Perrexitq; & cepit trecentas vulpes, caudasq; earū iūxit ad caudas, & faces ligauit ī medio*, quas igne succēdens dimisit, vt huc illucq; discurrerēt. Quę statim prexerūt in segetes Philisthinorū. Quib. succensis & comporatę iā fruges & adhuc stantes in stipula, cōcrematę sūt, intantū vt vineas quoq; & oliueta flāma cōsumeret. Dixerūtq; Philisthiī, quis fecit hanc rem? Quib. dictū est Sāson gener Thamnathæi, quia tulit uxorē eius & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderuntq; Philisthiim, & cōbuserunt tā mulierem quatn patrē eius. Quibus ait Sāson. Licet hæc feceritis, tñ adhuc ex vobis expectam vltionem, & tunc quiescam. Percussitque eos † ingenti plaga, ita vt stupentes suram femoti imponderent. Et descendens habitauit in spelunca petreæ Etam. Igitur ascendētes Philisthiim in terram Iuda castrametati sunt in loco, qui postea vocatus est Lechi, id est, maxilla, vbi eorum † effusus est exercitus. Dixeruntque ad eos viri de tribu Iuda. Cur ascendistis aduersum nos? Qui respōderūt,

1 Ardēt. n. studiis puerisq; doctrinis quib. imperitos cōsumūt. Mulier porro, q̄ relicto tanto viro, alii nupserrat, igneq; perit, cum parentibus est oīs aia hæretica, q̄ cū suis parentib. i. doctorib. igni inextinguibili, peccatis traducētib. exuretur.

† sodali.

2 b Percussitque. Lxx. Percussit alienigenas Sāson ad tibiā super femur. i. tā mirabiliter, vt stupentes tibiā vnus pedis super femur alterius ponerēt.

† Innocens sū semel erga Philisthęos, si fecero eis malum. Aug. quæst. 55. in Iudic. E in aceruos.

3 * Chaldaus. Paraph. Percussit equites, cum pedibus.

† sodali eius.

4 * R. David Kimhi, fugientes & cadentes, crura & pedes illiserunt femoribus. Alii Percussit eos ab armo ad femur, caude magna.

† coxa super femur plaga magna. Helramus. Loco qui postea vocatus est. i. maxilla. † extendit se. F

Iose-

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XV.

1 **P**ost aliquant. Hic consequēter ponitur secunda occasio peo, qđ fuit prohibitus ab uxore sua, & hoc est quod dī. 2 **Cumque cubiculum eius**, id est, modo & affectu maritali. 3 **Prohibuit.** In hoc facta fuit Sāson iniuria, quia non repudiauerat vxorem, sed tantum ad horam recesserat ab ea, qđ erat sibi licitum, & ideo facta fuit sibi iniuria, eo quod sine scitu & requisitione eius alteri fuit data, & ideo dixit. 4 **Ab hac. inuadendo.** f. eos pp infidelitates & iniurias mihi factas, & maxime, qđ dixerat angelus de eo, ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum, vt habetur sup. cap. 13. 5 **Perre.** Habita iusta occasione nocendi Philisthęis, vt patet ex p̄dictis, hic consequenter describit eorū inuasio & debellatio, & primo in eorū bonis, secundo in personis, ibi. Quibus ait Sāson Circa primū dī. Perrexitq;. Licet esset multū fortis & agilis, tñ veritabile est, qđ ceperit eas auxilio aliquorū, in illa. n. terrā abūdāt vulpes, & cū retib. & ingeniis possēt cito capi ī tāta multitudine, sicut in terra ista ī vna garena possūt cito capi trecēti cuniculi, maxime p̄ hoīes ad hoc īgeniosos. 6 **Caudasque.** Quod est intelligendum, quod per aliqua ligamina ad hoc apta ligauit caudas duarum ad inuicem: & ligamina erant ita longa, quod in inedio poterant ligari faces ardentes, quę de facili non possent extinguī: nec sederent vulpes. 7 **Quę sta.** Eo enim, quod ligatę erant modo p̄dicto, non poterāt currere ordinate, & expedite ad occultandum se in nemoribus uel foueis terrę, sed cucurrerunt ad illud, quod erat magis in promptu, scilicet, ad segetes stantes: quę erant deficcate & propinquę messioni: quod patet ex hoc, quod aliqua iam erant collectę, vnde subditur. 8 **Et com.** Non ad domos, sed in campis: vbi per aliquod tempus dimittebantur in magnis aceruis: sicut fit in multis terris. Cętera patēt in litera. 9 **Quibus ait.** Hic consequenter ponitur inuasio in personis, & hæc est duplex, secūda ponitur

tur ibi: Igitur ascendentes. Circa primum dicitur. 10 **Licet.** hoc dixit. Sāson. Tum quia Philisthęis non combusserant vxorem eius & patrem zelo iustitię, sed magis cōmoti passione irę propter dāmnū eis illatum. Tum quia occasione p̄dicta susceperūt bellū erat iter Sāsonē & Philisthęos aperte, nec tenebat cessare ab eorū inuasiōe, maxime cū ad hoc fuisset cōsecratus ex diuina reuelatione, vt patet ex s̄ dictis. 11 **Percussitq;.** Sura est posterior pars cruris, femur anterior. Modus autē est hoīum, qui sunt attoniti & meditabūdi imponere surā vnus cruris sup femur alterius. Et p̄ hoc designat, qđ Philisthęi fuerūt, ita stupefacti de plaga ei⁹ inflicta a Sāsonē, qđ multū cogitabāt qualiter se vindicare possēt. In Hebręo autē sic hētur. Percussit eos plaga magna, tibiā super crurē suū, qđ exponūt Hebręi de percussione peditū cū equitib. qđ pedites ī bello inuadunt tibijs suis, equites vero crurib. 12 **Igitur ascendentes.** Hic ponit secunda percussio Philisthinorum, vbi primò ponit huius percussiois occasio, secūdo ipsa percussio, ibi. Qui cū venisset, tertio gratiarū actio, ibi. In maxilla asini. Occasio autem data Sāsoni fuit, eo quod pp eū volebāt inuadere totum populum Israel, & hoc est, quod dicitur. Igitur ascendente, & tamen Sāson non erat de tribu illa, sed de tribu Dan, vt patet ex supra dictis cap. 13. 13 **Castrametati sunt.** Hoc dicitur per diminutionem, quia locus ille vocatus est postea Rhamathlechi, vt habetur eo. c. sicut aliquando aliquis vocatur Minus pro Iacominus. 14 **Vbi eorum.** Hoc dicitur ad denotandum magnitudinem exercitus eorum, quia occupabat magnum terrę spatium. 15 **Cur ascendisti.** Quasi diceret tributū vobis reddimus, nec rebellamus, & ideo non habetis occasionē inuadendi nos. 16 **Qui responde.** Licet enim uenirent principaliter propter Sāsonem, tamen occasione ipsius veniebant contra totū populum, nisi traderetur in manibus eorum, quod fuit eis concessum, ideo subditur.

† Descen.

MORALITER.

1 **Post ali.** Per patrē uxoris Sāsonis, qui prohibuit Sāsonem ab ingressū ad suam uxorē, intelligi potest imperator Romanus uel eius Imperiū super gētes habens dominium, & quantum in se fuit, prohibuit coniunctionē Christi per Sāsonē figurati, cum ecclesia de gentibus collectā. Et sicut Sāson per

per combinatione vulpium incedit segetes Philisthinorū: sic Christus p̄ predicatores charitate combinatos succēdit fidei charitate formata Gentiliū corda: tantum, quod in multis erant ad martyrium promptissima. De hoc igne dicit Saluator Luc. 11. Ignē ueni mittere in terrā: & qđ uolo nisi, vt ardeat. Quod autē p̄ vulpes possunt intelligi predicatores † ostenditur

G * Iosephus. Multos in Paleſtinarum campeſtribus occidit.
 Epist. 70. **A** * Ambros. Samſon concidit Philistheos strage maxima,
 plurimique eorum ferro intorere.
 Com. in Iud. cap. 18. **R**upertus; Stupentes ſupore corporis, succiſis, vel obu-
 ſis varicibus, geniculares quoque neruos contrahi, ſicque
 ſura ſermoni co-
 herente tam ruf-
 piter, quam miſe-
 re nates a terra
 non poſſe ſuble-
 uare.

Epist. 70. **Vt ligemus**
Samſon venimus.
 Ambrosius. Paleſ-
 ſthinum cum non au-
 dentes laeſſere,
 nec munitionis
 praerupta ardua-
 que ſuperare, tri-
 bum Iudae denun-
 tiato adorti irfe-
 re praelio, quod
 ſubditos ſibi & tri-
 butarios perdi-
 tum in nequa-
 quam iuſtum ex
 vſu videretur pu-
 blico, pro alieno
 praeruptum facinore, tradi ſibi designatorem flagitij poſtula-
 uerunt, ceteris ſine noxa tutus. Quia praerupta ſibi condi-
 tione, viri de tribu Iuda aſcenderunt ad eum, &c. Quibus
 ille. Et quae iuſtitiae forma eſt, genus Abrahamidarum, vt
 circumſcriptae primo coniugis, deinde abductae, pernicioſa
 mihi vindicta ſit, & ſine periculo domeſticam iniuriam
 non licuerit vleiſci? Tantum ne inclinatis animos ad turpe
 vernularum obſequium, vt executores vos alienae prebeatis
 inſolentiae? Si pereundum eſt, uuat perire manibus Pa-
 laſtinarum. Liceat mori ſine ſcelere veſtro. Retuli ego ac-
 ceptam iniuriam, non intuli. Non mortem abſtue, ſed ve-
 ſtrum fugio contagium. Alligate vinculis manus, mernes
 licet, inuenient ſibi arma nodis ſolutae. Illi ſacramentum de-
 derunt, quod a ſe vite eius vis nulla irrogaretur, tantummo-
 do patiens vinculorum eſſet, &c.

C **Iurate.** Auguſt. Quid eſt quod ait Samſon viris Iuda, *Iurate*
mibi ne interficiatis me uos, & tradite me eis, ne forte occurratis in
me uos. Quam locutionem ita quidam interpretati ſunt, ne for-
 te veniatis aduerſum me uos. Sed hoc eu ne ab his interfice-
 ret dixiſſe illud indicat, quod in libro regnoru ſcriptum eſt
 intubente Salomone, vt homo occideretur dicente. *Vade occur-*
re illi. Quid non intelligitur, quia non eſt conſuetudinis apud
 nos

† Aceruum
 aceruorum,
 in maxilla aſi-
 ni.

Quaest. 56. in
 Iudic.

3. Reg. 2. e. fe-
 cundum alia
 literam.

nos ita dici. Sic enim qd militares potestates dicunt vade al-
 leua illu, & ſignificat, occide illu, quis intelligat, niſi, qui il-
 lius locutionis conſuetudine nouerit. Solet & vulgo apud nos
 dici, compenſant illi, id eſt, occidit illu, & hoc nemo intelli-
 git, niſi qui audire conſuevit, haec eſt. n. vis generalis oim
 locutionum, vt
 quoadmodu ip-
 ſae linguae no in-
 telligantur, niſi
 audiendo vel le-
 gendo diſcatur,
 ita nec modi lo-
 cutionum.

1 **† summ.**
 2 **Lib. Co**
 3 **in m.**
 4 **corum.**
 5 **E**

2 * Rupert. Def-
 cederunt triamil-
 lia de tribu Iuda
 ad ligandum &
 tradendum Phi-
 listheis Samſo-
 nem, quando per
 tres orbis par-
 tes, Aſiam, Eu-
 ropam, & Afri-
 cam, quam plu-
 rimi, qui Chri-
 ſtum coſiteban-
 tur, (de quibus,
 Ex nobis exierunt;
 I. Ioan.

ſed non erant ex nobis.) adiutores facti ſunt Iudaice impietatis,
 multis quidem ſciſſuris, ſed eodem ſpiritu malignitatis, Chri-
 ſtum apprehendere volentes.

* *Ligaueruntq; eu, &c.* Ambros. Accepta fide, ſpelaeo egreſſus
 deſeruit petrae munitionem, ac duobus innexus funibus, vbi
 appropinquare accitos ad ſuſcipiendum Paleſtinaru validos
 videt, inſeſum ſpiritu, & vniuerſa dirupit vincula, atq; arri-
 piens maxillam aſini iacentem, percuffit mille viros, fugauit
 alios grandi virtutis ſpectaculo, cum inermi, & vni, cede-
 ret armatorum agmina. Et qui cominus auli fuerant congre-
 di, facili negotio, nullo labore obtruncati, aliis fuga exitium
 dempfit.

c *In ma.* Grego. Maxilla aſini praedicatores ſignificat. Rede-
 ptor. n. noſter ſimplicitatem & patientiam praedicantium, ſue
 manu virtutis tenes, a vitis carnales interfecit, & maxilla in
 terra proiecta, poſtmodu aquas fudit, quia tradita morti pra-
 dicatorum corpora magna populis monſtrauere miracula.

* Rupertus. Maxilla aſini in manu Chriſti, illa ſunt ſtulta
 & inſirma, illa ignobilia, & contemptibilia mundi, de qui-
 bus Apoſtolus. *Non multi ſapientes ſecundum carnem, &c.* Inuen-
 tos eos, qui non erant, contemptibiles mudo, confudit & de-
 ſtruxit inimicos ſuos, partim commutando eos in bono, par-
 tim

contractione in tot & tatis percutionib. viroru armatorum.

7. *In maxilla aſini &c.* Hic conſequenter ponitur gratiarum
 actio. Modus enim erat Hebraeorum in victoriis a Deo da-
 tis canere canticum per modum gratiarum actionis ſicut pa-
 tet in cantico Moſi, Exod. 15. & in cantico Deborae ſupra 5.
 c. & ideo Samſon in hac victoria diuinitus ſibi data cecinit
 canticum incipiendo per talem modum. *In maxilla aſini, &c.*
 Et uocauit nomen loci, &c. Vtrum autem totum canticu eius
 ſit hic ſcriptum vel ſolum ipſius principium, certum non he-
 tur, uidetur tamen probabilius, quod ſolum principiu ſit hic
 ſcriptum, quia non omnia ſunt ſcripta, & quia non leguntur
 cantica ſic breuia. Sequitur. *Et uocauit no. loc. &c.* Quod aut ſe-
 quitur, *Quod interpretatur ele. &c.* non eſt in Hebraeo, ſed appo-
 ſitum eſt a translatore ad oſtendendum ſignificatu nominis
 qd bene fuit impoſitum, quia ſatis fuit mirabile & inſolitum,
 quod cum maxilla aſini fieret tñ factum. Quod autem hic
 diuinitus fieret, oſtenditur per ſequens miraculum, cum dici-
 tur. *Apruit naque cominus molam denum.* Et patet licita.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 *Descenderunt ergo, &c.* ad capiendum Samſonem, & traden-
 dum Philistheis ſecundum quod fuerat inter eos codatum.
 Et patet litera vſque ibi.
- 2 *Iurate ait & spon.* volebat. n. ſatisfacere Iſraelitis, & ſic age-
 re, quod non interſicerentur a Philisthaeis, nec ab ipſo eis re-
 ſiſtendo, & haberet occasionem iuſtam interficiendi Philis-
 theos, qui ueniebant ad eum occidendum.
- 3 *Qui cum ve.* Hic conſequenter deſcribit Philisthinorum in-
 uasio cum dicitur. *Qui cum ueniſſet.* Hic locus ſic nominatur
 hic per anticipationem, vt patet per literam ſequentem.
- 4 *Irruit spiritus do* id eſt, motus dono fortitudinis ad rumpen-
 dum vincula, & ad Philisthaeos debellandum.
- 5 *Inuentamq; maxil.* Per hoc oſtenditur victoria magis mira-
 bilis, & a Deo facta, quia non fuit per arma ferrea. Sciendum
 tamen, quod aſini maiores ſunt in terra illa, & habent ma-
 iora oſſa.
- 6 *Interfecit in ea.* Ex quo patet, quod miraculoſe ſeruabatur a
 con-

MORALITER.

† oſtenditur, pinguedo namque vulpium medicinale eſt co-
 tra contractionem & ſtupefactionem neruoru, multi uero pra-
 dicatores contractos corporaliter erexerunt, ut patet de Paulo
 & Io. Act. 4 & de Paulo & Bernaba Act. 13. & multa ſimilia
 fecerunt alii diſcipuli Chriſti & miniſtri. Spiritualliter autem
 contractos per pignitiam, & acedeam quali quotidie erigunt
 praedicatores eccleſiae, & in uia morum faciunt ambulare.

2 *Ligare, &c.* Per ligationem Saſonis per uiros Iuda pot
 intelligi ligatio Chriſti in Petro, ſicut & crucifixus fuit in ipſo
 propter qd eidem apparens dixit. *Vado Romam utrum crucifigi.*
 Hec autem ligatio facta fuit a Iudeis, & ſoluta uirtute diuina
 Act.

Act 12. ſicut Samſon dono fortitudinis a Deo rupit vincula.
 Per hoc autem, quod Samſon in mandibula Philistheos debel-
 lauit ſignificauit fuit, quod Chriſtus in Petro per praedicatione
 euangelij Gentiles occidit & eccleſiae incorporauit ſicut
 dictum fuit ſibi Act. 10. de conuerſione Cornelij & aliorum
 Gentiu: *Surge Petre, occide & manduca.* Quod autem p man-
 dibula praedicatione ſignet, patet: na ſicut in mandibula molitur
 eſca corporales corporaliter nutrites: ſic in praedicatione
 molitur ſaera ſcriptura, q ſunt eſca ſpiritualliter nutritive.
 Deut. 8. a. *Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod pro-
 dit, &c.* Per atq; uero de mandibula mirabiliter excurit, ſignifi-
 cata fuit aqua ſalutaris ſapientiae, q de beati Petri praefiſit ore.

tim dānando. Hoc mirabile opus fecit Deus, Samson fortif-
simus, Christus omnipotentissimus. Sciebat grande sibi cer-
tamen fore contra legisperitos, oratores, philosophos, nobi-
les, reges, imperatores, tyrannos. Et hoc sciens, non vocavit
prima expeditione multos sapientes, liue potentes, quorum

linguis, aut pote-
statibus Euange-
lium suum robo-
raret: sed tales, q-
tanquam leoni-
bus asini, sic de-
specti essent sa-
pientibus atque
nobilibus, scili-
cet idiotas, non
scribas: simpli-
ces, non orato-
res: piscatores,
non imperato-
res.

B a * Cumque hæc
verba canens, &c.
Iosephus. Samson plusquam oportebat exultans, non Dei
cooperatione credebat hoc factum, sed suis viribus ascri-
bebat.

* Ambrosius. Utinam quam fortis in hostem, tam mo-
deratus in victoria fuisset. Verum, quod facile vsu euenit, in-
solens rerum secundarum animus, qui debuit euentum pu-
gnæ diuino fauori & præsidio deferre, sibi arrogauit, dicens
In maxilla asini delem mille viros. Nec aram statuit Deo,
nec hostiam immolauit, sed negligens sacrificij, assumptor
gloriæ, vt triumphum suum perpetuo consecraret nomine,
vocauit locum, Maxillæ interfectionem.

b * Sitiesque valde clamauit, &c. Iosephus. Dum sitis for-
tissima illum tenuisset, considerans quod nihil est virtus hu-
mana, & Dei cūcta esse testatus, rogabat, ne propter hæc ira-
scens eum traderet inimicis: sed vt potius illi auxilium in
necessitate conferret, & a malis eriperet.

C * Ambrosius. Illam victoriam Deo deputabat, siti ca-
stigatus,

stigatus, dicens: Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc D
magnam: & nunc subueni: quia ecce morior siti, & in pote-
statem eorum de quibus tantum donasti triumphum, sitis
necessitate adducor.

c * *Aperuit itaque dominus molarem, &c.* Ambrosius. Dei mi-
sericordia ape-
ruit scissurā ma-
xillæ, & fons eru-
pit ex ea, b. bit
Samson, resum-
psit spiritum, &
vocauit locum,
Inuocationē fon-
tis, sed quod vi-
ctoriæ iactantiā
inuocationis pre-
cibus emenda-
uisset. Ita matu-
rē iudicia diuer-
sa edita sunt, cū
& arrogantiā ci-
tō offensam in-

a percussi mille viros. Cumque hæc verba canens compleffet, pro-
iecit mandibulam de manu, & vocauit nomen loci illius Ramathle-
chi, quod interpretatur eleuatio maxillæ. Sitiesque valde, clamauit
ad dominum, & ait. Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc ma-
ximam atque victoriam, & en siti morior, incidamque in manus incir-
cuncilorum. † Aperuit itaque dominus molarem dentem in maxilla
asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis refocillauit spiritum
& vires recepit Idcirco appellatum est nomen loci illius, fons inuo-
cātis: de maxilla, vsque in præsentem diem. Iudicauitque Israel in die
bus Philisthiim viginti annis.

a * Quia postquam mortua sunt prædicatorum corpora magna monstrauere miracula.

currit, & humilitas sese reconciliauit.

* Damascen. Dominus sanctorum reliquias, velut saluti-
feros fontes nobis præbuit, ex quibus plurima ad nos benefi-
cia manant, suauissimumque vnguentum profluit. Nam si
aqua in deserto ex aspera & solida rupe, atque ex asini ma-
xilla ad sedandam Samsonis sitim, Deo ita volente, profiliit,
eritne cuiquam incredibile, ex martyrum reliquijs, suauis
vnguentum featurire?

* Rupertus. Prostratis in mortem sanctis Apostolis ac
martyribus, sepulcra eorū viuas aquas emanauerunt, corpo-
ra eorū miraculorum gratiam profuderunt. Sed quid? Ape-
ruit dās molarem dentem, & egressæ sunt aquæ. Nihil veri-
us, nihil manifestius. Hoc oibus mēbris Christi dulce fuit,
hoc omnibus fidelib. eius, desudantibus in agone Christia-
no, tale fuit, quale quies lassō, quale per æstum dulcis aquæ
properate sitim restinguere riuo. Nam exinde creuit fides, F
roborata est spes, charitas magis ac magis inuuluit.

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 15. vbi dicitur in postil. Percussitque eos ingenti pla-
ga, ita vt stupentes suram femori imponerent.

Quod hic in Hebræo dicitur in litera: Percussit eos sura su-
per femur plaga magna: antiqui Hebræorum sic exponunt: sci-
licet q- nullis armis nec aliquo adiutorio corporali extrinse-
co percussit eos, sed solum calcitrando. Calcitrando enim
homo cum calcaneo suo coniuncto suræ communiter per-
cutit femur alterius hominis: & sic si percussio est valida
percussus cadit. vnde ad ostendendā excellentiam fortitudi-
nis ipsius Samsonis, exprimit modum percutiendi, qui est sa-
tis extraneus & insolitus, scilicet, vt vnus solus homo, eo mo-
do plaga magna multos percutiat. Dicitur enim: quod stu-
pentes imponunt suram super femur. Non credo, quod ha-
beat fundamentum in modo loquendi sacre scripturæ: nec
litera Hebraica hic facit mentionem de stupore.

ADDI.

ADDITIO II.

In eod. cap. 15. vbi dicitur in postil. In maxilla asini. hic con-
sequenter ponitur gratiarum actio.

Vbi translatio nostra habet: In mandibula pulli asinorum: in
Hebraica veritate habetur: hamor hamorathaim. Vbi notan-
dum, quod hamor in Hebræo est nomen equiuocum: quod
vno modo significat asinum, alio modo significat aceruum
vel cumulum, seu cateruam. Vnde intentio huius locutio-
nis erat dicere: quod in maxilla asini aceruum atque acer-
uos Philisthinorum percussit, idest, plures hominum ca-
teruas: quod est valde mirabile, quod & ex hoc sub eadem
dictione includebatur asinus & caterua secundum æquiuo-
cationem prædictā, reddebatur locutio, secundum modum
Hebraicæ locutionis rhetoricè ornata.

C A P. XVI.

A a

Homil. 21. in Euang.



Būt quoque, & c. Gregor. Quem in hoc facto Samson nri redemptorem significat? Quid Gaza nri infernum? quid Philisthæi nisi perfidiam Iudeorum? qui cum mortuum domi-

num viderent et corpus eius in se pulchro positū, custodes illico deputauerūt: & auctorē vitæ inferni clausis retentū quasi Samson in Gaza te deprehēditē latati sunt. Samson verò nocte media nō solum exiit, sed etiā portastulit, quia redemptor noster ante lucem resurgens, non solum de inferno liber exiit: sed et inferni claustra destruxit, portastulit & montis verticem subiit: quia resurgendo claustra inferni dirupit: & ascendendo regna cælorum penetravit.

* Procopius. His qui Spiritū sanctum traducunt Samsonis causa, respondendum est, quod scriptura nusquā dicit, Spiritum inuidiale super ipsum, quā est scortatus, aut quando Palæstinam, quæ ei exitio fuit, duxit. Spiritus enim sanctus non anime in terra cum homine cohabitavit, verum illi indefinitē adest, ac in eo quicquid vult, efficit.

C

C A P. XVI.



Bijt quoq; in Gazam & vidit ibi mulierem meretricem, ingressusq; est ad eam. Quod cum audissent Philisthijm, & percrebuisset apud eos intrasse urbē Samson, circumdederunt eum, positis in porta ciuitatis custodibus: qui ibi tota nocte cum silentio præstolantes, vt facto mane exeuntem occiderent. Dormiuit autem Samson vsque ad medium noctis: & inde confurgens apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & sera: impositasq; humeris suis portauit ad verticē montis, qui respicit Hebron. Post hæc amauit mulierem, quæ habitabat in valle Sorec, & vocabatur Dalila. Veneruntq; ad eam principes Philisthinorum, atq; dixerunt: Decipe eum, & dicce ab illo in quo habeat

† Quia Christus ante lucem surrexit,

a † Quia claustra inferni destruxit.

bāt sepulchrum, & capere volebant, quem capere non poterant. Ille dormiebat, quia mortuus erat. Media nocte, id est, in secreto surrexit. Apertē passus est, solis autem discipulis, & certis quibusque manifestatus est. Ergo quod intrauit omnes viderunt: quod surrexit, pauci cognouerunt, tenuerūt, & palpauerunt. Tollit portas ciuitatis, id est, aufert portas inferni, mortis imperium remouet. Nouimus quoque eum resurrexisse, & in cælos ascendisse.

b Post hæc amauit mulierem, & c. Iosephus. His gestis, Samson

* Aug.

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XVI.

Diuisio.

1 A Bijt. Hic consequenter describitur ipsius Samsonis mors & consummatio: & quia mors eius fuit per mulierem procurata, iaco primò describitur qualiter cum vna periculo se exposuit. secundò qualiter per alteram morti succubuit, ibi: Post hæc amauit. Circa primum dicitur: Abijt, quæ erat ciuitas Philisthinorum mortem ipsius querentium.

2 Et vidit. In Hebræo habetur: Mulierem hospitalariam, quia nomen ibi positum æquiuocum est ad vtramque significationem: sicut dictum fuit supra 11. c. de matre Iephte, & Iosue. secundò de Raab, & propter hoc non inuaserunt cum ibi Philisthi: quia secundum legem terræ securitatem debebat habere in loco hospitij: sed posuerunt insidias in porta ciuitatis, vt eum exeuntem occiderent, & forsitan vtraque significatio conueniebat illi mulieri: quia in aliquibus terris hospitatrices se de facili exponunt hospitibus suis.

3 Ingressusq; est ad eam. Quod cum audissent Philisthijm, & percre. hoc intelligitur de concubitu carnali scdm sensum translationis

lationis nostræ. secundum autem Hebræos intelligitur de ingressu hospiti: & forte vtrunque fuit ibi. Cetera patent ex dictis vsque ibi.

4 Apprehendit. Porta proprie loquendo est muri apertura, fores autem sunt ostia quibus apertura clauditur: vnum tamen pro alio frequenter ponitur.

5 Post hæc. Hic consequenter ostenditur qualiter Samson per aliā mulierem morti succubuit, vbi primò describitur mulieris fraudulenta inquisitio. secundò veritatis apertio. ibi: Cumq; molesta ei esset. tertio ipsius Samsonis comprehensio. ibi: Quem cum apprehendissent. Circa primum ponitur mulieris triplex tentatio. secunda ibi: Dixitq; ad eum. tertia ibi: Dixitq; Dalila. Circa primum dicitur: Post hæc ama. Vtrum autē fuerit Hebræa vel Philisthæa nō habetur in textu: videitur tamen magis, quòd fuerit Philisthæa: eo quòd fuerit ita sollicita decipere Samsonem aduersarium Philisthorum, & vocabatur Dalila: sic enim debet scribi & pronuntari.

6 Veneruntq;: vt quem non poterant superare virtute, caperent fraude. Cetera patent vsque ibi.

* I Si

MORALITER.

1 Abijt. Per descensum Samsonis in Gazam significatus fuit descensus Christi ad inferos: secundum beatum Greg. & plures doctores alios. Sed ab hoc multum distonare videtur quod subditur.

2 Et vidit ibi. Propter quod sciendū q, Hebræi dñt hanc esse literam: Mulierem hospitalarem, & hoc verius videtur sicut dixi plenius in expositione literali. Secundum hoc igitur p descensum Samsonis in Gazam, figuratus fuit descensus Christi ad limbum patrum, qui bñ significatur per mulierem hospitatricem: eo q, ibi sancti patres erant hospitali vsque ad accceptionem suæ beatitudinis, de qua iam erant certi.

4 Dormiuit autē Samson vsque ad medium noctis: & inde. Per hoc autē Christi resurrectio fuit figurata, quæ fuit secundum communem opinionem doctorum in aurora: & sic in secunda medietate noctis, nam dies sequens incipit ab ortu solis. Est enim dies latio solis super terram.

5 Apprehendit ambas portæ fo. Quia Christus resurgens infernū fregit & spoliavit patribus ibi detentis: & deduxit eos vsque ad monte patriæ cælestis. Mo. a uer autē per Samsonem Nazareum significatur homo contēplatiuus, intentus circa Deum, tñ propter necessitatem populi descendit ad actiuā, prædicando & exhortando ad bonū: & surgendo ab hac occupatione aufert portas ciuitatis diaboli: quæ sunt fauor humanus, & timor mundanus, & inclusos ducit ad patriam cælestem, in spe de præsentī, & in re de futuro.

6 Post

6 Post hæc. Doctores nostri dicunt, & benè: qđ in hoc facto Samson nō fuit figura Christi. Nā in principio huius operis dictum fuit, qđ res vna numero diuersa signat, & incompōsibilia, p diuersas proprietates, sicut leo ratione constantie signat Christum, & ratione voracitatis diabolium. Et eodem mō contigit de eadem persona, quæ ratione virtutis Christi signat: & ratione vitij nullo mō signat ipsum, sed magis oppositū. Sicut Salomō in edificatione templi domini fuit figura Christi, q edificauit ecclesiam. In hoc autem, quod edificauit idolorū templa 2. Regum 11. non potuit esse figura Christi, sed magis diaboli: Sic est in proposito. Samson. n. in p̄dictis bene fuit figura Christi: sed non in eius deceptione per Dalilam. Samson igitur deceptus a Dalila secretum suæ consecrationis eidē illicite reuelauit. Et in hoc significat hominem dño cōsecratum per professionem in religione, uel ordinem sacrum: qui per blanditias mulieris deceptus trahit ad impudicos tactus & amplexus: & sic excusat primò tenebris ignorantie & secundo ligatur uinculo cōsuetudinis puetis: & in carcere peccati deputatur ad molēdum, id est, ad coitus exercitiū secundum Hebræos. Vel aliter ad molēdum, id est, ad opus laboriosum & malum, quod est opus peccati, secundū quod dicitur, Sapient. 5. b. in persona peccatorū: Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, ambulauimus vias difficiles: viam autem dñi non ambulauimus. Per hoc autem, q, capillis Samsonis renascētibz ipse plus nocuit Philisthæis quam

† ante

A transcendebat iā leges patrias, & edicta propria requirebat, mores imitando peregrinorū, quod ei initium malorū fuit.
 * Ambros. Namq; parū fida expertus alienigenæ vxoris prima cōnubia, qui debuisset cauere vel postea, rursus Dalilæ mulieris fornicatiæ copulā nō declinauit: & cū eā diligere impense, ten tandi se causam dolis hostilibus præstitit. Pecuniam promittentib. Philisthæis, illa quæ simul se pecuniæ proffiterat, astute fatis & callide inter epulas, ad illecebras amoris, quasi admitans fortitudinis eius eminentiam, querere cœpit, quo tandem genere tantum præstaret reliquorum virtutibus, simul & quasi pauida atque sollicita orate, vt dilectæ suæ cōmitteret, qui nexus affectu alienæ potestati substerneret. Ille autem adhuc sobrius, & fortis animi aduersus delinimenta meretricia dolum dolo retulit, &c.
 * Prosper. Dicunt Allophyli ad Dalilam: *Seduc virum tuum, & indicet tibi in quo sit virtus eius, & dabimus tibi singuli mille centum argenteos.* Ecce illa est triplex venditio. Venditur Christus in Ioseph, ante legem: venditur in Samson sub lege, venditur

tantam fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vincitum affligere. Quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centum argenteos. Locuta est ergo Dalila ad Sālon; Dic mihi obsecro in quo sit tua maxima fortitudo, & quid sit quo ligatus + erumpere nequeas. Cui respondit Samson. Si septem + neruiceis funibus necdum siccis & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines. Attuleruntque ad eam satrapæ Philistinorum septem + funes vt dixerat, quibus vinxit eum latens apud se insidijs + & in cubiculo finē rei expectantibus. Clamauitq; ad eum, Philisthijm super te Samson. Qui rupit + vincula quomodo si rumpat quis filum de stupa tortum sputamine, cum odorem ignis acceperit, & non est cognitum in quo esset fortitudo eius. Dixitq; ad eum Dalila; Ecce illusisti mihi, & falsum locutus es. Saltem nunc indica mihi quo ligari debeas. Cui ille respondit; Si ligatus fuero nouis funibus qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero & aliorum hominum similis. Quibus rursus Dalila vinxit eum, & clamauit; Philisthijm super te Samson, in cubiculo insidijs præparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarū. Dixitq; Dalila rursus ad eum: Vsq; quo decipies me & falsum loqueris? Ostende de quo vinciri debeas. Cui respondit Samson: Si, inquit, septem crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his circumligatum terræ fixeris infirmus ero. Quod cū fecisset Dalila, dixit ad eum: Philisthijm super te Samson. Qui cōsurgens de somno, extraxit clauum cum crinibus & licio. Dixitq; ad eum Dalila: Quomodo dicis quòd amas me, cūm animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua. Cumq; + molesta esset ei & per multos dies iugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est. Tunc aperiens + veritatem rei dixit ad eam: + Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus, id est, consecratus domino sum de vtero matris meæ. Si rasum fuerit caput meum recedet à me fortitudo mea & deficiam, erōq; sicut cæteri homines. Videnſq; illa quòd confessus ei esset omnem animum suū, misit ad

D tur à Iuda sub gratia.
 * Rupert. Dalila, synagoga est Interpretat aut paupercula, synagogā denotans pauperrimā, cū se iactet magnis legis & prophetarū habere diuitias. Principes Palæstinorū, principes sacerdotū & populi fuerunt, qui plebem vniuersam aduersus Christum concitauerunt. Mulier Samsonem quartò tentauit, & synagoga Christū multoties, & nec saltem in sermone eū capere potuit. Tandem autem aliquando, quasi caput eius radendo ceterauit & præualuit, quia Christum Dei filium, regem suum negando ac blasphemando, in monte Caluarie crucifixit.
 a Si rasum fuerit caput meum, &c.
 * Aug. Virtutem non habuit in manu, non in pede, non in petore, nō in ipso capite, sed in capillis & crinibus.
 * Procop. Portò, filij hæreticorum ridet, quòd in capillis gratia est. Rideant igitur, quod in Apostolorū vmbriis gratia est, in simbria itē vestimenti Christi, in luto deniq; quod ceterum illusit. Quia propter votinominem, pretiosa apud Deū fuit coma. Quod ipse testatus est
 E
 † virgas virides nec dum siccas.
 * totum spumamine.
 Act. 5. Matth. 9. Iuan. 9.
 † cor suum. † nouacula s. consecratus.
 E

Deus, cūm legem de quouis Nazaræo sanxit. *Vocatur;*

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Si septem neruiceis. id est, factis de neruis.
- 2 Necdum siccis. quia tales funes extenduntur & non rumpuntur.
- 3 Latentibus. quia non audebant inuadere Samsonem donec viderant per experientiam, quòd vincula non possit rumpere.
- 4 Qui rupit vincula. valde facilliter, ideo subditur.
- 5 Quomodo. quia mulieres quæ filat immiscēt aliquid de sputo suo.
- 6 Dixitque. Hic ponitur secunda tentatio mulieris ad deceptionem Samsonis cūm dicitur.
- 7 Saltem. fingebat enim ista mulier quòd ex magno amore ad Samsonem desiderabat scire fortitudinis suæ conditionem, sicut amans desiderat scire intima sui amici.
- 8 Si ligatus. Hanc conditionem nouitatis addidit Samson ad suam primam responsionem, ita quòd funes non essent tantummodo neruiceci & humid: sed etiam omnino noui, & hoc dicebat Samson ad colorationem sui mendaciæ.
- 9 Dixitque Dalila. Hic ponitur tentatio tertiā, cūm dicitur.
- 10 Vsq; quo. celando secretum tuum amica tua.
- 11 Si, inquit, septem. In Hebræo habetur septem circinnos, vel floccellos, casaries enim capitis sui distincta erat per septem floccellos, vel circinnos.

- 12 Cum licio plexueris id est, cum forti ligamento.
- 13 Dixitque. q. d. hoc est falsum. manifestè, cū proprium sit amantium secreta sua inuicem reuelare.
- 14 Cumq;. Hic consequenter describitur veritatis apertio: quæ per molestiā mulieris fortunè puteris veritatis aperuit ad sui interitū.
- 15 Ferrum. quia de ritu Nazaræorū erat, quòd non raderentur eorum capilli toto tempore consecrationis suæ, vt dictū suū supra 14. c.
- 16 Si ra. Quia sicut dictum suū supra ista firmitudo nō erat virtute nature, sed erat quoddam donū gratiæ gratis date: que in necessariis et expedientibus fuit in eo quādiu tenuit ritum Nazaræi propter qd ipso uiolato per rasurā non affini: sibi. sed cōtra hoc videtur quòd uō uō Nazaræi uiolabatur per tacitū & etiā aspectū mortui. ut habetur Num. 6. Samson autē multos iam ante interfecerat, ut patet ex supradictis. Dicendum quòd non fuit simile de Samson & alijs Nazaræis, qui erāt consecrati ad ipsos & ad uacandum orationibus & pijs operibus. Samson autem fuit consecratus per totam uitam, et sua consecratio erat ordinata ad alia opera. scilicet ad liberationem Israel de manu Philistinorum, ut habetur sup. 13. cap. propter quod interficiendo Philisthæos consecrationem suam non uiolauit, sed magis adimpleuit.
- 17 Videnſque. reuelando veritatem: hoc enim præceperat per quod nomen dñi nominauit, dicens se consecratum domino, nō enim nominasset

Cum

MORALITER.

antè fecerat, significatur, quòd aliqui homo Deo cōsecratus & dicto mō deceptus ex respectu diuinæ gratiæ reilluminaet: & 3 demones & vitia fortius quā ante casum præliatur. Potest et aliter dici q; per Samsonē qui ante tōtionem capillorū

fuit fortissimus, & post tōtionē capillorū fuit sicut ceteri homines infirmus, significant religioſi ad bonū opus tepidi: qui ante de positionē capillorū per religionis ingressū erāt fortes & agiles ad luctandū & saltandū & hmoi, & post ingressum religionis infirmi sunt & debiles ad bene operandū.

A *Vocavitq; tonsorem.* Ibid. Quod mulier subdola caput Sāsonis rasi, & Allophylis illudendum tradidit: q; captiuatus est, q; cecatus, & ad molā deputatus: nō in his Christus, sed illi figurantur qui tantū Christi noīe gloriāntur, & malis adibus iugiter implicātur. Vir em̄ sensus rationalis intelligit. Caro autem mulierem significat. si enim mulier: i. i. carni nostrae blandiente libidine, vel alijs malis operibus consenserimus: gratia spiritus sancti que Nazareī crine significatur nudati expoliamur atq; decipimur. Ita enim superbis & peccatoribus violata Christi gratia, sicut Samson incisa coma à diabolo illuditur. Si quis autem agendo pœnitentiam redeat coma redeunte. i. gratia refluente: reparatur ad virtutem, & cupidinis ac luxurię subuersis columnis hostes dericiet:

† in sinu suo
reclinare caput.
† abigere eum, &c.

Lib. de prom.
mil. cap. 22.

* ex nostris.

Lib. com. in
Iudic. c. 24.

Actuum. 9.

Lib. de Natur.
ali commu-
nitione iter Pa-
trē, & Filiū,
& Spiritum
sanctum.

B & parato certamine in finem fortissimē demones triumphabit.

C *Quem.* * Prosper. Impietur in Samson per figuram, quod in Christo adū est manifeste. Mulier pecuniam à principibus Philisthinorum suscepit, & Iudas percepto argēto dominum tradidit. Mulier dormire fecit Sāsonem in sinu suo: hoc est quod noster fortis dominus dicit. *Nō expedit mori prophetam extra Hierusalem.* Illa inebriauit poculo mortifero: & Dominus dixit, *Dederunt in escam meam sil, &c.* Nouacula rasi caput eius: synagoga Christum spiritus capite coronatum, in loco Caluarie crucifixit. Raso capite Samson discessit & virtus: & noster pedēs in ligno clamauit, *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Effoderunt inimici Samson duos oculos eius. Duę partes, velut lumina, discipulorum effusę sunt ad tempus fugiendo, &c.

D *Quem.* * Prosper. Impietur in Samson per figuram, quod in Christo adū est manifeste. Mulier pecuniam à principibus Philisthinorum suscepit, & Iudas percepto argēto dominum tradidit. Mulier dormire fecit Sāsonem in sinu suo: hoc est quod noster fortis dominus dicit. *Nō expedit mori prophetam extra Hierusalem.* Illa inebriauit poculo mortifero: & Dominus dixit, *Dederunt in escam meam sil, &c.* Nouacula rasi caput eius: synagoga Christum spiritus capite coronatum, in loco Caluarie crucifixit. Raso capite Samson discessit & virtus: & noster pedēs in ligno clamauit, *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Effoderunt inimici Samson duos oculos eius. Duę partes, velut lumina, discipulorum effusę sunt ad tempus fugiendo, &c.

E *Quem.* * Prosper. Impietur in Samson per figuram, quod in Christo adū est manifeste. Mulier pecuniam à principibus Philisthinorum suscepit, & Iudas percepto argēto dominum tradidit. Mulier dormire fecit Sāsonem in sinu suo: hoc est quod noster fortis dominus dicit. *Nō expedit mori prophetam extra Hierusalem.* Illa inebriauit poculo mortifero: & Dominus dixit, *Dederunt in escam meam sil, &c.* Nouacula rasi caput eius: synagoga Christum spiritus capite coronatum, in loco Caluarie crucifixit. Raso capite Samson discessit & virtus: & noster pedēs in ligno clamauit, *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Effoderunt inimici Samson duos oculos eius. Duę partes, velut lumina, discipulorum effusę sunt ad tempus fugiendo, &c.

F *Quem.* * Prosper. Impietur in Samson per figuram, quod in Christo adū est manifeste. Mulier pecuniam à principibus Philisthinorum suscepit, & Iudas percepto argēto dominum tradidit. Mulier dormire fecit Sāsonem in sinu suo: hoc est quod noster fortis dominus dicit. *Nō expedit mori prophetam extra Hierusalem.* Illa inebriauit poculo mortifero: & Dominus dixit, *Dederunt in escam meam sil, &c.* Nouacula rasi caput eius: synagoga Christum spiritus capite coronatum, in loco Caluarie crucifixit. Raso capite Samson discessit & virtus: & noster pedēs in ligno clamauit, *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Effoderunt inimici Samson duos oculos eius. Duę partes, velut lumina, discipulorum effusę sunt ad tempus fugiendo, &c.

G *Quem.* * Prosper. Impietur in Samson per figuram, quod in Christo adū est manifeste. Mulier pecuniam à principibus Philisthinorum suscepit, & Iudas percepto argēto dominum tradidit. Mulier dormire fecit Sāsonem in sinu suo: hoc est quod noster fortis dominus dicit. *Nō expedit mori prophetam extra Hierusalem.* Illa inebriauit poculo mortifero: & Dominus dixit, *Dederunt in escam meam sil, &c.* Nouacula rasi caput eius: synagoga Christum spiritus capite coronatum, in loco Caluarie crucifixit. Raso capite Samson discessit & virtus: & noster pedēs in ligno clamauit, *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Effoderunt inimici Samson duos oculos eius. Duę partes, velut lumina, discipulorum effusę sunt ad tempus fugiendo, &c.

NICOLAUS DE LYRA.

* nasset nomen domini dicendo mendacium.

1 *Ascendite adhuc semel: quia nunc mihi aperuit totum cor suū.* Ex hoc videtur quod illi ijdem prius fuerant apud ipsam ad comprehendendum Samsonem: sed videntes eius fortitudinem per ruptionem vinculorum ipsum non inuaserant: sed latenter ad sua loca recesserant, & per hoc etiam Samson fuit deceptus reuelando secretum suum mulieri ignorans quod machinaretur in mortem eius.

2 *At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput.* Ut tonsor melius posset radere eum quam si in lecto iaceret.

3 *Et rasi septem crines eius: & cepit abigere eum & à se repellere.* In Hebræo habetur, *septem floccellos.* quia rasi totam cæsariem septem floccellis distinctam: vt prædictum est.

4 *Statim enim ab eo fortitudo recessit.* Cuius causa prædicta est.

5 *Dixitque.* Volebat enim experiri sicut prius vtrum fortitudo discessisset ab eo.

6 *Egrediar.* scilicet à vinculis, ipsa enim ligauerat ipsum ad experiendum certitudinaliter si raso capite posset vincula rumpere:

pellari dominū liquidò in libro Iudicū scriptura ostēdit, vbi de mirandis operibus Sāsonis, ait. *Spiritus domini venit in eum.* Atq; iterū: *Venit spiritus domini in Samsonem.* Cum autē effatus esset mysteria Dei, apertens ea Dalile, dicit scriptura: *Recessit à Samsonē dñs.* Qua propter demonstratum iam est, Spiritum esse dominū. Cognoscite autē q; dominus ipse est Deus.

1 ** Ambr. Ex somno exper rectus: Faciā, iquit, sicut solco, & excutiā me super aduersarios.* Sed nec animi sui alacritatē, nec virtutē agnouit, nec vigor erat, nec grā manebat.

2 *d Molere fecerunt.* * Hieron. Molere farinā durę captiuitatis, & extreme seruitutis iudiciū est. Ab Hebræis ēt mola intelligit figuratiter, q. s. in morem scorti, victorū libidini pateat. Illudq; qđ in Iudicū libro de Sāsonē legitur, ad molā eum esse dānatū, hoc significare volunt, q; pro sobole robustissimorū virorum, hoc in Allophylas mulieres facere sit cōpulsus.

3 ** Rupert. Sed nūquid hostes Philistæi, de semine Hebræorū fortes viros multiplicari optauerūt? Ergo hæc opinio q̄ turpis, tã & friuola est.*

4 *Greg. Samson amissis oculis ab Allophylis ad molā deputatur. Sciendū est q; prius intellectus obtūdit: & postea captus aīus per exteriora desideria vagatur: vt ceca mēs quò ducit nesciat, & carnis illecebris se libēter subdat, aliqñ verò pri⁹ desideria carnis ebulliūt & post longum vsū illicitis operibus oculū cordis claudūt. Nam sepē mēs recta cernit: nec tñ audēter q̄ peruersa se erigit, &*

5 *renitens vincitur, dū hoc ipsum quod egit dijudicans carnis suę dilectione superatur. Quòd. n. plerumque prius oculus contēplationis amittitur, & post captus per carnis desideria huius mūdi lab orib⁹ aīus subiugat, testat Sāson ab Allophylis captus, qui postquā oculos perdidit, ad molā deputatus est: quia maligni spiritus postquā tentationū stimulis intus faciē cōtēplationis effodiūt, foris in circūitu laboris mittūt.*

6 *Præceperunt vt vocaretur Samson.* * Ambrosius. Producitur de carcere Samson, ac statuitur in populi conspectu. Grauib⁹ in eum insultabant conuitijs, circumagebant ludibrijs: quod durius, & vltra ipsam captiuitatis speciem, viro ingenitę virtutis conscio tolerabatur. Nam viuere & mori, naturę functio: ludibrio esse, probro ducitur. Cupiens igitur tantam contumeliam vel vltione solari,

7 *perce: quod cū non posset, Philisthæi inuaserunt eum securi.*

8 *Quem.* Hic consequenter describitur Samsonis comprehensio, vbi primò describitur eius incarcerationio, secundò illusio, ibi: *Iamque capilli.* tertio mors & consummatio, ibi: *Qui dixit puero.* Circa primum dicitur: *Quem.* Dono fortitudinis destitutum.

9 *Statim eruerunt.* ne si fortē euaderet, damna eis inferret.

10 *Et clausum in carcere molere fecerunt.* id est, grauitate laborare, ne gratis panem comederet, aliqui autem exponunt molere, id est, coitare vel coire cum magnis mulieribus quas adducebant Philisthæi: vt de illis magni homines & robusti nascerentur apti ad prælium.

11 *Iamque capilli, &c.* Hic consequenter describitur ipsius illusio in festo Philisthinorum, cum dicitur.

12 *Conuenerunt.* Gratias reddendo idolo suo de captione Samsonis, quam attribuebant idolo.

13 *Qui deleuit terram nostram.* Per incendium terrę nascentium vt suprā dictum est 15. cap.

14 *Præceperunt.* id est, vt materiā risus eis præberet: quia cęcus erat: & ideo impingebat aliquando ad parietem, aliqñ ad columnā: & aliqñ cadebat: ex quibus ridebant Philisthæi.

15 *Qui*

A vel morte in reliquū praeuere, simulato quod infirmitate corporis, & nodis compe-
 lū sustentare sese nequireret, popo-
 scit a puero, &c. In morte seipsum vicit, & insuperabilem gef-
 sit animum, vt pro nihilo haberet vitæ finem, oibus formi-
 dolosum. Non captiuum exitum, sed triumphalem inuenit.

Eius sepultura præ-
 stantior quam potē-
 t a fuit: non telis, sed
 cadaueribus hostiū
 pressus, humatus
 est, proprio rectus
 triumpho. Huius au-
 tem exēplo liquer,
 alienigenarum con-
 sortia refugienda,
 ne pro charitate con-
 iugij, prodicionis in-
 sidia succedant

B * Prosper. Cate-
 næ Samsonis, claus
 indicant crucifixi.
 Quæ verò illuden-
 tes fecerunt, dando
 palmas in facie: spu-
 tis linire, flagellis ce-
 dere, hæc omnia E-
 saias prædixit, & im-
 pleta in Christo E-
 uangelia testantur,
 vbi velut cæcatum
 illudunt Iudæi, cala-
 mo percutientes ca-
 put eius, d. *Propheta,*
Et c. Plures Sam-
 son occidit in mor-
 te sua, quam in vita. Noster etiam dominus, duos angulos
 mundi, circumcissionē, fac præputium, velut duas columnas
 in sua morte mouēs, omnem culturā idololatriæ subuertit.

C * Aug. Samson non aliter excusatur, quod seipsum cum
 hosti-

hostibus domus ruina opprēsserit, nisi quia Spiritus latenter D
 hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat.

* Chrysoft. Samson moriens, inimicos suos concussis æ-
 dificijs ruina cōprimis: & dñs tunc cum mori dignatus est,
 non vna domo sed toto mundo concusso, diabolum cum

Homil. 4. in
 diuersos.
 Mathæi lo-
 cos.
 lib. 29 Mora-
 lium. cap. 7.

luderet. Qui adductus de carcere Iudebat ante eos, fece-
 runtque eum stare inter duas columnas. Qui dixit puero re-
 genti gressus suos: † Dimitte me vt tangam columnas quib-
 us omnis imminet domus, & † recliner super eas, & paulu-
 lum requiescam. Domus autem erat plena virorum ac mu-
 lierum, & erant ibi omnes principes Philisthinorum, ac † de
 recto & solario, circiter tria milia viriusque sexus spectantes
 ludentem Samson. At ille inuocato domino ait: Domine
 Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudi-
 nem * pristinam, Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis:
 & pro amissione duorum luminum vnā vltionem reci-
 piam. Et apprehendens ambas columnas quibus innitebatur
 domus, alteramque earum dextera, & alteram læua tenens,
 ait: † Moriatur anima mea cum Philisthijm. Concussilque
 fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes &
 cæteram multitudinem quæ ibi erat. Multoque plures in-
 terfecit moriens, quàm ante viuus occiderat. Descendentes
 autem fratres eius & vniuersa cognatio, tulerunt corpus eius,
 & sepelierunt inter Saraa & Esthaol, in sepulchro patris sui
 Manue: Iudicauitque Istaël viginti annis.

ab elatione superbiæ paucos eum viueret, plures cum cor-
 poris sui templum solueretur extinxit, atque electos ex gen-
 tibus quos viuendo sustinuit, simul omnes moriendo pro-
 strauit.

suis angelis extinxit.

a *Mulioq.* Gregor.

1 In hoc loco per Sam-
 son Christus signifi-

2 catur. Samson enim
 dum viueret paucos
 interfecit: euerso ve-
 rò templo moriens
 maximam aduerfa-

3 riorum multitudinē
 strauit. Et domino
 nostro prædicante
 pauci ex Iudæis cre-

4 diderunt: innumeri
 verò Gentilium po-
 puli viam vitæ illo
 moriente sunt secu-
 ti. Superbos enim
 dum adhuc passibilis

5 viueret pertulit: im-
 passibili verò vita
 mortuus strauit. Hunc
 Samson in se-
 metipso dudum figu-
 raliter expressit, qui
 paucos dum viueret
 interemit: destructo
 verò templo multos
 cum moreretur oc-
 cidit, quia dominus

† super terrā.

E

* meam.

† 23. q. 5. c. si
 non licet. &
 cap. reos. De
 diuor. c. gau-
 demus.

F

⊕ CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Qui.* Hic describitur mors eius & consummatio.

2 *Dimitte me.* Tum quia ex collisionibus prædictis erat fa-
 tigatus vt requiesceret: tum ut per earum impulsū cum
 Dei adiutorio de quo sperabat, domum cadere faceret: ideo
 subditur.

3 *At ill.* Quia videbat quod eius delusio reuertebatur in
 opprobrium diuinum, eò quòd captio Samsonis attribue-
 batur idolis, & de hoc idola laudabantur ab idololatriis.

4 *Vt vlciscar me de hostibus.* Hoc enim dixit non liuore vin-
 dictæ, sed zelo iustitiæ & honoris diuini nominis: ita quòd
 Philisthæi Deum blasphemabant idola laudando, ideo non
 peccauit, Philisthæos occidendo, nec etiam occidendo se
 cum ipsis, prout subditur.

5 *Moriatur.* Et accipitur hic anima per toto composito,
 quod est corruptibile, licet anima sit immortalis. Non enim
 Samson intendebat se occidere per se sed tantum per acci-
 dens: quia non poterat blasphematores nominis diuini oc-
 cidere nisi seipsum cum eis occidendo. Præterea voluntas
 domini erat, quòd hoc fieret: quod patet per hoc, quòd for-
 titu-

itudinem miraculosè sibi reddidit ad hoc faciendum. Qui-
 libet autem debitor est mortis ipsi Deo: & hoc debitum po-
 test reperere quando vult, & quomodo vult: & ideo Sam-
 son non peccauit se cum alijs occidendo ex Dei voluntate
 & instinctu diuino. Credendum est etiam quòd de pecca-
 tis prius perpetratis penituit: & quòd illa mors pœna pec-
 catorum suorum fuit, quam non solūm acceptauit, sed etiā
 pro ea dominum rogauit & ideo computatur in catalogo
 sanctorum ad Heb. 11.

Moraliter. Samson Nazaræus est homo per baptismum
 domino consecratus. Dalila quæ situla interpretatur, est
 sensualitas, per quam voluptas carnis quasi per situlam hau-
 ritur: Per hanc Samson decipitur, quia per sensualitatem
 homo aliquando à gratia in baptismo recepta deijcitur. Se-
 ptem crinibus denudatur, quia septem donis spiritus sancti
 spoliatur. Oculis priuatur per mentis excecationem. Ca-
 tenis ligatur per peccandi assuefactionem: carcere claudi-
 tur per obstinationem, sed tunc capilli eius incipiunt recre-
 scere, quando diuinæ faciei respectu incipit penitere, qui
 moriens triumphat de hostibus, quia moriendo peccato
 triumphat de dæmonibus.

Moraliter.

Tom. 2.

I 2

CAP.

C A P. XVII.

A
com. in Lib.
Iud. cap. 26.

Vitque eo tempore, &c. * Rupert. Duo gentis Israelitica mala, duplicemque fornicationem ex hoc loco, usque ad finem huius libri scriptura sancta culpare, & execrari laborat: propter quae penes continua, & nunquam nisi paucissimis Iudicibus, siue Regibus iustis frequentibus, interdum coercita, dominus terrae illi & populo toties iratus est, & adhuc manus eius extenta. Prima namque, id est, fornicatio animae est, qua à Deo legitimo viro creatura recedens, idolis prostituitur, & diuini nominis adulterium perpetrat, sculptili atque conflati communicando illud. Hanc fornicationem spirituales in gente illa praesens lectio vehementer percutit: quo in tantum ardebat, ut non solum Michas, vnus homo sculptile fecerit, sed & integra tribus Dan pro magno commodo sibi illud furata sit: cum adhuc inter ceteras tribus sortem non accepisset.



† maledixerat

B

Et fecit Ephod, etc. Rupert. Ephod indumentum sacerdotale significat, quod in Exodo & Leuitico superhumeralis dicitur

com. in lib.
Iud. cap. 26.

C

Vitque eo tempore vir quidam de monte Ephraim, nomine Michas, qui dixit matri suae. Mille & centum argenteos + quos separaueras, & super quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo + & apud me sunt. Cui illa respondit; Benedictus filius meus domino. Reddidit ergo eos matri suae, quae dixerat ei; Consecraui & voui hoc argentum domino, ut de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile atque conflatile, & nunc trado illud tibi. Reddidit igitur eos matri suae. Quae tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, ut faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michae. Qui adicula[m] quoque in ea Deo separauit, & fecit Ephod & Teraphim,

cimus. Teraphim autem proprie appellantur, figure & simulacra. Hieron. In volumine Iudicum legimus Micham de monte Ephraim mille centum argenti siclos matri, quos illa uouerat reddidisse, atque sculptile inde fecisse & conflatile. Et audis post haec modicum, vocari Ephod & Teraphim, cum utique si zona sit, aut vestimenti generis, sculptile atque conflatile esse non possit. Agnosco erroris penam omnium Latinorum, putatum Ephod & Teraphim quae postea nominantur, de hoc argento fuisse conflata, cum scriptura sic referat: et accepit mater eius, haud dubium quin Michas, argentum, & dedit illud conflatori, & fecit illud sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michae, &c. Ergo post matris idolum, quod dicitur sculptile atque conflatile, Michas fecit Ephod & Teraphim, sicut ex consequentibus approbatur, &c. Idolum igitur positum est, ad cuius uenerationem, sicut ad Dei mysterium, Ephod & Teraphim insigne conficitur. Illud etiam attende, quod Ephod nunquam nisi in sacerdotio nominetur. Scito quoque Teraphim ab Aquila interpretari, quae nos figurat,

D
Tom. 3
130. 4
ad M.

† Qui
laci
Lxx.
† ego
illos.
E

NICOLAUS DE LYRA.
CAP. XVII.

Vitque. Haec est ultima pars principalis huius libri in qua agitur de quibusdam casibus tempore Iudicum accidentibus. Et sunt tres casus. Secundus ponitur c. 10. tertius ponitur in libro Ruth, qui secundum Hebraeos antiquos non est liber distinctus à libro Iudicum, ut patet per Hieron. in prolog. galat. Circa primum dubitatur quo tempore accidit casus Michae. Et dicunt expositores nostri cõiter, quod accidit post mortem Iosue antequam surgerent iudices, & ad hoc probandum inducunt quod hic bis dicitur: In diebus illis non erat rex in Israel, &c. quia tunc non erat rex vel iudex qui errata corrigeret. Dicunt etiam quod haec historia hic describitur ad ostendendum necessitatem dandi iudices Israeli ad corrigendum errata. Sed istud dictum non videtur multum valere. Tunc quia sicut dictum est pluries iudices praerant per modum directionis & consilij, non per modum dominij: propter quod non habebant efficaciam corrigendi: sed reges eis succedentes habuerunt autoritatem & potestatem subditos coercendi. Causa etiam suscitandi iudices inducta non habetur ex praecedentibus, quia ubique scriptura dicit: Suscitauit eis dominus talē, vel talē iudicem, praemittitur pro causa huius suscitationis tribulatio in qua erat populus Israel: ut per iudicem suscitatum liberaretur. Hebraei uero dicunt, quod factum Michae contigit sub Othoniel, qui successit Iosue. Et ad hoc probandum inducunt quod scribitur in fine 18. c. Mansitque apud eos idolum Michae omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. Hoc tempus incepit ante mortem Iosue: ut habetur Iosue 18. Tempore autem Iosue non declinauerunt ad idololatriam, ut habetur supra 2. c. Et ideo dicunt quod hoc accidit in principio temporis Othoniel, quod fuit propinquius positioni tabernaculi in Silo post tempus Iosue. Igitur circa historiam Michae sic proceditur: quia primo describitur idololatria perpetratio. Secundo idololatriae spoliatio, c. 18. Circa primum praemittitur fabricatio idoli. Secundo subditur abusus sacerdotij, ibi: Impleuitque. Circa primum, quia litera est intricata considerandum, quod mater Michae consecrauerat summam pecuniam pro fabricatione idoli. Michas autem uolens illam in alios usus expendere subtraxit illam occulte: postea uero penitens: tunc quia et ipse idololatra erat, tunc quia maledictionem matris timebat, quae illi quod pecuniam subtraxerat frequenter maledicebat: dictam pecuniam matri restituit: ut inde fieret quod ipsa promiserat. Et hoc est quod dicitur.

1 Fuitque, eo tempore vir. Hoc non refertur ad tempus Saisonis de quo immediate supra dictum est: quia factum istud accidit longe ante. Immediate post mortem Iosue, ut praedictum est, sed refertur in generali ad tempus Iudicum: tamen intelligitur pro prima parte illius temporis.
2 Mille & centum arg. Ex hoc dixerunt aliqui, quod ista mater Michae

chae fuit Dalila, & quod ista pecunia fuit illa quam recepit pro prodicione Saisonis ut dictum est ca. praecedens. sed hoc patet falsum: tunc quia istud factum contigit diu ante tempus Saisonis & Dalilae, ut iam dictum est, tunc quia summa pecuniae non est eadem hic & ibi, quia ipsi Dalila dederunt satrapae Philistinorum singuli mille & centum argenteos, erant autem quinque, & sic summa illius pecuniae ascendit ad quinq; millia & quingentos argenteos: hic autem ponuntur tantum mille centum argentei.
3 Quos sepa. scilicet, à communibus usibus idolo dedicando.
4 Et super. i. voto & iuramento promiseras, secundum expositores nostros. In Hebraeo autem habetur; Me audiente maledixeras, scilicet ei qui pecuniam abstulerat.
5 Ecce ego. q. d. paratus sum reddere tibi propter causas praedictas.
6 Reddidit ergo. id est, reddere promisit, quia de redditione actuali postea agitur.
7 Quae dixerat. s. antequam confiteretur pecuniam se habere, secundum istam literam, in Heb. habetur; Et dixit ei. s. post confessionem pecuniae.
8 Consecraui. Dominum uocat falsum Deum quem colebat.
9 Ut de manu. In hoc explicat modum voti sui, sic enim uouerat quod de manu sua argentum traderet filio, ut inde faceret fieri idolum.
10 Et nunc. i. statim cum mihi reddideris pecuniam secundum formam uoti mei, statim tradam eam tibi ad faciendum quod uouisti.
11 Reddidit igitur. scilicet ipse Michas.
12 Matri. redditione actuali.
13 Quae tulit. Residuum autem pecuniae fuit consumptum in alijs quae pertinebant ad cultum illius idololatriae utpote in adicula, Ephod, & consimilibus, de quibus postea subditur.
14 Et dedit. non per manum propriam, sed per manum filij sui secundum formam uoti praedictam.
15 Ut faceret ex eis sculptile, &c. Dicunt aliqui quod fuit unum idolum, quod uocatur hic sculptile & conflatile, id est, factum per transfusionem & conflationem, quia metalla prius calefiunt in igne & postea malleo tunduntur, ut ex eis aliquid facilius formetur. Alij autem dicunt, quod fuit duplex idolum, unum per sculpturam, quod notatur cum dicitur hic, sculptile; Aliud per conflationem, quod notatur per hoc quod dicitur, conflatile.
16 Qui adicula. id est, paruam adem, De. se. idolo dedicando & ab alijs usibus separando & uocatur hic idolum Deus. Et in tota historia hoc nomen Deus uel dominus pro Deo falso accipitur. Excepto quod in fine dicitur; Omnia tempore quo fuit domus Dei in Silo, hic enim accipitur pro uero Deo.
17 Ephod & Teraphim. Quod autem sequitur, id est, vestem sacerdotalem & idola, non est in Hebraeo, sed appositum fuit à traduttore ad exprimendum

MORALITER.

1 Fuit, Ecclesia mater dicitur omnium Christianorum, licet multi eorum sint eius filij solo numero & non merito. Item pastor inutilis ecclesiae dicitur idolum. Zach. 11. d. O pastor & idolum accliquens gregem. Igitur Michas qui matri suae tradidit argentum

gentum ad fabricandum idolum, signat illum qui filius est ecclesiae solo numero; & pecuniam offert praesidenti ecclesiae, ut ipse promoueatur ad pastoris officium, & sic fiat idolum, quia sic promotus non solum inutilis est ecclesiae, sed etiam nocuus, & de tali subditur.

Impleuitque

C figuras, siue figurationes possumus dicere, &c. Iuxta igitur hunc sensum & Micha cum veste sacerdotali, cetera quoque, quae ad ornamenta sacerdotalia pertinent, per Teraphim fecisse monstratur. **a** *In diebus illis non erat rex, &c.* Rupert. Itidem scriptura vehementer ingemiscit, cum inter narrandum, semel & iterum, ac tertio dicit.

A Quem putas vel qualem regem, in diebus illis in Israel non fuisse deplorat? Nunquid quando rex datus est Saul, abstulit fornicationes istas? Nunquid Achaz? Nunquid Manasses? Illi ergo regem scriptura deplorat non fuisse, cuius solius adventu vel regno confummareretur peccatum, & finem acciperet peccatum, & vngeretur sanctus sanctorum. Hic nempe deerat Rex, cum data esset lex. Et lex quidem peccatum ostendere poterat, sed a peccato liberare non poterat:

C Solus

id est, vestem sacerdotalem & idola. † Impleuitque vnus filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos. † In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat. Fuit quoque alter adolescens, de Bethleem Iuda, ex cognatione eius, eratque ipse Leuites, & habitabat ibi. Egressusque de ciuitate Bethleem: peregrinari voluit vbiunque sibi commodum reperisset. Cumque venisset in montem Ephraim, iter faciens, & declinasset parumper in domum Michae, interrogatus est ab eo vnde venisset: Qui respondit: Leuita sum de Bethleem Iuda: & vado vt habitem vbi potuero, & vtile mihi esse prospexero. Dixitque Michas: Mane apud me & esto mihi parens ac sacerdos: daboque tibi per annos singulos decem argenteos, ac † vestem duplicem, & quae ad victum sunt necessaria. Acquieuit & mansit apud hominem: fuitque illi quasi vnus de filiis. † Impleuitque Michas manum eius, & habuit puerum sacerdotem apud se. Nunc scio, dicens, quod benefaciat mihi Deus habenti Leuitici generis sacerdotem.

Solus iste rex eos omnes qui regnum eius susceperant. Cum igitur tanta enarrat scriptura peccata populi Israel, recte cōgemiscit, *In diebus illis non erat rex in Israel.*

b *Fuit quoque alter adolescens de Bethleem, &c.* Theod. Est probabile cum fuisse Leuitam ex patre, matrem autem habuisse de tribu Iuda.

Quest. in Iudic. interp. Herueto.

Ceterum vir iste

contra legem fecit. Nam cum

Deus fixisset tabernaculum in

Silo: in alio locoungebatur

suo munere praeter legem. Praeterea

manu factis idolis offerrebat sacrificia.

Ad haec, lex prohibuit Leuitis

ne sacerdotali munere fungerentur, sed misit

eos ministrare sacerdotibus.

Fuit etiam ingratus in eum, qui

ipsum coluerat. Nam fraude acceptis instrumentis, secutus est

eos, qui erant

ex tribu Dan, & fuit conciliator erroris in adorandis idolis.

E

C A P.

NICOLAUS DE LYRA.

ad exprimendum interpretationem Ephod & Teraphim. Ephod enim est idem quod superhumeralis: vt habet Exo. 28. & est vestis principalis summi sacerdotis, & per ipsam hic intelligunt alia vestimenta sacerdotalia qua fecit Michas, vt dicunt expositores cōiter. Si autem per Teraphim hic intelliguntur idola in plurali, nescio. Dicunt tamen Hebraei quod Teraphim est caput pueri primogeniti demoni immolati: quod aromatibus conditur, ut possit diu permanere sine putrefactione & super linguam eius in lamina aurea parua ponitur nomē demonis. Sic dat responsa: prout dictū est diffusius Gen. 31. Et huic dicto videt concordare illud quod habetur sequenti cap. Nostis quod in domibus istis sit Ephod & Teraphim & sculptile atque conflatile, ita quod Teraphim videtur esse aliud a duobus idolis predictis: quorum vnus fuit factum per susuram, aliud per sculpturam: vel aliud ab vno duobus modis factū: vt predictum est.

1 Impleuitque. Hic cōsequenter describitur abusus sacerdotij duplex. Primo: quia facit sibi sacerdotem unum de filiis suis, quod notatur cum dicitur: Impleuitque; id est, obtulit ad manum eius oblationem vel sacrificium per eum offerendum tanquam per sacerdotē. Ideo subditur. **2** Et factus. Cum tñ nullus esset promouendus ad sacerdotiū nisi de filiis Aaron. Michas autē non erat de stirpe illa, sed de tribu Ephraim. Secundo

Secundo quia fecit sibi sacerdotem de tribu Leui, sed non de filiis Aaron. quod notatur cum dicitur.

3 Fuit quoque. Hoc dicitur ad differentiam alterius Bethleem quae erat in tribu Zabulon, ut habetur Iosue 19.

4 Ex cognatio. scilicet, ipsius Michae, ut dicunt aliqui. Sed hoc est falsum, quia in Hebraeo habetur: Ex cognatione Iuda. Mulieres enim quae non succedebant in hereditate paterna, poterant contrahere cum viris alterius tribus, ut dictum fuit Num. ult. et ideo mater istius Leuitae fuit de tribu Iuda: pater autem de tribu Leui. Dicitur etiam de Bethleem Iuda, quia tribus Leui per omnes tribus erat dispersa, ut dictum fuit Iosue 21.

5 Egressusque. Quia filii Israel iam declinauerant ad idololatriam: nec reddebant decimas ad sustentationem Leuitarum ut tenebantur: & ideo Leuitae cogebantur querere victum per alium modum. Cetera patent usque ibi.

6 Fuitque illi quasi. Tenebat enim eum in domo sua honorifice nec occupabat eum operibus seruilibus.

7 Impleuitque. Exponatur sicut prius.

8 Nunc scio. Licet. n. esset idololatra iste Michas, & coleret Deum falsum, ut poie demonem in idolo: tamen credebat quod obsequium sacerdotis de stirpe Leui esset ei magis placitum, quam de altera tribu.

C A P.

MORALITER.

1 Impleuitque. Quia talis non dat aliquid nisi nepotibus & consanguineis in vita ac scientia defectuosis, quibus dat praebendas si sit episcopus: & bona ecclesiae si sit inferioris gradus: & parum aut nihil dat pauperibus: & huic bene conuenit hoc nomen

nomen Michas, quod interpretatur quis, id est, quasi nullus. Sicut de Sobna praeposito templi dicitur Esai. 23. c. *Quis tu hic aut quasi quis, &c.* Sequitur. *Ecce dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinaceus.*

In diebus.

ADDITIO.

In cap. 17. ubi dicitur in postilla: *Et uocauit idolum Deus in tota ista historia, &c.*

Si quis obijciat quomodo sacra scriptura utatur nomine diuino pro Deo falso seu idolo praesertim nomine domini tetragrammaton, quod secundum doctores catholicos et Hebraeos est incommunicabile creaturae prout potest haberi Exod. 3. Dicendum, quod scriptura sacra in talibus recitat

recitat idololatrarum opinionem, licet erroneam & falsissimam non asserendo, sed tantummodo referendo. Idololatrae enim Gentiles qui legem Moisaicam non susceperant: demonia sua deos uocant in communi, idololatrae uero ab Israelitico ritu peruersi qui nomen Dei tetragrammaton ex fide habuerant, hoc idem nomen suis idolis perniciosè attribuebant, prout in hoc capitulo & in similibus reperitur, &c.

Tom. 2.

I 3

CAP. XVIII.

A *IN diebus illis non erat, &c.* * Petrus. Comestor. Hunc euentum, & alterum de vxore Leuitæ, dicit Iosephus cõtingisse post mortem Iosue, & ante Othoniel, cum plurimũ peccasset corã domino Israel, & tradidisset eos dominus in manus Chanaanorum.

Lib. 5. Antiquit. cap. 7.

B * Iosephus. Cum Israheliticorum bellorum iam studium reliquissent, & ad opera se terræ dedissent, Chanaanai contemnentes eos, nec aliquid se ab eis pati credentes, suum collegitum exercitum, firmam habentes spẽ, quasi Hebræos affligerent. Et de tribu quidem Iudæ, Ascalon & Accaron abstulerunt: & ipsos Danitas in montana fugere cõpulerunt, nec paululum eis locum in campis



L *IN diebus illis non erat rex in Israel: & tribus Dan querebat possessionem sibi, vt habitaret in ea. Vsq̃ue ad illum enim diem inter ceteras tribus sortem non acceperat. Miserunt ergo filij Dan, stirpis, & familie sue quinque viros fortissimos de Saraa, & Esthaol, vt explorarent terram, & diligenter inspicerent. Dixeruntque eis: Ite, & considerate terram. Qui cum pergentes venissent in montem Ephraim, & intrassent domum Michæ, requieuerunt ibi. Et agnoscetes vocem adolescentis Leuitæ, vtentesq̃; illius diuersorio: dixerunt ad eum: Quis te huc adduxit? Quid hic agis? Quam ob causam huc venire voluisti? Qui respondit: Hæc & hæc præstitit mihi Michas, & me mercede conduxit, vt sim ei sacerdos. Rogauerunt autem eum vt consuleret dominum, & scire possent an t̃ prospero itinere pergerent, & res haberet effectum. Qui respondit eis: Ite cum pace. † Dominus respicit viam vestram & iter quò pergitis. Euntes igitur quinque viri venerunt Lais, videruntque populum habitantem in ea absque vilo timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum, securum & quietum nullo eis penitus resistente, magnarumque opum & procul à Sidone atque à cunctis hominibus separatũ. Reuersiq̃; ad fratres suos in Saraa & Esthaol, & quid egissent sciscitantibus responderunt; Surgite & ascẽdamus ad eos. † Vidimus enim terrã valde opulẽtam & vberem.*

Nolite

tribus relinquentes. Et dum illi nec a' l' he'landum essent idonei, nec terram iam tibi sufficientem haberent, miserunt de suis quinque viros ad loca mediterranea, qui terram respicerent in qua habitare de cætero possent, &c.

CAP. XVIII.

b Venerunt Lais.

* Hieronymus. Laisam filij Dã capram manu, possederunt, cũ esset procul a Sidone, & vocauerunt eam Dan. Fuit autem terminus terræ contra Septentrionem à Dan vsque ad Bersabeam tendentis. Esthaol in tribu Dan, vbi mortuus est Sãson, quæ vsque hodie ostenditur in decimo Eleutheropoleos milliario contra Aquilonem pergentibus Nicopolim. Saraa in tribu Dan, vbi Samson fuisse legimus, iuxta Esthaol.

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. XVIII.

I *N diebus illis. Hic consequenter describitur idololatriæ spoliatio. vbi primò describitur spoliandi occasio, secundo spoliantium occupatio, ibi. Profectique. tertio spoliati conuestio, ibi: Cumque iam. quarto spoliantium abusus, ibi: Posuerunt. Circa primũ sciendum: quod occasio spoliationis Michæ fuit missio exploratorum à filijs Dan: qui cundo ad locum explorandum diuerterunt in domum Michæ ad hospitandum ibi, qui erat homo potens & dives & de filijs Israel. & hoc est quod dicitur.*

2 Tribus Dan. Licet enim accepisset sortem possessionis sue ab ipso Iosue: vt habetur Iosue 19. sicut & alie tribus: tamen in sorte cuiuslibet tribus adhuc manebant Gentiles, qui non erant adhuc deleti, nec expulsi per filios Israel: & maxime in sorte Dan: quia Amorrhæus auerit filios Dan in monte: nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent, vt habetur supra cap. 1. & sic intelligendum est quod subditur.

3 Vsq̃ue ad illum, scilicet sufficientem pro tanta multitudine, ideo subditur.

4 Miserunt, scilicet ad explorandam ciuitatem Lais quomodo possent eam capere ad habitandum ibi.

5 Et intrassent. erat enim homo dives, & poterat eos recipere.

6 Et agnoscen. per loquelam enim cognouerunt quod esset de Bethleem. Licet enim omnes filij Israel haberent vnum idioma, scilicet, He-

Hebraicum, tamen aliquando aliter pronuntiabatur in diuersis partibus terræ Israel. Sicut idioma Gallicum aliter in Normandiã, & aliter in Picardia.

7 Vtentesque. id est, loco ei assignato ad manendum, ad quem diuertebat ad dormiendum, & ad alia sibi necessaria. Cetera patent vsque ibi.

8 Rogauerunt, id est, falsum Deum. Iam enim dixerat quod idola colebat, vt patebit infra. Iam enim multi de Israel declinauerant ad idololatriam.

9 Dominus. Dicunt aliqui quod hoc dixit eis de capite suo, volens eis loqui placentia. Alij verò dicunt quòd hoc dixit eis ex responso demonis loquentis in idolo, vel in Theraphim modo supradicto. Deus enim permittit aliquando demones dare talia responsa idololatriæ, quia ex malitia sua demerentur quòd sic in erroribus nutriantur, & talia responsa aliquando sunt vera.

10 Venerunt Lais. sic debe scribi. Illa enim ciuitas quæ vocatur Lachis, fuerat capta ante ab ipso Iosue, vt habetur Iosue 10. Et ista quæ vocatur hic Lais, vocatur Lesem, Iosue 19.

11 Videruntque. & per consequens improvisum ad resistendum aduersarijs repente superuenientibus.

12 Iuxta. quia Sidon erat ciuitas fortis, & munita. & ideo habitatores eius non timebant ab extranis. ita nec isti de Lais, quamuis non haberent ciuitatem ita fortem.

13 Et procul. ita quod non poterant citò iuuari ab illa ciuitate.

14 Atque. id est non habentem fœdus societatis cum aliquibus alijs per quos succurri ei possit. Cetera patent.

† Profe-

MORALITER.

1 *In diebus illis non erat rex in Israel: Et tribus Dan.* Secundum doctores de Antichristo loquẽtes, ipse nascet de tribu Dan. Propter quod Apoc. 7. inter seruos domini signatos non fit mentio de tribu Dan. Igitur per tribum Dan conuenienter potest Antichristus cum sibi adherentibus designari. Per viros autem de tribu Dan missos ad considerandam terrã, designantur eius prænuntij ad prædicationem & dilatationem sui Imperij. Per Lais quæ dicitur ciuitas magnarum opum & eius terram, Ierusalem & Iudæa designantur, cò quòd Iudæa

Iudæa dicitur in facta scriptura optima terra fluens lacte & melle. Per hoc autem quod viri de tribu Dan spoliauerunt Micham, & domum eius antequam caperent Lachis significatam Ierusalem, significatur quod Antichristus alias terras saltem plures, antequam capiat Ierusalem, subiugabit sibi. Per hoc autem quod tribus Dan posuit idolum in Lachis, figuratum fuit, quòd Antichristus in Ierusalem sit ponendus, sicut idolum adorandum. Vnde dicit Apostolus secundo Thesalon. secundo capite de ipso. *Qui extollitur supra omne id quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, tamquam sit Deus.* Per hoc autem quod subditur.

Vsq̃ue

A Nolite negligere, nolite cessare. Eamus & possideamus eam: nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regionem latissimam, † tradetque nobis dominus locum in quo nullius rei est penuria eorum quæ gignuntur in terra. Profecti igitur sunt de cognatione Dan, id est, de Saraa & Esthaol sexcenti viri accincti armis bellicis, ascendentesque manserunt in Cariathiarim Iudæ, qui locus ex eo tempore castrorum Dan nomen accepit: & est post tergum Cariathiarim. Inde transferuntur in montem Ephraim. Cumque venissent ad domum Michæ, dixerunt quinque viri qui prius missi fuerant ad considerandam terram Lais, cæteris fratribus suis: † Nostis quod in domibus istis sit Ephod & Theraphim, & sculptile atque conflatile. Videte quid vobis placeat. Et cum paululum declinassent, ingressi sunt domum adolescentis Leuitæ qui erat in domo Michæ: salutaueruntque eum verbis pacificis: sexcenti autem viri ita ut erant armati, stabant ante ostium. At illi qui ingressi fuerant domum iuuenis*: Sculptile & Ephod & Theraphim atque conflatile † tollere nitentur: & sacerdos stabat ante ostium sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus. Tulerunt igitur qui intrauerant sculptile, Ephod & † idola atque conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? Cui responderunt: Tace & pone † digitum super os tuum, venique nobiscum ut habeamus te patrem ac sacerdotem. Quid tibi melius est, ut sis sacerdos in domo vnus viri, an in vna tribu & familia in Israël? Quod cum audisset † acquieuit sermonibus eorum, & tulit Ephod & idola ac sculptile, & profectus est cum eis.

7 eis. Qui cum pergerent & ante se ire fecissent paruos, ac iumenta, & omne quod erat pretiosum, iamque à domo Michæ essent procul, viri qui habitabant in ædibus Michæ † conclamantes secuti sunt, & post tergum clamare cœperunt. Qui cum respexissent, dixerunt ad Micham. Quid tibi vis? † Cur clamas? Qui respondit: Deos meos quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quæ † habeo, & dicitis: quid tibi est? Dixeruntque ei filij Dan, Caue ne ultra loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas. Et sic cœpto itinere perrexerunt. Videns autem Michas, quod fortiores se essent, reuersus est in domum suam. Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotem, & quæ † supra diximus, veneruntque in Lais ad populum quiescentem atque securum, & percusserunt eos in ore gladij, urbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente præsidium, eò quod procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominum haberent quicquam societatis, ac negotij.

11 Erat autem ciuitas sita in regione Rohob. quam rursus extruentes habitauerunt in ea, vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui quem genuerat Israël, quæ prius Lais dicebatur. Posueruntque sibi sculptile, & Jonathan filium Gersom filij † Moyfi ac filios eius sacerdotes in tribu Dan vsque ad diem captiuitatis suæ. Mansitque apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. In diebus illis non erat rex in Israël. **E**

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Profecti ig.* Hic consequenter describitur spoliantium occupatio. Sexcenti enim viri bellatores de tribu Dan euntes ad capiendum ciuitatem Lais exploratam, dum transfrent iuxta domum Michæ, abstulerunt idola & ornamenta sacerdotalia, ducentes secum sacerdotem, de consensu tamen ipsius. Et patet litera paucis exceptis quæ discurrentur exponendo.

2 *Manser.* Non in ciuitate, sed extrà, ut patet ex hoc quod subditur.

3 *Post, &c. Nostis.* id est, cognoscere debetis. Ex quo patet quod prædictum est, scilicet quod sciebant quinque viri supradicti idola esse in domo Michæ per Leuitam qui eis indicauerat: aliter non alijs potuissent hoc indicasse.

4 *Quod in do.* Capitulo præcedenti dictum est quid significent ista.

5 *Videte.* videlicet de ablatione idolorum & ornamentorum ad hoc pertinentium. Et quia erant propi ad idololatriam, consenserunt quod hoc fieret.

6 *Sexcenti.* Parati inuare illos qui ingressi fuerant ad tollendum prædicta si indigerent. Cætera patent vsque ibi.

7 *Qui cum.* Bellatores enim ita fecerunt, ne Michas & illi qui cum eo erant sequentes talia raperent, vel paruis uocarent, qui defendere se non possent.

8 *Iamque.* Hic consequenter describitur spoliatio cõquestio. Et patet litera vsque ibi.

9 Deor.

9 *Deos.* In Hebræo habetur: *Et quid mihi amplius?* quasi diceret illa quæ tulistis, ita pretiosa erant mihi, quod parum aut nihil appretior residuum: & sic intelligenda est translatio nostra quæ habet: *Et omnia quæ habeo.* Non enim abstulerunt bona Michæ alia cum esset de filijs Israel, quos spoliare nolebant, sed tantum acceperunt illa quæ erant ad cultum idolorum pertinentia: quod credebant ad religionem pertinere, non ad furtum. Et hoc est quod subditur.

10 *Caue ne ultra loquaris ad nos.* id est, cum familia tua & bonis tuis. Cætera patent ex supradictis vsque ibi.

11 *Erat autem ci.* In Hebræo habetur: *In torrente Rohob.*

12 *Posueruntque.* Hic consequenter describitur spoliatorum abusus: quia illis quæ abstulerat de domo Michæ, abusi sunt ad idololatriam exercendam. Et hoc est quod dicitur: *Posueruntque sibi.* Per hoc intelligitur alia ad idololatriam pertinentia, quæ sibi posuerunt, scilicet ad exercendum idololatriam. ideo subditur.

13 *Et Ionathã.* iste est Leuites quæ adduxerunt de domo Michæ.

14 *Ac filios eius sacerdotis.* prædictorum idolorum.

15 *Vsque ad di. cap. sue.* quæ facta est per Salmanasar regem Assyriorum, ut habetur 4. Reg. 17. Et secundum hanc expositionem *ly captiuitatis suæ,* refertur ad tribum Dan. Hieron. autem super librum Paral. dicit, quod refertur ad domum domini id est vsque ad captionem arcæ per Philistinos quæ habetur 1. Reg. 4. quia tunc translatum fuit tabernaculum de Silo. Et hoc dictum consonat literæ sequenti, cū dicitur.

16 *Mansitque.* quasi dicat, non amplius.

CAP.

MORALITER.

15 *Vsq; ad diem.* significatur quod Antichristus per Christum

sit deiciendus, sicut dicitur 2. Thessal. 2. *Quem dominus Iesus interijciat spiritum oris sui: & destruet illustratione aduentus sui.*

Tom. 2.


1 4

CAP. XIX.

Fuit quidam vir Leu. a
 * Rupert. Al-
 tera fornicatio hic de-
 scribitur, quæ diuer-
 sis libidinum ludi-
 brijs corpora con-
 maculat: tunc peini-
 ciosior, quando con-
 tra naturam Sodomi-
 tica debacchatur in-
 fania. Hęc quanta ef-
 frenatiōe populū illū
 distoluerit acerrimē
 p̄sens lectio insinuat.
 * Iosephus. Cūm
 Leuita vehementer
 amat et coniugem, &
 eius pulchritudine vi-
 etus afficeretur, quā-
 do ab illa non simili-
 ter amabatur, & ille
 propterea passiones
 amoris ei⁹ potius ve-
 reret, lites frequēter
 inter eos eueniebāt.
 Ad vltimū verō mu-
 lier hęc grauata, relin-
 quens virum, abiit ad
 parētes inle quarto.

Intro

familiariter. Die autem quarto † de nocte confur-
 gens proficisci voluit. Quem tenuit focer, & ait ad
 eum: † Gusta prius pusillum panis, & conforta
 stomachum, & sic proficisceris. Sederuntque si-
 mul, ac comederunt & biberunt. Dixitque pater
 puellæ ad generum suum: Quæso te, vt hodie hic
 maneas, pariterque lætemur. At ille confurgens



Vit quidam
 vir Leuites
 habitas in
 latere mō-
 tis Ephraim,
 qui acce-
 pit vxorē de Bethlehē Iuda.
 Quæ reliquit eū: & reuerfa
 est in domū patris sui in Beth-
 lehē, māsitq; apud eum qua-
 tuor mensibus. Secutusq; est
 eā vir suus, † volēs recōciliari
 ei, atq; blādiri, & secū redu-
 cere: habēs in comitatu pue-
 rū, & duos asinos. Quæ susce-
 pit eū, & introduxit in domū
 patris sui. Quod cum audisset
 focer eius, eūq; vidisset, oc-
 currit ei lætus, & amplexatus
 est hominē. Mansitq; gener
 in domo foceris tribus dieb⁹,
 comedens cum eo & bibens

cepit velle proficisci. Et nihilominus † obnixè eū
 focer tenuit, & apud se fecit manere. Mane autē
 factō parabat leuites iter Cui focer rursus: Ob-
 secro, inquit vt paululū cibi capias, & assumptis
 viribus donec increseat dies postea proficiscaris.
 Comederūt ergo simul, surrexitq; adolescens, vt
 pergeret eū vxore sua & puero Cui rursus lo-
 cutus est focer: Considera quòd dies ad occa-
 sum declinior sit & propinquet ad vesperum. Ma-
 ne apud me etiam hodie, & duc lætum diem, &
 cras proficisceris, vt vadas in domum tuam. No-
 luit gener acquiescere sermonibus eius, sed sta-
 tim perrexit & venit † contra Iebus, quæ altero
 nomine vocabatur Ierusalem: ducens secū duos
 asinos onustos, & concubinam. Iamque aderāt
 iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem. Dixit-
 que puer ad dominum suum: Veni obsecro, de-
 clinemus ad vrbem Iebusæorum, & maneamus
 in ea Cui rñdit dñs: Non ingrediar oppidū gētis
 alienæ, quæ non est de filijs Israēl, sed transibo
 vsq; Gabaa: & cū illuc peruenero, manebimus
 ea, aut certè in vrbe Rama. Trāsierūt ergo Iebus,
 & cœptū carpebāt iter, occubuitq; eis sol iuxta
 Gabaa quæ est in tribu Benjamin, diuerteruntq;
 ad eā, vt manerēt ibi. Quò cū intrasēt, sedebant
 in platea ciuitatis, & nullus eos recipere volebat
 hospitio. Et ecce apparuit homo senex reuertens
 de agro, & de opere suo vesperi, qui & ipse de
 monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat
 in Gabaa. Homines autem † regionis illius erant

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XIX.

Fuit quidam. Hic ponitur casus secundus de vxore Leui-
 tæ quæ in ciuitate Gabaa mortua fuit ex nimia libine abu-
 tentia ipsa. Circa quod ita proceditur: quia primò describi-
 tur hic sceleris perpetratio, secundò perpetrantiū vastatio 20. capit.
 tertio vastatorum reparatio 21. cap. Prima pars diuiditur in tres,
 quia primò describitur occasio peccati. Secundò modus perpetrandi,
 ibi: Illis epulantibus. Tertio manifestatio facti, ibi: Quam cum
 esset ingressus. Occasio autem peccati fuit in hoc, quod Leuites vxo-
 rem suam quæ recesserat ab eo, reduxit per ciuitatem Gabaa, in qua
 erant aliqui homines pessimi & luxuriosi nimis. Circa hoc igitur sic
 proceditur, quia primò describitur vxoris reconciliatæ reductio, ibi:
 Die autem quarto. Tertio in Gabaa hospitatio, ibi: Occubuit-
 que eis sol. Circa primum dicitur.

2 Qui accepit. Hoc dicitur ad differentiam alterius Bethlehẽm,
 quæ est in tribu Zabulon, vt supra dictum est 17. cap.

3 Quæ reliquit. In Heb. habetur, quæ fornicata est super eū,
 & sic in Hebr. videtur tangi causa recessus, vt pote quia propter for-
 nicationem vir eius eiecit eam: vel quia ipsa ignorante viro recessit
 ab eo cum adultero, & postea non fuit ausa reuerti ad maritum suū:
 & ideo inuit ad domum patris sui.

4 Secutusque. Sicut frequenter contingit, quòd viri scientes ux-
 ores suas male egisse contra legem thori, adhuc eas tamen reuocant.

ALLEGORICÆ.

1 Fuit quidam. Per hunc Leuitam qui dicitur vir à virtute,
 potest allegoricè Deus significari, de quo dicitur Exo. 15. a.
 Dominus quasi vir pugnator.

2 Qui accepit, id est, synagogam in datione legis in monte
 Sinai sibi coniungens eam.

3 Quæ reliquit, Per idololatriam multipliciter fornicando:
 Vnde in Hebræo habetur hic. Quæ fornicata est super eum. Et
 hęc fornicatio per idololatriā patet ex decursu veteris testi.

4 Secutusq;. Per quod significatur quòd Deus voluit sibi re-
 conciliari synagogā, & ad hoc misit prophetas, p̄ ipsos eam
 reuocans ad idololatriam. Iere. 4. Tu autem fornicata es cum ama-
 toribus multis: tamen reuertere & ego suscipiam te dicit dñs. Tandē
 post prophetas ipse venit in propria persona, ad reconcilia-
 dum ipsam sibi per fidem & dilectionem. vnde dicit Matth.
 15. cap. Non sum missus nisi ad oues quæ p̄cierunt domus Israel. Et
 quā aliqui de synagoga receperunt eum per fidem & dile-
 ctionem. s. Apostoli & alij credētes de Iudæa, ideo subditur,

5 Habens in ca. id est, seruum. Cætera patet in litera.

6 Die autem quarto de. &c. Hic consequenter describitur ux-
 oris reconciliatæ reductio. Et patet litera usque ibi.

7 Considera, quòd dies. nō quia esset ita prope noctem, sed quia
 transierat horam meridionalem, à qua hora incipit sol declinare à sua
 altitudine.

8 Et venit. De rationibus horum nominum & aliorum quibus no-
 minata est hæc ciuitas secundum diuersa tempora, dictum fuit Gen.
 28. Ex hoc autem loco dicunt Hebræi, quòd ista historia contigit tem-
 pore Othoniel ante illam, quæ scribitur in principio huius libri de ca-
 ptione Ierusalem per filios Iuda, quia subditur hic.

9 Non ingre. Ex quo videtur quòd adhuc filij Iuda non ceperant
 illam ciuitatem. Catholici autem. aliqui dicunt, quòd contigit ante
 Othoniel: eò quòd in fine huius historiae dicitur: In diebus illis nō
 erat rex in Israel: sic supra dictum est de historia Michæ cap. 17.

10 Occubuitque. Hic consequenter describitur redeuntium hospi-
 tatio, cum dicitur: Occubuitque eis sol iuxta. Et ideo non pote-
 rant bono modo ultra transire.

11 Et nullus. Quia boni timebant eos recipere timentes inuasiōne
 domus suæ de nocte ab hominibus insolentibus, qui erant in ciuitate:
 sicut & contigit ei qui eos recepit. Mali autem homines vagi & inso-
 lentes non habent hospitia ad recipiendum transientes, nec ipsi liben-
 ter declinant ad eos. Cætera patet vsque ibi.

† Quæ susce. in paucis tamen personis respectiue. Morali-
 ter. Autem per virum intelligitur ratio secundū Aug. & per
 vxorem sensualitas, cui rō dēe dominari sicut vir mulieri.
 Ipsa tñ sensualitas recedit ab obedientia rationis illicitæ, de-
 lectabilibus sensuum inbærendo. Sed tunc ratio debet esse
 diligens, ut ad eius obediētiā reducat. Et quia personis ad
 Deū reuertentibus fide & dilectione diabolus procurat tri-
 bulationes multas & magnas: propter hoc Apostolis & alijs
 credentib. procurant tribulationes: primò per sacerdotē &
 scribas Iudæorū, ut patet Act. 8. & 9. & pluribus alijs locis. &
 postea per imperatores Romanorū, in quibus tribulationi-
 bus Apostoli & plures alij cum illusionibus magnis fuerunt
 mortui, & hoc fuit figuratū in interfectione prædictæ mulie-
 ris cum magna illusionē. Quòd autem eius interfectio fuit
 per terram Israel nuntiata, per hoc significatum fuit quòd
 Apostolorum aliorumque sanctorum martyria debent de-
 nuntiari per totam ecclesiam: vt fideles eorum constantiā
 imitentur, & deuotione debita venerentur.

A Introduxitq; eum in domū suā. Ioseph. Senior, & pro cognatione, & eo quod eandē possideret tribū, & pp colloquium ad suū duxit hospitū. Quidā vero iuuenuli Gabaanitarum mulierē in platea videntes, & pulchritudinē eius stupefcentes, dum apud illum senem eam successisse cognoscerent, contēnentes eorum infirmitatē & paucitatem, venerunt ad ianuās eius. Et cū eis senior, vt abscederent, supplicaret, & vt nec violentiam inferrent hospitij, nec iniuriam, illi petebant, vt data sibi muliere, a rerum inuasiōe recederent. Seniore vero dicente, q; & cognata cēt Leuitis, & per libidinē in leges ini quam delinquerent, deficiētes circa iustitiā, de ridebant, minabaturq; se eū in terficere, eo q; eorū cōcupiscentiā impediret.

B RVP. Quid hoc auditu turpius, scelestius, crudelius? Venerunt, inquit, filij Belial. i. absq; iugo & circūdantes domū senis, fores pulsare cōeperunt, clamantes. Educ virū, & c. Illo obsecrate, vix abacti ne scelus hoc q; naturā oparent in virū, facta cōmuratione nequissima, vxorē eius tota nocte abutendo, incredibili libidinis furore vexauerūt.

C Ioseph. Illi vxorē rapiētes, & adijciētes p libidine violentiā, p totā noctē vsq; ad principiū diei, in eius corpore ludibria sunt extēti. Illa vero defec̄ta in his, q; euenerāt, ad hospitē redijt, & p̄tristata, p verecūdiā ad faciē mariti minime p̄sumebat accedere, deniq; lectulo recūbēs, aīam dereliquit. Vir arbitratus mulierē sopore graui detineri, excitare eam tentabat

filij Iemini Eleuatifq; oculis vidit senex¹ sedentem hominem cū farcinulis suis in platea ciuitatis, & dixit ad eum Vnde venis, & quo vadis? Qui respondit ei. Profec̄ti sumus de Bethlehem Iuda, & pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, vnde ieramus in Bethlehem. Et nūc vadimus ad domū Dei, nullusque sub tectū suū nos vult recipere, habētes paleas, & fœnū in asinorum pabulo, & panem ac vinū in meos, & ancillā tuā vlus, & pueri, qui mecū est, nullare indigemus, nisi hospitio. Cui respondit senex. Pax tecū sit. Ego præbebo omnia, quæ necessaria sunt, tantum quæso ne in platea mancas.

a Introduxitq; eum in domū suam, & pabulum asinis præbuit, ac postquam lauerūt pedes suos, recepit eos in conuiuiū Illis epulantibus, & post laborem itineris cibo, & potu reficiētib; corpora, venerunt viri ciuitatis illius¹ filij Belial, id est, absque iugo, & circūdantes domum senis, fores pulsare cōeperunt, clamantes ad dominum domus atq; dicentes. Educ virum, qui ingressus est domum tuam, vt abutamur eo. Egressusq; est ad eos senex, & ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc, quia ingressus est homo hospitium meū, & cessate ab hac stultitia. Habeo filiam virginē, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem compleatis, tātum obsecro ne scelus hoc contra naturā operemini in virū. Nolebant acquiescere sermonibus illius. Quod cernens homo eduxit ad eos cōcubinam suam, & † eis tradidit illudendā. Qua cum tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane. At mulier recedentibus tenebris, venit ad ostium domus, vbi manebat dominus suus, & ibi corruit. Mane facto surrexit † homo, & aperuit ostiū domus, vt cōceptam expleret viam, & ecce cōcubina eius iacebat ante ostiū, sparsis in limine manibus. Cui ille, putans eam quiescere loquebatur¹ Surge, & ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens, quod erat mortua tulit eā, & imposuit asino, reuersusque est in domū suam. Quam cum esset ingressus, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frustra concidens, misit in omnes terminos Israel. Quod cum vidissent singuli conclamabant Nūquam res talis facta est in Israel ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Aegypto vsque in præsens tempus. † Ferre sententiam, & in commune decernite quid facto opus sit.

rentabat, & consolari, quasi à raptoribus, non spontanea voluntate se præbisset iniurij passam.

b Eduxit ad eos concubinam suam, & c. Aug. Concubina interdum pro vxore vsurpatur. Agitur enim, & Cethura, & vxores & concubinae Abraham vocantur.

* quod non fecerunt, propter quod tanta fames facta est in terra illa, quod Elimelech, qui erat de nobilioribus, & potentioribus ciuitatis Bethlehem, fuit coactus ire ad terram extraneam ad quaerendum victum suum. Hebraei autem dicunt, quod propter famem in illa terra accidit multi pauperes recurrerunt ad Elimelech, quia erat diues, & potens, & propter auariciam suam durum erat ei dare, propter quod ad eum tantum importunitatem illorum exiit de terra Israel cum bonis mobilibus, quae habebat, & quia ex mala causa exiit, ibidem mortuus fuit cum filiis suis, & de paupertate est. Cetera patet in lite. 1. Qui acceperunt. Hic consequenter describitur ipsius Ruth desponsatio. Dicit autem Hebraei, & etiam aliqui catholici, quod ista Ruth fuit filia Eglon regis Moab. Sed hoc vni falsum, quia à tempore Aod, qui interfecit Eglon, vt habetur Indic. 3. fluxerunt anni ducenti 32. vsque ad Abesfan, vt declaratum fuit Indic. 11. & multo plures anni fuerunt vsque ad Heli. & ideo si Abesfan fuit idem, quod Booz, vt dicit Hebraei, impossibile est, quod Ruth fuerit filia Eglon, quae interfecit Aod, quia adhuc erat satis iuuenis, & apta ad prolem quae fuit coniuncta ipsi Booz. Item si Booz fuit alter ab ipso Abesfan, ita quod historia Ruth accidit tempore Heli, vt dicit aliqui, multo magis impossibile est, quod ipsa Ruth fuerit filia praedicti Eglon, quia multo plures anni fuerunt vsque ad Heli, quam vsque ad Abesfan, vt declaratum fuit Indic. 11.

Indic. 11. Et ideo si aliquis velit dicere, quod Ruth fuerit filia Eglon regis Moab, oportet prius dicere, quod ista e Eglon fuent alius ab illo quem interfecit Aod, & longe posterior ipso. Et tamen adhuc non vni conuenienter dictum sunt dictum Hebraeorum, & catholicorum, quia sicut Hiero. Elimelech iuit pauper ad regionem Moab, & secundum Hebraeos licet fuerit diues, tamen fuit ibi depauperatus, vt dictum est sup. Et hoc vni ex eo quod dicitur infra. c. 3. Noemi rediit de terra Moab vacua, sicut ne viro, filijs, & diuitijs. Non est autem verisimile, quod rex Moab dedisset filiam suam uxorem viro pauperi, & extraneo, & si post dationem depauperatus fuisset vir eius, non est verisimile, quod permisisset eam recedere de terra sua, ita pauperem, quod indigeret colligere spicas in agro alieno, sicut dicitur de Ruth sequenti. ca. Et ideo magis vni, quod ipsa Ruth fuerit de humi li progenie. Sequitur.

2. Audierat enim. & ideo fame recedente de terra sua melius poterat ad eam redire.

3. Ite in domum. Hoc dixerat, quia patres earum erant mortui, vel quia mulieres sunt magis familiares matribus suis, quam patribus.

4. Quae eleuata voce flere coeperunt. Ex quo patet, quod Noemi valde bene se habuerat ad nurus suas.

5. Num vltra habebitis. Preceptum. n. erat in lege Deut. 25. quod si aliquis moreret sine herede relicta uxore, frater eius acciperet eam ad suscitandum seminem fratri suo defuncto. Cetera patet. i. licet. * Cui di-

A *a Eleuata.* per has mulieres, quarū una dolēs, & lugēs a focru recedit obitinato aio adhæret. credentes significantur, quorum alii percepta gratia baptisimi, & societate fidei ad errores pristinos relabuntur, quos significat Orpha, quæ ad deos suos reuerſa est. Alii vero definito conſilio perceptam gratiam conſequuntur, quos ſignificat Ruth.

Theod. Laudabilis eſt cōſtātia Ruth, q̄ mulierem ſeniō cōfeſtam, & paupertate laborātē prulit parentib. pp ai pietatē, & coniugis memoriam.

Chaldeus Parap. Dixit Ruth Ne mecum contendas, vt recedendo te deſeram, qm̄ conuerſa ſū ego, vt profelyta ſim. Dixit Naoumi, Iubemur ſerua re ſabbatha, & dies feſtos, ita vt ambulare non liceat ultra duos mille cubitos. Reſpondit Ruth. Quocunq. ibis tu, ibo. dixit Naoumi. Iubemur ne unā cū externis habitemus populis. Reſpondit Ruth, Vbi cū que habitabis, habitabo. Dixit Naoumi, Iubemur obſeruare ſexcenta tredecim præcepta. Reſpondit Ruth, quod obſeruabit populus tuus, obſeruabo ego, p̄inde ac ſi populus meus antea fuiſſet. Dixit Naoumi, Iubemur ne colamus Deū alienum. Rñdit Ruth. Deus tuus Deus me⁹ erit, Dixit Naoumi, Sunt nobis quatuor gña mortis in ſcleratos, lapidatio, exuſtio, cædes gladii, & crux. Rñdit Ruth, Quomodocunq. morietis, moriar. Dixit Naoumi. Nobis eſt ſepulcrum. Rñdit, Ibidem etiam ſepeliar, neque in poſterum hac de re verbum facito, nam diſpeream, niſi mors me a te ſeparet.

Chryſ. Ruth pro merito fidei ſuæ nupſit Booz, quia propriam

B *titudo ualde et quæ*

C

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Cui di. Hic conſequenter deſcribitur ipſius Ruth conuerſio, que nouit reuerſi, ſicut altera, ſed ire ad terram Iſrael cum focru ſua, & conuerſi ad cultum Dei unius, Gentilitate relicta, propter quod dixit
- 2 Ne ad. reuertendo ad cultum idololorum.
- 3 Quocunq. Hic dicunt Heb. quod uolentibus conuerſi ad Iudaismum dicenda ſunt grāua legis, ſaltem ſecundum partem, ſicut uolentibus ingredi Religionem explicanda ſunt diſſicilia illius Religionis. Dicunt igitur, quod Noemi uidens Ruth uelle conuerſi ad Iudaismum, dixit ſibi aliqua onera legis, & primo dixit ei, quod non erat licitum Iudeis ire extra terram Iſrael, niſi ex cauſa magnæ neceſſitatis. Et tunc Ruth ei reſpondit. Quocunq. & non alibi, iterum dixit ei, Non eſt nobis licitum quod mulier ſit ſola cum uiro, niſi fuerit maritus eius. Et Ruth reſpondit.
- 4 Vbi morata, nolens eſſe ſine te cum aliquo uiro. iterum dixit, populus Heb. eſt ſubiectus legis oneribus, in qua ſunt ſexcenta, & tredecim præcepta. Tunc reſpondit.
- 5 Populus tuus, q. d. nolo ſubdi legi ipſius. iterum dixit, Prohibitum eſt nobis colere deos alienos. Et ipſa reſpondit.
- 6 Deus tuus Deus meus. Q. d. alium nolo colere. iterum dixit ei,

MORALITER.

10 Egreſſa ſum, vt habetur inf. eo. c. In hoc ergo documētum hñt diuites huius mundi, ne moleſte ferant petitiones pauperum, nec declinent ab eis indebitē ne ſicut Elimelech puſtiantur, ſecundum qđ dñ Sap. xj. c. Per que peccat q̄s, per hæc & torquetur. Et Prou. 21. b. Qui obturat au. ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. Exemplum Lu. 16. de diuite epulone qui guttam aquæ impetrare non potuit, eo qđ micas panis Lazaro negauit. Et multo plus timere dñt auari ſcīæ quæ per communicationem non minuitur, ſed auget. Et ſimiliter ſapientes tpalib. ſi fuerint auari de dando conſilio pauperib. in quo non datur res poſſeſſa, ſed tantum uerba. Per Ruth aut quæ relicta Gentilitate Noemi adhæſit di-

propriam gentem contempſit, & terram, & genus, & elegit D Iſrael, & nō deſpexit focrū viduū ſimul, & peregrinā, deſiderio ducta gñis eius magis q̄ ſui Deos patrū ſuorū repellit, & Deum uiuētē elegit, dicens ad focrum, Ne aduerſeris mihi. *Com. in Lu. cap. 3*

Ambroſius. Ruth intrauit eccleſiam, & facta eſt Iſraelitis, & meruit inter maiores Dñici generis computari pp cognationem mentis electa, no corporis. Hanc amulemur, vt qui morib. hanc progatiuam meruit, nos quoq; pp morum electionem, in eccleſiam Dñi meritis ſuffragantib. adlegamur, &c. Eius exēplo, relinquentes pñam domum, dicamus ei q̄ nos ad cultum Dei uocaret, vt Paulo, aut cuiuſq. Epifcopo, *Populus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus.*

Quocunq. ſic eccleſia de gentib. uocata relicta patria, idololatria omiſſa, carnali conuerſatione, & deſideriis, profitetur Deum ſuum eſſe in quē

crediderunt ſancti, & iuram quo caro Chriſti aſcendit & p eius nomine in hoc ſeculo pati vtique ad mortem, & cū populo ſanctorum, & prophetarum & patriarcharum. vnde, *Lazarus*

uidens. Gentilis populus obſtinato animo prædicatores ſequitur in terram ſanctam, & in ciuitatem Dei Bethlehem, ubi præparatur ad ſuſcipiendum ſponſum de ſtirpe Abrahamæ natum, in quo benedicentur omnes gentes, vel tribus terræ.

Ne voc. Agnoſcit ſynagoga calamitatem ſuam, quam poſt aduentum Chriſti merito patitur & reſugit pulchra uocari quia tempora p̄ſperitatis ſuæ

finiri conſpicit.

Quan.

ei, Transgreſſoribus legis noſtræ in diuerſis caſibus imponitur pœna quadruplicis mortis, ſcilicet lapidationis, combuſtionis, ſtrangulationis in ſuſpenſione, & occiſionis gladio, vt patet in Exo. & Deuterono. Et tunc Ruth reſpondit.

7 Quæ te. Q. d. parata ſum ſuſcipere pœnam cuiuſcunq. mortis, ſi meruero ſicut, & tu.

8 Videns er. Quia quando aliquis habet firmam uoluntatem tranſeundi ad legem diuinam, vel Religionem, non eſt impediendus, ſeu reſutandus. Cætera patent uſque ibi.

9 Dicebantque. Secundum expoſitores noſtros legitur depreſſiue, & eſt uerbum congaudendi de reditu Noemi. Secundum Heb. uero legitur interrogatiuè, & eſt uerbum admirandi, quaſi dicatur, Hæc eſt illa Noemi quæ reſeſſit cum curru, & equis, & diuitiis, & modo reuertitur pauper, & peditando, quia exiuit terram Iſrael ex mala cauſa, vt ſupra dictum eſt ſecundum opinionem Hebræorum, & huic conſonat quod ſequitur.

10 Egreſſa ſum. filiis, & diuitiis.

11 Et uacuam, & in hoc conſtitetur pœnam ſibi inſlictam a Domino pro peccato ſui exitus de terra Iſrael ex mala cauſa, vt ſupra dictum eſt. ſ. ſecundum opinionem Hebræorum.

CAP.

ſona premitens ueraciter, quæ relicta diaboli ſeruitute adhæret eccleſiæ eius mandatis humiliter obediendo, q̄ p Noemi bene ſignificatur, eo quod Noemi pulchra interpretat. Et Can. 4. de eccleſia dicitur, *Tota pulchra eſt am. &c.* Et talis fuit in principio, ſed modo poteſt dicere.

9 Ne vo. Nam multi qui de bonis eccleſiæ lautè uiuunt, & magnificè, per ſuam vitam malam ipſam multipliciter amaricant de quo B. Bern. in eius perſona loquens exponit illud Eſa. 38. d. *Ecce in pace amaritudo mea ama.* Poſtq̄. n. ceſſauit p̄ſcutio tyrannorum contra eccleſiam, & ipſa dotata eſt multis, & magnis temporalibus bonis, multi abutentes peccatis enormibus, plus ſecundum ueritatem amaricant eccleſiam in iſta pace, quam amaricata fuerit in tyrannorum perfectione.

Com. in Lu. cap. 3

troges me

Rom. 15. c

F

Pœna legis quadruplex

A *Quan. pri. i. qñ lex incarnationis suæ ordinem ad myste-
riū passionis Christi conuertit. Mesis. n. hordeacea tempus
dñice passionis exprimit,
q̄ mense nouorum, i. pri-
mo mense contigit. Bñ er-
go tpe illo ad Bethlehem
uenit, qñ lex Ch̄m quē
docet in Bethlehem na-
tum, in pascha, idest in
mēse nouorum p̄dicat*

occi sum. Sctā quoque ecclesia toto conatu laborat, ut quos
ad fidem conuocat, incarnationis, passionis, resurrectionis
† merito imbuat. Mesis
hordeacea Iudeorum ex-
primit credulitatem, qui
peracto sacramento pas-
sionis p̄dicatib. Apostolis
primum ad fidem ueniūt
qui alibi qñq. panib. hor-
deaceis p̄stia Dño legūt.

vocatis me Noemi, q̄ Dñs humiliavit, & afflixit Om-
nipotens? Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide
nuru sua de terra peregrinationis suæ, ac reuerfa est in
Bethleem, quando primum hordea metebantur.

CAP. II.

Rat autem, & cat.
Chaldæus. Parap. Ipsi Naoumi erat cognatus
mariti sui, ut strenuus, ac legisperitus de familia
Elimelech, cui nomen Booz.

cit, ut ita instituant nurus suas, quo possint in his natura te-
neclutis habere subsidium, & quasi stipendium magisterii,
mercedem quoque suæ capere disciplina. Et. n. que bene in-
stituerit nrum suam Ruth, ei deesse non poterit, q̄ viduita-
tem socrus paternæ domui p̄ferat. Et si uir quoq. eius mor-
tuus fuerit, nō relinquat tñ, a-
lat in opem, soletur mœrentē,
nec dimissā discedat. Nescit e-
gere optima disciplina. Noe-
mi duob. filiis destituta & ma-
rito, pietatis emolumenta nō
perdidit, nam & solatium mœ-
roris, & subsidium paupertatis
inuenit.

B Josephus. Veniente Ruth
focru in Bethlehē. Booz Eli-
melech cognat⁹ suscepit eas.

CAP. II.

RAT autē viro Elimelech
confanguineus hō, & ma-
gnarū opum noīe Booz.
dixitq. Ruth Moabitis ad
focru suā. † Si iubes vadā



*b Spicæ remanentes fideles significant, qui translatis ceteris ad cælum
nobis relin. uuntur ad exemplum.*

in agrum, & colligā spicas quæ fugerint manus
metentium, vbicunque clementis in me patrif-
familias reperero gratiam. Cui illa respondit,
Vade filia mi. Abiit itaque, & colligebat spicas
post terga metentium. Accidit autem vt † ager
ille haberet dominū nomine Booz, qui erat de
cognitione Elimelech. Et ecce ipse ueniebat de
Bethlehem, Dixitque messoribus, Dominus vo-
biscum. Qui responderunt ei. Bñdicat tibi Do-

*a Fortitudo Dei, unde & uocabitur nomen
eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis. prin-
ceps pacis, pater futuri seculi.*
a Ecclesiam.

*a Messis sunt sancti qui colliguntur repouendi in herreo Dei. Messores sunt an-
geli. Vnde, Exhibunt angeli boni a malis.*

b *c*

Analog.

Deut. 18. 9

1. Cor. 1. d
- que fuge-
rit manus ue-
tentium

Luna de ui-
dus.

Vir iste cōfanguineus Eli-
melech Christus est agnus le-
gis, & legislator, quia per le-
gem promissus, & de Patriar-
chis natus, & de gente Iudeo-
rum secundum carnem. vnde
*Prophetam suscitabit uobis Deus
de fratrib. vestris, tanquam me au-
dieris. Hic est potens qui mundi
principem debellauit, & totum or-
bem suo imperio subiugauit, &
maguarum opum, quia cæli, &
terra possessor est, & in eo sunt
omnes hirsauri sapientiæ, &
sc̄a. Ipse est. n. virtus, & sapia.*
** b Abiit, & colligebat spicas,
post terga metent. & c.*

C ** Ambrosius. An mediocri-
tibi illa uidua uidet Noemi,
q̄ uiduitatem suā messis ma-
nipulis sustentabat alienæ, q̄
auro grauem alebat nurus. nā
hoc quoq. & ad subsidium, &
ad gratiam uiduarum proi-
cit*

NICOLAUS DE LYRA.
CAP. II.

Rat autem. Hic consequenter describitur ipsius Ruth
conuersatio virtuosa, & quia humilitas est funda-
mētum omnium virtutum, ideo circa eam primo
describitur humilitatis virtus, secūdo honestatis decus, ibi,
*Accidit au. tertio gratitudo in beneficiis, ibi, Quæ ca. in sa. quar-
to sollicitudo in exercitiis, ibi, Collegit ergo. Humilitas autem
eius apparet in hoc, quod obtulit se ad colligendum spicas in
agro de uoluntate, & licentia socrus suæ. Præmittitur tam ē
hic nomē ipsius Booz, eo qd̄ ager in quo collegit erat ipsius
qa erat de cognitione mariti sui defuncti, & hoc est qd̄ d̄r.*

1 *Erat au. Dicūt Heb. q. Elimelech focer Ruth, & Salmō p̄
Booz fuerūt fr̄s, & sic maritus Ruth & Booz erāt cōsāgui-
nei germani, Sed primū dictū v̄ falsum qa Salmō q̄ genuit
Booz de Rahab fuit tpe Iosue, & accepit vxorē Rahab post
destructionē urbis Iericho, qa tūc fuit copulata populo Isrl̄,
vt h̄r Iosue 6. hoc autē fuit circa p̄icipiū ducatus Iosue, a p̄-
cipio vero ducatus eius vsq. ad Abefan, quē Hebræi dicūt cē
ipsū Booz, fluxerūt anni 272. & multo p̄iures fluxerūt vsq.
ad Heli, & iō si fm̄ op. Heb. dicat, q. Booz & Abefan idē hō
fuit. impossibile v̄r, q. Elimelech fuerit frater Salmon, quia
Ruth uxor Mahalon filii Elimelech adhuc erat iuuenis, ut
satis patet ex sequentib. quando fuit copulata matrimonio*

ipsi Booz adhuc potenti generare. Et adhuc magis impossi-
bile est, si dicatur quod Booz fuit tempore Heli qui postea
per multos annos iudicauit, pp̄ quod dicunt doctores no-
stri, & bene vt videtur, q. tres fuerunt Booz sibi succedētes,
quorum primus fuit auus, secundus filius, & tertius nepos,
primus fuit filius Salmō quē genuit de Rahab, & tertius fuit
iste qui genuit Obed ex Ruth, & hoc idem dixi sup̄ Mat. 1. c
vbi isti tres sub uno noīe comprehenduntur. Tū qa Mat. E.
uāg. genealogiā saluatoris in trib. quaterdenis voluit descri-
bere, vt ibidē d̄r, in quo at gradu vltimus Booz atinebat ipsi
Elimelech, & filio eius Mahalō, postea dicet, Cetera patent
2 *Acti. au. Hic describitur ipsius Ruth honestatis (in l̄ra.
decus qd̄ percepit Booz ueniēs ad mēssores suos, vñ subdit.
3* *Dixitq. & c. Scdm̄ qd̄ dicūt Hebræi & satis apparet ex tex-
tu, Booz iā erat hō p̄uētæ ætatis, & honorabilis rōe sciētīe,
& virtutis, & iō n̄ ē verisimile q. de aliqua iuuecula muliere
q̄ sisset, nisi rōe honestatis singularis q̄ in ea videret, & iō di-
cūt He. qd̄ spicas st̄ates remanentes post mēssores collige-
bat st̄ado, iacentes at colligebat sedendo, ne inclinādo se ad
colligendum uestes suæ eleuarentur a parte posteriori, &
pars aliqua tibiarum suarum discooperta appareret, & ideo
Booz videns eius honestatem motus fuit ad quarendū quē
esset, & ad faciendum sibi gratiam, dicens ei quod sequi-
tur.*

Diuisa.

Audi

MORALITER.

1 *Erat au. In hoc c. agit de Ruth humiliter & diligenter i a-
gro Booz spicas colligente. p̄ agrū istū sacra scriptura signifi-
cat, q̄ est ager plenus optimis fr̄ijs, & sensib. tanq̄ bonis fru-
ctib. pp̄ qd̄ est ager quem bñdicat Dñs. per Booz autē, q̄ forti-
tudo interpretat, Dñs n̄ Iesus Ch̄s signat, q̄ tātē fortitudinis
est, q. portat oīa uerbo uirtutis suæ, ut d̄r Heb. 1. a. Ipse uero Dñs
est huius agri, pp̄ quod d̄r Deuter. 33. In dextera eius ignea lex.
Quæ cōtinet i. uet. ac no. tes. & bñ d̄r ignea, eo q. ignem cha-
ritatis in cordib. fidelīū accendit. Mēssores autē uiri Booz. i.
Ch̄i, sūt doctores, & p̄dicatores, Ruth at̄ humilis, & deuota
personā deuotā, & simplicem signat, q̄ sermones audiens at-
teute de his q̄ pōt. capere, uitā suā, & consciam informat. Et
similiter*

summet alioru uerbo, & exepio p̄m cotemete tibi modū, &
de hoc B. Fr̄aciscus exponebat illud 1. Reg. 2. a. *Sterilis pepit
plurimos, & q̄ multos hēbat filios infirmata est.* Sterilē. n. dicebat
fr̄m simplicē, oīm p̄dicandi nō hntē per quē gnant filii, i.
ecclesia Dei. 1. Cor. 4. d. *In Ch̄ro Iesu p̄ uen. ego uos ge.* Et talis fr̄
simplex exēplari uita plus p̄ficat sibi & aliis q̄ p̄dicator uer-
bosus, & idē dicēdū de aliis simplicib. personis, q̄ sūt uitę e-
xemplaris. Et bene significatur per Ruth, quæ maiore gra-
tiam inuenit apud Booz, quam eius mēssores, quia facta est
eius uxor. Sic persona simplex exemplaris uitæ maiorem
gratiam inuenit apud Christum, qui significatur per Booz,
quam mēssores, per quos, ut p̄dictum est, significantur
p̄dicatores.

A *Et rogauit.* Quia sancta ecclesia perseuerat in agro diuinæ lectionis post messorum, & prædicatores, mysteria scripturarum colligens, ut in sinu mentis suæ testimonia, & exempla virtutum recondat. Vel ager ille est celestis studii disciplina messis intelligentia spiritalis, messorum, prædicatores, spicæ remanentes, sententiarum scripturarum, quæ multum per mysterium occultatur, quasi pleniores remanent ad exercitium meditationis. Plebs ergo Gentilis ecclesiasticam disciplinam ardentem appetit ut ad meditationem diuinæ legis, & sanctorum societatem admittatur, & sanctorum documentis, vel exemplis reficiatur.

B *Ne vadas.* Quia ne recedas a statu fidei ne sequaris errores hereticorum, vel schismaticorum, sed magis iungere animab. sanctis, ut metas scripturas sanctas, meditando, & opere implendo, & haustum diuinæ sapientie de libris duorum testatorum, & unum pueri i. scilicet bibunt & ipsa bibas.

C *Quæ cad. in fac.* Græas refert Ecclesia gentium saluatori quæ respiciere dignatus est. cui ille respondit, placere sibi quod mortuo uiro suo, i. diabolo parietes idololatras reliquit, & terram natiuitatis, carnalia desideria, & populo sanctorum se sociavit, qui sibi antea ignotus fuit, cum sequeretur cupiditatem veteris hominis.

D *Nuntiata mihi omnia sunt, &c.*

* **THEODORETVS.** Nos docet hæc historia Booz quoque uirtutem. Ruth. n. non solum fructu liberaliter impertit, sed etiam verbis est consolatus. Nec solum eam cibo impertit, sed ipse quoque fuit per se sui officii minister, ut qui non alii iusserit ministrare, sed ipse parauerit farinas, & panes admodum liberaliter attulerit.

* **Chaldeus Paraph.** Dixit Booz ad Ruth, Per prophetiam significatum est mihi fore, ut proueniant ex te reges, & prophetæ, pp bonitatem, qua affluisti erga socrum tuam, quam marito tuo demortuo, aluisti, reliquisti etiam religionem tuam, populum tuum, patrem & matrem tuam, solūq. natale, & teten-

A *Et rogauit.* Quia sancta ecclesia perseuerat in agro diuinæ lectionis post messorum, & prædicatores, mysteria scripturarum colligens, ut in sinu mentis suæ testimonia, & exempla virtutum recondat. Vel ager ille est celestis studii disciplina messis intelligentia spiritalis, messorum, prædicatores, spicæ remanentes, sententiarum scripturarum, quæ multum per mysterium occultatur, quasi pleniores remanent ad exercitium meditationis. Plebs ergo Gentilis ecclesiasticam disciplinam ardentem appetit ut ad meditationem diuinæ legis, & sanctorum societatem admittatur, & sanctorum documentis, vel exemplis reficiatur.

B *Ne vadas.* Quia ne recedas a statu fidei ne sequaris errores hereticorum, vel schismaticorum, sed magis iungere animab. sanctis, ut metas scripturas sanctas, meditando, & opere implendo, & haustum diuinæ sapientie de libris duorum testatorum, & unum pueri i. scilicet bibunt & ipsa bibas.

C *Quæ cad. in fac.* Græas refert Ecclesia gentium saluatori quæ respiciere dignatus est. cui ille respondit, placere sibi quod mortuo uiro suo, i. diabolo parietes idololatras reliquit, & terram natiuitatis, carnalia desideria, & populo sanctorum se sociavit, qui sibi antea ignotus fuit, cum sequeretur cupiditatem veteris hominis.

D *Nuntiata mihi omnia sunt, &c.*

* **THEODORETVS.** Nos docet hæc historia Booz quoque uirtutem. Ruth. n. non solum fructu liberaliter impertit, sed etiam verbis est consolatus. Nec solum eam cibo impertit, sed ipse quoque fuit per se sui officii minister, ut qui non alii iusserit ministrare, sed ipse parauerit farinas, & panes admodum liberaliter attulerit.

* **Chaldeus Paraph.** Dixit Booz ad Ruth, Per prophetiam significatum est mihi fore, ut proueniant ex te reges, & prophetæ, pp bonitatem, qua affluisti erga socrum tuam, quam marito tuo demortuo, aluisti, reliquisti etiam religionem tuam, populum tuum, patrem & matrem tuam, solūq. natale, & teten-

D & tetendisti ut profelyta fieres, ac inter populum, qui tibi nunc nuper notus erat, habitares. Dignum præmium tibi re-pedet Dominus, in hoc seculo propter nobile facinus tuum sitque consummata merces tua a Domino Deo Israelis in venturo seculo. Ipsa porro equitas tua te a Gehennæ iudicio liberabit, ut sit tibi portio cum Sara, Rebecca, Rachel, & Lia. Tunc dixit Ruth, Clemens admodum es erga me, Domine mi, quando quidem scelicem me dicendo, ut recipiar in domo Domini, atque etiam humaniter locutus, consolatus es me. Ad hæc, mihi attulisti fiduciam de venturo seculo assequendo, ubi pro meritis est præmium.

* **THEODORETVS.** finem consequuta est Booz benedictio. Accepit enim Ruth plenam mercedem a Domino, ut quæ fuerit progenitrix benedictionis gentium.

e *Inueni.* & car. Nota humilitatem Gentilis Ecclesie, quæ se cognoscit imparem tantæ gratiæ, nec audet se equiparare primitiæ Ecclesie. unde dicit, *Nam & cælli edunt de micis, quæ cæ. de men. do. suorū.* Et alibi, *Domine non sum dignus, ut intres sub testum meum, sed tantum dic ver. & sanabitur puer meus.*

f *Quando hora.* Hora uescendi fuit. Quando dictum est Apostolis. *Ite docete omnes gentes baptizando eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.* A Domino enim dictum est, *In uiam gentium ne abieritis.*

g *Intinge buccellam.* Lege, s. quæ diu meditata perseuerans in priorem populum Phariseorum conditionibus vel traditionibus corrupta natiuum saporem perdidit. In hac tingit Ecclesia buccellam, i. mysterium incarnationis Christi dicentes se in testamento veteri, & ideo firmiter credit, quia antè longè præfiguratum cognoscit.

h *De vestris.* Nota humilitatem patris familias, qui non solum spicas relictas testimoniorum colligi permittit, sed etiam manipulos scientiæ ultronea largitate imperatur.

De re-

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Audi filia.* & patet litera. Patet etiam quod erat iuuenula respectu ipsius, quia uocauit eam filiam.

2 *Quæ cadens.* Hic commendatur Ruth de gratitudine, quæ ipsi Booz de beneficiis oblati, licet non essent multum magna, valde fuit regratiata, & patet litera usque ibi.

3 *Quæ non sum.* In Hebræo habetur, *ancillarum tuarum.* Quod non sum tanti ualoris, sicut minima ancillarum tuarum, & ideo maiorem gratiam inuenit apud ipsum Booz. unde subditur.

4 *Dixitque ad, &c. comede panem,* i. cibum paratum de domo mea cum famulis meis.

5 *Et intinge.* Acetum enim multum refrigerat, & ideo in calidis regionibus cuiusmodi est terra Israel, utuntur acetum, maxime tempore calido, cuiusmodi est tempus messionis.

6 *Et con.* scilicet ipsa Ruth præparauit sibi cibum, secundum translationem nostram. In Heb. habetur. *porrexit ei granatum.* i. cibum factum de granis nouis, quem de manu sua dedit Booz ipsi Ruth, ut dicunt Hebræi. Cætera patent in litera.

A De vestris manib. proiicite. &c. Quia gentilis populi infirmitatem non despiciat, nec pristinos errores improperat, sed studii sagacitate ad edificationem perducit.

a Quasi ephi. Cum in lectione per sancte trinitatis confessionem discit catholicam fidem. In ephi mensura quae tres modios continet

absq. rubore

significatur vna diuinitatis substantia, & trium personarum proprietates

i. tres modios

b Quos por. Quia fide suam matri ecclesie ondit. vel ecclesia synagoga gratiam qua spoli sui munere percipit ostendit, ut ea puocaret ad fide.

† cognouit, vel agnouit re

Psal. 44. 9

c Dedit ei. Eructauit cor meum uerbum bonum. s. de plenitudine cordis cibum pdicationis.

† ipse

d Sicutus. Synagoga pdicate ecclesia getium bonitatem, & potentiam Dni cognoscit & fortitudinem sui pectoris, & tade veritate cogente nomen Domini bndicit, quod seruauit gratiam mortuis quam praubit uiuis.

† Theod. Grato & beneficii memori animo Noemi absentem nutus benefactoris remunerata est benedictione. Dixit. n.

iiicite de industria, & remanere permittite, vt absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. Collegit ergo in agro usque ad

a Quia sancta ecclesia virga discretionis spiritualem sensum elicit de li. c. 1. legis.

vesperam, & quae collegerat virga cadens, & excutiens, inuenit

a hordei quasi ephi mensuram, i. tres modios. Quos portans reuersa est in ciuitatem, & ostendit focru suae. Insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat. Dixitq. ei focrus sua. Vbi hodie collegisti, & vbi opus fecisti? Sit benedictus qui misertus sit tui. indicauit que ei apud quem esset operata, & nomen dixit uiri, quod

Booz vocaretur: Cui respondit Noemi: Benedictus sit a Domino quoniam eandem gratiam quam pbuerat uiuis seruauit & mortuis.

a Largitatis. **b** Iudaeis cum eis frueretur beneficiis. **c** Gentilibus, qui in peccatis sepulti erant.

c Rursumque ait: Propinquus noster est homo. Et Ruth. Hoc quoque, inquit, praecipit mihi, vt tadium messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur. Cui dixit focrus: melius est filia mi, vt cum

a An tabus sanctis. **b** Hic. epiconum. **c** Schismatum. omni doctrina v. iuxta, & contentiones.

puellis eius ex eas ad metendum, ne in alieno agro quilibet resistat tibi iuncta est itaque puellis Booz, & tandiu cum eis messuit, donec

a Cuiusmodi nocte quae rationalibus ad refectionem colligitur, in quo ostendit: caro & sanguis Christi de quo dicitur, Nihil granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.

triticum, & hordeum in horreis conderentur.

Qui te agnouit, sit benedictus. Sicut fecit, cum quo fecit. Satiavit animam inanem. Non respexit ad paupertatem, sed ad legistorem, qui praecipit ut cura gereretur iuduarum.

† Chaldaeus. Ore sacrosancto Domini benedictus sit ille, qui in sua mansit amicitia cum uiuis, & cum mortuis.

c Propinquus. Cognoscit propinquum mater ecclesia per gratuita beneficia populo gentium collata, & audito nomine recordat beneficiorum antiquorum vni, Memor sui dierum antiquorum, meditato sum in omnibus operibus tuis.

f Praecipit mihi, Quia Christus omnibus ad se venientibus praecipit, ut magis cum fidelibus suis iungatur ad messem spiritualis segetis, quam cum alienis, cui persuasioni consentit focrus, dicens melius est filia. hoc ut bonum, & utile non potest negare synagoga.

g Donec triticum.

hoc est, tandiu adharet doctoribus in meditatione scripturarum, donec veteris & noui testamenti notitiam in camera cordis reconderet, vnde passum animae sufficientem haberet.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Collegit ergo. Hic consequenter describitur sollicitudo ipsius Ruth in ope pro quo venerat de voluntate focrus suae, cum dicitur. Collegit ergo. Quod autem subdit, Id est tres, non est in Hebr.

MORALITER.

† Inuenit hordei. i. tres modios, per quos significantur sanctitas meditationis, veritas locutionis, & sinceritas bonae operationis.

sed loco eius h. i. c. 16. m. q. inuenit ephi hordei in hoc quod collegerat. Cuius tamen quantitatis sic haec mensura ephi, dictum fuit Lxx. 16. G. mor. n. est decima pars ephi, & G. mor mannae sufficiebat una die pro una persona, ut ibidem dicitur.

2 Inuicta est. i. ancillis. Caetera patent in litera. operationis factae simpliciter propter Deum. Istos tres modios colligit Ruth. i. persona simplex, & deuota sermones audiendo, & opere adimplendo.

C Postquam autem. THEODORETUS. Quid Noemi suae nuntii suggestit?

Cum Ruth audisset focrum dicentem, Hic vir est nobis propinquus, recordata est magnae eius officii, & existimauit illum uelle ei ex lege coniungi, ut eius qui decefferat conseruaret memoria.

ergo suggerit ei vt dormiat ad pedes Booz, non vt formam suam vendat, contrarium. n. significant verba narrationis. Adeo confidebat uiri temperantiae, & iustitiae. Sermones autem confirmarunt actiones.

CAP: III.



Postquam autem reuersa est ad focrum suam, audiuit ab ea:

filia mi quaram tibi requiem & providebo, ut bene sit tibi. Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est,

a Aqua baptismi, vel penitentiae lachrymis.

b & in hac nocte aream hordei ventilat: lauare igitur, &

rat in terra Israel, vngentur se magnates quae viri, quae feminae. † Chaldaeus. Lauas te, & delibuta incunde oleas, concinneque uelita, descendas in aream, &c.

NICOLAUS DE LYRA.

CAP: II.

Postquam au. Hic consequenter describitur circa ipsam Ruth conuentio legalis, quia secundum legem quae habetur. Deu 25. de suscitacione feminis defuncti ipsa requisit Booz de matrimonio de consilio focrus suae, & ideo circa hoc primo ponitur focrus consultatio, secundo nuntius obtemperatio, tertio ipsius Booz rationalis responsio. scda, ibi. Quae respondit. tertia, ibi. Et ille, benedicta, &c. Circa primum dicitur.

1 Postquam. s. de mesionibus, quarum tempore fuit coniunctio puellis Booz, vt dictum est, sup. 2. c. in fine.

2 Quaram. i. matrimonium bonum, ita quod non oporteat te laborare pro uictu.

3 Et prou. habendo prole, quod maxime desiderant mulieres.

4 Et in. i. festum facit pro ventilatione. Dicunt. n. aliqui quod mos erat antiquorum in ventilatione messis facere conuiuium messoribus, & dormire de nocte in area. Rab. Sal. dicit hic, quod in illo tpe erant multi latrones in terra, & ideo Booz iuit illuc ad dormiendum, ut in pntia eius melius custodiret per famulos suos granum uentilatam, & utrumque potuit esse in causa.

5 Laua. Hoc dixit sibi ad hoc, quod Booz magis inclinaretur ad desponsandum eam. Non te

MORALITER.

1 Postquam. Hic agitur de preparatione Ruth ad matrimonium cum Booz, per quod significatur coniunctio personae deuotae cum Christo, quae coniunctio potest effici durante uita pnti

Dicit igitur Noemi. i. ecclesia.

5 Laua. per ueram, & frequentem confessionem, quia peccata frequenter pullulant Io. 1. c. Si dixerimus, quia peccata non habent, ipsi nos sed, & ueri in no. non est.

A *Nota.* Quia fides gentium ecclesie non ante apparuit, quam Christus mysterium incarnationis sue implevit, quando corporaliter inter homines viuens cibo, ac potu usus est, & tandem cenans cum discipulis suis corporis, & sanguinis sui sacramenta communicauit eis. Impleto autem mysterio dispensationis Christi ecclesia de gentibus ad fidem fiducialiter accessit.

b *Discooperies, &c.* Q. Agnosce Christum pro te passum, & ueni deuota mente, discute operimentum literæ uel te. in quo tegit sacramentum incarnationis Christi & cum cognoueris inde tibi salutem promissam, humiliter ad auxilium eius confuge, ut ibi permanearis omni tempore.

c *Cumque comedis. Booz, &c.* * Chaldeus. Curauit Booz corpus cibo, & potu, & corde sobrio benedixit nomini Domini qui illius orationem exaudiuerat, feceratque famem cessare in terra Israelis, ac uenit, ut in acerui extremitate dormiret, &c. Accidit autem media nocte ut expauerit uir, victumque reditum fuerit ipsius corpus, ut raphanus, præ timore. Videns porro mulierem ad pedes suos dormientem, libidinem suam cohibuit, ut rem cum illa non habuerit, Iosephi iusti imitatione.

B * THEODORETUS. Ille factum Ruth laudauit, temperantiam autem non prodidit sed legi conseruauit nuptialem congressum. Ostendisti, inquit, per ea quæ fecisti, quod hoc non feceris uoluptati seruiens. Reuerant. iuisses ad eos qui sunt iuuenili, ac florenti ætate, solam rationem habens fruendæ uoluptatis. Sed uenisti ad uirum qui est tibi loco patris. Bis enim idcirco uocauit, filiam.

Comedit Christus, & bibit, cum in cœna corporis, & sanguinis sui sacramenta tradidit Apostolis. unde, quia pueri commu-

communicauerunt carni, & sanguini, ipse participauit eis d. *Acernum.* Testimonia scripturarum. unde, *Filius hominis uadit sicut scriptum est de illo.* Vel iuxta turmas fidelium animarum, quas morte sua ab inferis reuocauit. Ad hunc lectum properauit ecclesia, & discooperto pallio, &c.

a *Christinate, uel spiritus sancti unctione.* **b** *Ornatu uirtutum.*

ungere, & induere cultioribus uelamentis, ac descende in aream. Non te uideat homo, donec esum potumque finierit. Quando autem

a *Id est, moriendum, s. pro nobis ubi omnia acquisiuit: unde, S. exaltatus iuero a terra, omnia traham ad me.*

ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiet. Veniesque & discooperies pallium quo operitur a parte pedum, & proicies te, & ibi iacebis. Ipse autem dicet tibi, quid agere debeas. Quæ respondit, Quicquid præceperis faciam, descenditque in aream, & fecit omnia quæ sibi imperauerat focrus sua.

c *Quia necesse est, ut ab ipso saluationis tue ordinem discas. Si autem ad synagogam uerba Noemi retuleris, inuenies in lege, & prophetis, quod post passionem uentura sit ad fidem ecclesia gentium.*

a *Obedientia ecclesie meretur desiderii sui effectum: unde, O mulier magna est fides tua, fiat sicut peristi.*

c *Cumque comedisset Booz, & bibisset, & factus esset hilarior, issetque ad dormiendum iuxta acernum manipulorum, uenit absconditè, & discooperto pallio a pedibus eius se proiecit. Et ecce nocte iam media expauit homo & conturbatus est, uiditque mulierem iacentem ad pedes suos, & ait illi, Quæ es? Illaque respondit, Ego sum Ruth ancilla tua. Expande pallium tuum super famulam*

a *Quia mundo tenebris errorum inuoluta ecclesie celerem fidem ostendit nobis uinitandam.*

a *Ecclesiam, b* *Humiliter incarnationis sacramentum uenerantem.*

c *Christus. d* *Confessionem ecclesie expetit.*

a *Ecclesia fidei, & protectionis Christi gratiam ante omnia desiderat.*

* *Expande pallium &c.* Chaldeus. Accedat quæcunq; nomen tuum ancillæ tuæ, ut me uxorem ducas, quoniam propinquus es tui.

2 * *Author operis imperfe. apud Chryf. Nisi inspiratio Dei fuisset in Ruth, non dixisset quæ dixit, nec fecisset quæ fecit. Quid primū laudatur in ea? Dilectio generis Israel, aut obedientia, aut fides? desiderabat filios suscipere ex femine Israel, & una fieri ex populo Dei. Simplicitas autem, quia uironea sub pallium Booz ingressa, nec cogitauit ne forte sperneret eam, quasi iustus lasciuam, aut ne deluderet eam & quod grauis erat, cōtemneret delulam, sicut faciūt multi. Sed obaudiens focrus suæ consiliis, confidenter credidit, quod prosperaturus esset Deus actū ipsius, sciens conscientiam suam, quia non libido ad hoc eam compulerat, sed religio erat hortata. Quid autem & in Booz prædicat? Humilitas, castitas, religio. Humilitas quidem & castitas, quia non contigit eam quasi lasciuus puellam, nec abhorruit quasi castus lasciuam, sed mox ut uerbum eius de lege audiuit, uniuersa religioni adscripsit. Nec despicit, quasi diues pauperem nec uertit, quasi matura adolescentulam, sed paratior fide quam corpore, manē proce-*

3 *fit ad portam, propinquiorem conuenit, præualuit non tam iure proximitatis, quam Dei eligentis fauore.*

4 *Quæ pallium super se extendi postulauit, bñdictionem accipere meruit. Qui n. gratiam fidei plenè percipit bñdictionem*

5 *Quia extendit manum suam, & tetigit caput ipsius Ruth & per hoc cognouit quod esset mulier, quia mulieres habent capita aliter parata, & tecta quam uiri, ideo subditur.*

6 *Uiditque mulierem, i. cognouit per tactum, quia de nocte non poterat cognoscere per uisum, sed nomine uisus designantur aliquando alii sensus, sicut Exo. 20. c. dicitur, Cum illis autem populus uidebat uoces. id est, audiebat, tamen Booz adhuc nesciebat quæ esset mulier determinate, id quæsiuit.*

7 *Quæ es? &c.* Sequitur. *Expande pallium tuum, &c.* Per hoc requirebat desponsationem. Hic n. erat modus tunc temporis, quod sponsus contrahens sponsalia ponebat extremum uelutis suæ super sponsam. Alii autem dicunt, quod cum hoc curialiter petebat consummationem matrimonii, secundum quod erat edocta a focro suo, propter quod Booz habuit eam totaliter excusata. Dicunt enim Heb. quod Ruth dixit prius ipsi Booz, secundum quod eam focrus sua docuerat. Socrus mea, & ego necesse habemus vendere hæreditatem quæ fuit Elimelech, & filiorum eius, & tu es propinquus ad quem pertinet redemptio, ut habetur Leuitic. 25. & ideo accipe hæreditatem, & me per consequens in uxorem ad suscitandum nomen defuncti in hæreditate sua, & sic dixit.

8 *Quia ipsa crux sancta. locum autem istum notare, est Christi passionem deuotè considerare.*

9 *Et discooperies, pars pedum est inferior, ideo per ipsam humanitas Christi significatur. Per hanc ergo discooperationem significat, q. pallio non competit Christo nisi secundum humanitatem & hoc firmiter fide tenere e a parte pedum discoopire.*

10 *Et proicies. per continuationem affectuosæ compassionis & qm talis persona Christo coniuncta per gratiam, desiderat sibi coniungi per gloriam, ideo dicit quod subditur.*

11 *Expande. per quod significat gloria celestis. Et. 6. 1. 2. Pal-*

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Non te uideat.* scilicet ipse Booz.

2 *Donec esum potumque.* hoc dixit, quia tunc magis proni sunt homines ad contrahendum, & consummandum matrimonium. Dicunt hic aliqui quod ista Noemi non peccauit, quia per legem matrimonii quærebat suscitationem seminis defuncti. Contrarium tamē magis uidetur, tum quia modus querendi non erat bonus, s. in occulto, tum quia etiam erat alius propinquior ipso Booz, ut infra habetur, qui debebat prius requiri, aliter fuisset sibi facta iniuria, nisi uoluntariè suo iuri cessisset, propter quod Booz dixit ipsi Ruth quod factum celaret, ipsa autem Ruth fuit totaliter excusata, quia erat de nouo conuersa ad Iudaismum, & nesciebat de lege querendi matrimonium: nec, de modo, nisi quantum sua focrus docebat eam.

3 *Quæ respondit.* Hic consequenter describitur ipsius Ruth obtemperatio, quia fecit omnia quæ sibi focrus dixerat, credens se in omnibus bene agere. Et patet litera usque ibi.

4 *Expauit.* Dicit Rab. Sal. quod timuit ne esset malignus spiritus, qui in corpore assumpto esset ad pedes eius, uel forsitan timuit de latronibus.

5 *Et conturbatus.* In Hebræo habetur. *Et timuit uel amplexatus*

MORALITER.

† *Et ungerere.* per augmentum gratiæ quæ augetur in sacramentali confessione.

† *Et induere.* per augmentum uirtutum, quæ cum gratia infunditur, & in eius augmento augmentatur.

† *Ac des.* per quod significatur quod bona merita per humilitatem sunt tegenda.

† *Nota locum,* scilicet Booz per quem Christus significatur, locus autē in quo Christus dormiuit somno mortis, est ipsa

ipsa crux sancta. locum autem istum notare, est Christi passionem deuotè considerare.

† *Et discooperies,* pars pedum est inferior, ideo per ipsam humanitas Christi significatur. Per hanc ergo discooperationem significat, q. pallio non competit Christo nisi secundum humanitatem & hoc firmiter fide tenere e a parte pedum discoopire.

† *Et proicies.* per continuationem affectuosæ compassionis & qm talis persona Christo coniuncta per gratiam, desiderat sibi coniungi per gloriam, ideo dicit quod subditur.

† *Expande.* per quod significat gloria celestis. Et. 6. 1. 2. Pal-

Mat. 26. 4

Homil. 1. in Matth.

E

in summitate acerui

† accubuit, uel dormiuit

F

† Quia

A nem, & virtute in pariter possidebit.

a *sed est alius me propinquior.* Ioannes Bapt. qui Christus putabatur, sed sponsum non vidit, sed Christo retentus, dicitur. *Qua habet sponsum sponsus est, & cetera.*

Ioan. 3. d.

B Hic propinquior quam in mundo prior natus, vel iste propinquior est legis decalogus qui propinquior synagoga, quam Evangelium videbatur, quia specialiter illi populo datus, & tempore prior est.

† mensuras

b *Surrexit itaque antequam.* Quia antequam Iudaei doctrina legis imbuti naturae suae iura cognoscerent, Ecclesia gentium inertiae suae somnum excutiens diluculo nascentis fidei surrexit, & ad Christi gratiam properavit.

† temporaliter

c *Mensusus est.*

tuam: quia propinquus es: Et ille: Benedicta es, inquit, a domino filia,

& priorem misericordiam posteriore superasti: quia non es secuta iuvenes, pauperes, siue diuites. Noli ergo metuere: sed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vr-

a *bis meae, mulierem te esse virtutis. † Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte, & facto mane, si te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: si autem ille noluerit, absque vlla dubitatione ego suscipiam te, viuit dominus. Dormi usque mane. Dormiuit itaque ad pedes eius usque ad noctis abscessum.*

b *Surrexit itaque antequam homines cognoscerent se mutuo, & dixit Booz: Caue ne quis noverit quod huc veneris. Et rursum: expande, inquit, pallium tuum quo opereris, & tene utraq; manu. Quia extendente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam.*

c *Qua portans ingressa est civitatem, & venit ad focrum suam, quae dixit ei. Quid egisti filia? Narravitque ei omnia quae sibi fecisset homo, & ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait: Nolo vacuum te re-*

verti ad focrum tuam. Dixitque Noemi: Expecta filia donec videamus quem res exitum habeat. Neque enim cessabit homo nisi compleverit quod locutus est.

† *tus, & foris ditetur diuino munere. Senarius quoque numerus, & hoc significare potest, quod Dominus 6. aeta te hordeum legis spiritualiter intellectum concessit Ecclesiae gentium.*

* CHALD.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 *Quia.* Ad quam spectat redemptio hereditatis, & suscitatio feminis secundum duplicem legem praallegatam, & hoc dictum consonat ei quod se. ca. Booz. dixit, *Partem agri vendidit Noemi.*
- 2 *Et ille.* hic consequenter ponitur ipsius Booz rationalis responsio, & secundo curialis emissio, ibi, *Surrexit itaque.* Circa primum dicitur.
- 3 *Benedicta es.* Et in hoc offendit quod ipsa erat sine culpa ratione praedicta, & cum hoc offendit eius affectum bonum, di.
- 4 *Et priorem misericordiam.* Priorem misericordiam vocat, quia bene se habuerat ad virum suum viuentem, & ad focrum tuam, sicut audierat Booz a narratibus, ut patet supra 2. cap. Secundam autem vocat bonum affectum, quem habebat ad suscitandum nomen defuncti per matrimonium & haec uocatur maior prima, quia maior misericordia est bene se habere ad aliquem post mortem eius, quando non potest se iuuare, quam dum adhuc viuit, & quod ipsa Ruth moueretur amore prolis, & non libidinis ostendit di.
- 5 *Qua.* quarendo eis coniungi in matrimonio, sed me senem in cuius copula non est talis delectatio.
- 6 *Noli.* de matrimonio tibi affuturo.
- 7 *Scit.* q. d. ex fama bonitatis tuae paratus essem te accipere, sed non possum hoc licite absque propinquo cessante, ideo subditur.
- 8 *Sed est alius me propinquior.* ille propinquior est, cuius nomen non exprimitur, eo quod noluit suscitare semen fratris suo defuncto propter quod fuit indignus nominari. Eli-melech enim maritus Noemi, & pater istius Booz fuerunt fratres

- 9 *Dormiuit itaque ad pedes,* & in hoc patet continentia vtriusque.
- 10 *Surrexit itaq.* Hic consequenter describitur ipsius Ruth curialis recessus, seu emissio, & primo ex parte ipsius Ruth, & hoc cum subditur.
- 11 *Antequam.* Nolebat enim ab hominibus uideri in illo egressu, ne mala suspicio de ipsa, & Booz haberetur. Secundo ex parte ipsius Booz, quia monuit eam de fama vtriusque seruanda, di.
- 12 *Caue ne quis.* & quia noluit eam redire vacuum, ideo subditur.
- 13 *Mensusus.* In Heb. habetur, *sex ordea.* id est, sex mensuras hordei, sed cuius quantitatis fuerint, non exprimitur, tamen ex circumstantia textus habetur, quod non fuerunt multum magnae, tum quia continebantur intra pallium ipsius Ruth, tum quia ipsa sola portauit super caput suum totum simul usque ad civitatem, & usque ad domum Noemi. Dicit autem his Rab. Sal. quod istae sex mensurae fuerunt lignum, & praefiguratio sex benedictionum Dei quae futurae erant super Messiam nasciturum de Ruth per David, & genealogiam regiam, secundum quod dicitur Esa. xj. a. *Egred. viq. de ra. Is. & c.* Sequitur, *Et requiescet super eum spiritus scientiae, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiae, & timoris Domini.* Quod autem in translatione nostra interponitur, & pietatis, non est in Heb. Ex hoc autem dicto Rab. Sal. duo habentur, vnum est quod scriptura v. te. non solum exponenda est historice, sed etiam aliquando mystice. Secundum est quod illud dictum Esa. allegatum intelligitur de Christo etiam secundum Heb. Caetera patent in litera.

* CAP.

MORALITER.

† *illum laudis pro spiritu maritis.* Hoc. n. pallio vestiuntur illi quorum peccata luctu uitae praesentis diluuntur. Propter quod dicit Saluator Mat. 5. a. *Beati qui lugent, quia ipsi consolabuntur.* † *Quiesce.* Per hoc verbum Booz, significatur ratio Christi per bonam praedictam modo ipsum desideranti, id est, nocte praesentis seculi perseveranti in statu gratiae usque mane futuri, in quo

quo omnia erunt clara, & tunc coniunctio tua mecum erit perfecta. Et quoniam quam diu persona deuota est in praesenti proficit in domo Dei, ideo subditur.

13 *Mensusus.* per quos significantur sex dona Spiritus sancti quae ponuntur Esa. xj. a. *Spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spūs scientiae, & timoris Dñi.* In Heb. vero non habet spūs pietatis, sicut dixi plenius in expositione literalis. † MORA-

C A P. III.

Ascendit * Chaldeus. Ascendit ad portam confessus Senatorum, & illic sedit cum senioribus. * Theodoretus. Tanta erat viri virtus, vt nec ad nuptias, prater legem contularit, sed cum

Propinquiori de matrimonio verba fecerit. Sunt autem digna admiratione eius quoque ad eum verba. Non enim primos cum eo sermones contulit de nuptiis, sed de possessione agrorum est locutus, & cetera. Quoniam autem propter matrimonium, ille quoque pradiorum abnegavit contractum, conuenienter quidem legi, calcem soluit, & dedit; Booz autem Ruth uxorem duxit. Quod autem non voluptati feruiens, induxit in animum vt duceret uxorem, ostendunt quoque eius verba laude digna.

Testes vos hodie, & cetera. Legem inquit, non transgredior, Moabiticam ducens mulierem, sed impleo legem diuinam, studens vt defuncti non extincta cōseruetur memoria. Quia in Virginis aluo in qua appareret carnem sumebat. De hac porta dicitur: *Porta hac clausa erit, & non aperietur, & vir non transi. per eam: quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam.*



C A P. III.

Ascendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Cum que vidisset propinquum praterire de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum Declina paulisper & sede hic, tvocans eum nomine suo

qui diuertit & sedit. Tollens autem Booz decem viros de seniorib. ciuitatis, dixit ad eos, sedete hic. Quibus respondentibus locutus est ad propinquum. Partem agri fratris nostris Elimelech vendit Noemi, que reuerfa est de regione Moabitide, tquod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis possidere iure propinquitatis, eme & posside. Sin autem t displicet tibi hoc ipsum, indica mihi, vt sciam quid facere debeam. Nullus enim est propinquus excepto te qui prior es, & me qui secundus sum. At ille respondit: Ego tagrum emam. Cui dixit Booz. Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem quæ vxor defuncti fuit, debes accipere, vt suscites nomen t propinqui tui in hæreditate sua, qui respondit. Cedo iuri propinquitatis. Neque enim posteritatem familiæ meæ

filij Dei quod in initio habuerunt Sancti. vnde; *Videntes filij Dei, &c.* Et Lucas dicit; Adam filium Dei, quem etiam in Ecclesia gentium per gratiam Dei suscitauit. vnde; *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c.* Hoc nomen in nationibus legis Decalogus suscitare non potuit. Si autem hoc ad Iohannem Baptistam retuleris, inuenies eum cedentem iuri propinquitatis, & dicentem; *Ego baptizo in aqua: medius*

b Decli.

b Decli. Quia Christus Iudæis vidit legem constitutam & corporaliter: & ad se declinare iussit: quia eam ad dispensationis suæ mysterium testificandum inclinauit. Alter: vidit propinquum praterire cum præcursoris sui aduëu, quem more humane vitæ prosperare cōspexit, & ad officium præcursoris misericorditer cōuertit.

C Locutus.

Conuenienter legis per ritum partem agri Noemi ad emendum obculit, cum partē plebis, quæ apparere iam gratia remansit, ad saluandum magistris synagogæ ostendit, vt infirmitatem suam agnoscerent, & quod ipsi nequirent vero Medico faciendum cōmitterent, vnde leprosis dicitur; *Ite ostendite vos sacerdotibus, & cum irēt mūdati sunt.* d *Vt suscites.* Significat nō aliam possessionem plebis quam copulationem Ecclesiæ in coniugiū Christi, qui suscitauit antiquum nomē

medius

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. III.

Ascendit. Hic vltimò describitur copula matrimonialis inter Booz, & Ruth per cessionem propinquioris. Circa quod primo tangitur dicti propinqui citatio, secundo vxoris acceptio, ibi, *At ille ma. na.* tertio prolis conceptio, ibi, *Ingressusque est.* quarto plebis congratulatio, ibi, *Dixeruntque mu.* Prima in duas: quia primo describitur citatio propinquioris. secundo cessione sui iuris, ibi, *Qui respondit.* Circa primum dicitur.

- 1 *Ascendit.* In porta enim ciuitatis antiquitus tenebantur iudicia, vt cito & in promptu unicuique pateret locus iustitiæ.
- 2 *Et se.* Tanquam iudex principalis, secundum Heb. qui dicunt ipsum fuisse Abesam, vt dictum est supra l. c.
- 3 *Declin.* Vt in loco iudicij respondeas.
- 4 *Tollens.* Vt negotium fieret firmitus.
- 5 *Partem.* Vocat eum fratrem, eo quod erat de cognatione sua, & hic modus loquendi frequens est in scriptura.
- 6 *Vendit.* Id est, in proposito vendendi, quia non erat adhuc ager venditus, ut patet per sequentia. Heb. autem non habet tempus præsens in modo indicatiuo verbi, sed pro eo vtuntur

tur participio presentis temporis communiter dicentes, vendens pro vendit, & aliquando præterito verbi in modo indicatiuo: vt in isto loco. vel forte iam vendiderat. Et quod de emptione per propinquum subditur, intelligendam est de redemptione emptionis, quæ spectabat ad ius propinqui, vt habetur Leuit. 25. Sciendum est autem hic, quod licet mulieres nō succederent in hereditatem, tamen quia vxor post matrum defunctum sine liberis remanebat, ipsa tenebat partem hereditatis ad vitam, & illam poterat vendere in quantum erat sui iuris. & sic dicitur hic quod Noemi eodem modo vendere volebat partem agri. Cetera patent vsq; ibi.

- 7 *Nullus.* Non est intelligendum quod nulli alij essent de consanguinitate illa, cum essent homines magni, & potentes, sed quia nullus erat propinquior istis duobus, nec qui ita haberet ius in dicto negotio.
- 8 *Ego agrum.* Bene volebat habere possessionem, sed non vxorem, tamen vnum erat annexum alteri, ideo subditur.
- 9 *Quando.* Et patet litera.
- 10 *Qui re.* Hic consequenter describitur cessione iuris cū dicitur.
- 11 *Cedo iuri.* Cuius ratio allegatur, cum dicitur.
- 12 *Neque.* Quod exponit aliq. Heb. de posteritate egressura de Ruth,

M O R A L I T E R.

1 *Ascendit.* hic describitur coniunctio Ruth cum Booz matrimonio, quod quidem matrimonium factum fuit per hoc quod ille qui propinquior videbatur ad contrahendum cum ipsa Ruth cedit iure propinquitatis, & sic Booz accepit eam in vxorem. per Ruth quæ videtur interpretat ecclesia bñ significatur, quæ cognitione fidei, & gratiæ illuminat, per propinquiorum aut Iohannes Baptista potest intelligi, qui natus fuit ante Christum & prius predicauit, & non solum a vulgaribus hominibus, sed etiam a notabilibus personis Iudeorum ciuitatis credebatur, propter quod de Ierusalem metropoli ciuitate miserunt

miserunt nuntios solennes. s. sacerdotes, & Leuitas ad interrogandum si ipse esset Christus, & per consensu ecclesiæ sponsus Io. 1. Ipse vero Iohannes cedit iuri propinquitatis, quod sibi credebatur inesse, dicens. *Non sum ego Christus.* vt ibidem hñ. Et similiter, 3. c. vbi idem replicauit, & adiunxit. *Qui habet sponsam, sponsus est:* ubi ostendit se nō esse sponsū ecclesiæ, sed amicum sponsi, & sic ostendit manifeste quod ecclesia erat reseruanda Christo sicut sponsa, & Christus qui per Booz intelligitur, sicut dictum est supra. *Eam accepit sponsam.* Per hoc autem quod ex generatione Booz c. Ruth deducitur genealogia regalis, cum dicitur.

medius autem vestrum stetit quem vos nescitis: cuius non sum di. sol. cor. cal. erus. Et alibi. Ego non sum Christus: sed missus sum ante eum, qui habet sponsam, sponsus est, Cedit quoque lex euangelio. Lex enim subintravit, ut abundaret delictum, ubi autem abundavit delictum, superabundavit & gratia. Reprobatio quidem

† Sis propinquus propinquitate mea, quia non possum esse propinquus. † Posside. Et cal. eam etum. † Booz.

dati propter infirmitatem eius. introductio vero melioris spei per quam proximamus ad Deum, fit per Iesum Christum.

Cedo iuri propinquitatis.

CHALDAEVS Hoc damno non possum redimere mihi, quum enim uxorem habeam, me non deceret aliam superducere, quando quidem concitaretur ob id domi meae discordia, & fraudarem hereditatem meam.

B

E faciat virtutem. i. hone ste viuat, & probe.

Redimito tu tibi, cum tibi vxor non sit; quandoquidem redimere non possum ego.

Solue. Calceamentum velamen est mysteriorum. Lex vero de pede suo calceamentum soluit, & Christo dedit, & quia sacramenta per magistros populi manifestare non potuit, sed Christo hoc faciendum reseruauit. Ioannes ergo non sibi, sed Christo calceamentum vendicauit, quia soli Christo sponsam competere intellexit, vnde ait. Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius.

Testes. Sic Christus ex utroque testamento testes habet sufficientes, quod populum gentium quem decalogus iam finitus spiritualiter fecundare non potuit, ipse semine verbi Dei fecundauit omnia possidens, quae priores, & posteriores habuerunt sancti.

Et maiores. Isido. Decem maiorum natu benedictio ostendit in nomine Iesu omnes gentes esse benedicendas. Iota enim apud Graecos decem significat, quae in nomine Iesu prima litera est.

Faciat do. hanc. imprecatur prospera ecclesiae gentium, ut gratiam fecunditatis, quam habuerunt Israelitarum primiparentes, percipiat.

THEODORETVS. Confirmarunt seniores matrimonium cum benedictione, dicentes. Deus tibi mulierem, &c. Illud autem. Ut faciat virtutem in Ephrata, pradicat partum salutarem, per quem Bethlehem facta est celebris inter omnes homines.

CHRYSOSTOM. Ea quae in Ruth facta sunt, considera nostri figuram fuisse. Hac. n. erat alienigena, & in extrema delapsa penuriam, sed videns eam Booz, nec ob ipsius paupertatem

delere debeo. Tu meo vtere priuilegio; quo me libenter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, ut si quando alter alteri suo iuri cedebat, ut esset firma concessio, soluebat homo calceamentum suum, & dabat propinquo suo: hoc erat testimonium cessionis in Israel. Dixit ergo propinquo suo Booz: † Tolle calceamentum. Quod statim soluit de pede suo. At † ille maioribus natu, & vniuerso populo. Testes vos, inquit, estis hodie, quod possederim omnia quae fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noemi, & Ruth Moabitidem uxorem Mahalon in coniugium sumpserim, ut suscitem nomen defuncti in hereditate sua, ne vocabulum eius de familia sua, ac fratribus, & † populo deleatur. Vos inquam huius rei testes estis, Respondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu. Nos testes sumus. Faciat Dominus hanc mulierem quae ingreditur domum tuam sicut Rachel, & Liam, quae aedificauerunt domum Israel, ut sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem. Fiatque domus tua sicut domus Phares, quem

a

b

c

d

e

f

g

tatem despexit, nec ob impietate exhorruit, sicut Christus etiam Ecclesiam suscepit, & alienigenam, & magnorum laborantem egestate honoru, suo confortio copulauit: Ruth, nili prius reliquisset parentes, & gentem, & patriam, nunquam tali fuisset nobilitata connubio: ita Ecclesia non ante amabilis efficitur spolio, quam priorem conuersationem relinquat. Propheta ait. Obliviscere populum tuum, &c.

AVTHOR operis imperfe. apud Chryllosto. Booz pro merito suae fidei Ruth accepit uxorem, ut ex coniugio tali sanctificato genus nasceretur regale. Nam Booz senior constitutus, non sibi uxorem accepit, sed Deo, non propter passionem corporis sui, sed propter iustitiam legis, ut suscitaret semen proximo suo, non magis amore quam religione feruentior, etate senex: iuuenis autem fide.

HIERONYMVS. In genealogia Saluatoris illae ponuntur mulieres quae scriptura reprehendit, ut qui propter peccatores venerat, de patrib. nascens, omnium peccata deleteret. Vn & Ruth Moabitidis ponitur, & Bethsabee vxor Vriae.

IDEM. Ruth alienigena a Noemi latere non recessit. Vide, quanti meriti sit desertae praestituisse solatium. Ex eius semine Christus oritur.

IOSEPHVS. Haec quidem quae de Ruth gesta sunt, explanavi, ostendere volens Dei potentiam, cui possibile est ad dignitatis culmen euehere quoscunque voluerit, & ad quale perduxit etiam Dauid, huiusmodi ortum initis.

Rachel. Species interne contemplationis habens internam intelligentiam veritatis. Vnde, Rachel bona facie, & pulchra specie, quam amat omnis pie studiosus, & propter hanc seruit Laban, qui interpretatur dealbatio, quam comparat gratiae Dei qui dicit, Quod si fuerint peccata vestra sicut Phenicum, tanquam nix dealbabitur.

Lia. Actio huius vitae in qua viuimus laboriosa est ex fide, & incerta, quo exitu perueniat ad utilitatem eorum quibus consulere volumus. Ipsa est Lia prior vxor Iacob, quae infirmis oculis fuisse memoratur.

Phares, &c. Qui Gentilis populi gratiam tenuit, & in partu fratrem qui prior matrum emiserat precessit. Israel. n. in opere legis prius manum emisit, & ea prophetaru, & ipsius Christi cruore pollutam retraxit. Postea vero populus gentium prupit, ut cent primi nouissimi, & nouissimi primi. Thamar quoque

magis amore quam religione feruentior, etate senex: iuuenis autem fide.

HIERONYMVS. In genealogia Saluatoris illae ponuntur mulieres quae scriptura reprehendit, ut qui propter peccatores venerat, de patrib. nascens, omnium peccata deleteret. Vn & Ruth Moabitidis ponitur, & Bethsabee vxor Vriae.

IDEM. Ruth alienigena a Noemi latere non recessit. Vide, quanti meriti sit desertae praestituisse solatium. Ex eius semine Christus oritur.

IOSEPHVS. Haec quidem quae de Ruth gesta sunt, explanavi, ostendere volens Dei potentiam, cui possibile est ad dignitatis culmen euehere quoscunque voluerit, & ad quale perduxit etiam Dauid, huiusmodi ortum initis.

Rachel. Species interne contemplationis habens internam intelligentiam veritatis. Vnde, Rachel bona facie, & pulchra specie, quam amat omnis pie studiosus, & propter hanc seruit Laban, qui interpretatur dealbatio, quam comparat gratiae Dei qui dicit, Quod si fuerint peccata vestra sicut Phenicum, tanquam nix dealbabitur.

Lia. Actio huius vitae in qua viuimus laboriosa est ex fide, & incerta, quo exitu perueniat ad utilitatem eorum quibus consulere volumus. Ipsa est Lia prior vxor Iacob, quae infirmis oculis fuisse memoratur.

Phares, &c. Qui Gentilis populi gratiam tenuit, & in partu fratrem qui prior matrum emiserat precessit. Israel. n. in opere legis prius manum emisit, & ea prophetaru, & ipsius Christi cruore pollutam retraxit. Postea vero populus gentium prupit, ut cent primi nouissimi, & nouissimi primi. Thamar quoque

que

NICOLAUS DE LYRA.

Ruth, si eam acciperet, eo quod scribitur. Deuteronomo. xxij. a. Moabitides, & Ammonites non intrabunt in Ecclesiam Dei in aeternum. Sed si iste hanc causam allegauit falsum dixit, quia illa poena non cadit super mulieres, nec per consequens super prolem earum de viro Israelita, sicut ibidem dictum fuit. Et ideo aliter exponitur, videlicet de prole quam iam habebat de alia uxore, quia si accepisset Ruth, oportuisset eum intendere educationi, & prouisioni prolis nascituae de ipsa, & per consequens minus posset intendere prouisioni prolis iam habite de alia, & istud vocat deletionem secundum communem modum loquendi, quo dicitur de aliquo si habeat aliquod damnum notabile, destructus est, vel deletus.

1 Soluebat homo calceamentum suum, & dabat propinquo, & cetera.

2 Homo, hoc erat signum quod unus spoliabatur iure, & alter inuestigabatur, dicitur autem Deuteronomo. xxxv. quod mulier defuncti soluebat calceamentum illud, & spuebat

bat in faciem illius nolentis suscitare semen defuncti. Sed hoc erat quando mulier conueniebat eum coram iudicibus, & ille recusabat eam accipere. Sed quando alter propinquus conueniebat eum, sicut fuit in proposito, tunc ipsemet soluebat, ideo subdit. Dixit ergo Booz propinquo, & cetera.

3 At ille maioribus natu, & vniuerso populo. Hic consequenter describitur uxoris acceptio, ubi ad maiorem solennitatem Booz dixit.

4 Testes vos, hoc enim dixit Booz ad maiorem certitudinem facti.

5 Faciat Dominus hanc mulierem quae ingreditur, Quia filij earum facti sunt capita 12. tribuum Israel. preponitur autem Rachel ipsi Liae, licet esset minor: quia fuit prima, & principalis vxor ipsius Iacob, ut habetur Genesis xxix. quia in illam primo consensit, licet alia sibi fraudulenter superposita fuerit.

6 Fiatque domus tua, Hoc expressit quia genealogizatio ipsius Dauid inchoatur a Phares postea cum dicitur, Haec sunt gens, & car.

Tulit

A que commutās, vel amaritudo interpretatur. Ecclesia enim gentium, & nomine, & habitu quę fuit in idololatria fęda, & amara, in penitentia fit dulcis, & pulchra.

a *Vt conciperet, & pareret.* Semper Ecclesia Spirituſſancti munere fecundatur, & alijs ad lucem perpetuam decedentibus alij ſucce-

dent, vt Chriſtiani- num nomen in æternū maneat, & mater ſanctiſſima de noua pro-

B gene, in ſenectute ſua conſolationem habeat. Decedentibus quoque Patriarchis, & Prophetis ſucceſſerunt Euan-

geliſtę, & Apoſtoli. vnde: *Pro*

atribus tu. nati ſunt tibi filij.

b *De nuru enim.* Nuruſ ſynagogę Gentilis Eccleſia eſt, quę nupſit Chriſto de ſynagoga nato. Quę ſcilicet per legę

c gignere non potuit per prophetię myſterium ſuſceptum ſub velamine figuratum portabat occultum, & nutricis fungebatur officio, quia Matris carebat priuilegio.

c *Multo tibi meliorem.* Multitudinem ſcilicet eorū qui in veteri teſtamęto legis doctrinā nutriebant, q. ſ. nō crediderūt verbū Dñi, & immolauerūt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis, & tandē Chriſtū occiderunt, & Apoſtolos pſecuti ſunt.

d *Et nutricis.* Spiritualis proſapia generationis demōſtratur.

Thamar peperit Iudę, de ſemine quod tibi dederit dominus ex hac puella. Tulit itaq; Booz Ruth, & accēpit vxorem, ingreſſuſq; eſt ad eam, & dedit illi Dominus, vt conciperet, & pareret filium. Dixe-

runtq; mulieres ad Noemi: Benedictus Dominus qui non eſt paſſus, vt deficeret ſucceſſor familię tuę, & vocaretur nomen eius in Iſrael, & habeas qui conſoletur animam tuam, & enutriet ſenectutem. De nuru enim tua natus eſt qui te diliget, & multo tibi melior eſt quam ſi ſeptem haberes filios. Suſceptumq; Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis, ac gerulę officio fungebatur. Vicinę autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: natus eſt filius Noemi, vocauerunt nomen eius Obed: hic eſt pater Iſai patris Dauid. Hęc ſunt generationes Phares. Phares genuit Eſron, Eſron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Nahaffon, Nahaffon genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Iſai, Iſai genuit Dauid regem.

f *Quia Chriſto iunſta Eccleſia ſpiritualē ſubolem generat. vnde: Donec ſerilis peperit plurimos, & quę multos habebat filios infirmata eſt.*

f *Synagogam.*

f *† vocantes, vel imponētes, & nomen*

f *† Ram, Ram*

f *Rom. 1. 2. 2*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

Obed enim ſeruilis interpretatur. Iſai † in Sole ſacrificium, vel incēſum: Dauid, manu fortis, vel deſiderabilis. Qui enim ſtrenuē Deo ſeruit ſacrificium illi gratum, & ſuauiſſimum odoris incenſum per opera virtutum, & orationis ſtudium impendit. Sicque roboratus fide, & deuotione deſiderabilis eſt, & Deo placet.

e *Vicinę.* Cælorum virtutes qui gaudent in ſecunditate Eccleſię, & vocant nomen eius Obed, ideſt, ſeruens, quem ſuperno regi ſecum ſeruite deſiderant.

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

f *† quę te diligit*

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Tulit itaque Booz Ruth.* Videtur quod fecerit contra inhibitionem Domini de ducendis alienigenis mulieribus, vt habetur Deuter. 7. Dicendum quod illa inhibitiō fuit facta, ne per vxores alienigenas filij Iſrael traherentur ad idololatriam. Iſta autem Ruth iam erat conuerſa ad fidem, & cultum vnus Dei, & per bonam vitam in hoc firmata, vt patet ex prædictis, propter quod dicta inhibitiō non habebat hic locum. Sed Mahalon, & Chelion non videntur excuſari a dicta tranſgreſſione, quia ceperunt vxores Moabitidas, antequam eſſent conuerſę ad fidem, & cultum vnus Dei, quod videtur ex hoc, quod Orpha rediit ad Deos ſuos, vt dictum fuit, ſupra 1. cap. & per hoc quod Noemi ſuadebat ipſi Ruth ſimiliter reuerti, quod non feciſſet ſi antē conuerſa fuiſſet, quia non ſuaſiſſet ei apoſtatate a fide, & cultu vnus Dei veri.

2 *Ingreſ.* Hic conſequenter deſcribitur prolis conceptio, cum dicitur.

3 *Et de illi.* Vnde videtur quod non ſolum virtute naturę, ſed cum hoc gratia naturam iuuante, eō quod ita citō concepit de homine iam ſene. Et hoc fuit conſeſſum a Domino, quia Booz acceperat Ruth ex fraterna charitate ad ſuſcitandum ſemen deſuncti in ſua hereditate, & ex obedientia legis, quę ad hoc inducit, Deuter. 25.

4 *Dixit.* Hic conſequenter ponitur plebis congratulatio, & gratiarum actio, cum dicitur, *Benedictus Dominus, &c.*

5 *Et vo. no. eius.* Quia filius ſic natus dicebatur filius deſuncti, licet alio nomine vocaretur, ſicut iſte vocatus eſt Obed, non Elimelech, aut Mahalon.

6 *Et multo tibi me.* Hyperbolica eſt locutio ad congaudendum ipſi Noemi, vel quia melius erat ei habere vnum nepotem de patre diuite, & potente, quā ſeptem filios de patre paupere, qualis fuit Elimelech, in fine, vt dictum fuit ſupra 1. cap. Cætera patēt vſque ibi.

7 *Salmon genuit.* Tres fuerunt Booz ſibi ſuccedentes hic comprehenſi ſub vno nomine, ſicut dictum eſt ſupra 2. cap.

MORALITER.

† *Hic eſt pater Iſai, &c.* Significatum fuit, quod illi qui per fidem

fidem generantur ex Chriſto, & Eccleſia, & non alii in cœleſti gloria ſunt regaturi. Quod nobis concedat ille, qui eſt benedictus in ſæcula ſeculorum. Amen.



I ginti & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chal- A
 dsorum testatur, quæ Hebræa magna ex parte confinis est. Nam & ipsi
 vigintiduo elementa habent, eodem sono, sed diuersis characteribus, Sama-
 ritani etiam pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant: figuris tan-
 tum, & apicibus discrepantes. Certumq; est Esdram scribam, legisq; docto-
 rem, post captam Ierosolymam, & instaurationem templi sub Zorobabel a-
 lias literas reperisse, quibus nunc utimur: cum ad illud usq; tempus, ydem Samaritanorū, &
 Hebræorum characteres fuerint. In libro quoq; Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leui- B
 tarum, ac sacerdotum censu mysticè ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibus-
 dam Græcis voluminibus usq; hodie antiquis literis expressum inuenimus. Sed & Psalmi 36. B
 & 110. & 111. & 118. & 144. quanquam diuerso scribantur metro: tamen eiusdem nu-
 meri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius. Salomonis quoque in fine
 Prouerbia, ab eo loco in quo ait: Mulierem fortem quis inueniet? iisdem alphabetis, uel incisio-
 nibus supputantur. Porro quinque literæ duplices apud Hebræos sunt: Caph, Mem, Nun, Phe,
 Sade. Aliter enim scribuntur, per has principia medietatesq; uerborum, aliter fines. Vnde &
 quinque a plerisq; duplices libri estimantur, Samuel, Malachim, Dibrehaiamim, Esdras, Ie-
 remias, cum Kinoth, id est, lamentationibus suis. Quo modo igitur vigintiduo elementa sunt C
 per qua scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initijs uox humana comprehenditur:
 ita vigintiduo volumina supputantur: quibus quasi literis, & exordijs in Dei doctrina, te-
 nera adhuc & lactens uiri iusti eruditur infantia. Primus apud eos liber uocatur Beresit, quæ
 nos Genesim dicimus. Secundus Ellesemoth, qui Exodus appellatur. Tertius Vaicra, id est,
 Leuiticus. Quartus Vaiedabber, quem Numeros uocamus. Quintus Elle haddebarim, qui
 Deuteronomium prænотatur. Hi quinque sunt libri Moysi: quos propriè Thorath, id est, legem
 appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Iesu filio Naue, qui apud
 eos Iehosua Ben Nun dicitur: Deinde subtexunt Sophim, id est, Iudicum librū, & in eundem
 compingunt Ruth, quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia. Tertius sequitur Sa- D
 muel, quem nos Regnorum primum, & secundū dicimus. Quartus Melachim, id est, Regū, qui
 tertio, & quarto Regum, volumine continetur. Meliusq; multo est Melachim, id est, Regū quā
 Malacoth, id est, regnorū dicere. Nō enim multarū gentiū describit regna, sed unius Israelitici
 populi, qui tribubus duodecim continetur. Quintus est Isaias. Sextus Ieremias Septimus Ele-
 chiel. Octauus liber duodecim prophetarū, qui apud illos uocatur Thereasar. Tertius ordo,
 hagiographa possidet. Et primus liber incipit ab Iob. Secundus a David, quæ quinque incisio-
 nibus, & uno Psalmorū volumine comprehendunt. Tertius est Salomon, tres libros habens. Pro-
 uerbia quæ illi parabolas, id est, Misle, appellat. Quartus Ecclesiasten, id est, Cobelet. Quin-
 tus Canticū Canticorum quæ titulo Sir hasirim prænотat. Sextus est Daniel. Septimus Dibre E
 haiamim, id est, uerba dierū, quod significantius chronicon totius diuinæ historie possumus ap-
 pellare: qui liber apud nos Paralipomenon primus, & secundus inscribitur. Octauus Esdras,
 qui & ipse similiter apud Græcos, & Latinos in duos libros diuisus est. Nonus Esther. Atque
 ita fiunt pariter ueteris legis libri vigintiduo, id est, Moysi quinque, & prophetarū octo, hagio-
 graphorū nouē, Quanquā nonnulli Ruth, & Kinoth inter hagiographa scriptitēs, & hos libros
 in suo putēt numero supputādos, ac per hoc esse prisce legis libros uigintiquatuor quos sub nume-
 ro uiginti quatuor seniorū Apocalypsis Ioānis inducit, adorātes agnū, & coronas suas pstra-
 tis uultibus offerētes: stantibus corā quatuor animalibus oculatis antè & retrò, id est, in præte F
 ritū, & in futurū respiciētibus, & indefessa uoce clamātibus, Sanctus, sanctus, sanctus Deus
 omnipotēs, qui erat, & qui est, & qui ueturus est. Hic prologus scripturarū, quasi galeatū prin-
 cipiū, oībus libris quos de Hebræo uertimus in Latinū conuenire pōt: ut scire ualeamus quic-
 quid extra hos, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapiētia quæ uulgo Salomonis inscribitur,
 & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor nō sunt in canone. Machabeo-
 rū primū librū Hebraicè reperi. Secundus Græcus est, quod ex ipsa quoque phrasi pbari potest.

¶ Dominus

¶ Hebræorum
 scripturæ
 ueteris
 libri
 hanc.

A *Qua cū ita se habeant. obsecro te lector, ne laborem meū reprehensionem existimes antiquorum. D*
In tabernaculo Dei offert vnusquisq; quod pōt: alij aurū, & argentū, & lapides pretiosos, alij
byssum, & purpurā, & coccū offerunt, & hyacinthū. Nobiscū bene agitur, si obtulerimus pel-
les, & caprarum pilos, & tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat.
Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesia presentis, futura q̄
distinctio, pellibus tegitur, & cilicijs: ardoremq; Solis, & iniuriā imbriū ea que viliora sunt
prohibet. Lege ergo primū Samuel, & Malachim meū. Meum, inquam, meū. Quicquid enim
crebrius vertendo, & emendando sollicitius, & didicimus, & tenemus, nostrum est. Et cū in-
tellegeris quod ante a nesciebas: uel interpretem me existimato si gratus es, uel paraphrasten si
ingratus, quanquam mihi omnino conscius non sim, mutasse me quippiā de Hebraica ueritate.
Certē, si incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos, & confer cum his opusculis, qua nuper
emendauimus, & ubicunq; discrepare inter se uideris, interroga quemlibet Hebræorum, cui
magis accommodare debeas fidem, & si nostra firmauerit, puto quod eum non existimes conie-
ctorem, ut in eodem loco mecum similiter diuinarit, Sed & vos famulas Christi rogo, qua Do-
mini discumbentis pretiosissima fidei myrrha ungitis caput: quæ nequaquam Saluatorē queri-
tis in sepulchro, quibus iam ad patrē Christus ascendit: ut contra latrantes canes, q̄ aduersum
me rabido ore desequiunt, & circumeunt ciuitatem, atq; in eo se doctos arbitrantur, si alijs detra-
hant: orationum uestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sen-
tentię recordabor: † Dixi, custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo
custodiam, cū confisteret aduersum me peccator. Obmutui, & humiliatus sum, & filii a bonis.

GLOSSA ORDINARIA.

† Theodoret. Fuerunt plurimi prophete, quorum vnusquisque conuenerat scribere quæcunq; contingebat fieri suo tempore. Iam uerò primus Regum, & apud Hebræos, & apud Syros, nominatur Prophetia Samuelis.
† Gregorius Papā. Quia historia Regum eo spiritu condita est, quo & cætera scripturæ sanctę volumina, nō debet cre di eis esse minor sacramentis, quibus non est inferior titulo au thoritatis. Etenim hic liber primus, & secundus eiusdē histo rię ad hoc prophete Samueli adscribitur, ut ex Authoris titulo sentiatur historia quā scribit, nō tā historia, quam propheta.
† Hieronymi. Miseram quedam *1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.* in prophetas sancto patri Domnioni, Samuelem quoq; & Malachim, id est, quatuor Regum libros. Quæ si legere uolueris, probabis quantæ difficultatis sit diuinam scripturam intelligere.
† Hieron. Samuel Propheta ab incunabulis Domino: conse cratus, sedulus in ministerio, in gēte princeps, in templo uer tes. Cuius uerbo obtemperauerunt celi, occurrerunt nubila, effusi sunt imbres. Hic triumphator ex hostibus, adiutorij lapidem posuit: hic primus principes in regno uixit. Sepul tus est in uiculo suo Ramatha, quæ est secus Bethlehem.
† Athanas. Regum nominantur isti libri, ob id quod Re gum cum Iuda, tum Israel facta, & annos continent. Dige sta sunt autem primo libro ista. Mors Heli, ac filiorum ip sius.

fius. Natiuitas Samuelis, & quomodo populus Regem si bi petierit, atque Samuel illis Saulem dederit. Qui ubi man datum Dei transgressus est, ablatum est regnum a stirpe eius, & Dauid in ipsius locum unctus. Præterea, commemoratur quomodo per Dauid Goliath sit occisus, Saul uero inuidia percitus Dauidem persecutus, tamen seruatus, & Saul tandem bello interemptus occubuerit.
 Primum librum Regum scripsit Samuel usque ad mor tem suam: Deinde Dauid, post Salomon: tandem prophete. Viginti duę literę apud Hebræos reperiuntur: secundum quatum numerum apud eos uiginti duo uolumina supputat ur: inter quę liber Regum post Iudicum in ordine habetur tertius. Bene post Iudicum ponitur Regum: quoniam nunc sunt præfatus Ecclesię: postmodum regnum, seu quia præ cedet iudicium, sequetur sempiternum imperium.
 Helchana. Hiero. Possessio Dei interpretatur: qui animi uir tute uir dicitur: & vnus non mobilis, non vagabundus: sed firmus, & inconfusus. Omnes etiam competenter vnus di cuntur, vnā sapientiam habentes: qui vnū Iesum Chri stum confitentur: vno spiritu Dei replentur. vnde; *O mnes qui dem currunt: sed vnus accipit brauium.* Vnusquisque in spiciendum non est vnus, sed multi, vnde; *Inspiciens sicut Luna mutatur.* Vnus autem dicitur Deus, non numero, sed quia nunquam mutatur. vnde. *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.*
 CAP.

Beda, & Isido rus in 1. Reg.
 Orig. hom. de Helcana.
 Rabbanus Cōm. in hunc locum.
 1. Cor. 9. d
 P
 Psal. 101.

PRAEFATIVNCVLA NICOL. DE LYRA.

Per me reges regn. Prouerb. 8. b. Sicut dictum fuit in princi pio lib. Iudicum populus Israel post ingressum terre pro missionis habuit triplicem modum gubernationis. quia pri mō fuit gubernatus per Iudices usque ad Saulem. Secundo per reges a Saule usque ad captiuitatem Babylonicam. ter tiō per Pontifices a reditu diēta captiuitatis, & citra. De gu bernatione autem populi sub iudicibus, uel potius de Deo populū gubernante per iudices actum est in libro Iudicū; sicut dictum fuit ibidem. Et eodem modo in libris Regum, & Paralip. agitur de Deo gubernante populū per reges. & hoc est quod dicitur in uerbo, præ ilsumpto; *Per me reges re gnant.* In quo quidem uerbo primo tangitur huius guberna tionis rector principalis cum dicitur; *Per me.* quia uerbum propositum dicitur in persona sapientię increatę, quę Deus est. Secundo tangitur rector ministerialis, cum dicitur; *Re ges* in plurali. quia sub vno rectore primo qui Deus est, sunt multi reges generis humani. Circa primum sciendum, quod sicut dicitur in lib. de causis propositione prima; prima causa plus influat in causatum, quam causa secunda; & ideo Deus qui est primus, & uniuersalis rector totius creaturę plus fa uit ad gubernationem cuiuslibet communitatis, quam om nes

nes alij, imō sine ipso alij nihil possunt facere propter quod de ipso dicitur Sapient. 8. a. *Attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter;* & ideo in persona ipsius dicitur Prouerb. 8. b. *Per me potentes imperant, & linguæ conditores iusta decernunt.* Circa secundum considerandum, quod licet Deus omnia gubernare possit, & regere per seipsum; tamen ad cō seruandum pulchritudinem uniuersi quę consistit in ordi ne partium ad inuicem, & ad Deum, sicut ad primum du cem; inferiora regit per media, ut corporalem creaturā per spiritualem; & eodem modo uulgares homines per reges. Sciendum tamen quod in populo Israel aliqui fuerūt reges ex diuina permissione ad malum populi subiecti, de quibus dicit Dominus Osee 8. a. *Ipsi regnauerunt, & non ex me.* Aliqui autem fuerunt ex diuina ordinatione ad bonum populi sub iecti. secundum quod dicit 2. Paralip 13. *Non ignoratis, quod Dominus Deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum, &c.* De istis autem tribus, uidelicet de Deo principa liter populū Israel regente, & de bonis regibus ex diuina ordinatione institutis ad populū promotionem, & de malis permissis a Deo regnare in populi delinquentis penam, se cundum quod dicitur Osee 13. c. *Dabo tibi regem in furore meo, tractatur in libris Regum, & Paralip. ut patebit persequēdo.*

A Ramathaim Sophim de monte, &c. Origen. Sive Armathaim, quod in alijs Codicibus habetur. altitudo eorum interpretatur. Sophim, specula, vel scopulus. Ephraim, fructificatio. In monte Ephraim, & in Ramathaim Sophim habitasse dicitur, in alta, scilicet, contemplatione virtutum, vt a nullis subiacentibus, & circumlactantibus vitiorum cogitationibus, mentis eius sublimitas deiceretur, vel vinitas scinderetur. Ideo non de vallibus, vel de campis, sed de monte Ephraim, id est, frugifero esse dicitur, in quo nobilitas omnium virtutum fructificare dignoscitur.

B Origen. Hic habuit duas vxores, quarum nobilior, id est, Anna sterilis erat, sicut Sara nobilior vxor Abraham. Secunda verò, id est, Phenenna, fuit fecunda, sicut Agar Aegyptia. Elcana ergo est possessio Dei, primum de secunda vxore pater efficitur: quia vuluam Anne conseruat Deus, quam postea peperit. Phenenna interpretatur conuersio, Anna gratia. Qui vult ergo esse possessio Dei, has duas habeat vxores, & primam nobiliorem, id est, gratiam. Hæc enim

primò per fidem coniungitur homini: vnde, *Gratia Dei saluati estis per fidem*. Deinde iungatur Phenennæ, id est, conuersioni, quia post gratiam fidei sequitur emendatio morum. Phenenna prima filios generat, quia primos fructus per conuersionem proferimus. Nisi enim a malo conuertamur de Anna patres non efficiuntur. Phenennæ filij non adstant altari, non tamen inanes fiunt: quia de sacrificijs diuinis edunt. Qui ergo conuertitur a peccato de conuersione generat opera iustitiæ. & postea excitata Anna, id est, anima zelo bono orat, vt habeat filios qui adstant Deo, id est, filios gratiæ. Qui enim Deo vacat, &

& legem eius meditatur die, ac nocte, filius est gratiæ. Hinc in Euangelio: Martha satagit circa frequens ministerium, explens opera iustitiæ, & quasi filios conuersionis generat. Maria sedens secus pedes Domini audit verbum illius, & optimam partem elegit, & generat filium gratiæ, qui dicit: *Mibi autem adhaerere Deo bonum est*. Anna generat filiū Samuelem, de quo dicitur: *Et Samu inter eos qui inuocant nomen eius*, qui dicitur: vbi ipse Deus: vbi enim Spiritus gratiæ, ibi Deus. Nisi enim precedant opera conuersionis, non possumus generare, dona Spiritus sancti. Hanc sobolem ex imitatione Annæ, sicut & ipsa oremus.

Rabban. Prius historiciæ prophetiæ generatio dicenda: deinde continuanda allegoria. Elcana pater Samuelem fuit de stirpe Leui, sed non de generatione Aaron sacerdotis. Fuit enim secundum Paralipomenon filius Jeroboam, filij Eliu, filij Thohu: filij Saph, filij Elcanæ, filij Maath, filij Amasai, filij Elcanæ: filij Iohel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, filij Thaat, filij Asir, filij Abiasaph, filij Core, filij Isaat, filij Caath, filij Leui, filij Israel. Mater quoque eius de tribu Iuda monstratur ex hoc, quod Ephrataus vocatur ab Ephrata vxore Caleb, quæ fuit de tribu Iuda: non ab Ephraim. sicut David filius viri Ephratai dicitur, id est, Isai, qui non de Ephraim, sed Iuda fuit. Hic inter medios ciues fortis Ephrem existens, Rhamathaim Sophim, Ciuitatem habitabat, quæ est in regione Thanitica, iuxta Diospolim: vnde fuit Ioseph, qui in Euangelio ab Arimathia esse dicitur. Habuit autem duas vxores, Annam, & Phenennam. Conuenienter quoque Annæ sterilitas memoratur, cuius partus celebrior erat. Sicut Sara

LIBER PRIMVS SAMVELIS, QUEM NOS PRIMUM REGVM DICIMVS.

C A P. I.



VIT vir vnus de Ramathaim Sophim de monte Ephraim, & nomen eius

^a Virtute animi.
^b Non vagabundus, non mobilis.
^c Quod interpretatur altitudo eorum.
^a Specula, vel scopulus.
^b Non de vallibus, non de campis, non de collibus.
^c De a.ritudine virtutum.
^a Fructificatio.

biafaph, filij Core, filij Isaat, filij Caath, filij Leui, filij Israel. Mater quoque eius de tribu Iuda monstratur ex hoc, quod Ephrataus vocatur ab Ephrata vxore Caleb, quæ fuit de tribu Iuda: non ab Ephraim. sicut David filius viri Ephratai dicitur, id est, Isai, qui non de Ephraim, sed Iuda fuit. Hic inter medios ciues fortis Ephrem existens, Rhamathaim Sophim, Ciuitatem habitabat, quæ est in regione Thanitica, iuxta Diospolim: vnde fuit Ioseph, qui in Euangelio ab Arimathia esse dicitur. Habuit autem duas vxores, Annam, & Phenennam. Conuenienter quoque Annæ sterilitas memoratur, cuius partus celebrior erat. Sicut Sara

NICOLAUS DE LYRA.

Diuisio.

Fuit vir. Circa materiam istius libri, & Paralipomenon sic proceditur. Quia primò describitur populi Israel per reges gubernatio. secundò huius gubernationis quædam recapitulatio: & suppletio in libris Paralipomenon. Prima in duas: quia primò agitur de Regno Israel vnito, secundo de bipertito, tertio, & quarto libro: propter quod Liber Regum apud Hebræos in duas partes diuiditur: ita quòd ibi duo sunt libri tantum. Primus qui vocatur Samuel, continens primum, & secundum librum Regum. Secundus vocatur Malachim, id est, Regum, continens tertium, & quartum. Prima adhuc in duas: quia primò agitur de Rege, seu de Regno Israel ex eiectione. secundò ex paterna successione libro secundo. Circa primum sciendum: quòd vbi inchoatur vnus modus regiminis, præcedens modus terminatur ibidem. Et ideo primò agitur de terminatione regiminis sub iudicibus. secundò de inchoatione regiminis sub Regibus 9. capit. Circa primum sciendum, quòd occasio terminationis regiminis Iudicum, & petendi Regem super populum fuit malicia filiorum Hebræi, & Samuelis: vt habetur infra 8. capit. Et ideo primò agitur de natiuitate Samuelis sub Heli iudice. secundò de malicia filiorum vtriusque 2. capit. ibi. *Porro filij Heli filij Elial*. Prima in tres. quia primò describitur ipsius Annæ petitio. secundò petitionis exaudicio: ibi: *Cognouit autem*

tem Elcana. tertio gratiarum actio, ibi: *Et orauit Anna*. Prima adhuc in duas: quia primò describitur occasio petendi. secundò modus postulandi, ibi: *Surrexit autem Anna*. Occasio autem petitionis Annæ fuit malitia Phenennæ, exprobrantis ei sterilitatem etiam in diebus solemnibus, quando esse debebat in quiete orationis: & hoc est quòd dicitur.

1 Fuit vir vnus de Ramathaim. Per, m, in fine debet scribi: quia sic est in Hebræo, & est Rhamathaim vna dictio. Ex quo patet error illorum, qui scribunt n, in fine, facientes inde duas dictiones: ita quòd ly in, sit præpositio iuncta cum dictione sequente; vt Ramatha sit nomen villæ, & Sophim nomen regionis in qua est Ramatha. Et hoc dictum procedit ex ignorantia Hebræicæ veritatis. Sicigitur exponunt Hebræi de Rhamathaim Sophim, id est, de excelsis respicientibus, quia sunt ibi duo montes mutuo se respicientes. Aliter exponunt alij de Rhamathaim Sophim, id est, de excelsis respicientium, vel speculantium, quia ly Sophim, quod est pluralis numeri indifferenter potest stare pro quolibet casu, eo quòd nomina Hebræica sunt indeclinabilia. Et dicuntur excelsa respicientium, quia inde potest videri longè. Secundum alios vero dicuntur excelsa speculantium, quia ibi habitabant viri in lege studiosi.

2 Et nomen eius, &c. Iste fuit Leuita de filiis Core, vt habetur 1. Paralipomenon 6.

Ephra-

MORALITER.

1 Fuit vir vnus. Allegor. Per istum virum fuit significatus Christus: qui Luca 24. capit. dicitur; *Vir potens in opere, & sermone*. Libene dicitur vnus, quia nullus alius fuit, nec est, nec erit, Deus, & homo in una persona.

De Ramathaim Sophim. Id est, excelsis speculationibus.

Nam

Nam in Christo est duplex speculatio, scilicet, diuina, & humana, & qualibet est excelsa. Nam speculatione diuina cognoscit perfectè seipsum, & omnia facta, fienda, & fieri possibilis. Speculatione uero humana cognoscit omnia, quæ Deus cognoscit notitia uisionis.

2 Et nomen eius. Qui interpretatur Dei possessio. Nam homo Christus est totus Deificatus, & a Deo possessus.

Ara prius sterilis fuit, & Agar Aegyptia generauit, & Rachel pro qua Iacob diu feruiuit, diu sterilis fuit, cum soror eius gauderet numerositate prolis.

Rupertus. Armathaim, vel Ramathaim interpretatur excelsa duo, vt duæ intelligantur tribus, regalis, scilicet, & sacerdotalis, ex quibus extitit pater eius, & mater. Sophim, speculatores. qui fortassis sunt prophetæ quorum filius Elcana.

Hieronym. Elcana allegoricè possessio Dei, qui est filius Dei, dicens: *Domini- nus possedit me.* qui bene vir vnus, non numerus, sed quia nunquam mutatur, nec aequaliter efficitur Deus. Armathaim Sophim excelsa, vel specula. hæc est superna Ierusalem, de qua veniens speculationem docuit, & morte sua possidere fecit.

a Ieroham. Misericors.
b Eliu. Deus meus.
c Thahu. Signatus.
d Suph. Effundens. quia per misericordiam ad nos veniens signatus in passione ait: *Deus meus, Deus meus.* vbi semetipsum exinaniens effudit. vnde: *Vnguentum effusum nomen tuum;* effusum a suis inuisibilibus ad nostra visibilia.

e Ephrathæus. Frugifer. quia donis Spiritus sancti abundat Ephratæus ab Ephrata vxore Caleb. vel Ephrata Ciuitate: quæ post dicta est Bethlechem, vel ab Ephraim (vt nonnulli aiunt) quia fuit de Ramatha Ciuitate Ephraim, quæ sita est in monte Sophim, qui mons est in tribu Ephraim.

f *Et habuit duas vxores nomen, & cat.* * Theodoretus. Neque iussit lex cum duabus, aut pluribus simul coniungi vxoribus, aut habere concubinam: sed neque prohibuit, concedens maius, vt prohiberet minus. Ex eorum enim qui accipiebant potentia metiebatur leges. Hoc diuinus etiam dicit Apostolus: *Nihil enim perfecit lex.*

Iustinus Marty. Ideo licuit patribus illis plures habere coniuges, vt futura Christi mysteria delinearent.

* **CYRILLVS** Alexandrinus. Maiores illi rem honestissimam censuerunt, pluribus foetis vxoribus humani generis propagationi studere, & benedictioni diuinæ de multiplicatione hominum, qui terræ vastitatem incolerent.

Gregor. Phenenna est synagoga, quæ secunda primum filios Deo per legem generabat, sed iam propter infidelitatem infœcunda manet. Anna sterilis Ecclesia gentium, quæ olim sterilis a prole spirituali, nunc gratia Christi redempta.

Anna

Anna enim quæ interpretatur gratia Deo filios per baptisma, & Spiritum sanctum gignit.

g Silo. Est in nonagesimo miliario Neapoleos in regione Thabitana.

h *Sacerdotes Domini.* Gregorius. Quomodo sacerdotes Domini, qui inferius filij Belial dicuntur? Eo tempore sacerdotes Domini dicti sunt, quædo simulachrorum sacerdotes ex falsorum Deorum nominibus consuebantur, vt hoc insigniabilis discernantur. His enim verbis eorum fides, non vita, prædicatur: quia & prauitatem exercebant operis, sed non errabant in fide conditoris.

Com. in hanc locum.

a Possessio Dei. **b** Misericors. **c** Deus meus. **d** Signatus.
Elcana; filius Ieroham, filij Eliu, filij Thahu, filij Suph Ephrathæus. & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filij; Anna autem non erant

liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

tantisque diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in silo. Erant aut ibi duo filij Heli Ophni, & Phinees sacerdotes Dñi. venit ergo dies,

runt habere a confessione Christi: & quia noluerunt suscitare semen fidei Christo defuncto fratri, meruerunt disscalceari, & esse extra sortem eorum, de quibus dicitur: *Calceati pedes in preparatione Euangelij pacis.* Et quia cognati sunt, nomen sponsi sibi, non Christo vendicare Ecclesiam: vsurpando, nudi remanserunt ab omni dignitate, disscalceati ab exemplis Patriarcharum, & Prophetarum. Vnde Silo vbi sacerdotes fuerunt, interpretatur dimissio eius, vel petio, quia petierunt Pilatum, vt dimitteret eis Barrabam. Merito ergo dimissi sunt, & a Deo derelicti.

1 *Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenenna, & c.* Hieronym. Hæ partes, vestes intelliguntur, quæ in tribus festiuitatibus Paschæ, videlicet, & Penthecostes, & Tabernaculorum, iuxta morem illius gentis, vxoribus, & liberis, ac famulis dabantur.

* *Anna autem dedit partem vnam.* Hebræi. Partem vnam facierum.

* Chaldæus. Partem vnam electam.

* R. Leui. Partem præstantissimam, quod eius duplex esset qualitas, vt quæ haberet pinguitudinem, & eadem ex altero latere caret, vt ea vesceretur pro vario appetitu.

* Chrysostr. Sed & vni plurimum ab hac historia fructus auferent, si hinc didicerint, placido, mitique erga vxores esse animo, etiam si sterilitatis vitio laborent, quemadmodum Elcana erga Annam fuit affectus.

Ephes. 6. e

Matth. 27. e

F Lib. de tradit. Heb.

Homil. de Anna, & Samuelis educatione.

Anna

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Ephrathæus.* Non quod esset de tribu Ephraim, sed quia manebat in monte Ephraim, vt prædictum est: sicut aliquis dicitur Ciuis Parisiensis, quamuis sit natione Anglus. Aliqui vero dicunt, quod dicitur Ephrathæus ab Ephrata, quæ altero nomine dicitur Bethlechem, eo quod mater eius fuit de Bethlechem: sed hoc non est verisimile, quia filij non cognominantur a matribus, sed a patribus.

2 *Et habuit duas vxores nomen vni Anna, & cetera.* Prima enim, scilicet, Anna fuit sterilis, & ideo aliam superduxit.

Et

3 *Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutisque diebus, & cetera.* Id est, in festo Paschæ, Penthecostes, & Tabernaculorum. Istis enim tribus temporibus debebat apparere omne masculinum coram Domino, vt habetur Exodi 23. Veruntamen aliquando parcebatur populo de duabus festiuitatibus vltimis propter longitudinem viæ ad locum cultus diuini, uel alia causa rationabili. Vtrum autem iste ascenderet semel in anno, uel pluries, non habetur expresse ex textu. Videtur tamen magis quod semel, eo quod subditur postea, Sicque faciebat per singulos annos, cum redeunte tempore ascenderent Templum Domini.

4 *Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees sacerdotes.* Sic debet scribi per idest, in.

Dedit-

MORALITER.

2 *Et habuit duas vxores nomen vni Anna, & nomen secundæ.* Per quas synagoga, & Ecclesia significantur, uel Iudæa, & Gentilitas.

† *Fueruntque Phenenna filij.* Per quam significatur Iudæa,

dæa, quæ filios habuit, scilicet, Prophetas, & legisperitos.

† *Anna autem non erant liberi, & cetera.* Per quam significatur Gentilitas, quæ legem diuinam non habuit, nec prophetas: Psalmo 147. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.*

Dedit-

A *Anna autem de partem unā tristis.* Quia nō habebat filios quibus amplius daret. *Phenenna*, i. synagoga. & filijs dedit partes, id est, temporalia bona, iuxta illud: *Dedit eis regiones gentium*. Et quia primum credita sunt illis eloquia Dei. *Anna*, i. Ecclesia gentium dedit partem unam, scilicet ingeniu. Bene ait: **B** *Tristis*, quia concluderat Dominus vuluam eius. nondū enim aduenerat tempus miserendi eius, vt spiritali gratia fecum daretur. Sicut Phenenna Annam, ita synagoga Gentilitatē despiciebat. Multi ex Gentilibus Redemptoris aduentū, vt in Iob reperimus expectauerunt, & quia in prece perseuerauerūt, tādem redēptor flent, & nō capienti cibum Annæ cōsolationem adhibuit dicēs. **C** *Anna cur fles.* Melior est Ecclesie vir suus, id est Christus, quā decē filij quos de synagoga edebat: quia Christum plus nonnunquā diligit, id est, gratiam eius, quā illos quos carnaliter pariebat. **C** *Dominus autem concludit.* & c. *** Theodoretus.** Docet hæc oratio, ne matrimonio confidamus, sed Creatoris inuocemus auxiliū. Quomodo enim agricolę quidem est proprium femina deiicere, Dei autē deiecta perficere: ita matrimoni quidem est propria coniunctio, Dei autē est proprium annuere naturæ, vt effingat, & formet aīal. Hoc cū sciret Anna, cōfugit ad Opificē, & intēsa oratione, & lachrymis mutilatā curauit matricē, & clausā aperuit. *** Chrysoſt.** Neque enim, vt in cæteris, somnus, & congressus tantum parentum, verum & preces, & lachrymæ, fidesque fuerunt huius generationis principia. **D** *Affligebat quoque eam,* & c. **Iose.** Anna respiciens alterius mulieris filios circa matrem suam, descendit ad lachrymas, & eo quod non haberet filios ea sollicitudine gemiscebat. *** Hebræi.** Concitauit eam tribulatrix, vel aduersatrix eius irritatione, vt commoueret eam. **C** *Chrysoſt.* Hanc sceminā non anxietas modo a sterilitate proueniēs, verum, & aliud quoddam obſidebat malū, ita videlicet, propter cōmulę opprobria, &c. Ac ne quis mihi dicat, quid

quid si uctus capiā ab Anna, & illius cōmemoratione? Si quē & orbæ hinc poterūt discere quō valeant fieri matres: rursus matres ſcient, q̄ sit optima rō liberos educādi. Nec ſceminæ tantū, ſed & viri hinc discant, placido mitiq; erga vxores eſſe animo ēt ſi ſterilitatis vitio laborent, quemadmodū Elcana erga Annam fuit affectus. **C** *Anna cur fles? Et quare non comedi.* & c. Tertul. Ieiunium reuerētiæ in Deum opus eſt, per quod Anna retro ſterilis, impetrauit facile a Deo ventrē cibo inanem, filio implere, & quidem Propheta. Habet & abſtinentia vini ſuos titulos, quæ & Samuelem Deo vouerat, & Aaronem conſecrarat. *** Batil.** Iam Samuelem, nōne de precatio cū ieiunio coniuncta donauit matri? Quæ res Sampſonem in expugnabilem reddidit? Annon ieiunium? Per ieiunium Moſes factus eſt legiſlator: ieiunij fructus eſt Samuel. Ieiunās Anna Deum deprecata eſt, &c. Tropologicē, Elcana prædicator, quē Dñs poſſidet. Phenenna, & Anna actiua, & contemplatiua vita. Phenenna ſcunda in filijs, & filiabus, actiua fortia gignens opera, & infirma. Phenēna interpretatur conuerſio, quia actiua ad actiones, quibus proſit pximis, neceſſe eſt, vt ſollicitē conuertatur. Actiua enim vita eſt panem corporalē, vel doctrinæ eſuriētī tribuere, errantē corrigere, ad humilitatis viā ſuperbū reuocare, infirmātis curā gerere: quæ ſingulis expediāt diſpēſare. Anna interpretat gratia, quæ contēplatio habetur per gratiā. Hæc eſt ſterilis, quæ cū eā nullus, put eſt penetrare valeat, nullusq; quod in ea ſentit p̄dicare ſufficiat, contingit, vt eā prædicando nemo plures filios gignat. Contēplatiua vita eſt charitatē Dei, & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione quieſcere, ſoli deſiderio cōditoris inherere, vt nihil iā agere libeat. Qui vult effici poſſeſſio Dei has duas ducat vxores. Actiuā primū, cōtēplatiuā deinceps: p̄cipuē doctōr ex amplexib. Phenēnē trāſeat ad cōplex⁹ Annę: vtriq; partes tribuat, virtutes virtutib. ſubnectēs. **f** *Surrexit Anna poſtquam,* & c. *** Chryſoſt.** Quod omnes faciunt

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 *Deditq; Phe. vxo. & c. partes.* Id est, nouas vestes pro solemnitate, vt dicunt aliqui: Melius tamen videtur, scilicet quod per hoc intelligantur partes sacrificij. faciebat enim Elcana hostiam pacificam Domino pro gratiarum actione, de qua vna pars incendebatur super altare, scilicet adeps, reliqua erat sacerdotis vt pectusculum, & armus dexter: relique carnes erant offerentis, & de istis dabat partes filijs, & filiabus, & vxoribus quasi quid sacrum.
- 2 *Anna au. dedit partem unam.* Non scilicet de datione, sed quia non habebat liberos de Anna, quibus partes darentur, ideo subditur.
- 3 *Quia Annam diligebat.* Propter quod magis tristabatur de sterilitate ipsius. In Hebræo habetur, *vnā partem pulchram*, vel *duplicem*, cuius ratio subditur: *Quia An. dilige.* & in hoc volebat honorare eam.
- 4 *Affligebat quoque eam æmula eius.* Id est, Phenenna. dicendo ei verba pungitiua, intantum vt ei exprobraret sterilitatē.
- 5 *Porro flebat.* Præ tristitia.
- 6 *Et non capi. cibum.* Id est, partem de cibo capiebat. & quod modicum est quasi nihil reputatur, vt habetur 2. Physicorū.
- 7 *Nunquid non ego melior sum tibi quā decem filij.* Quod exponunt Hebræi de pueris Phenennæ. Quasi dicat: intantum diligo te. quod ego sum melior tibi, quā decem filij Phenennæ

nennæ matri suæ: hoc dicens ad ipsius consolationem. Alij exponunt, quā decem filij, id est, quā si haberes decem filios. Sed ista expositio non videtur rationabilis: quia si haberet decem filios, non propter hoc excluderetur amor Elcanæ ad ipsam, vel minueretur, sed magis includeretur, & augetur. **8** *Surrexit autem Anna, & c.* Hic consequenter describitur modus orandi humilis, & deuotus, cum dicitur: *Surrexit autem Anna*, vt itet ad locum orationis, iuxta tabernaculum. **9** *Postquam comederat, & biberat in Silo.* Ex quo patet quod supra dictum est, s. quod comederat aliquid, licet modicum. **10** *Et Heli sacerdote sedete super sellam ante postes templi Domini.* Id est, super sedem magnam, & honorabilem, ut dicunt Hebræi: Ex hac sessione dicentes, quod illa die fuit institutus iudex super populum. Sed hoc non videtur verum, quia infra 4. cap. dicitur, quod ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Item cap. sequenti dicitur, quod Samuel adhuc iuvene existēte Heli erat senex ualde, Ex quo videtur quod per plures annos fuit iudex ante natiuitatem Samuelis, qui conceptus fuit, & natus eodem anno quo mater eius orauit pro ipso habendo, ut confitentur Hebræi, & satis apparet ex sequentibus. Nec ualet motiuum allegatum, quia infra 4. cap. dicitur: *Heli sedebat super sellam*, ex qua cecidit, & mortuus est, ut ibidem dicitur: ex qua sessione non potest dici, quod illa die fuerit factus iudex, nec similiter ex ista.

MORALITER.

- 1 *Deditq; Phenennæ vxori suæ, & cunctis filijs eius, & filiab. partes.* Nam Deus Prophetis, & Regibus, & sacerdotibus Iudæorum fecit gratias multas, qui dicuntur filij Iudææ.
- 2 *Anna autem:* Id est, Gentilitati. *dedit partem vnā tristis.* In Hebræo habetur *vnā partem pulchram*. Per quam intelligi potest Paulus Apostolus a Christo datus doctōr gentium, sicut

cut ipse dicit Galat. 2. b. *Qui enim operatus est Tetra in Apostolatum circumcisionis, operatus est, & mihi inter gentes.* **5** *Porro illa flebat, & non capiebat cibum, & c.* Gentiles enim ad fidem Christi conuersi flebant, & ieiunabant propter peccata in Gentilitate commissa, & maxime in idolorum cultura. Conuersi uero de Iudæa non habebant talem occasionem flendi, & ieiunandi, quia non fuerant idololatrę, sed cultores unius ueri Dei.

A ciunt tempus relaxationis, illa fecit tempus deprecationis: post conuiuium accurrens ad deprecationem, fontes lachrymarum emisit, mentemque præ se tulit sobriam, ac vigilantem, ac post epulas adeo intentè orauit, vt donum acciperet supra naturam. Igitur a femina discamus, & post conuiuium orare. Quisquis enim ad hoc præparatus fuerit, nunquam in ebrietatem, aut vinolentiã incidet. Conuiuium quod a preceptione ceptum, in deprecationem definit, quouis fonte vberius nobis omnia adferret bona. Vbi enim precatio, & gratiarum actio, eò Sancti Spiritus aduenit gratia, abiguntur dæmones, & omnis aduersaria potestas diffugit. Quoties igitur prandebimus, meminerimus huius mulieris, & illius lachrymarum. Si post prandium talis, fuit, qualis erat sub auroram? Si tam instanter orauit post cibum, qualis erat ieiuna?

a Oravit ad Dominum flens, &c. Chrysoft. Scriptor geminam hic virtutem in femina comprobavit, in precibus assiduitatem, cum ait, *Multiplicauit: & animi vigilantiam*, quum addit, *In conspectu Domini*. Nã omnes quidem oramus, sed non omnes in conspectu Domini. Etenim cum corpore in terra prostrato, & ore frustra dehiant, mens per domum, ac forum circumuagatur: quo ore talis posset dicere, quòd orauerit in conspectu Domini? In conspectu Dei orat: qui colligens mentem nihil habet cum terra commercij, sed ad Deum totus commigrat. Sed quomodo multiplicauit precepcionem, quando exiguus est modus precepcionis, quam fudit? Assidue fonabat eadem, nec destitit. Ad hunc modum Christus docuit orare, non more Gentium vtendo multiloquio, sed vigilantia mentis. Si quidem & Christus, & Paulus iussit breues, sed crebras fieri precepciones ex paucis interuallis. Nam si in longum extenderis verba, parum attentus, audaciam diabolo suppeditasti, vt supplantet, & mentem auocet: quòd si frequenter oraueris, facile poteris esse sobrius, ac vigilans, vt precepcionem multa cum attentione perficias. Quod sanè hæc fecit, dum non sermone prolixo, sed crebris precibus adiit Deum.

b * Heli obseruabat os eius, &c. Chrysoft. Posteaquam sacerdos illi oclusit os, coacta est obedire sacerdoti, & ab orando desistere. Vox quidem illi interclusa est, at non fiducia, sed vehementius etiam cor clamabat intus. Nam illa potissimum est deprecatio, quum ab intimis voces sursum feruntur: hoc præcipue mentis est exercitata, non intentione vocis, sed animi seruore precepcionem absoluere. Sic orauit Moses, cui cum nihil voce resonaret, Deus tamen inquit: *Quid clamas ad me?*

c Dixitque ei. Septuaginta. *καὶ ἔπειν αὐτὴν παιδίσκων ἡλί.* Chrysoft. Et dixit illi puer Heli. Quousque eris ebria, discute vinum abs te, & recede a conspectu Domini. Domini exprobrauerat ei amula, venit in templum, & sacerdotis puer afficit illã cõtumelia, fugerat domesticam tempestatẽ, venit in portum, & rursus inuenit vndas. Venit acceptura medi-

medicamen, & vulnus exasperatum est. Vt Satanas perspexit eam magno animo ferre sterilitatem, adiit Sacerdotis puerum, qui magis illam exacerbareret, &c. *Vsquequo ebria eris?* Homo videt in facie: Deus in corde. Heli aestimabat ebriam qui tantum os intuebatur. Dominus autem respexit ad orationem eius, qui videbat cor eius. Hic autem traditur nobis forma orandi, vt non in multiloquio, sed in compunctione cordis, & effusione lachrymarum oremus: quia *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, &c.*

e Nequaquam Domine mi, &c. Chrysoftom. Hic potissimum licet huius mulieris philosophiam perspicere. Conuicijs perita, a puero sacerdotis, non indignatur quo magis etiam sibi cõciliat Deum. Sic enim res se habet quoties opprobrijs, & malis affecti, conuiciantes excelso ferimus animo, maiorem nobis a Deo beneuolentiam conciliamus. Liquet ex his quæ euenerunt Dauidi, magna animi moderatione, & patientia ferenti conuicia Semei, & Absalonis bellum, &c. Hæc e templo abigentem, & scõmmata iacentem, appellat Dominum. Nõ dixit, quod plerique solent, *Ista ne sacerdos? Ista, qui alios docet?* Sed illud spectat, quomodo suspicionem temulentie depelleret. Nos contra, si quando conuicijs appetimur, quum oportet excusare, & in gratiam redire, frequenter excitamus incendium, ac more feratam in silimus in cõuiciatores, pro dictis suppliciu re-

poscentes, &c. Anna nõ commemorat annulæ conuicia, nõ traducit illius multiam, nec domesticam exaggerat calamitatem, sed hactenus aperit suam anxietatem, vt tantum sese apud sacerdotem purgaret. Nec ait, *Deprecor Dominum, sed Effudi animam meam, &c.* hoc est, in ipsam totam conuerit ad Dominum, mentem meam exinanitui apud illum, toto animo, totaque virtute precepcionem meam peregi. Deo narraui calamitatem meam, ostendi vulnus, ille potest dare remedium, &c. Apostolicam impleuit legem, quæ iubet, vt prouideamus bona nõ tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus, cum omni modo suspicionem depulit.

f * Heli ait ei, *Vade in pace.* Chrysoftom. Vide & huius prudentiam. Non inquisiuit curiose de genere calamitatis, non exactius scrutatus est angoris causam, sed ait, *Vade in pace. Dabit tibi Dominus petitionem tuam.* Mulier ex accusatore fecit patronum, tanta res est humanitas, ac mansuetudo. *Heli ait, Vade in pace, &c. Et abiit mulier, &c.* Vides mulieris fidem? Priusquam acciperet quod postulauerat, perinde consista est, quasi iam accepisset. In causa erat, quòd orasset multo cum seruore, citra vllam hæsitacionem. Abijt pacato animo, quasi totum impetrasset. Insuper Deus totam anxietatem iam illi excussit ex animo, largiturus quod petebat. Hanc femina imitemur, & in omnibus afflictionibus ad Deum confugiamus. Si nobis non fuerint liberi, ab illo postulemus, quos si acceperimus, multa cura educamus, &c.

Quomodo orandum sit.

Psal. 50.

E Homil. de fide Annæ.

2. Reg. 16.

amaro spiritu F

eloquii mer. LXX. med a. tionis mer.

1. Cor. 7.

Vultus

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et nouacula non ascendet super caput eius. Ex hoc datur intelligi, quòd deberet tenere ritum Nazaræorum, sicut dictum fuit Iudicum 13. de Sampson.
- 2 Vt Heli obseruaret os eius. Attendens si aliquod verbum exprimeret, vel a motu labiorum cessaret.
- 3 Aestimauit ergo eam Heli temulentam. Id est, plenam bono vino: & dicitur a temeto, quod significat bonum vinum, & lentos quod est plenum.

- 4 Digere paulisper vinum. Quasi dicat, vade prius ad dormiendum, & postea venias ad orandum.
- 5 Nequaquam inquit Domine. Scilicet sum ebria, vt tu credis.
- 6 Nam mulier infelix. Tum propter defectum prolis, tum propter verba Phenennæ me prouocantis.
- 7 Vinumque, & omne quod inebriare potest, &c. Quia liquorem inebriatum non biberat illa die. Vel si biberat acceperat ita parum, quòd quasi nihil esset reputandum.
- 8 Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de filiabus. Id est, sine iugo disciplinæ.

Digere

Deus

A *Vultusq; illius non sunt amplius in diuer. mut.* Rab. Alia translatio: *Facies no. e. dicit amplius, q. a. certissime se. credit ex auditu.* Rabban. Nequaquam enim Ecclesia a fide, & dilectione Redemptoris in diuersa declinando mutata est.

b *Et recordatus est eius Do.* Rab. Quia Anna Dñm deuotè postulauit, cōcepit, & peperit. Sic Ecclesia per naturalem intellectum orās mysterium incarnationis corde concepit, ore confessionis genuit.

c *Vocauitq; nomen eius Samuel.* Id est, Deus Annæ primo genitus propheta. Quis est hic, nisi dominicus homo?

B Rab. Samuel postulatio Dei, vel nomē eius: actor, i. natiuitatis eius Deus, q. a. sterili oranti concessit filiū, qui cunctis diebus sibi in templo deferuere. *Et d. Ana non ascendit.* Chryf. Non existimabat esse tutū, relicta domo ascendere in templū, quod cum accepisset donum, non sustineret absq; dono comparere. Eoque tanto tempore remāsit, vt cum dono compareret. Nō solum ergo ex eo quod illum Deo spondit, verum etiam ex hoc quod non ausa sit ascendere in templum priusquam ablaclatset infantem, feminæ pietatem licet perspicere.

C Rab. i. Ecclesia ex nationib. prius lacte nutriuit filiū, quem conceptit

Vade in pace, & Deus Israēl det tibi petitionem quā rogasti eū. Et illa dixit: vtinā inueniat ancilla tua gratiā in oculis tuis. Et abiit mulier in viā

a. q. Quā in mepro. scilicet voto firmiter perseuerauit, sic & nos perseuerare debemus. si exaudiri a Domino volumus.

a suā, & comedit, vultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerūt mane, & adorauerūt corā Dño, reuersiq; sunt, & venerūt in domū suā i Ramatha. Cognouit autē Elcana Annā vxorē suā, & recordatus est ei⁹ Dñs. Et factū est

q. Anni reditum.

post circulū dierū, cōcepit Anna, & peperit filiū, vocauitq; nomē ei⁹ Samuel, eò q. a Dño postulasset eū. Ascēdit autē vit ei⁹ Elcana, & oīs domus eius, vt immolaret Dño hostiā † solennē, & votū suū: & Anna nō ascendit. Dixit. n. viro suo; Nō vadā donec ablaclatetur infans, & ducā eū, vt appareat ante cōspectū Dñi, & maneat ibi iugiter. Et ait ei Elcana vir su⁹; Fac qđ bonū tibi vī, & mane donec ablaclates eū; Precorq; vt impleat Dñs verbū suum. Māsit ergo mulier, & lactauit filiū suū, donec amoueret eū a lacte. † Et adduxit

a. q. Postulatio, vel nomen eius Deus.

c pit vti alijs cibis communibus, & lacticijs non nutritur amplius. Et hoc fit circa decimum annum, vel circiter, & de h. c. ablaclatione loquitur hic scriptura, qui ante decimum annum, vel circiter pueri non sunt apti ad faciendam aliquod officium in templo Domini, sed extunc possunt aliqua parua officia facere, ut accendere lampades, vel huiusmodi, & sic paulatim assueheri ad maiora.

8 Et mā. ibi iugi. In Heb. habetur, vsque ad sēculum, i. usque ad quinquagesimum annum, quia ultra non debebant Lenitē seru ire in templo, ut habetur Num. 9. unde, & infra 7. c. dicitur, q. Samuel factus index populi, ibat per singulos annos circūiens Beibet, & Galgal, & Masphat, & indicabat Israelem in supradictis locis.

9 Precorq; vt im. & c. Quale autem iuerit istud uerbum non exprimit hic scriptura. Et propter hoc dicunt aliqui Hebræi, q. ante natiuitatem Samuelis audita fuit vox de cælis, q. futurus erat quidam in istus nomine Samuel; propter quod mulieres plures parientes masculos illo tempore uocabant eos nomine Samuelis quousque per opera apparebat, q. de illis non intelligebatur vox diuina. Et secundū hoc sic intelligitur uerbū Elcanæ predictū: Precorq; & c. i. precor Dominū, ut per bonā indolem istius pueri appareat, q. ille sit Samuel, de quo audita est vox a Deo emissa. Sed istud uidetur fictitium: tum quia de scriptura non habetur, tum quia Anna non uocabat filiū suum Samuelem propter aliquam uocem de cælo auditā, sed quia postulatuerat eū a Domino, ut predictū est. Et ideo aliter dicitur, quod uerbū Dñi hic accipitur uerbū ipsius Heli sacerdotis, q. secundū ueritatē Hebraicam dixerat Anna deprecāti: Dabit tibi Dñs petitionē tuā, ut sup. dictū est. & hoc dixit in instinctu Spiritus sancti. Anna uero p. bat a Dño filiū q. nueret, & ministraret in templo Dñi, ut patet ex predictis: & hoc precabatur Elcana a Domino impleri. quia licet puer Samuel esset natus, non tamen adhuc erat in statu quo posset in tabernaculo ministrare.

gratia.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Deus Israel det tibi petitionem. In Hebræo habetur: Dabit tibi petitionem.

2 Utinam inueniat ancilla, & c. *Vt uelis orare pro me Dominū.*

3 Vultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati. *Quia passionis iræ, & tristitie que mutāt faciē in diuersos colores, recesserūt ab ea ex consolatione exteriori uerborum Heli, & ex interiori consolatione gratia diuina.*

4 Reuersiq; sunt, & re. in domū suam. *Ista est eadem Ciuitas, que supra nominata est Ramathaim. Ramathaim enim quod significat excelsa, plurale est huius nominis Ramatha, quod significat excelsum, sicut in Latino eadem Ciuitas aliquando nomine plurali, sicut Ciuitas Ebroicensis, aliquando uocatur Ebroias, aliquando Ebroia.*

5 Cognouit autē Elcana Annā vxorē suam, s. postquam reuersus fuit in domum suam, quia Indæi cunctes in Ierusalem cū vxoribus suis ad diem solennem, vel causa sacrificij, seu orationis, vsq; ad reditū suū in domos suas continebant ab vxoribus suis. Et ad hoc melius seruandū postea fuit constitutū, q. qñ de eadem ciuitate ibant Ierusalem propter dilectam causam, plures uiri, & plures mulieres, uiri ibant in vna coartina, & mulieres in alia. Pueri autē de quibus non erat suspicio poterant ire in ista coartina, vel in alia. Et ideo cū Saluator noster Iesus Christus duodecim annorū ascēdit. J. i. in Ierusalē ad diē festū, & ibi recedētib. parētib. remāssisset, no. cognouerūt parentes eius, existimantes illum esse in comitatu, ut habetur Luc. 2. quia existimabat cum esse in comitatu mulierum. Maria autem mater eius in comitatu uirorum.

6 Vocauitq; no. eius Sa. eo q. postul. eum a Domi. Samuel enim interpretatur quasi postulat a Deo. Sequitur.

Duplex ablaclatio.

7 Non vadam do. abla. Duplex est ablaclatio, vna est ablaclatio a lacte mammillæ, & ista fit circa principium tertij anni, vel circiter. Alia est ablaclatio, qñ abstrahitur puer a lacte pueritiæ, quando incipit

MORALITER.

5 Conceptit Au. & pe. Per quod significatur, q. Gentilitas conuersa fructificauit in bonis operibus, sed que dici possunt eius fili, quia procedūt a libero arbitrio, sicut proles ab utero monente Spiritu sancto. Moral. Autem Elcana signat bonum prælatum secularem, vel religiosum. Per duas autem vxores intelliguntur vita actiua, & contemplatiua, quibus debet debitum reddere utriusque vacādo tempore competentī. Gregor. Sit prælatus actione precipuus, sic prælatus contemplatione suspensus. Prafuli uero debent inferiores prælati in hoc, quantum possunt conformari. Actiua uero qua fertilis est per Phenennam: contemplatiua uero per Annam significatur. *Deditq; Ph. s. & s. & c.* Per quos intelliguntur opera misericordiar, quibus correspondent merita, & plura premia. *Anna u. di. unā, i. Dei contemplationē, quæ licet pulchritudinē & suauitatē annexā. In actiua namq; vita*

ex humanis negocijs admiscetur multi puluere. animæ laticem obscurantes, in cuius figura Genes 29. d. dicitur, q. *Lia lippis erat oculis.* Rachel autem uenusto aspectu. *Assuebat.* Per quod intelligitur disceptatio uitæ contemplatiuæ, & actiuæ. Nā charitas Dei trahit bonum prælatum ad actus uitæ contemplatiuæ: necessitas uero proximi retrahit ipsum a cōtemplatione, ut intendat operibus actiuæ. *Tota. s. contēplatiua de dilatione glorię in qua contemplatio consummatur. Et non ea.* Per quod designatur mirabilis abstinentia contemplatiuorum. Dicitur enim in collationibus Patrum de pluribus, q. aliqui transibant tres, vel quatuor dies, non solū absq; cibo corporali, sed etiā absq; memoria eius. Per hoc autem q. Anna datur filius cuius caput nouacula non debet tangere, significatur actus predicandi procedens ex contemplatione interiori, cuius caput, id est, intentionem nouacula uanæ gloriæ tangere nō debet per appetitum laudis humanæ.

cx

gratia. Ac mea quidem sententia, etiam reuerbatur pueru suum. Existimabat templum per illum sanctificatu iri, quando domus ipsius iam erat facta templum, ut que prophetam ac sacerdotem intra se coteret.

a In vitulis. in pro cum. ut ibi: in argento & auro.

b Et tribus modis fa. & amphora vini. Quae continet tres modios. Non intelligitur cuncta simul obtulisse Deo, sed quaedam Deo, quaedam sacerdoti, ut libenter susciperet puerum in ministerio.

Hiero. in Hebraeo: Modio farinae, sed vitio scriptorum deprauatum est. Si enim cum tribus vitulis tres modios farinae obtulit contra legem fecit, in quadam: Vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos 7. in sacrificijs eorum similia oleo consperse tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, vnam decimam per agnum.

Hec vero decima, pars decima ephi erat. Unde intelligitur, quod Elcana non obtulit tres modios farinae, cum tribus vitulis, sed nouem decimas.

c Idcirco, & ego commodauit eum, &c. Nazianzenus. Infans tibi est? Ne occasionem arripiat improbitas, ab infantia sanctitate

ritate imbuatur, ab ipsis vnguiculis Spiritui consecratur. At, propter naturae imbecillitate Baptismo signari metus? Quae abiecti animi, pusillaeque fidei mater es. Atqui Anna Samuellem, prius etiam quam procreatus esset, Deo promittit, atque in lucem editum statim sacrosanctum fecit, ac cum veste sacerdotali educavit, nihil humani verita, sed Deo fiducia inixa.

Chrysostomus. Adduxit puerum, ac reliquit. Nec puer a mamma diuisus, molestet tulit, sed ad dominum respexit, qui matrem creauerat. Nec ipsa mater doluit a puero seuerata, propterea quod naturalem affectum uicit interueniens gratia: & uterque se alteri coniuuere existimabat.

Et ado. Non inuenitur orare in hoc canticum, nisi per duo verba tantum. Vnum est ubi dicit: Letata sum in salu. tuo. Alterum ibi: Quia non est Deus praeter te. Sed iustus orat sine intermissione, quia non desinit bene agere, unde: Eleuatio manuum mearum sacri. vesper. Leuat manus, qui leuat actus. Mose leuante manus vincit Israel, dimittere vero vincit Amalec, quia dum eleuat actus famulus Dei, vincit plebs Dei: si autem dimiserit, vincit Amalec inimicus Dei.

a cum secum, postquam ablaetauerat, in vitulis

a Exercitio bonae operationis. b Grata eruditionis, scilicet, & fide sanctae trinitatis instructum, ut posset dicere: reddemus vitulos laborum nostrorum, & digne offerret sacramentum corporis & sanguinis domini.

tribus, & vno modio farinae & amphora vini, & adduxit eum ad domum domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus, & immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. Et ait

Scilicet, ut bene suscipias.

Anna. Obsecro mi domine, viuit anima tua. Ego sum mulier illa, quae steti coram te hic orans dominum pro puero isto. Oraui, & dedit mihi dominus petitionem meam quam postulauit eum. Idcirco & ego commodauit eum

Scilicet quandiu vixerit.

domino cunctis diebus, quibus fuerit accomodatus domino. Et adorauerunt ibi dominum: Et orauit Anna, & ait.

leuat actus famulus Dei, vincit plebs Dei: si autem dimiserit, vincit Amalec inimicus Dei.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 In vi. tri. Postea dicitur: Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. Ex quo videtur, quod vnum vitulum obtulerunt in sacrificium domino & alios duos obtulerunt Heli sacerdoti, quia puerum dimittebant in cura ipsius, unde subditur.

2 Et ait Anna. Obsecro. Et subintelligitur, quod iste puer sit discipulus & minister eius. Cetera patent in litera.

3 Et ado. Hic consequenter ponitur gratiarum actio pro beneficio recepto,

cepto, & hoc fit in canticum Annae; In quo primo gratiarum actio redditur, secundo Anna contra superbiam & ingratitude inuehitur, ibi: Nolite multiplicare loqui sublimia. tertio Dei magnificatio subditur ibi: Domini enim sunt cardines. Circa primum dicitur; Et adorauerunt ibi dominum, quia gratiarum actio est, quae dam species orationis, ut habetur. 1. ad Timoth. 2. ubi dicitur sic; Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones, &c.

CAPVT II.



Exultauit cor. & Procopius. Canticum hoc Annae dignum est admiratione. Non enim pro beneficijs acceptis authorem modo bonorum celebrat, sed etiam prophetiam hymno admiscet, propterea gratiae quoque filio collatae particeps facta est. Nam cum prophetam in utero gestaret, post partum & ipsa prophetauit. Sic et Elizabeth Ioannis filij, & Maria Christi Seruatoris gratiam participauit.

Rupertus. Quae canit, haec & prophetissa est, & eadem qua fecunda facta est, gratia, quam & proprio nomine significat, Anna quippe interpretatur gratia. Non tam sua propria praesentia, quam totius sanctae Ecclesiae



CAP. II.

a Gaudete in domino semper, &c.

a Quia non in laude hominum, non in vanitate.

b Quia.

a Exultabunt cornua iusti, quia de apicibus crucis Christi conferuntur haec cornua iustis, in his uetimus & de triumphis demonum animarum nostrarum insidiantes.

b Non in se.

cornu meum in domino: Dilatum est os meum

super inimicos meos, quia latata sum in

Ecclesiae futura bona communia prophetat ac predicat.

Euthymius q. d. Cor meum, quod ob sterilitatis dolores laxatum, & molle effectum fuerat, nunc confirmatum est, consolidatumque, & corroboratum a domino. Exaltata quoque est gloria mea propter Deum meum: nam post filij partum gloriam adeptus sum.

Hierony. Cornu, filium vocat: quia quoniam sine filio erat absque cornu videbatur sibi esse.

Raban. Augu. Dicit hoc ecclesia gratia plena, prole fecunda: quod de se ante prophetatum cognoscit.

Cornu. regnum ecclesiae, quae aduersa mundi & desideria carnis transcedit, sicut cornu carnis excedit.

Dilatatum est. Os ecclesiae praedicatorum, quorum doctrina dilatata

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. II.

1 Exultauit. Gaudium proprie loquendo est delectatio appetitus intellectui ab intra in bono adepti, uel in praesenti. Sed quoniam resultat in signis exterioribus, tunc dicitur exultatio, & dicitur quasi extra saltatio. Totaliter autem gaudebat Anna de beneficio sibi collato a Deo, secundum illud Psal. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum.

2 Et exaltatum est cor. Cornu in sacra scriptura accipitur pro motu cordis tendentis in aliquid arduum. Et si careat regula ra-

lacionis & legis diuinae dicitur cornu superbiae. Si autem dictis regulis mēfuret, dicitur cornu magnanimitatis vel magnificentia, quod est quando animus ex beneficio a Deo collato in praesenti per spem tendit ad maius beneficium ex Dei liberalitate consequendum. Sic autem mouebatur Anna in augmentum gratiae consequendum a Deo in vita praesenti, & complementum gloriae in futuro.

3 Dilatum est. Ad Deum aperte & magnifice laudandum de collato mihi filio, & quia Phoenicia & liberi eius de hoc torquebantur, ideo subditur.

4 Super inimicos. Odiebat enim eorum malitiam, sed diligebat naturam secundum charitatis formam.

MORALITER.

1 Et arauit Anna, & ait. Exulta, &c. Per Annam, quae gratia interpretatur ecclesia significatur: nam & tempus ecclesiae tempus gratiae nominatur, dicit Grego. Exulta. pro multiplicatione filiorum in domino credentium.

2 Et exaltatum est cornu meum in domino: id est, Christus, qui defensor est ecclesiae, propter quod de ipso dicitur Luc. 1. g. Exultate in domino salutis nobis, &c.

3 Dilatum est. In praedicatoribus & doctoribus & sacris eloquijs Iudeos & hereticos confundentibus.

latata est super inimicos, quia excessit scientiam scribarum & Phariseorum.

Dilatatum est. Raban. Aug. Quia sermo Dei, non est alligatus in pressuris, non in præconibus alligatus.

Raban. Augu. Christo, quem puerum amplectitur senex

Simeon & cognoscit magnum

dicens: Nunc dimitti. s. r. uum tuum

Domine, secundum verbum tuum in

pace. Quia viderunt oculi mei, salu-

tare tuum. Si legatus fuero in salu-

tari Dei, tunc dilatabitur os

meum per meditationem, scilicet,

verbi Dei venit ad eleva-

tionem cordis. vnde: Os nostrum

patet ad vos, o Corinthu, cor nostrum

cilatatum est. Ex latitudine cor-

dis ministratur sapientia ori.

* Euthymius. Dilatatum est os

meum, & maiori cum libertate,

atque impertentitè admodum

locuta sum. Per inimicos autè

cuius, intelligendi sunt Phenenna,

atque illius cognati: qui eo

vsque de Annæ sterilitate exultauerant,

& multis eam opprobriis affecerant.

Latata sum in salutari tuo, quod scilicet, in

me factum est. Salutem enim præstitit mihi hæc proles, cū

antea præ immenso atq; immoderato dolore periclitarer.

a Non est san. Orig. Rab. præter te domine, quia nemo fit

nisi a te, & si sint, qui dñr dij multi, & dñi multi, nullus tamè

eorum naturaliter est id quod Deus est: quia ipse est solus, q

ait: Ego sum, qui sum. Exod. 3. d. vmbra enim ad comparationem

corporis non est, vel fumus ad comparationem ignis.

b Ut est do. Raba. Augu. Non dicit nisi dominus: sed nullus

est sicut dominus, sanctus & sanctificans, iustus & iustificans.

c * Non est fortis, &c. R. David. Kimhi. Idcirco Deum fortè

appellat, q; vi sua potuerit ipsius naturam immutare.

* R. Leui. In secundis causis nihil est, quod ita res fingere

ac formare valeat, sicut Deus.

* Euthymius. Dominus sanctus est & purus, quia nullam a-

licui occasionem mali præstat: sed omnia cum ratione admi-

nistrat. Iustus est, neque enim sustinuit me amplius in miseria

versari, & malè audire.

d Nolite. Redarguit Iudeos & sapientes seculi, extollentes

se contra scientiam Dei. Salomon: Altiora te ne quesieris. & al-

bi: Deus in celo, & tu super terram, sint pauci sermones tui.

* Euthymius. Sermo est ad Phenennam, & illius cognates:

& ad omnes alios, qui in felicitate aliqua constituti glori-

antur. Nolite loqui, inquit, sublimia, propter excellentiam

atque præstantiam vestram.

e Vetera, &c. Quæ ad veterem hominem, i. carnalem cōuer-

sationem pertinent. scientiã inquire, quæ nõ est nisi a Deo:

quia

quia ipse est scientiarum dominus in quo sunt omnes the-
sauri sapientiæ.

* Hieronymus. In Hebræo habetur: Excant vetera. Et est
sensus: Excant humilia de ore vestro, de quo antea grandia
& superbia exibant. Quibus verbis Phenennam, & filios ei⁹

inrepat, quæ ob fecunditatè

sibi concessam, contra Annam

elevabatur.

f * Deus scientiarum Dominus

est, &c. R. David Kimhi, Deus

vocatur scientiarum, numero mul-

titudinis, vt cum sapientissimū

esse intelligamus, vt qui vel par-

ticularia omnia intuetur.

* Euthym. Nec apparentia rã-

tum atque aperta cognoscit, sed

ipsa etiam occulta. Vnde teme-

ritatem & iactantiam vestram,

& meam humilitatem perspi-

ciens, iustè inter nos iudicabit.

Sibi ipsi quoque dispensationes

præparat, Vel, parat consilia

sua.

g Ipsi præparantur. Quia aufert se à cogitationibus, quæ sunt
sine intellectu, vel ipsi præparantur cogit. i. manifestantur.

vnde: Dominus novit cogitationes hominum.

h Deus scientiarum. Rab. Aug. Ipse vos scit, & vbi nemo scit.

vnde: Qui putat se aliquid esse cum nihil sit, seipsum seducit. Hæc

dñr aduersarijs ciuitatis Dei ad Babylonem pertinentib. de

sua virtute confidentibus. Ex quibus sunt Iudæi, qui ignorã

tes Dei iustitiam, i. quam dat homini Deus: qui solus & ius-

tus & iustificans, & suam volentes constituere, velut ex se

sibi paratã non a dño impertitam, iustitię Dei non sunt sub-

iecti. Sed Deus scientiarum & arbiter conscientiarum, videt

cogitationes hominum, qm̄ vanę sunt. Vana, quia propria

hominum sunt, & ab illo non sunt a quo homines sunt.

h Arcus fortium. * Hiero. Arcus Aegyptiorum, i. fortitudo

& potentia superata est: & infirmi, i. Israelitę, confortati sūt.

Aliter. Arcus, i. fortitudo & superbia Phenennæ, qua in filiis

gloriabatur, superata est: & Anna, quæ ob sterilitatem infir-

ma erat, accincta est robore filiorum.

* Euthym. Per arcum, vires, seu arma intelligit: quamplu-

rimis enim conuocunt hæc verba.

Rab. Aug. Id est, intentio eorum, qui sibi potentes esse vi-

dentur, vt sine Dei auxilio diuina possint implere mandata.

i Et infirmi. Rab. Aug. Qui in Dei pietate confidunt, dicūt:

Miserere mei Deus quoniam infirmus sum. Infirmus erat Gentilis

populus, quando a testamento Dei alienus, nunc autem præ-

cinctus robore, cum indutus scuto fidei & galea salutis, &

gladio spiritus poterit ignea tela diaboli extinguere.

k Saturati prius pro panib. Repleti prius Iudæi. i. mysterijs elo-

quiorum

NICOLAUS DE LYRA.

1 Non est sanctus, &c. Quia ipse est sanctus per essentiam: alij
autem per participationem, & hoc modo exponatur quod
subditur. Et non est fortis, &c.

2 Nolite multiplicare, &c. Hic consequenter Anna inuehitur
contra ingratam superbiam, quia Phenenna de prole sibi a
Deo data superbia erat: de quo tñ dēret esse humilior & Deo
gratior, & hoc est quod dicitur: Nolite multiplicare, &c. i. su-
perba & aliorum contemptiua, qualia erant verba Phenenna
contra Annam: vt patet ex prædictis ca. 1.

3 Recedant vetera, &c. i. mala verba iam quasi ex longa con-
suetudine inueterata.

4 Quia

* I Et

MORALITER.

† In salutari tuo, id est, Christo in ipsis principaliter operante
Ioan. 16. a. Sine me ni. p. fa. id eod subditur.

1 Non est sanctus, id est, Christus, qui dicitur sanctus sancto-
rum, Danielis 9.

2 Nolite multiplicari loqui, &c. id est, superba contra Chri-
stum & Ecclesiam.

3 Recedant vetera. id est, ceremoniæ veteris testamenti.

4 Quia Deus scientiarum dominus. Ideo dedit eas simplicibus
in nouo testamento, Matth. 11. d. Abscondisti hæc a sapientibus
et prudentibus, et reuelasti ea paruulis.

6 Arcus

† I Et

4 Quia Deus scientiarum, &c. q. d. nihil latet eum: sed omnia
certitudinaliter retinet ad iudicandum etiam secreta cor-
dium, ideo subditur: Et ipsi præparantur cogitationes.

5 Arcus fortium. Arcum fortium vocat linguam Phenennę,
& puerorum eius ex qua procedebant verba pungitiua qua
si sagitte.

6 Et infirmi, &c. Loquitur pro se & sibi similib. natura enim
in eum erat infirma & impotens ad prædicandum, sed robo-
rata est ad hoc ex dono Dei.

7 Saturati prius, &c. Loquitur metaphoricè, quia prius satia-
ti si postea incurrunt famem & defectum cibi, plus crucian-
tur, sic fuit de Phenenna, quę fuit prius liberis plena, & po-
stea mortui sunt.

5 Arcus fortium, id est, scientia Scribarum & Phariseorum.

6 Et infirmi, id est, apostoli simplices & illiterati.

7 Accincti sunt robore. In spiritu sancti datione per quem fa-
cti sunt intelligentes scripturas, & eloquentes in omni idio-
mate: & ita constantes, quod gaudebant in tribulatione.
Actu. 5. g. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam
digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

8 Saturati prius, pro panibus, etc. id est, sacerdotes & scribæ Iu-
dæorum, qui prius erant repleti notitia legis & propheta-
rum: ita euacuati sunt bonis spiritualibus, sicut illi, qui pro
victu quotidiano semetipsos locant, indigent bonis tem-
poralibus.

A quorum pro panibus se locauerunt, i. sepatauerunt a Deo: vel a proprijs sedibus euulserunt: ne reciperent euangelium agens de pane qui de caelo descendit. Repleti iidem, qui & potentes, i. Israclitæ quibus credita sunt eloquia Dei, sed ancillæ filij minorati sunt, qui se subtraxerunt, nec in saluatore crediderunt, & in ipsis panibus, i. diuinis eloquijs tantum terrena senserunt. Gentes autem qui bus non est data lex, postquam per nouum testamētum ad illa eloquia venerunt, multum esuriendo terram transierunt, quia in eis non terrena, sed cælestia sapuerunt. In Græco ita: *Pleni panibus minorati sunt: & esurientes trāsierunt terram.*

a Et famelici, i. Gentiles prius gentes, panē verbi Dei iam gustant, quoniam suauis est. Tandiu passi sunt scientia Dei.

B In Hebræo *sibeath*: quod significat septem & plurimos. **b** *Donec sterilis peperit, &c.* Euthym. Hic sermo etiam priuatum ac peculiarem respicit casum. Per sterilem enim seipsam intelligit, quæ Dei ope septem filios, hoc est, multos peperit. Solent. n. Hebræi septenario numero vri, quoties multitudinem volunt exprimere. Quod si historiam dicas vnus tm filij meminisse, rñderi pōt, quod Samuelem dignum p multis intelligat. Phenenna aut infirmata est, eo q, a priori decidit superbia, & Anna a viro deinceps magis amata est.

c *Sterilis pepe.* In septenario vniuersitas ecclesiæ designatur. vnde & Ioannes scribit septem ecclesijs ad vnus plenitudinem se scribere ostendens. vnde: *Sapientia edificauit sibi domū, & suffulsiit columnas septem.* Sterilis erat in gentibus ecclesia anteq̄ iste fetus quem cernimus oriretur. Cernimus et terram Ierusalem prius fecundam, nunc infirmatam: quia qui cunq; in ea filij liberi erant virtutis eius, nunc vero ibi qm̄ li tera est, spiritus non est: amissa virtute infirmata est.

d *Plurimos.* Raba. *Plurimos* in Hebræo & in Lxx. habetur *septem.* Iudæi dicunt, q, nato Samuele, mortuus est primogenitus filius Phenennæ: & singulis Annæ nascentibus filiis, singuli Phenennæ sunt mortui. Sed Phenenna habuit septē: Anna verò quinq;. Sed Hebræi duos filios Samuelis, annumerāt Annæ filijs.

Raban. Sterilem, vel eisdem *mortificat, & viuificat*, quod repetit adiungens, *deducens ad inferos, & re. vnde: si mortui estis cū Christo, q̄ sursum sunt querite.* Salubriter mortificant, quibus dicitur: *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, vt sunt, scilicet,*

cet, illi qui esurientes transierunt terram. *Mortui enim estis, inquit salubriter, s. & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Idem ergo viuificati, vel viui, sicut *Christus mortuus est propter peccata nostra, & surrexit propter iustificationem nostram, & quæ ait: Non derelinquas animam meam in inferno.* Eundem deduxit ad inferos Deus, & reduxit: hac ei⁹ paupertate ditati sumus.

c *Domini mortificat, &c. R.* Isaac Alfeci. Tria hominum genera sistuntur in iudicio, perfecti iusti, omnino impij, & mediam sortem tenētes. Primi ad vitam futuri seculi scribuntur & obsignantur. Secundi perinde etiam ad Gehennam, iuxta Danielis verba, *Multi ex dormientibus, &c.* Medij quorū paria sunt merita & demerita, descendunt in Gehennam, ibiq; expectātes, clamant, & ascendunt, que modum scriptum est: *Dominus deducit ad inferos, & reducit.*

R. Alius anonymus: Dominus mortificat impios, viuificat autem iustos: deducit ad inferos, ad certum aliquod ac definitum tempus: postea verò reducit, & ascendere ex eo loco facit.

Alj Heb. Sunt, qui descendunt in puteum corruptionis, & pro mensura scelerum, ibi plectuntur. Sunt etiam qui postquam pro meritis penas luerint, excinduntur, & pereunt. Sicut qui ad finem vsq; anni integri puniuntur, postea aliquanto superius ascendunt, & habitant inter iustos. Ac de his quidē ait Anna: *Dominus deducit eos ad inferos & reducit.*

Euthym. Dñs omnia potest. Reduxit. n. ex inferis non tantum Lazari, aut filij viduæ, & filia Archisynagoge animas: sed omnes et alias, quando illuc post passionē descendit.

Theodoret. Fecitq; vt post resurrectionem suam corpora resurgerent, & Hierosolymę conspicerentur, vt cognoscerent sanctos liberatos esse ab animarum carcere.

Pauperem, &c. Iesum, qui propter nos pauper factus est, & ditat eundem gloria resurrectionis.

R. Leui. Ideo non superbiendum est, si floremus opibus; nec si premamur inopia, desperandum, quia Deus est, q, omnia temperat & regit, & cum visum fuerit, ea commutat.

Theod. Futura p̄dicat. Deprimatur. n. Saul elatus, extollit̄ autem Dauid ab ouibus ad hoīum curam a Deo vocatus.

De puluere. De corruptione Christum. vnde: *Nec dabis sanctum tuum videri corrup.*

De stercore. Raban. Iudaico populo in quo cum se dixisset

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 *Et famelici.* quia Anna prius famelica & desiderans de prole habenda, habuit prolem ad sufficientiam, ideo subditur.
- 2 *Donec.* In Hebræo h̄: *Donec sterilis peperit septem.* Sed hoc v̄ esse q̄ illud, quod postea d̄ eodem cap. q, Anna concepit et pepit tres filios & duas filias, & iō dñt aliqui Hebræi, q, duo filij Samuelis cōputant̄ hic inter liberos Annæ: quia de ipsa exiuerūt mediāte Samuele: & sic d̄ peperisse septē. Alij vero Hebræi dñt, q, qñ Anna pariebat vnū puerū, Phenenna sepe liebat duos de suis: & iō nato quarto ipsius Annæ puero, octo liberi Phenennæ fuerūt mortui, & sic nō remāserūt sibi nisi duo pueri, quia s̄m ipsos, decē habuit: vt dictū est s̄. r. c. Igit̄ qñ vidit, q, Anna qñtū p̄ceperat, & a prop̄inquabat partui timuit de morte duorū liberorū, q, sibi remāserūt: p̄ q, humiliavit se corā Anna: & instanter petijt, vt oraret pro vita puerorū sibi remanentiū, q, & factū est. Et iō illi duo pueri licet essent ipsius Phenennæ, tñ de cetero vocati sūt pueri Annæ, eo q, ei⁹ ofonib. erat vita eis p̄cessa. Iste expositioes nō hñr de textu: sed ponunt̄ ab Hebræis ad verificādū hoc dictū, *peperit septē.* Et iō melius v̄ dicendum: q, translatio nostra sit melior, in qua d̄: *Peperit plurimos.* Ad cuius intellectu sciendū, q, dictio Hebrai-

MORALITER.

- 1 *Et famelici,* i. apostoli prius illiterati per Spiritum sanctum scientia Dei sunt repleti.
- 2 *Donec steri. &c.* i. gentilitas quæ sterilis erat in bonis operibus ad prædicationem apostolorum valde fructificauit.
- 3 *Et quæ multos habebat filios infirmata est.* id est, Iudæa, quæ p infidelitatem est infirmata.
- 4 *Do. morti.* Iudæam, dimittendo eam cadere in infidelitatē.
- 5 *Et viuificat.* Gentilitatem per fidei susceptionem.
- 6 *Deducit ad. &c.* Iudæos obstinatos, dimittēdo eos deduci.
- 7 *Et reducit.* Gentiles ab idololatria, per quam digni erant inferni pena, reuocando.

Hebraica, q, ponit hic, s. *sibeath*, æquoca est ad designandū septē: & hanc significationem sequuntur hic Hebræi moderni, vt p̄dictū est, & ad designandū satietatē, & hanc signationē secutus est translator n̄r. & forsitan illo tpe Hebræi illā seq̄bant, sc̄dm hoc igit̄ Anna peperit satietatē, i. habuerat pueros ad sufficientiā, quā sufficientiā expressit translator n̄r dicendo: *Plurimos*, q, puenientius fuit dicere, q̄ si dixisset satietatē, vel satis. Sc̄dm. n. qd̄ dicit Hiero. in Epist. ad Pāmachiū de optimo gñe interpretādi: Melior interpretatio nō semp est trāsferēdo verbū ex verbo, sed aliqñ meli⁹ ē trāsferre sensū ex s̄sū: vt ead. veritas diuersis pprietatib. idiomaticū applicet̄

- 3 *Et quæ mult. habebat.* quia sicut Anna multiplicabatur i ple, ita Phenenna diminuebatur, secundum quod dicunt expolitores Hebræi & catholici.
- 4 *Dominus mortificat.* pueros Phenennæ.
- 5 *Et viuificat.* pueros Annæ.
- 6 *Deducit ad inferos.* In Hebræo h̄: *Ad fossam.* i. sepulchrum.
- 7 *Et reducit.* quia aliqñ contingit, q, aliqui de quorum sepulchra iam tractantur ad vitam reseruetur: sicut de Ezechia habetur 4. Regum 20. pro humiliatione sua coram domino.
- 8 *Dñs paupe.* quia de diuitijs & honoribus frequenter deiecit: aliquos

- 8 *Dominus pau. f.* Populu Iudaicū ebriatū i p̄uibus bonis
- † *Et ditat.* Eis Gentilem ad se conuersum.
- † *Humiliat.* Iudæos in captiuitate dispersos.
- † *Et subleuat.* Conuersos Gentiles Iudæis dominantes. Aliter potest exponi de eadem persona ab illo loco. *Dñs mortificat.* per carnis afflictionem. *Et viuificat.* per spiritus consolationem. *Deducit ad inferos.* per considerationem p̄næ. *Et reducit.* per emendationem vitæ. *Dominus pauperem facit:* in temporalibus. *Et ditat.* in spiritualibus. *Humiliat.* in præsentī. *Et subleuat.* in futuro.
- † *Suscitans de puluere egenum.* in futura resurrectione.
- † *Vt sedeat cum prin.* in throno gloriæ.

1. Cor. 15. c.

Psal. 15.

Tracta. Ros hafanath. c. r. Purgatorii locus.

E In Carana.

Li Sé. Tob. tract. 5.

Psal. 15.

Ibidem. F

G Apostolus ecclesiam persecutum, *qua mihi*, inquit, *fuerunt lu-*

A
Phil. 3. b.
7 ueritatem
11.
Met. 25. c.
1. b. 4. adu.
Mar. c. 14.

a *Principibus*. Raba. quibus dicitur: *Sedebitis super sedes 12. iudicantes duodecim tribus Israel.*

*** Tertul.** Anna mater Samuelis, spiritu Deo gloriam red-

dens, qui inquit excitat pauperem de terra, & mendicum, uti federe cum faciat cum dynastis populi, utique in regno suo, & thronis glorie, utiq; regalibus.

Cap. 28.

*** Idem.** Pato iam alibi satis commendasse nos diuitiarum gloriam damnari a Deo nostro, ipsos dynastas detrahente de throno, & pauperes alleuante de interquilinio.

† 49. dist. c. 1. p. 9. prin cipium.

B *** Theodor.** Possunt sane discipuli sup duodecim solis gloriose sedere, Iudaeos iudicantes: & caeteri fideles futuri splendore, & in requie esse, quod solium indicat.

b *selium glo.* in xqualitate patris sedendo, & quia *pater omnium dedit filio, & quia regni eius non erit finis.*

Ioan. 5.
† fortitudi nem.

c *Cardines terrae.* Quatuor, scilicet, plagae mundi, in quibus dilatauit orbem ecclesiae, quae a solis ortu vsque ad occasum laudat nomen domini.

Psal. 112.

Myssice. Praedicatorum, super quos orbis, id est, ecclesia, fide eorum stabilitatur, de quibus dicitur: *sub quo curuantur, qui portant orbem.*

Iob 9.

*** Hieronym.** In Hebr. eo habetur: *domini sunt afflicti terra.* Hoc nomine pauperes spiritu & humiles corde intelligunt, super quos dominus orbem posuisse dicunt: quia eorum meritis terram stare autumant.

Lib. de tradit. Heb.

d *** Non in fortitudine sua, &c.** R. Leui. Saepe fit, ut princeps potentissimus ab infirmiori superetur, quia non est fortitudo hominum, ut patetur victoria: sed quoniam iusti Deo curae sunt, ideo vincunt.

e *Domnum formidabunt.* quia infirmum faciet aduersarium eius.

C

Potest ex ambiguo Graeco intelligi, & aduersarium suum. Cum enim

enim dominus possidere nos incipit, aduersarius noster ipsius fit, & vincitur a nobis non viribus nostris: quia non in virtute propria potens est vir. *Domini.* Aduersarii Iudaei, super quos in caelis, i. Apostolis dominus tonauit, quoniam eos terruit gehennam minando, minas signis firmans: unde multi conuersi sunt.

Vel formidabunt in iudicio, quem hic aduersantes contempserunt, super quos tonabit, dicens: *Iterum iterum aeternum.* Quod ne omnibus contingat dominus quoniam in caelis, id est, scripturis & doct. oribus tonat.

f *In caelis.* Rab. Quia iusta retributio futura est in die iudicii, sed interim tonat de nubibus suis, quas Spiritu sancto impleuit postquam celos ascendit.

*** Theodoret.** & Procopius. Vaticinatur de ascensione Christi: de missione & aduentu Spiritus sancti: & felici successu praedicationis Apostolice: de secundo aduentu Christi. Ipse enim cum iustus sit, iudicabit fines terrae. Praeterea etiam de maioribus ipsius secundum carnem, quia Dauide vsque ad ca-

ptiuitatem durauerunt. Dabit enim robur, inquit, regibus nostris. Docet etiam non fidendum diuitiis, non sapientiae, non potentiae, sed ei soli, qui potest & vitam suppeditare, & mutare res bene gestas in male gestas, & res aduersas in secundas.

g *Fines.* Extrema hominis: quia non iudicabuntur, quae in melius vel deterius medio tempore commutantur, sed extrema in quibus fuerit inuentus.

h *Et dabit,* id est, Christo.

i *Imperium,* id est, ecclesiam. unde: Dabo tibi gentes hereditatem tuam. Vel imperium, id est, potestatem iudicandi: quae omne iudicium dedit filio.

k *Regi.* Raban. Christiano populo cui dat virtutem regendi carnem, ut in eo vincat mundum, qui propter eum fudit sanguinem suum.

G a Christi F

NICOLAUS DE LYRA.

*** aliquos propter eorum superbiam: & aliquos pauperes & abiectos eleuat ad diuitias & honores, propter eorum humilitatem, per hoc innuit Anna, quae sic factum est a domino de ipsa & Phenenna.**

1 *Domini.* Hic consequenter ponitur Dei magnificatio: & primo quantum ad potentiam, & hoc est in actu creationis, cum dicitur: *Domini.* Secundo quantum ad sapientiam, in actu gubernationis, cum dicitur.

2 *Pedes.* dirigendo eos in via morum. Tercio, quantum ad eius iustitiam in actu debite punitionis, cum dicitur.

3 *Et in tenebris culpae, & postea in tenebris gehennae.*

4 *Quia non,* quia per potentiam secularem nullus poterit manum Dei euadere.

5 *Domini.* in iudicio extremo.

6 *Et dabit.* i. ipsi Christo, cui pater dedit iudicium, ut habet Ioan. 5. d. Et quia iudicabit in forma humanitatis, in qua fuit coram Pilato iudicatus, ideo sequitur.

7 *Et sublimabit.* i. vnde sui. Christus enim in humanitate fuit vnctus plenitudine gratiae. Licet autem Christus appareat in iudicio in forma humanitatis, tamen non erit infirmitati subiectus, sicut fuit coram Pilato. Sed apparebit in forma gloriosa omni creaturae, etiam supremis angelis praelata. Ideo bene dicitur: *Et sublimabit eum.* i. potestatem. *Christi sui.* Tunc enim potestas Christi sublimabitur, quando omnia ei perfecte subijcientur, quae non est adhuc impletum, secundum quod dicit Paulus Apostolus Hebr. 2. b. *Nunc autem nec enim videmus omnia*

nia esse subiecta ei. Ad cuius intellectum considerandum, quod in Christo est duplex natura, scilicet, diuina & humana. Secundum diuinam omnia plene sunt ei subiecta, nec potestas eius deprimi potest, aut sublimari, cum sit infinita. Secundum vero naturam humanam sublimata est potestas Christi, & adhuc sublimabitur, licet enim ab instanti illius sanctae vnionis naturae diuinae & humanae in supposito verbi omnia plene subiecta fuerint humanitati Christi authoritatiue, non tamen executiue. Primum patet, quia quanto aliqua sunt deitatis propinquiora, tanto alia sunt ei magis subiecta: sicut patet de elementari regione, quae tota subiecta est lationi astrorum, ut omnis virtus eius inde gubernetur, ut dicitur. 1. Meteororum. Corpora vero caelestia subiecta sunt angelis siue intelligentijs mouentibus ea: & iterum angeli inferioris & mediae Ierarchiae, subiecti sunt angelis Ierarchiae superioris. Natura autem humana in Christo ab instanti vnionis praedictae propinquior fuit deitati omnibus angelis: quia vnita est ei in esse hypostatico. Angeli enim quantumcumque supremi non sunt ei sic vniti, quia nusquam angelos apprehendit, ut dicitur ad Hebr. 2. sed tantum per operationem, scilicet, per apertam visionem & fruitionem perfectam: & ideo ab instanti vnionis praedictae omnia sunt subiecta Christo homini authoritatiue. Secundum simili ter patet: quia ante resurrectionem natura humana in Christo fuit possibilis & subiecta poenalitibus ad complendum mysterium nostrae redemptionis, & sic non fuerunt ei omnia subiecta executiue. Sed quoniam resurrexit ad vitam immortalem, natura illa fuit plene gloriosa in anima & corpore, & per consequens potestas eius tunc fuit sublimata, propter quod tunc dixit

*** Apostolis**

MORALITER.

1 *Domini enim sunt, &c.* id est, prelati, & principes dominantur tantum in terra & non in caelo, sicut beati.

† *Et posuit.* i. curam orbis spiritualem & temporalem.

2 *Pedes* ne corruant in foueam mortalis culpae, & inde in foueam gehennae.

3 *Et in tenebris,* scilicet, culpae & postea gehennalis misericordiae.

4 *Quia,* scilicet, corporali & temporalis.

† Robo-

† *Roborabitur.* Eo, quod est defectiua.

† *Dominum.* id est, demones & peccatores obstinati.

† *Et suer ipsos.* in illa sententia terribili. *Item maledicti, &c.* Matthaei 25. quae dabitur in caelo aereo.

5 *Dominus.* id est, homines de omnibus finibus terrae.

6 *Et dabit imperium.* i. Christo homini: quia tunc omnia perfecte subijcientur ei. Ideo subditur.

7 *Et sublimabit.* scilicet, id est, ipsius potestatem.

† *Et erat*

A *Christi sui.* Christiani populi christmate vncti, totum tñ corpus cum capite suo vnus est Christus. Hæc Anna prophetauit mater Samuelis, in quo tunc figurata est mutatio veteris sacerdotij, & nunc impletur, quando infirmata est secunda, vt nouum haberet sterilis in Christo sacerdotium.

B *Heli.* Interpretat extraneus, a Deo enim alienus est, qui subditos non corrigit. Ophni infamia conuersionis, merito autem sic vocatur, qui differt conuerti in melius. Phinees oris obduratio, vel ori parcens. Duos Phinees sacerdotes legimus. Alterum iustum Eleazari filium

C alterum iniustum filium Heli. Sacerdotes, qui custodiunt os suum, ne exeat inde aliquod prauum, in filio Eleazari signatur.

tur. Qui autem os habent obturatum, vel imperitia, vel peccatorum conscientia, in filio Heli figurantur.

c Porro. Theodoretus. Heli fuit ex genere Ichamar. Sed propter filiorum nequitiam, totum genus fuit priuatum honore pontificali. Docet. n. historia, quanta admiserint flagitia.

✽ Augu. Dico filios Heli eius ætatis fuisse, qua possent & deberent pro sacrilego ausu, quose domino in sacrificiis præferrebant, digna coercionem cohiberi. Quod neglectum Deus bello vindicauit.

✽ Euerius. Filii Heli diuina sacrificia temerantes peccabant coram domino: & deridebant per eos multi sacrificia domini. Vnde Heli sacerdos pro eorum iniquitate dñatus est.

Lib. 1. cont. aduers. leg. cap. 16. E

Com. in hunc locum.

NICOLAUS DE LYRA.

mo Aminad. b. qui interpretatur pater meus spontaneus, & dicere potest voluntarie scilicet tibi.

Rab. Cariathiarim, ciuitas est saltuū, vna de vrbibus Gabaonitarum pertinens ad tribū Iudæ, nono miliario euntib. ab Elia Diopsolam. de hac fuit Vrias propheta quē interfe-

cit Ioachim in Hierusalē, sicut scribit Hieremias.

Theodoretus. Filij Iechonia, vt impij & seruietes idolis, agrē tulerunt videntes arcā, & merito luerunt supplicium. Quod etiā impiorum populus cōtempserit arcā, testatur quē sequunt. Diuinitus. n. Samuel eos est hortatus, vt cōuertent ad dñm, & auferrent Deos alienos ē medio sui, & lucos.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Miseruntq;*. Quia illa ciuitas erat securior & nobilior, propter quod arca poterat melius ibi custodiri.

Moral. Vacca portantes arcam testamenti. sunt prædicatores portantes verbum Euangelij. Qui lactant filios spirituales.

tuales, eos consolando. mugunt deuotē orando, rectē incedunt sanctē viuendo. Non declinant ad dexteram, allesti mundana prosperitate, nec ad sinistram prostrati aduersitate. Et sic veniunt ad Bethsames, quæ domus solis interpretatur. id est, ad cælum quā casa Helios, id est, solis nuncupatur.

ADDITIO.

In cap. 6. vbi dicitur in postil. *Et itinere vno gradiebantur, id est, vniformiter.*

In libris antiquis translatio nostra sic habet: *Ibant autem vacca resto itinere*: quod propriè consonat Hebraicę veritati in hoc loco, & magis conuenit proposito.

In libris

CAP. VII.

Venerunt ergo viri. *☩* Iosaphus. Bethsamite indignos se iudicantes, vt apud eos arca consisteret, mittentes ad omnes Hebræos, indicauerunt arcam a Palesstinis fuisse reuocatam: Qui reportauerunt eam in Cariathiarim proximā ciuitatem Bethsamitarum, vbi in domum cuiusdam leuitæ Aminabab noie, qui videbatur esse iustus, & vita religiosus, arcam introduxerunt, velut in locum Deo dignum, in quo habitaret vir iustus. Ministrabant enim arcę eius filij, & huic curę annis viginti præfuerunt.

Psal. 71.

☩ Theod. Prompto autē & alacriāno arcam excepit Aminadab, & idcirco totam eius domū dñs repleuit benedictione. **b** *Gabaa*. Rab. Collis animæ humilium. vnde: *suscipiant montes pacem populo, &c.* i. montes maiores animæ colles minores. Seu etiam Gabaa interpretatur sublimitas, vbi Eleazar sacerdos constituitur.

c *Eleazar*. Raban. Dei adiutorium. Bene autem qui hoc nomine vocatur ad arcam domini custodiendam eligitur, quia sancti



a Postquam testamentum mansit in ecclesia multiplicati sunt iusti, qui ab ipso vt dies illuminati sunt.

vt custodiret arcam domini. Et factū est ex qua die mansit arca domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies: erat quippe iam annus

CAP. VII.

Venerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcā domini, & intulerunt eā in domum Abinadab in Gabaa. Eleazarū autē filiū ei⁹ sanctificauerunt,

1 *Gentilis Ecclesie.*

2 *Qui interpretatur pater meus spontaneus.*

3 *in castra contra Philisthæos.*

4 *Et factum est ex qua die mansit arca domini in Cariathiarim.*

5 *Multiplicati sunt dies.*

6 *Erat quippe iam.*

sancti viri quicquid habent boni. Deo attribuunt non sibi. Vnde: *sufficiencia nostra ex Deo est, qui idoneos fecit nos ministros noui testamenti.*

d *Annus vice.* Rab. Erat quando septimo anno regis Saul alata est in castra de Cariathiarim.

e *Annus vice.* Raba. Non ita intelligendum est quod viginti anni quibus arca mansit in Cariathiarim, vsque ad octauum regni Dauid annum quo eā congregata populi frequentia adduxit in Hierusalem, sint computandi.

f *Inuenitur enim in sequentibus, quod tempore Saulis de hac ciuitate ablata est*

in castra contra Philisthæos. & quia constat quod Dauid duxit eam in Hierusalem de domo Aminadab, restat intelligi quod in diebus Saulis de castris relata est in præfatam ciuitatem.

vnde, postea regnante Dau. d deducta est in Hierusalem. Est ergo sensus, quia ex quo mansit arca in Cariathiarim, erat annus vicesimus, cum in tempore Saulis translata est in castra. Vel vicesimus annus erat cum omnis domus Israel post dominum quieuisset abiectis idolis & seruiens

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. VII.

1 *Venerunt ergo.* Descripta prostratione populi Israel propter filiorum Heli peccata, hic cōsequenter describitur releuatio ipsius per Samuelis merita. Et primo ponit continentiā ad prædicta secundō releuatio ista, bi: *Et factum est ex qua die mansit arca domini.* In fine præcedentis capituli dictum fuit, qualiter significatum fuit viris de Cariathiarim quod arcam ad se ducerent, hic consequenter ostendit qualiter hoc fecerunt, cum dicitur: *Venerunt ergo viri Ca. & redu. arcam domini. ad ciuitatem suam.*

2 *Et intulerunt eam in do. &c.* Hoc non fuit factum statim, sed per magnum tempus post, quia per aliquod tempus stetit in Cariathiarim, & inde translata fuit, in Matphath, & inde in Galgala, vt dicitur libro de Hebraicis quæstionibus. & postea fuit translata in Nobē vbi erat tempore Saul, secundum quod habetur in tra 21. ca. & inde translata est postea in Gabaa in domum Aminadab, vt hic dicitur. Et de loco illo Dauid transfudit eam in domum Obededom, & inde in ciuitatem Dauid, vt habetur 2. Reg. 6.

3 *Eleazarum autem, &c. sanctificauerunt, vt custodiret arcam domini.* Hebræi autem dicunt: *Preparauerunt, seu dissipauerunt, & in idem*

in idem redit: quia talis præparatio est quædā sanctificatio.

4 *Et factum est ex qua die.* Hic consequenter declaratur releuatio populi sub Samuele, quæ facta est propter conuersionem populi ad Deum per sollicitudinem Samuelis.

5 *Multiplicati sunt dies.* Circa quod primō describitur dicta conuersio. secundo Philisthinorum debellatio, ibi: *Et audierūt.* tertio populi pax, & bona ordinatio, ibi: *Facta est itaq;*. Circa primum, quia litera est intricata & indiget supplemento, sicut & in pluribus alijs locis sacre scripturæ.

6 *Erat quippe iam.* Sciendum quod Heli mortuo, Samuel statim incepit discurrere & docere populum, vt illum reduceret ad Deum per debitam conuersionem ad cultum diuinum, quæ quidem conuersio incepit a tempore quo populus iam viderat malum, quod euenerat propter peccata filiorū Heli, & audierat plagam Philisthinorū propter arcam domini, & durauit tempore Samuelis, vsque ad regnum regis Saulis, scilicet viginti annis vel circiter, & hoc notatur cum dicitur: *Et factum.* id est, translata fuit ibi de Bethsames, vt prædictum est.

7 *Multiplicati sunt.* in quibus Samuel hortabatur populum ad bonum.

8 *Erat quippe iam.* Postquam incepit Samuel docere populum.

MORALITER.

1 *Venerunt, &c.* Sicut dictū est supra per arcam significatur crux sancta. Per viros igitur Cariathiarim arcam ad se reducetes,

centes, possunt intelligi pauperes religiosi crucem penitentia sibi assumentes.

Etre-

seruiens illi, qđ eam fecisse toto tēpore Samuelis Iosephus testatur 27. annis. & primo tempore regni Saul, quod eodem Iosepho testante 20. annis tenuit. Cum. n. recessisset a Saule spiritus domini, & agitaret eū spiritus nequā ad persequēdū Dauid, secuta est eum aliqua pars militię & plebis.

a *Astaroth.* Factura explorationū. Qui uerus Israelita est, aufert a se omnem facturam malignorum spirituum & iactantiam atq; superbiam, & seruit domino soli, quia nulla foecitas lucis ad tenebras.

b *Masphath.* Ciuitas est in tribu Iuda iuxta Cariathiarim. Rab. *Masphath.* Speculatio, uel contemplatio, uel intentio uel locus iudicij. Bene autem cōuenit iste locus tam sancto viro qui in iustitia & veritate iudicauit, & summa prudentia gubernauit populum. Ecclesia in unitate fidei sub nouo faceret dotio collecta, aquas lacrymarum hauriēs satisfaciendo in cōspectu domino effundit,

B propheta populū ī Masphath, iudicat, qui doctor eos maxime docet, quos in intentione cōtemplationis & ad amorem patrię cōlestis intentos esse perspexerit.

c *Haueruntque aquam.* &c. Ut sicut aqua effusa non redit, sic nec ipsi redirent ad idololatriam.

H *Hieronym.* Hebræi tradunt quod coram domino in eandē aquam maledicta cōgesta sint, & sicut in lege mulier zelotypa, hausta aqua probatur, ita & hic idololatræ hac aqua probati sunt. Quicumque enim idololatra hanc gustasset, labia eius ita sibi adhererent, ut ab inuicem separari non possent, hocque indicio deprehensus interficiebatur. Quod & sequentia demonstrant, cum dicitur. *Iudicauit Samuel filios Israel in Masphath.* Iudicare in hoc loco, est idolatras morti tradere. Moses hoc etiam modo idolatras qui uitulum fecerant, probauit.

C *Idolatras qui uitulum fecerant, probauit.*

viceſimus, & † requieuit omnis domus Israel post dominū. Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens. † Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos

a de medio vestri, Baalim & Astaroth, & pręparate corda vestra domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthīm. Abstulerunt ergo filij Israel Baalim, & Astaroth, & seruerunt domino soli. Dixit autem Samuel Congregate

b vniuersum Israel in Masphath, ut orē pro vobis dominum. Et conuenerunt in Masphath.

c Haueruntq; aquam & effuderunt in cōspectu domini, & ieiunauerūt in die illa, atq; dixerunt ibi. Peccauimus domino. Iudicauitque Samuel

d filios Israel in Masphath. Et audierunt philisthīm quod cōgregati essent filij Israel in Masphath, & ascenderunt sarrapę philisthinorum ad Israel. Quod cum audissent filij Israel, timuerunt a facie philisthinorum. Dixeruntq; ad Samuelem. Ne cesses pro nobis clamare ad dominum Deum nostrum, ut saluet nos de manu philisthinorum. Tulit autē Samuel agnum

† lactētem vnum, & obtulit illum holocaustum † integrū domino. Et clamauit samuel ad dominum pro Israel, & exaudivit eum dominus.

a Factum est autē cum samuel offerret holocaustum, philisthīm iniere pręlium contra Israel.

d re cuius oblationes sunt, quas super altare ponit sacerdos.

d *Agnum lactētem.* Agnus oblatus pro populo Dei victorię pręstat, & per passionem Christi dęmonibus superatis, pax data est fidelibus.

a *R. Leui.* Aqua effusa signum fuit mutati propositi, uelle se post hac mundos esse, & nihil super futurum idololatrię.

a *Chaldaeus.* Ita effuderunt corda sua coram domino, ac si aquam funderent nihil eos simulasse, sed prorsus omnes suas cupiditates patefecisse.

a *Iosephus.* Haurientes aquā immolauerunt Deo, & tota die ieiunantes, in orationibus conuersati sunt.

a *Tertull.* Ieiunium etiam iratum Deum homini reconciliat. Deliquerat Israel, in aquatione apud Masphath cōgregatus a Samuele, ita factum delictum ieiunio diluit, ut periculum pręlij simul fugerit. Cum Samuel offereret holocaustum, in nullo magis procuratā audimus Dei clementiam, quam abſtinentia populi. Allophyli pręliū admouebāt. Dominus intonuit uoce magna super eos, confusi sūt, & corruerunt in cōspectu Israelis: ceciderunt passos impasti, armatos inertes. Hęc vires ieiunantium Deo, cęlum pro eiusmodi militat.

a *Theod.* Cum Deus iusserit in vno loco Deum colere, cur Samuel altare edificauit: Templum nōdum erat edificatum, & Deum colebāt in diuersis locis. Ceterum, hinc quoque discimus, quod cum sciret Deus populi propensio nem ad impietatem, diuinū cultum loco circūscripsit. Pij enim & qui sciūt scopū legis, quilibet locus est cōsecratus ad Dei cultum. Nam Elias in Carmelo extruxit altare, & obtulit sacrificium.

a *R. Leui.* Non ipse Samuel sacrificauit, sed aliena manu.

a *August.* Ipse dicitur offerre cuius oblationes sunt, quas super altare ponit sacerdos.

a *Agnum lactētem.* Agnus oblatus pro populo Dei victorię pręstat, & per passionem Christi dęmonibus superatis, pax data est fidelibus.

a *Rab.* annis mansit ibi antequam inde alibi transferretur. Et quod sequitur. *Haueruntque aquam & effuderunt,* dicunt aliqui quod in illa aqua erant maledicta congesta, sicut in sacrificio zelotypię, ita quod labia bibentium si fuissent idololatrę, ita iungebantur, quod non poterant ab inuicem separari, & per hoc conuincebantur, sicut tempore Mosi per potum aquę, vbi puluis vituli aut ei fuerit commixtus, prout dictum fuit Exod. 32. ideo sequitur. *Iudicauitque Samuel.* s. idololatras interficiendo qui conuincebantur modo prędicto, prima tamen expositio videtur mihi magis rationabilis, lector tamē eligat quam voluerit.

6 *Et audierunt.* Hic consequenter describitur Philisthinorū debellatio. Ad cuius intellectum sciēdum, quod Philisthīm post debellatiōē populi Israel pp peccata filiorum Heli re nuerunt ipsum sub tributo, & ne haberent consilium & oportunitatem rebellandi, interdixerant eis congregationes populi fieri: propter quod audito, quod congregati essent in Masphath, venerunt cōtra eos in pręlium, sed Samuele orate & holocaustum pro populo offerente, fuerunt cęlitus debellati, secundum quod dicitur infra.

a *Intonuit* a se intuntur ad suam reducere seruitutem, ideo subditur. † *Et ascenderunt sa.* qui interpretantur, facis rapiētes, propter quod significāt dęmones qui rapere studēt homines per peccata, ideo dicitur quod ascenderunt ad Israel. i. ad fideles ut suę subiicerent seruituti.

† *Tulit autem Samuel agnum.* i. tenellum, per quem significatur Christus, de quo dicitur Ioan. 1. c. *Ecce agnus Dei, &c.* Qui dicitur tenellus teneritudine pietatis quem bonus prelatus offerre debet in sacramēto Eucharistię pro suorū subditorū salute, & dęmonum repulsionē, ideo subditur.

Tom. 2. M 2 † Into-

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Et requieuit.* scilicet 20. annis quibus pręfuit Samuel, & subditur modus quo Samuel reduxit populum ad Deū a principio, cum dicitur.

2 *Si in toto corde.* Et patet litera vsque ibi.

3 *Congregate,* vbi renouauit fędus populi cum Deo, ideo subditur.

4 *Haueruntq;.* Ra. Sa. dicit, quod hoc fecerunt in signum humiliationis. q. dicerent. Sicut aqua effusa ad nihilum valet ultra, sic in conspectu tuo nihil sumus vel uidemus. Jonathan filius Oziel maximę reputationis apud Hebręos, hoc exponit de conuersione cordium ad Deum, & sic per istas aquas intelliguntur lacrymę contritionis exeuntes a corde, & per oculos effusę.

5 *Iudicauitq;.* Quia non solū reconciliauit populum dño sed et vnū quemque de populo ad proximū suū iniurias & fore facta ad equitatē iustitię reducendo. Alter aut exponit sim aliquos ab illo loco. Erat quippe annus viceſimus. s. quo arca dñi māferat in Cariathiarim, ita qđ per hoc notatur, qđ tot annis

MORALITER.

† *Ait autem Samuel ad vniuersam domum.* Per quē significatur bonus prelatus secularis vel religiosus, qui populum hortat recedere a seruitute diaboli, & inhęrere seruituti Dei.

† *Auferte.* Per quos designātur vitia, quibus diabolo deseruitur. Venter enim Deus est gulosi, & pecunia cupidi, & sic de alijs vitijs.

4 *Haueruntq; aquam & effude.* Ad significandum abiectionē peccatorū sine recidiuo. Et quoniā dęmones sic recedētes a se

L. 6. antiq. cap. 2. tingemuit, (vel luxit)

L. adu. psyc. cap. 7.

E **Quest. 15. in li. 1. Reg.**

3. Reg. 18.

F **L. quest. 56. & no. testa. quest. 56.**

Rab. Innocentem vitam igne charitatis accensam.

12. 6. antiq.
cap. 6.

A *Intonuit.* * Ioseph. Palesthinis Deus terrā mouit, eamq; tremere fecit, ita ut fissā i dueris apertionib. forberet. De inde tonitruis coniectantib. & igneis conuersionib. longe micantibus, velut incendens vultus eorum, nimis eos affecit, & ex eorum manibus arma diripiens, nudos in fugam vertit.

† contriuit.
lib. 2. de mi-
rab. sacre
script. c. 8.

* August. Infinita Philistinorum, agmina quasi arena maris, per plena terrae Israel se effuderunt, qua Dominus Samuele orante, ingenti celi fragore perterebat, quatenus per hoc, & Israelitae non propria virtute vicisse intelligerent, & hostes Dei protectionem & auxilium erga hunc esse populum scirent.

† eius.

* Ioseph. Samuel eos cum multitudine persecutus est, & plurimos interfecit, & lapidē fixit velut terminum victoriae & hostium fugae, eumque lapidem fortitudinem appellauit, qui Hebraei signum esset diuini solatij contra hostes adhibiti.

B

† & terminū
lium. libera-
uit Israel.

Inimici post illam plagam nequaquam super eos egrediuntur, sed timore & memoria rerū quae super eos accesserant, quiescebant. Fides quae fuerat Palesthinis aduersus Hebraeos, post hanc victoriā facta est Hebraeorum.

Rab. Cum per praedicatorum euāgelij dominus intonat, spirituales hostes in fugā conuertuntur coram Israel. i. populo Dei, & persequuntur eos vsq; in domum agnitionis, vsque quo. s. omnis error expurgatur, & Deus vere cognoscatur.

b *Beibeban.* Rab. domus agnitionis, vel domus agni.

C *Et posuit eum.* Alia editio, inter Masphath nouam & veterem, & vocauit nomen eius *Abenezzer*, vel *Abongener*. i. lapis adiutorij. Hec est medietas saluatoris, per quam transiendum est a Masphath veteri ad nouā. i. ab intentione qua expectatur in carnali regno beatitudo falsa, ad intentionem qua per nouum testamentū ex-

expectatur in regno celorum beatitudo vera, qua quoniam nihil est melius hucusq; adiuuat Deus. Masphath intentio. Sedentiū. Lapis inter hec, Christus inter intentionem veteris testamenti, & euāgelij praedicationem positus, ipse lapis propter firmitatem adiutorij, quia suos contra demones adiuuat dimittentes.

d *Hucusq; auxili.* Quia qui hos terminos transcedunt, ut haeretici, auxilium Dei non merentur.

e *Eratq;.* Christus est nostra pax, qui fecit utraq; vnū, per quem facti sunt prope qui erant longe.

f *Galgala.* Ciuitas est vbi Iosue populum secundo circumcidit, & pascha celebravit, & deficiente manna Israel vsus est panibus triticeis, vbi & lapides sunt translati de alueo Iordanis, vbi tabernaculū testimonij multo tempore fuit. Hec cecidit in sortem Iudae, & vsq; hodie ostenditur locus in secundo ab Iericho miliario hominibus illius regionis venetandus. Sed iuxta Bethel quidam aliam Galgalam suspicantur.

Galgala interpretatur voluntatio vel reuelatio. Bene ergo propheta in Bethel, & in Galgala, & Masphath iudicauit Israel, & reuertens in Ramatha, in domum suam iudicauit ibi Israel, & aedificauit ibi altare domino, exemplum tribuens iudicium esse faciendum in domo Dei, non indifferete vel maliuola mente, sed secundum quod scriptura reuelauerit, & intentione bona & amore fraterno, & sic esse

reuertendam in Ramatha in domum nostram. id est, ad interna pectoris, ut vacemus contemplationi, & in altari fidei gratas hostias operis & veritatis offeramus.

g *Aedificauit etiam ibi.* Lex praecepit, non edificari altare nisi vbi dominus elegerit, sed ne immolarent dijs, construxit altare, in quo non reprehenditur.

CAP.

a Intonuit autē dominus fragore magno in die illa super Philisthim, & exterruit eos, & cæsi sunt a filiis Israel. Egressiq; filii Israel de Masphath persecuti sunt Philisthos, & percussērunt eos vsque ad locum qui erat subter Beth-

b char. Tullit autem Samuel lapidē vnum, & posuit eum inter Masphath, & inter Sen, & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitq;

d Hucusque auxiliatus est nobis dñs. Et humiliati sunt Philisthim, nec apposuerunt ut venirent ultra in terminos Israel. Facta est itaque manus domini super Philisthos cunctis diebus Samuelis. Et reddita sunt vrbes quas tulerant philisthim ab Israel, Israeli; ab Accaron vsque Geth, & terminos suos. Liberauitq; israel de manu philistinorum, eraq; pax inter

f Israel & Amorrhæū. Iudicabat quoq; Samuel Israelem cunctis diebus vitae suae. Et ibat per singulos annos circumiens Bethel, & Galgala, &

f Masphath, & iudicabat Israelē in supradictis locis. Reuertebaturq; in Ramatha, ibi enim

g erat domus eius, & ibi iudicabat Israelē. Aedificauit etiam ibi altare domino.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Intonuit autem dominus.* Ita quod ex fulgure multi fuerunt mortui, & alii exterriti fugientes pro magna parte occisi, & patet litera.

2 *Facta est.* Hic consequenter describitur populi Israel tranquillitas & bona ordinatio sub regimine Samuelis. Et patet litera vsque ibi.

3 *Eratq; pax.* Quia seruebat Israel sub tributo.

4 *Iudicabat quoq; Samuel.* vsque ad institutionem & confirmationem Saulis, ex tunc enim Saul habuit officium iudicandi.

5 *Et ibat.* Per loca ad iudicandum opportuna proprio labore & expensa, ut habetur infra 12.

6 *Reuertebaturq;.* vbi communius iudicabat populum.

7 *Aedificauit etiam.* Sed in hoc videtur fecisse contra legem quia non debebat esse altare aliquod ad immolandum, nisi in loco vbi erat arca sicut dictum fuit, Ios. 22. quae non legitur fuisse in Ramatha. Dicendum quod ex dispensatione

ne domini poterat alibi immolari, & per consequens altare construi, & hoc modo Samuel ibi altare construxit. Potest etiam dici secundum illud quod dictum fuit Deuteronomium 12. & est satis verisimile, quod a tempore quo arca fuit capta per Philisthos, vsque ad tempus quo fuit posita in templo constructo per Salomonem arca non habuit stabilem mansionem, quia tempore intermedio de loco ad locum frequenter fuit transportata, ut patet ex praedictis, & aliquando ad exercitum deportata, ut habetur infra 14. & ideo sacrificia votiuā, ad quae offerenda homines non tenebantur, sed si fiebant ex deuotione poterant alibi offerri secundum voluntatem & deuotionem offerentis. Sicut & alia sacrificia poterant fieri hoc modo, tempore quo arca & tabernaculum fuerunt in deserto, eo quod arca adhuc non habebat stabilem mansionem, sicut dictum fuit Deuteronomio 12. Tempore uero quo fuit in Silo non fuit hoc licitum, prout dictum fuit Iosue 22. quia tabernaculum & arca longo tempore fuerunt ibi, & habuerunt ibi stabilem mansionem, licet non ad semper.

MORALITER.

1 *Intonuit.* Nam per diuinum auxilium demones territi fugiunt a tentationibus fidelium populorum, propter quod subditur.

† *Hucusque au.* Et quia de talibus beneficijs diuinis debet memoria

remanere in fidelium cordibus, ideo dicitur quod Samuel posuit lapidem, & locum vocauit, Lapidem adiutorij, ad memoriam beneficij diuini.

4 *Iudicabat quoq;.* Quia bonus praelatus non solum debet pro subditis exorare, sed defectus eorum per correctionem debitam emendare.

C A P. VIII.

Factum est, &c. posuit filios. Rab. Quia secundum Iosephum alterum in Bethlehem, alterum in Bersabee posuit.
 b Abia. Rab. Pater dñs, vel pater fuit. Bene ergo qui in inchoata iustitia non permanserunt, & paternitatem domini neglexerunt, fuit Deus, vel pater fuit, nominati sunt, vt significentur paternitate Dei indigni.

c Et non ambulauerunt. Quia pro munere opprimebant iustitiam, ad epulas pretiosaque conuiuia declinantes.

* Ioseph. Isti facti sunt exemplum, quod aliquando boni & moderati ex malis (vt Ezechias ex Achaz, & Iosias ex Manasse) & prauis producerentur ex malis. Nam a patris studijs recedentes, muneribus, turpibusque lucris iustitiam comprimebant, & iudicia non vera, sed secundum premia proferebant, & ad epulas pretiosaque conuiuia declinantes, primum quæ erant inimica Deo gerebant, secundò, quæ patri aduersa.

* Theodor. & Procop. Quare Samuel non luit pœnas propter scelera filiorum, sicut Heli? Isti in homines iniuriosi, illi in Deum impij fuerunt. Neque enim illi violauerunt matrimonia, nec libidinibus iniuria affecerunt diuinum tabernaculum: neq; ventri suo dabant primitias hostiarum, euerso ordine sacrificiorum. Eos autem solum accusat, q; corrumperentur muneribus.

Neque hoc sciebat propheta. Habitabat enim Ramathaim, illi verò Bersabee.

d Displicuitq; sermo. &c. * Ioseph. Verba populi concusserunt Samuel, propter insertam ei iustitiam, & odiũ circa reges. Nimia ergo cogitatione afflictus, neq; cibi memoriã habuit, neque somni; sed facta nocte, rerum cogitationes euoluens,

uens sine sopore permansit.

* Theod. & Procop. Regis petitio legi diuinæ repugnat, Deus enim & domini & regis loco erat: propheta autem admitter, & veluti prefectus, aut dux, & imperator.

* Clemens Rom. Vbi Israelitæ tyrannos sibi magis qua-

D
Quæst. 17.
lib. 1. Reg.

Lib. 1. Reco-
gnit.

C A P. VIII.



Actum est autem cum se-

^a Quia x.ate & curis graauatus soleant celebrare non poterat.

nuisset Samuel, posuit filios suos iudices sup Israel Fuitq; nomē filij ei^o primogeniti Ioel: & nomen secūdi Abia, iudicū

^a Incipiens vel luit Deus.

c in Bersabee. Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius, sed declinauerunt post auaritiã, acceperuntq; munera, & puerterunt iudiciũ. Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, uenerunt ad Samuelem in Ramatha. Dixeruntq;

^a Ac. are defectus. rebus præesse non poterat.

ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis. Constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ hñt nationes. Displicuitq; sermo in oculis samuelis, eo quòd dixissent:

Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dominum. Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocẽ populi in omnibus quæ loquunt tibi. Non enim te abiecerunt, sed me: ne regnem super eos. Iuxta omnia opera sua,

* Rupertus. Israelitæ importuno tempore dixerunt. Da nobis regem qui iudicet nos. cum haberent iudicem iustẽ iudicantem spiritus Dei & sermoni. domini veritate. In eo etiã populus deliquit, quia regnantem super se sermonem domini, imò ipsum dominum Deum suum proiecit, sicut postmodũ ipse Samuel acri iniectione dicit: Vos proiecistis Dom. &c. **F**

Exod. 8.

E

Epi. 65. quæ
est ad Rogatianum.

† spreuerunt.

Com. li. 1.
cap. 18.

Hoc erit

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. VIII.

Factum est. Descripta superius malitia filiorum Heli, hic consequenter describitur malitia filiorum Samuelis, quia vtraq; fuit occasio, vt terminaretur regimen per iudices, & reges instituerentur. Igitur circa hoc primo describitur filiorũ Samuelis transgressio, secundo populi petitio, ibi: Congregati ergo. tertio domini diffinitio, ibi: Et orauit Samuel. Circa primum dicitur.

Factum est. quia iã non poterat ita commodè per loca ad iudicandum discurrere.

2 Posuit filios suos. Credens eos fore suæ iustitię imitatores. Sed hoc non fuit ita. vnde subditur.

3 Acceperuntq;. Et sic dupliciter peccauerunt. s. accipiendo munera pro iudicio, quod non est licitum, licet pro labore iusto & bono iudices possint accipere stipendia ad victum decentem & honestum. Secundo, quia propter munera declinauerunt a iustitia reddendo iudicium peruersum.

Congregati

4 Congregati ergo. Hic consequenter describitur populi petitio de rege habendo. cuius vna causa fuit malitia filiorum Samuelis, vt hic exprimitur, cum dicitur: Filij tui, &c. Alia fuit: quia audierat Naas regem filiorum Ammon, d. sponntem exercitum ad veniendum contra eos. & ideo volebant habere regem capitaneum sui exercitus contra eum. & hæc causa hic tacetur, sed infra exprimitur 12. cap.

5 Displicuitq; sermo. Propter tria. Vnum fuit, quia displicuit malitia filiorum suorũ, quæ vsq; tunc latuerat ipsum. Aliud fuit propter honorem diuinum, qui videbatur contemni seu diminui, eo quod remunerat sibi in populo Israel nomen regium. Tertio, quia populus in hoc volebat assimulari Gentilibus dicens: Constitue nobis regem sicut & vniuersa habet nationes, vt immediate præponitur.

6 Et orauit. Hic consequenter ponitur domini diffinitio. Samuel enim istud negotium reduxit ad dominum. qui respondit: 7 Audi vocem populi. de rege instituendo.

8 Non enim. Quia tu solum eras meus vicarius. & quod ista petitio eorum ex malo processerit, ostẽditur cum subditur: Iuxta omnia opera sua, &c. sequitur:

* Sicut

MORALITER.

Factum est. Per filios Samuelis propter munera iudicium peruercentes, ostendit quod aliquãdo de bonis & sanctis vis nascuntur peruersi, sicut e contrario de peruersis iusti. De Achaz enim & Manasse qui fuerunt pessimi, nati fuerunt Ezechias, & Iosias qui fuerunt optimi.

† Filij tui, &c. Constitue. Ex quo patet quod ppter malitiam regentium commouetur aliquando populus ad petendũ vel faciendũ aliquid quòd ei cedit in malum. Quia enim ista petitio

titio populi fuerit culpabilis, patet ex hoc quod habet infra 12. c. inuocabo dominũ, & dabo voces, pluias, & scietis & vidbitis quia grande malum feceritis in conspectu domini, petentes super vos regem. Et similiter aliquãdo pro malo regentiũ, populus mouetur ad rebellionem & seditionem, ex quibus sequuntur maiora mala quam fuerit regentium rapina.

7 Audi vocem populi. Ex hoc patet, quod aliquando dominus exaudit aliquid quod nõ cedit ad bonum petentis, eo quod malè petit: & talis exauditio magis est punitio, Osee 13. c. Da bo tibi regem in furare meo.

A *Hoc erit ius regis, &c.*
Li. 6. Antiq. cap. 4.
 Iosephus. Apparuit Samueli diuinitas, eumque consolata est, dicens: Audi vocem, &c. praececes tamen eis, quales erunt reges, & quae sub eis mala passuri sunt, protestans, qualem mutationem habere festinant. Samuel conuocatis Iudaeis, narrauit quae essent futurae eis per reges, & quibus forent afflictionibus atterendi. Filios vestros auferet, & caetera. Seruietis omnibus cum vestris regi, serui effecti, horumque sermonum memoriam tunc habebitis, quando haec passi fueritis: & poenitentia ducti rogabitis Deum, ut vestri miseretur, & donet a regali onere velocissimam libertatem, qui vestras non suscipiet

qua fecerunt a die qua eduxi eos de Aegypto usque ad diem hanc Sicut dereliquerunt me, & seruerunt diis alienis: sic etiam faciunt tibi. Nunc ergo audi vocem eorum. Veritamen contestare eos, & praedic eis, ius regis qui regnatura est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba domini ad populum, qui petierat a se regem, & ait: Hoc erit ius regis qui imperatura est vobis. Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis: Facietque sibi equites & praecursores quadrigarum suarum. Et constituet sibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum & curruum suorum. Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoque vestros & vineas & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras & vinearum redditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis suis. Seruos etiam vestros & ancillas & iuvenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui. Et clamabitis in die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos dominus in die illa. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: Nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos, quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel. Vadat unusquisque in ciuitatem suam.

1 scipiet preces. **D**
 b Et clamabit in die illa, &c. **C**
 Hierony. Samuel ideo eis dura regis exponit imperia, ut ad dominum regem clementissimum conuertantur. Sed illi absque voluntate Dei reges extiterunt. Ergo Saul non ex voluntate Dei, sed ex populi errore rex factus est. Ait enim dominus: *Merege deserto, petierunt sibi regem, sicut & gentes reliqua, & fecerunt contra voluntatem meam.*
 Beda. Non qualis esse debeat moderatus & iustus imperator exponit, cuius in Deuteronomio perfectio docetur, sed potius rector improbus, a quo austeritate subiectos sit oppressurus intimat, ut per haec populum a pertinaci illius petitione reuocet. **ADDI-**

NICOLAUS DE LYRA.

Quae sunt de iure regis.

1 Sicut dereliquerunt. Ostendentes factum, quod non haberent me pro rege suo, 2 Sic et facient, &c. Abijciendo te ne sis vicarius meus. 3 Verumtamen contest. Circa quod sciendum, quod aliqua sunt de iure regis in necessitate posita, pro bono communi regni, & sic omnia quae inferius exprimunt a Samuele sunt de iure regis: quia in tali causa omnia sunt regis vel principis, & exponenda vel expendenda pro bono communi. Sicut & in corpore naturali videmus, quod manus vel est alia pars corporis naturali instinctu exponit pro conseruatione vitae ipsius corporis. Si autem accipiat alio modo ius regis extra necessitatem, sic plura exprimunt a Samuele, quae non pertinent ad ius ipsius regis: ut pote omnia illa quae reddunt populum subditum seruile, & quae non respiciunt bonum commune, sed magis hominis in regno positi voluntatem & talia praedixit eis Samuel, ad retinendum eos ne pretererent regem, quia eis non expediebat, & quia regimen pro magnitudine potestatis regi concessa de facili conuertitur in tyrannidem. vnde & Deut. 17. ubi agit de constitutione regis dicitur: *Non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum meum in Aegyptum.* s. quasi seruum nec habebit argenti & aurum immensa pondera. & ibidem subditur: *Ne electur cor eius in superbiam super fratres suos.* & secundum istum duplicem intellectum exponenda sunt quae sequuntur de regimine usque ibi. 4 Vosque eritis. scilicet si conuertat regnum in tyrannidem, quod de facili fit, saltem in parte pro magna regis potestatem. 5 Et clamabitis. propter oppressionem quam vobis inducet, sequitur. 6 Nequaquam: scilicet dimittet nos Deus exaudire in regem habemus. Caetera patent usque ibi. 7 Vadat unusquisque. Hoc autem dixit Samuel, ut super electionem regis inquireret domini voluntatem. a qua dependet regis institutio. secundum quod habetur Deut. 17. ubi de institutione regis dicitur: *Eum constituas regem quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum.* Ad maiorem praedictorum euidenciam quaeritur. vnum filij Israel peccauerunt petendo super se regem. Et arguitur quod non. quia petere illud quod est bonum simpliciter, & de dictamine rationis recta non est peccatum: gubernatio autem populi per regem est optima ut dicit Philosophus 3. Politico. & per consequens est de dictamine rationis recte, quae magis respicit bonum commune quam particulare

ticulare. ergo, &c. Item illud quod conceditur lege diuina licitum est, quia nullum peccatum concedit, sed Deut. 17. c. concedit lex diuina filijs Israel constitutionem regis, ubi dicitur. *Cum ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi, &c.* Et sequitur. *Eum constitues quem dominus deus tuus elegerit, ergo &c.* Contra infra 12. c. dicitur. *Sciatis & videbitis quia grande feceritis vobis malum in conspectu domini, petentes super nos regem.* Ad hoc dicendum quod cum regnum sit optima politia, caeterae gentes a filijs Israel petendo vel constituendo super se regem non peccauerunt, sed magis bonum egerunt. Filij autem Israel hoc faciendo peccauerunt, ut patet per verba Samuelis ad hoc allegata, quae habent in 12. c. & per consequens miraculum a Deo datum ad verificationem verbi Samuelis, ut ibidem habetur. Cuius ratio est, quia Deus populum Israel elegit sibi specialem & peculiarem praeter caeteris populis sicut dicitur Deut. 7. b. *Te elegit dominus deus tuus, ut sis ei populus peculiaris, & ideo voluit esse rex immediatus illius populi, propter quod & legem dedit ei in monte Sinai per seipsum.* id est per angelum in persona illius loquentem & non per hominem mediatorem, propter quod voluit homines gubernatores illius populi ab ipso immediate institui, tanquam eius vicarii essent & non reges vel domini, ut patet in Moyse & Iosue, & de iudicibus sequentibus, de quibus dicitur in lib. Iud. suscitauit eis dominus talem vel talem iudicem, propter quod filij Israel fecerunt contra ordinationem domini, petendo super se regem hominem mortalem, cum dominus hoc sibi retinisset, & ad bonum populi, quia semper gubernauit eos, & optime, & pertexit quod diu fuerunt boni subditi, & semper sic fecisset si populus ille in bona subiectione sub domino stetit. Ex dictis patet primum argumentum, quia si gubernatio regis optima est, sequitur quod melior est gubernatio huius regem Deum immediatam, quanto Deus est melior homo: & ideo contra istam ordinationem petere non est bonum, sed malum. Ad secundum dicendum, quod illud quod habetur Deut. 17. de constitutione regis, quantum spectat ad populum non fuit concessio proprie dicta, sed magis promissio, sicut repudium uxoris fuit promissum ad duriciam cordis eorum, prout dictum fuit Deut. 24. sicut tamen in repudio fuit praecipuum, quod darent libellum repudij si repudiarent: sic in proposito si pertinaciter regem huius vellent, praecipuum fuit quod de populo Israel haberent & non de alio, ut ibidem dicitur.

MORALITER.

3 Tradit eis, &c. Hic accipitur ius largi & improprie dictum, quod reputatur ius propter malum abusum. nam illa quae dicuntur hic

hic de iure regis, magis pertingunt pro exercitio tyrandis. Quia enim pertinere debet ad regem, hoc est ad ostendendum: quod propter malitiam hominum regnum de facili conuertitur in tyrannidem.

A D D I T I O.

In cap. 8. ubi dicitur in postill. Vtrum filij Israel peccauerunt petendo super se regem.

Ratio postillatoris ad hanc quoniam non vult ad plenum sufficere. Nam institutio regis in aliqua gente vel populo simpliciter considerata, non tollit immediatam gubernationem diuinam ab eo. Scit enim simul, quod Deus sit rex immediatus alicuius gentis ipsam in principalibus immediatam regendo seu gubernando, & tamen cum hoc habeant supra se regem, seu principem hominem mortalem quod manifeste patet in populo fidelium. Populus. n. fidelium immediate a Deo gubernari dicendus est, quod patet per rationes a postillatore allegatas, per filios Israel. Nam si in antiqua lege populum illum sibi Deus elegit in spalem seu peculiarem, sicut illud Deut. 7. in postill. allegatum, non tamen minus, sed longe magis populus fidelium in noua lege est a Deo electus spalis, & peculiaris. iuxta illud 1. Pet. 2. b. *Vos autem estis genus electum regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, &c.* Sicut & si antiquis dedit legem per angelum in persona Dei loquentem, & non per hominem mediatorem, per amplius vero & perfectius Catholicis legem dedit per seipsum. i. per filium Dei aeternum, & per spiritum sanctum in forma visibili missum. vnde si populus ille rationibus predictis debuit per Deum immediatam gubernari, per easdem rationes seu fortiores populus fidelium immediatam a Deo debet gubernari. quod et patet ex promissione Christi. Matt. vlt. d. *Ego vobiscum sum omnibus diebus, &c.* quod exponitur vno modo, per assistentiam Christi sue ecclesie, continue ipsam dirigendo per occultos instinctus spiritus sancti, ut idem postillator in eodem loco dicit: Ex quibus patet habere, quod sicut ecclesia licet a Deo immediatam interiori gubernatione regatur, non tamen ex hoc instituendo supra se regem hominem in temporalibus peccat, ut patet ex vniuersae ecclesie consuetudine, quae maximae auctoritatis est. Sic pari modo & ratione dicendum vult, quod antiqui licet Deum habuissent regem & immediatum gubernatorem, tamen petendo simpliciter supra se regem non peccassent. Nec valet dicere, quod gubernatio diuina, respectu ecclesie immediata est quantum ad spiritualia. Nam et in spiritualibus summus pontifex constituitur in ecclesia absque peccato, imo sequendo vestigia Christi dicitur Petro: *Pasce oves meas.* Ioan. 21. d. Si autem dicatur, quod summus pontifex tanquam Dei vicarius ecclesiam gubernat, quod verum est. idem et posset dici de regimine regali. vnde Apostolus de rege simpliciter loquens ad Rom. 33. b. *Non sine causa gladium portat, minister enim Dei est.* Praeterea si peccatum filijs Israel impositum, in hoc quod petierunt sibi regem ex ratione per postillatorem assignata causaret sequeret, quod semper in eodem peccato perseverarent durante regio regimine. Nam licet existendo semper fecissent quod Dei ordinationem, qui sibi soli eorum regimine immediatum remunerat: nolens quod super eos homo mortalis regnaret, ut ait postillator. Ex quo ulterius sequitur, quod oratio Samuelis pro populo, ut Deus eis parceret hoc peccatum, esset vana, & quod regula diuinae legis, durante eorum contumacia in eodem peccato: Ratio huius est. Nam sicut legem diuinam non dat venia nisi correcto. ut patet Ezech. 18. *Cum auerterit se impius, &c.* Sed constat, ut habet infra 12. c. quod Samuel populo sibi supplicanti ut pro eo oraret, & suum peccatum de petendo regem aperte confitenti, respondit: *Ne timeatis, &c.* & infra: *Absit a me ne orem Deum pro vobis, &c.* Ex quibus latis patet, quod huiusmodi peccatum pro populi confessione & oratione prophetae fuit sublatum: non obstante quod adhuc perseverabant in eodem peccato, retinendo sibi regem illicite, sicut opinio non postillatoris. Praeterea dicere, quod concessio de constitutione regis filijs Israel facta Deut. 17. non fuit propria concessio, sed magis permissio, sicut repudium uxoris, &c. non videtur rationabiliter dictum. Nam quod matrimonium sit inseparabile per hominem, est de iure naturali sicut postillatorem, prout ipse nititur probare Matth. 19. licet hoc non reputet esse verum, sicut ibidem domino concedente amplius declarabitur. Constat autem quod permissio facta de repudio, non tollit legem naturae quae indelebilis est, sed in propositum est per oppositum. Nam constitutio regis in aliqua gente est conformis iuri naturali, representat. n. gubernationem mundi ab vno Deo. prout etiam philosophus in politicis, & alibi determinat. vnde permittente lege diuina regis constitutionem, ut in c. Deut. allegato: talis constitutio. s. regis remanet omnino licita tanquam iuri naturali conformis, & a iure diuino non prohibita. Ex quibus videtur, quod quaestio non remanet sufficienter soluta. Vnde ad eandem vult aliter dicendum. s. quod populus iste non peccauit petendo regem simpliciter, cum hoc iam sibi esset a Deo concessum, & iuri naturali conformis: Sed peccauit petendo regem certo modo, contra diuinam ordinationem. Ad cuius declarationem sciendum, quod constitutio regis iuxta potestatem sibi concessam potest esse duplex. Primo modo, quod rex habebat plenam potestatem in populo sibi subdito, non solum in his quae ad defensionem pertinent subditorum, seu ad eorum dispositiuam gubernationem: sed etiam in his quae pertinent ad omnes actus iudiciales, intantum quod rex sic consti-

fic constitutus debet esse absolutus legibus, prout legitur de imperatore dicere solent. Sicut ut & de regibus qui superiores, non cognoscunt asserit, & talis rex debet esse super omnia iura politium, seruando ea ad libitum, vel reuocando: prout in pluribus mundi partibus non solum paganorum, sed et Catholicorum esse dignoscitur. Et quia bonas seu magnas fortunas ferre non posset nisi virtuosus, ut habet in 10 Ethic. perfecta autem virtus raro inuenitur, ideo eo propter tantam potestatem regibus concessam, seu ab eis usurpata frequenter in tyrannidem labitur, quod est pessimum regiminum. Vnde & de talibus potest intelligi illud Osee 33. c. *Dabo eis regem in furore meo, &c.* In poenam. n. populorum datur eis reges qui tamen absoluta vult potestatem. Secundo modo potest constitui rex cum potestate limitata, sicut. s. quod in his saltim quae ad iustitiam pertinent praesertim commutatiuam sit sub legibus iam ordinatis & legitimis consuetudinibus, quas in se & alijs obseruari faciat fortiter exequendo: & inferiorum iudicium defectum legitime supplendo, nec tamen eas temerarie aliquid agendo. Sicut auferendo a se omnia illa quae cupiditati, seu concupiscentiae, vel superbiae, occasione praestant, ex quorum appetitu frequenter declinatur ad tyrannidem. Et quia sicut D. Tho. in 1. 2. q. 105. art. 1. in corpore articuli ordinatio principatus quam lex diuina antiquis instituit fuit optima: ideo isto modo concessum fuit filijs Israel instituire supra se regem, non autem primo modo, quod patet ex hoc: nam in eodem ca. & contextu Deut. 17. cum ageret de constitutione regis, dominus dirigens verba populo ait. *Cum dixeris: Constituanus super me regem, sicut habent omnes per circumitum nationes.* quod intelligitur de primo modo regnandi predicto. Caterum enim nationes ut in pluribus reges habent cum prima potestate, quae sepe in tyrannidem vertitur. Vnde saluator ait: *Reges gentium dominantur eorum, &c.* Luc. 22. c. Quem modum constituen di regem dominus ei non concessit, sed potius secundum modum. Nam ibidem dedit eis regulas tam in modo eligendi regem, quam in modo viuendi ipsius in se, quam et ad Deum, & ad subditos tales, quod omnino contradicit modis communibus aliarum nationum, seu gentium. In modo enim eligendi ad cauendas violentias & fraudes, quae in similibus electionibus solent contingere, instituit ut spectaretur iudicium diuinum, vnde ait: *Eum constitues quem dominus Deus tuus elegerit.* Similiter ad vitandum inuentionem consuetudinum aliarum nationum, ait: *Non poteris alterius gentis hominem regem facere.* Consequenter prohibuit regi multiplicare equos, currus, & vxores, & immensa argenti & auri pondera, quae occasione praestant tyrannidis, ut dictum est. Similiter instituit ut rex semper legeret & cogitaret de lege Dei, ut continuo esset in Dei timore & obedientia, cum dicit: *Describe sibi Deuteronomium legis huius, &c. legetque illud omnibus diebus vitae suae, ut discat timere Deum, &c.* Similiter instituit ut non superbe, seu tyrannice contemneret subditos, seu opprimeret, cum dicit: *Ne eleuetur cor eius in superbia super fratres suos, &c.* quae omnia contradicunt modo primo regnandi, qui est communiter gentium seu nationum, ut dictum est. Sed constat quod filij Israel, regis institutionem primo modo eis non concessio, sed potius implicite, seu interpretatiue eum prohibito petierunt, ut patet per verba principalia suae petitionis in hoc cap. ubi sic dicit: *Pone nobis regem ut iudicet nos sicut gentes.* Non enim solum petebant esse sub rege modo eis a domino concessio, qui est secundus modus, sed ut rex iudicaret eos modo quo reges communiter iudicabant gentes. s. absolute, & absque limitatione potestatis & reformatione appetitus, prout moris eorum erat inter gentes, praesertim eo tempore. & ideo sequitur: *Displicuit sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent: Da nobis regem ut iudicet nos.* Non enim displicisset si regem simpliciter petuissent modo eis a domino concessio: sed propter istam additionem: *ut iudicet nos sicut gentes,* quod intelligitur modo primo predicto, vnde & sequitur: *Dixit dominus, &c. Non te abiecerunt sed me.* petendo. n. regem cum potestate & iurisdictione absoluta: sicut inter gentes, implicite petebant ipsam quod modum instituendi regem sibi concessum, ut dictum est. Vnde & statim Deus mandauit, ut populo pretestaret, seu declararetur ius regis tali modo regnandi, dicens: *Filios vestros tollet: filias vestras faciet sibi vnguentarias, &c.* Vnde & finaliter ius huius regis concludit: *Vosque eritis ei serui.* quod proprie est tyrannorum. qui suis subditis ut seruis principantur: quod totum occasione plenissimae potestatis regi concessum ad modum communem gentium contra diuinam ordinationem contingere consuevit. In qua quidem petitione perniciosa pertinaciter perseverantes Samuel iura regni tyrannici eis explicanti responderunt. *Nequaquam. rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, &c.* In quod euidentius explicauerunt petitionem eorum esse contra diuinam ordinationem & concessio, ut dictum est. Et sic patet manifeste, quomodo in hoc peccauerunt: de quo peccato verisimiliter penituerunt petentes a Samuele ut oraret pro eis Deus ut infra 12. cap. ubi Samuel offerens se pro eis oraturum protestatur.

A status est: *Igitur time Deum & seruite ei, &c.* quod dicit peccatum commissum in petendo regē nō p̄dicto dimitte uobis, dū tñ nō deroget diuinis legibus, seu ordinationib. Si autē dicat, q̄ si uere populus p̄nituit, Saulē amouissent a regno. Ad hoc dicendū, q̄ iam non poterant facere. Primò, q̄a erat iam Saul tpe p̄n̄e populi ad instantiā eorū a Deo p̄ Samuelē unctus: ut j. 10. cap. unde & eius amotio, seu reuocatio uideret quodāmodo h̄ honorem diuinū, & ideo cū Samuel dixisset Saul, infra 15. f. *Scidit dñs regnum Israel a te. &c.* subiungit ibidē: *Porrò triumphator in Israel p̄n̄ iudice non flebitur, &c.* q. d. & si ru iam es a Deo abscessus, non tñ itatim amoueris a regno: ne dñs uideat quati p̄nititudine fleat. Scđo, q̄a Saul post uictoriā in Iabes Galaad habitam erat uallatus in regno. Tertio, q̄a eius regnū publicē erat in Galgala renouatū, ut infra 11. ca. Nec obitat, q̄ cū populus cōfiteret p̄t̄m suū Samuel, dixerunt: *Addidimus. n. peccatis nostris malum, ut peteremus regē.* 12. cap. ubi non fuit facta mētio de modo regnandi, ut inter gentes & hmōi. Nā hoc est breuitatis causa ommissum, cū iam in loco proprio sepe repetitū fuisset, ut dictū est. De regno autē Dauid non est mentio in hoc faciendū. fuit. n. ipsius regnum pro se, & suis successorib. a Deo per Samuelē iustum, & a Deo iudicē constitutū, absq; aliqua populi petitione, seu instantia institutū, ut patet infra 16. ca. Pōt ēt dici ad q̄onem principalem s̄m quodā, quod filij Israel peccauerūt petendo regē, non solū p̄dicto modo, sed ēt iniurando Samuelē iustum, & a Deo iudicē constitutum. Licet. n. filij sui quos cōstituerat iudices peccassent, ut patet in principio huius ca. nō tñ ex hoc i scriptura legit̄ imposita culpa Samuelis, sicut Heli imponit ex p̄t̄o filiorū s̄ 2. c. Ratio differentiē est: nā peccata filiorū Heli erant publica, seu notoria, tā sibi q̄ populo peccata uero filiorū Samuelis, nō ita erant publica, seu manifesta. peccabant. n. i accipiendo munera & puerendo iudiciū, q̄ pluries sit occultē & coloratē. & sic p̄sumēdū est, q̄ Samuele ignorante hoc fecissent, p̄sertim, q̄a nō fuit antea monitus nec redargutus sicut Heli. Vnde ut Samuel ostenderet innocentia suā, j. 12. c. requisitū populū. Primò p̄sentando filios suos populo, ut redderent rōnem de seipsis, dicens: *Ego senui, & filij mei uobis sunt.* q. d. ut puniatis eos secundū delicta eorum. Secundò requirit eos de seipso, dicens: *Ecce p̄stio sum, loquimini de me corā domino & coram Christo eius, ut r̄ bouem cuiusq̄ tulerim, &c.* vsq; ibi: *Testis est dominus, quia non inueneritis quippiam in manu mea.* & sic patet q̄ ipse uolebat se purgari ab infamia suā dispōnis. Concordat cū hoc glossa, quē super illud uerbum: *Nō te abiecerūt, sed me.* interlineariter dicit: *Qui uos spernit, me spernit.* In quo patet, quod cum Samuel cōstitutus a Deo sine causa spernebat, Deus ipse uidebatur sperni in quo manifeste peccabāt, ēt si petitio regis post obitum Samuelis esset licita eo modo quo petita fuit. De quo peccato uidentur p̄nituisse, cum eum postea tam in uita, quā in morte multū honorificē tractauerint, ut patet ex decursu historię. Et sciendum q̄ hic secundus modus respondendi ad quēstionem non repugnat primò. ex utroq; enim simul possēt formari sufficiens r̄tio, ut patet intuiti.

Dupla autē preputia obtulit, pro iudeis, & gentibus, scilicet. acqutitis, vel quia maior est numerus creditum gentium, quam iudeorum. Creuit odium Saulis aduersū Dauid, intantum ut in remedium sui de more psallentem iaculo conaretur configere. Per Saulem iudeorum elatio, per Dauid Christi humilitas significatur. Cum ergo ab immundo spiritu Saul arripitur cantante Dauid, eius uesania temperatur: quia cum sensus iudeorum per blasphemiam in furorem vertitur, dignum est, ut ad salutem quasi dulcedine citharæ euangelicæ locutionis tranquillitate reuocetur.

* THEODOR ET VS. Erant ergo nuptiæ insidiarum non beneficentiae.

* Iosephus. Dauid Deum habens ubique ducem, quocumque uenisset praeualebat, & opumē agebat, ita ut propter excellentiam fortitudinis, & populis eum, & filia regis uirgo concupisceret, amore eius detenta, cunctisque ita fieret manifesta, ut hoc perduceretur ad patrem.

Percussio

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et prophetab. in med. do. Hic non accipitur prophetia proprie, sed tantum, denominatiuē: quin aliena tanquam arreptitijs loquebatur.

2 Putans quod configere, id est, perforare lancea, sic quod transiret usque ad parietem.

3 Et declina. prius enim recesserat ab eo rediens ad domum patris, ut dictum fuit cap. preced. & nunc iterum rediit ad patrem, ostendens periculum in quo fuerat, sed Saul renouauit eum fingens, quod non fecisset ex proposito, nec ex odio: sed nesciens quid faceret agitatius a demonio.

4 Et fecit eum. tri. Non propter honorem suum, sed ut egrediens ad belli pericula occideretur, sed dominus istud conuertit in bonum ipsius Dauid, ut patet ex littera sequenti.

5 Dixitque. Hic consequenter ponitur effectus malitiæ Saul, filias suas Dauid promittendo, & primò primam, secundò secundam, ibi: Dilexit autem Michol. Circa primum dicitur.

6 Ecce filia mea maior. Quasi dicat, uolo te honorare dando tibi primogenitam, malitiose cogitans, ut ad consequendum hoc matrimonium Dauid audacius se periculis exponeret, & sic periret, sicut patet in littera.

Quis ego

7 Quis ego sum, aut quæ est uita mea. Hoc dixit Dauid non renuens matrimonium, sed ut magnificaret ipsius Saulis beneficium, unde subditur.

8 Factum est autem tempus. ut Dauid eius amplexibus frueretur.

9 Data est Hadrieli. Et sic apparuit non solum inuidia Saul, sed etiam eius falsitas, non implendo promissum: maximè cum Dauid iam hoc meruisset ante in occasione Goliath, ut patuit ex supra dictis.

10 Dilexit autem. Hic describitur promissio secunda, quæ etiam data fuit Dauid malitiose, ut patet ex sequentibus, cum dicitur:

11 Dabo, &c. id est, in occasionem ruendi gladius Philistinorum. Scandalum enim proprie significat impactionem pedis ad lapidem, uel aliquid huiusmodi quod facit hominem ruere.

12 In duabus &c. In aliquibus libris additur rebus, sed non est in Hebræo, nec est de textu. Unde hic est sensus secundum Hebræos. In duabus filiabus meis eris gener meus: quia in prima fuisti gener meus quantum ad sponsalia, & in secunda eris gener meus quantum ad sponsalia & matrimonium sequens. q. d. utrunq; cecidit tibi ad honorem: & ideo debes te magis opponere aduersarijs meis.

13 Loquimini ad. Hoc dicit, ut Dauid magis crederet Saulem honorem eius querere, & non mortem.

Ego

MORALITER.

6 Ecce filia mea maior Merob ipsam dabo tibi uxorem tantummodo esto uir fortis, &c. Quod faciebat ad hoc, q. Dauid gladio Philistinorum inoreretur. Et sicut Deo disponente Dauid sine saluatus,

uatus, & Saul in manibus Philistinorum cecidit & ab eis letaliter vulneratus. Sic ex diuina ordinatione frequenter contingit, quod illi qui machinantur malum innocentibus, capiuntur in suis machinationibus. Psalm. 9. In laqueo isto quem absorderunt, comprehensus est pes eorum.

diligunt te. Nūc ergo esto gener regis. Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc. Et ait Dauid. Num parū vobis videtur generum esse regis? Ego autem sum vir pauper, & tenuis. Et renuntiaverunt serui Saul dicentes. Huiuscemodi verba locutus est Dauid. Dixit autem Saul Sic loquimini ad Dauid. † Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philisthinorum, ut fiat ultio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat † tradere Dauid in manus philisthinorum. Cumq; renūtiassent serui eius Dauid verba quæ dixerat Saul, placuit sermo in oculis Dauid, ut fieret gener regis. Et post dies paucos surgens Dauid, abiit cum viris qui sub eo erant, & percussit ex Philisthijm ducentos viros, & attulit præputia eorum, & † annumeravit ea regi ut esset gener eius. Dedit itaque Saul ei Michol filiā suam uxorem. Et vidit Saul & intellexit qd dominus esset cum Dauid. Michol autē filia Saul, diligebat eū. Et Saul magis cœpit timere Dauid. Factus que est Saul inimicus Dauid, cunctis diebus. Et egressi sunt principes Philisthinoriū. A principio autē egressionis eorū, † prudētius se gerebat Dauid quā omnes serui Saul. Et celebre factū est nomē eius nimis

putium enim indicat aliud genus. Omnem autē mouebat lapidē, molies cedē sui benefactoris
 1
 2
 3
 4
 5
 F
 CAP.

Com in hunc lo.

E

† plene tradidit nel conpleuit. i. tor de dit quos perierat Saul.

F

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Ego autem sum vir pauper. q. d. non habeo unde possem regi cōuenientia dona dare, quæ antiquitus fiebant in matrimonis Hebræorū, sicut patet Gen. 24. quia seruus Abrahæ in matrimonio Rebecæ patri. & matri eius obtulit munera, & ideo ad hoc respondit Saul dicens.
- 2 Non habet rex spon. hoc est dona pretiosa auri vel argenti quæ solent regibus dari quando filias suas dant sponis.
- 3 Nisi tan. Hoc autem petijt Saul duplici rōne. Vna est quia per illas partes amputatas & sibi apportatas certus erat Saul, qd illi interfecti non erant de filijs Israel qui sunt circumcisi. Alia ratio fuit, quia Philisthai

listhai non erat circumcisiō eius tanquam mortem, et ideo per hoc cōciperent maius odium contra Dauid propter tale opprobrium illatum eis per ipsum, & sic magis mouerentur ad interficiendum Dauid, quod intendebat Saul.
 4 Placuit. Tum quia Michol diligebat. Tum quia Philisthai eos idololatrias odiebat, cetera patent vsque ibi.
 5 Et Saul. Tum quia iam erat gener regis, & per consequens de maioribus in regno. Tum quia Michol filia regis eum diligebat, & Ionathas filius eius erat ipsi Dauid confederatus, ut patet ex prædictis.

CAP.

ADDITIO.

In c. 18. vbi dicitur in po. Et declinauit a facie eius secundo prius enim recesserat ab eo rediens ad domum patris, ut dictū fuerat, capitulo præcedenti.

Ad veritatem literę habendam sufficit, quod Saul tentauit percutere Dauid bis in eadem die seu tempore, & in qualibet vice Dauid declinauit. & sic debet intelligi illud. Declinauit Dauid secundo, i. non solum declinauit rētum seu percussionem

nem semel, sed etiam bis, nam in Hebræo in hoc loco habet, Declinauit Dauid a facie eius duabus vicibus.

REPLICA. In cap. 18. circa illud quod dicitur. Declinauit Dauid a facie Saul secundo, vult Bur. quod eadem die Saul nitebatur bis percutere Dauid, sed hoc non videtur verisimile, quia semel declinans non legitur rediisse nisi reuocatus, ut hic & c. 19 etiam de exilio & tyrannide Saul non est magna vis cum res sit satis apparens.

CAP. XIX.

Locutus est &c.

Sequitur.

In agro &c.

Quo consilian di causa venire cōsueuerat vbi Dauid conditum fuerat.

† Iose. Saul videns Dauid & apud Deū & apud homines approbari, expauit, & metū celare nō valēs, timore magnarū rerū. i. regni & vitæ



CAP. XIX.

Locutus est autem Saul ad Ionathan filium suum, & ad omnes seruos suos, ut occiderent. Dauid: porro Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde: Et indicauit Ionathas Dauid, dicēs: Quærit Saul pater meus occidere te: Quapropter obserua te quæso mane, & manebis clam, & abscondēris. Ego autem egrediens, stabo iuxta patrem meum in agro vbicunque fuerit, & ego loquar de te ad patrem meum, & quodcunque videro nunciabo tibi: Locutus est ergo Ionathas de

& vitę, ne priua retur veroq; cogitauit eū crudeli calamitate perimere, eiusque mortē Ionathas filio & reliquis familiarib. delegauit, filius, admiratus punitationē patris erga Dauid qui ad mortem vsque

sciret, dixit ei secreto voluntatem patris &c.

Nisus

recipitur ibi. Locutus est ergo. tertio a Saule personaliter inuaditur ibi. Motum est autē, quarto uxoris inlubria a moreo expulsa, ibi. Misit ergo. quinto malitia Saulis diuinis laudib. impeditur ibi. Nuntiatum est autem. Prima pars patet ex prædictis vsque ibi.

2 Ego au. egre. Ad hoc. n. fuit Dauid absconditus de consilio Ionathas, ut exploraret voluntatem patris de receptione Dauid in gratiam, ut sic posset in iuria absque periculo stare. Expectauit autē Ionathas loqui de hac materia patri suo, quousque esset in agro vbi ire cōsueuerat cā spaciādi ut tūc in loco recreationis magis acquiesceret verbis suis.

3 Loc. est. Hic consequenter ponitur reconciliatio ipsius Dauid, cum Saul per Ionathan ipsum multipliciter commendantem. Et primo de innocentia punitate, cum dicitur.

Ne

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XIX.

Locutus est. Vidēs Saul, qd non poterat occidere Dauid per machinam occultam, ut patet ex prædictis, processit ad persecutionē eius manifestā inuidia ipsum stimulante eo quod fortuna Dauid crescebat quotidie. Et more malefactorū persecutus est eum ordinate, primo ipsum inuadendo, secundo de regno expellendo. ca. 21. tertio fugituum insequendo. c. 23. & quarto ipsum exulando. cap. 27. Prima in duas, quia primo Saul inuasit Dauid personaliter, secundo Ionatham filium suum propter ipsum. c. 20. Circa primū sic proceditur, quia primo de cōsilio Ionathas Dauid absconditur, secundo in gratiam Saulis ad horam recipi

MORALITER.

1 Locutus est. Ille qui machinatur occulte ad mortem innocentis, & videt quod non proficit, quia Deus innocentē protegit ad ipsum occidendum manifeste si potest se conuertit, & hoc figuratur per Saul qui dixit.

Ad

1 Ad Ionathan. Per hoc autem quod Ionathas insinuauit Dauid dicens.

† Quærit Saul. significatur, qd Christus frequenter præmonit suos fideles ut caueant insidias crudeles. Et similiter per hoc quod Ionathas persuasit Sauli contrarium, dicens.

Ne

A *Nisusne est Saul configere David &c.* * Chrysol. Postea quam hostes deuicerat, ac filiã regis acceperat, rursus psallebat David, & quebat eũ Saul lancea percutere. Quẽ nõ ista vel exacte philosophie gnarum animiq; moderatissimi ad iracundiã excitallent? Quẽ non perpulissent ad occidendum infidias molente?

Homil. de David & Saule.

† Heb. p̄æ obiecit se periculo mortis.

Nihil tamen horum tentauit David, sed potius habuit fugere &c. Nec eo spectabat ut seipsum vlisce retur, sed ut illum ab eo malo liberaret. Hanc ob causam subdixit sese ab oculis inimici, ut subsidere faceret vomitum, contraheret quetumorem vlcis, & inuidiam mitigaret. Hæc non audiamus tantum, verũ etiam imitemur, nihil non faciamus, ut inimici similitate erga nos deponant. Spectat medicus vt morbo liberet ægrotum, nõ vtrũ merito an imerito tibi morbum cõtraxerit. Tu quoque medicus esto ei qui te læsit, vnũ hoc quære, quo pacto illi morbum adimas.

• esse vnl-nere.

• ipsi.

Robbanus. Isidorus, & Eucherius Lugdunensis.

B *Misit ergo.* Hoc nõ ad crucẽ Christi, sed ad passionẽ pertinet. Crucifixum enim Christus & mortuus est, & sepultus. Erat autem illa sepultura tanquã domus, ad q̄ custodiendam milit regnũ Iudæorũ, quando ad sepulchrũ domini

David bona, ad Saul patrem suum: Dixitq; ad eum: Ne pecces rex in seruum tuum David, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde. † Et posuit animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum, & fecit dominus salutem magnam vniuerso Israeli. Vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens David, qui est absque culpa? Quod cum audisset Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit: Viuit Dominus, quia non occidetur. Vocauit itaq; Ionathas David, & indicauit ei omnia verba hæc: Et introduxit Ionathas David ad Saul, & fuit ante eum, sicut erat heri & nudius tertius. Motum est autem rursum bellum. Et egressus David, pugnavit aduersum Philisthæum. percussitque eos plaga magna, & fugerunt a facie eius. Et factus est spiritus domini malus in Saul. Sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceã. Porro David psallebat manu sua, Nisusque est Saul configere lancea David in pariete. Et declinauit David a facie Saul. Lancea autem casto vulnere perlata est in parietem. Et David fugit, & saluatus est nocte illa. Misit ergo Saul satellites suos in domum David vt custodirent eum, & interficeretur mane. Quod cum annuntiaisset David Michol vxor sua, dicens, Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris, deposuit eum per fenestram: Porro ille abiit & aufugit atque saluatus est. Tulit autem Michol statuã, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. Misit autem Saul apparitores qui raperent David. Et Responsum est, quod dũ iecur pecoris qd̄ sub sago iacebat, palpitaret, ægrotũ vere esse & dormire David crediderunt, & Sauli renunciauerũt.

C *† Pel. Inde puluillus cõsutus fuit qui intonsis pilis caput inuoluti hominis in lecto mētireretur.* * Iose. Michol per fenestrã deposito dimissoq; Dauid, constituit lectulum, quasi ægrotantis, & sub sago iecur spirans capræ supposuit. Die vero secũdo, missis a Saule nuncijs, q̄ nocte factus fuisset infirmus, ostẽdens eis lectũ coopertum, dũ iecur pecoris qd̄ sub sago iacebat, palpitaret, ægrotũ vere esse & dormire David crediderunt, & Sauli renunciauerũt.

mini custodes adhibiti sũt Quia custodita est domus, vt David interiret (qa Christus nõ in sepulchro, sed in cruce est interfectus) retent ad corpus eius. Christi. n. nomen tollere est Christũ interficere, non. n. crederetur, in Christum, si custodũ p̄ualeret mendaciũ, qui dixerũt, nobis dormientibus venerunt d. scipulis eius & abstulerunt eum. Sed neque, Saul potuit interficere David nec regnũ Iudæorum tollero memoriam Christi. Qui autem de virtute Saul, idest de regno Iudæorũ in Christũ p̄æsumpserũt, offenderũt in lapidem offensionis, tanq̄ in statuam, & eis hæc visus est agnus, quia in quo peccatũ non inueniunt, quali peccatorẽ persequunt.

Mar Ro.

E

† Li

† et el pi si fr E

Theod.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Ne pecces rex in seruum tuum David, quia non peccauit tibi. secũdo de virtuoso opere, cum dicitur, Et opera eius bona sunt valde. tertio de animositate, cũ dicitur, Et posuit animam suã in manu sua. i. exposuit vitam suã periculo quantũ apparebat humano iudicio, quia inermis iuit ad præliandum cũ Philisthæo, vt patet ex supradictis. c. xxx. quarto de reipublice utilitate, cum dicitur. Et fecit dominus salutem magnam vni. Israeli. & subditur.

- 2** Vidisti. quasi dicat non possunt ista negari.
- 3** Et læ. q. d. ex quo dedit tibi lætitiẽ materiam non debes querere mortem suã.
- 4** Quod cum audisset. scilicet ad horam.
- 5** Iurauit. Vt daret David maiorem securitatem.
- 6** Viuit dominus, idest, per viuẽntem Deum.
- 7** Et intro. credens quod ipsum stabiliter in gratiam recepisset.
- 8** Motum. Hic consequenter David a Saule rursum impetitur. Habitus enim inclinat per modum nature. Saul autem erat habitu vitus in odio contra David, & ideo licet recepisset eum in gratiam ad preces Ionathas filij sui, habita tamen occasione, licet irrationabili rediit ad eius persecutionem, quã quidem occasio fuit victoria David de nouo habita contra Philisthæos, quã nominatur cum dicitur.

Et

- 9** Et egressus. De quo Saul torquebatur inuidia, quamuis deberet gaudere, ideo subditur.
- 10** Et factus. Quia crescente eius malitia dabatur demoni maior potestas in persona sua.
- 11** Nisusque est Saul confisus. Ex odio inueterato.
- 12** Misit et. Hic consequenter David vxoris industria de periculo liberatur. videns enim Saul quod David lectum eius declinauerat & fugerã, misit post eum vt caperetur & occideretur, sed per eius vxorem criptum: quod notatur cum dicitur.
- 13** Quod cum. per hoc enim q̄ a David audierat, qd̄ Saul eum configere voluerat, & consequenter viderat homines armatos post David missos, & cõiecturauit quod mortem eius querebant. Vel forte al. quis de famulis Saul ad hoc missus, secretum aperuit ipsi Michol, vt David per eam saluaretur, qui erat acceptus maximẽ in conspectu famulorũ Saul, vt dicitur in ea. p̄æce.
- 14** Tulit autem Michol statuã. ad representandũ corpus David.
- 15** Et pellem. ad representandum eius capillos, vt sic quærentes mortẽ David deluderet, & interim David fugeret quã primi nuncij a Saule missi habebant in mandatis, vt ipsum vsque mane custodirent: & tũc occideretur cum de lecto surrexisset, quia turpe erat occidere hominem in lecto iacentem. Cetera patenti vsque ibi.

† Dimit-

MORALITER.

† 1 Ne pecces. significatur quod instinctus diuini retrahentes impios a malo, non desiciunt eis quãdiu sunt in vita p̄nti, quamuis Deus sciat eos vitam in malo finire, tamen aliquando ad tẽpus retrahuntur, & hoc significat per hoc quod subditur Saulis responsio.

6 Viuit dominus. Tamẽ postea conatus est multipliciter perire, &

se & suos satellites ipsum occidere vt patet in textu. Per hoc etiam apparet Dei misericordia retrahẽs peccatores a malo & hominũ malitia, qui contẽpta tali retractione, cito reuertuntur ad vitia consueta.

14 Tulit au. Per Michol vero David vxorẽ qua caute saluauit eius vitam, significatur hominis sapientia, de qua dicitur Sapient. 8. a. Hãc quæsi mihi sponsa assum re, & ipsa liberat habetẽtem ipsam sicut de ipsa dicitur Sap. 10. b. Hãc liberauit iustum.

3 * Theod. Nonnulli intellexerunt effigie, id est, imaginem
A Davidis, & eam dixerunt fuisse coopertam vestibus, præter
8 aliquas partes vultus, fuisse autem suppositum iecur captarum
 vt eius qui moueretur figuram efficeret verisimilem. Ait
 enim iecur captarum diu moueri.

* Procop. A-
 quila *μορφοειματα*,
 id est, figuras di-
 cit, & hepar ca-
 prarum, omnèq;
 multitudinem &
 conuolutionem,
σφοδρὸν ὄνομα, pilo-
 rum.

* Hebr. imagi-
 nes.

a In Ramatha. Ci-
 uitas Saulis est in
 tribu Benjamin i
 sexto miliario ab
 Helia ad septem-
 trionalem plagã
 cõtra Bethel. alia
 Ramatha est i tri-
 bu Aser. Bene cõ-
 ueniunt hæc no-
 mina rebus gestis
 ipsis, quia prophe-
 tarum dicta & cel-
 stitudinem habet
 scientiæ & venu-
 statè eloquentiæ.

* Ioseph. David
 Samueli, indica-
 uit regis insidias,
 & quod, iaculo
 eius penè fuisset
 extinctus, dum
 neque circa eum
 extiterit inimicus
 neq; circa hostiũ
 certamè infirmus
 sed in omnibus &
 probus, & felix,

Cognoscens, itaque Propheta regis iniustitiam, Ramatham
 ciuitatem reliquit, & deducens David ad quendam locum
 commorabatur illic cum eo.

b Misit er. & c. *Abys.* Rab. Saul quoque & nuntij eius Iudæos
 significant, qui dum aduersari Christo cupiunt, hēnt in ore
 sacramenta legis, & prophetarum ad Christi testimonium,
 & cum ecclesia quasi cum Prophetis de scripturis disputat,
 sicut illi cum Prophetis prophetabant.

c Prophetauit. Isti Prophete religiosi viri erant, dicti Nazare-
 ni, qui non bibebant vinum, & vacabant tempè canentes
 hymnos & Psalmos.

d Nudus. Et Iudæi fide atque sacerdotio & regna nudati, le-
 gem & Prophetas in ore habent.

e Num & Saul. Prouerbiū dicitur, quod in ore loquentiũ
 sæpe versatur. Mira enim res videbatur, hominẽ tã propheta-
 num

NICOLA VS DE LYRA.

1 Dimitte me. In hoc mentita fuit quia ad persuasionem eius Da-
 uid fugit, vt patet ex prædictis: tamen hoc dixit timore patris, istud ta-
 men mendacium fuit officiosum.

2 Nunciatum. Hic consequenter ponitur frustratio conatus Saulis
 persequentiis David per diuinas laudes. Saul autem misit nuncios ad in-
 terficiendum David postquam sic euaserat, & hoc ostenditur cum di-
 citur.

3 Misit ergo, occisores qui habent officium puniendi malefactores,
 & dicuntur a *lito tas*, quod idem est quod sacrificare, tamen in-
 terponitur, c *litera*. Sed frustrata fuit intentio Saul, per hoc quod sub-
 ditur.

4 Qui cum, id est societatem religiosorum Deum laudantium, prout
 supra dictum fuit. *10. c.*

5 Et Samuelem stantem. id est, presidentem eis.

6 Factus est etiam spiritus Domini. id est, deuotionis.

7 Et prophe. id est, Deum laudare, omittentes per sequi David. Si-
 mile habetur Ioann. 7. g. de ministris missis ad capiendum Iesum, qui
 cum audissent eum prædicantem, conuersi fuerunt per deuotionem ad
 ipsum,

num prophetare. Et nos cum inscios videmus docere, recte D
 dicimus, Num & Saul inter Prophetas?

* Procop. Quomodo illi prophetant, quomodo & Saul?
 Varia utiq; Domini sunt retia. Quosdam in. n. hoium opera, &
 ministerio capit, quosdam cæcitate venatur, id quod accidit

Com. in hum
 loc.

ægrotaret. Rursumque misit Saul nuntios, vt viderent David di-
 cens. Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur. Cumque venissent
 nuntij, inuentum est simulachrum super lectum, & pelles capra-
 rum ad caput eius Dixitque Saul ad Michol: Quare sic illusisti mi-
 hi, & dimisisti inimicum meũ vt fugeret? Et respondit Michol ad
 Saul, Quia ipse locutus est mihi: Dimitte me, alioquin interficiam
 te. David autem fugiens saluatus est. Et venit ad Samuel in Ra-
 matha, & nunciauit ei omnia quæ fecerat sibi Saul: Et abierunt ip-
 se & Samuel & morati sunt in Naioth. Nunciatum est autẽ Sauli a

a Locutus est in Ramatha vbi sedit David.
f Fulchritudo.

b Excelsum.

b dicentibus. Ecce David in Naioth in Ramatha. Misit ergo Saul li-
 ctos vt raperent David. Qui cum vidissent tuncum prophe-
 tarum vaticinantium, Et Samuelem t stantem super eos, factus
 est etiam spiritus domini in illis, & prophetare cœperunt etiam
 ipsi. Quod cum nunciatum esset sauli, misit & alios nuntios. Pro-
 phetauerunt autem & illi. Et rursum Saul misit tertios nuntios, qui
 & ipsi prophetauerunt. Abijt etiam ipse in Ramatha, & venit vs-
 que ad cisternam magnam quæ est in Socho, & interrogauit, & di-
 xit, In quo loco sunt Samuel & David? Dictumque est ei: Ecce in
 Naioth sunt in Ramatha: Et abijt in Naioth in Ramatha. Et fa-
 ctus est etiam super eum spiritus domini, & ambulabat ingrediens
 & prophetabat vsque dum veniret in Naioth in Ramatha. Et ex-
 poliauit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris

a Qui illo tempore prophetabant.

c corã samuele, & t cecinit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exi-
 uit prouerbiã, Num & Saul inter prophetas?

f Abscondito.

arripiebat. Ipse quoque Saul quasi iniunctum famulis opus
 executurus, iuncto arcu post eos exiens, cum inter Prophe-
 tas venerat, prophetabat. Diximus autem, cum de Balaam
 & alina eius dilerimus, quoniam Spiritus sancti verba,
 non, dicentium merito pensantur, sed ipsius voluntate
 vbicunque voluerit, proferuntur, sicut in Balaam, &
 Saul, & Caipha Pontifice. Quidam æstimant, quod Saul
 non diuino Spiritu, sed malo illo quo sæpe arripiebatur, per
 totum illum diem prophetaret, donec David imminentis
 mortis periculum Domini dispensatione euaderet.

Rabb. Magna quæstio hic oritur cum in præcedentib. le-
 gatur, & non vidit Samuel vsq; in diẽ mortis sue, quomo-
 do hic prophetasse corã Samuele dicat. Quod Hebræi duo-
 bus modis soluunt, quia. f. abscondit se Samuel ne videretur
 ab eo. Vel nõ vidit eũ. f. indutũ habitu regio, put indutus e-
 rat

saluaretur.

E

L. 2. de mirab.
 fac. scri. c. 10.
 t. 1. q. c. mul-
 ti. & c. prophe-
 tauit.

Questio.

ipsum, & reuersi sũt dicentes. Nunquam sic locutus est homo,
 excusantes se de eius captione. Et eodem modo dicendum de secun-
 dis nuncijs & tertijs a Saule missis, & etiam de ipso Saule, qui desi-
 derio occidendi David inuit in propria persona, ut dicitur in litera, &
 patet usque ibi.

8 Et ex. non quod remaneret nudus, sed quia deposuit insignia
 regalia quæ erant exterius, vt acciperet nōstes similes a religiosis lau-
 dantibus Deum. Sicut David rex vestitus Ephod lineo ante arcem præ-
 cedebat cantans in organis laudes diuinas, vt habetur. 3. Reg. 6. d. pro-
 pter quod despexit cum Michol dicens. Quam gloriosus fuit hodie rex
 Israel discooperiens se, quia insignia regalia deposuerat, ideo subditur,
 ibi. Et nudatus est, quasi si nudetur unus de scuris, & eodem modo
 dicitur hic de Saule.

9 Et cecinit, quia deposuerat insignia regalia, vt prædictum est.

10 Vnde, & c. id est, verbum commune.

11 Num, & c. Hoc exponitur aliter quam sup. 10. c. quia hic accipi-
 tur de eo in quo apparet aliqua deuotio ad horam ex insperato, sicut cũ
 aliquis vite dissoluta ostendit aliquod signum deuotionis, dicitur, modo
 Bernardus factus est monachus, Ita tũ dicebatur de talib. Num, & c.
 q. d. ista deuotio transitoria est & ad horam, non firma.

rat, quando dictura est, non vidit eum nisi in diem mortis sue: & sic non vidit eum seductum scilicet, regio habitu. Se vero ex-

* Idem. In Dauid cum facis fugiente a facie regis Saul, prefiguratus cum Apostolis Christus est, ut principem mundi lateret.

* Chrysos. Dauid dum eicitur, dum in exilium agitur, dum vsq; ad vitæ discrimē insidijs appetitur, hoste suo factus est il-

Rab. Item queritur quomodo qui missi erant ad hoīem tenendum, & ad Necem ducendum, prophetales spiritus, particeps esse meruerunt?

C A P. XX.



Vgit autem Dauid de Naioth quæ est in Ramatha, veniensq; locutus est coram Ionatha. Quid feci? quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia querit animam meam? Qui dixit ei. Absit, non morieris: neque enim faciet pater

lustrior, honorabiliorque, & non tantum, omnibus amabilior, sed ipsi etiã Deo. Quid enim detrimenti cepit tam multa per pressus a Saule? An, nõ in hodiernum vsque diem canitur, illustis in terra, illustis in celo? An non illum inenarrabilia manent bona, Nõne celorum regnum? Rursus, quid commodi cepit infelix ac miser Saul? Nonne regno excussus est? Nonne miseranda morte petijt vnacum filio? Nonne ab omnibus vituperatur, & quã his grauius est, æterna luge supplicia?

† De pæ. dist. 2. cap. fugerat autem, & c. si enim. † supra. 17 d. & infra. 26 c. Matth. 7. c.

† Cur autem absconderit mihi rem hac mihi non est cognitum. LXX. & cur abscondet pater meus a me rem hanc non est hoc.

B

meus quicquam grande vel prauum, nisi prius indicauerit mihi. Hunc ergo celauit a me pater meus sermonem tantummodo? Nequaquam enim erit illud. Et iurauit rursus Dauid. Et ille ait. Scit profecto pater tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Ionathas, ne forte tristetur. Quinimo viuunt dominus & viuunt anima tua, quia vno tantum (vt ita dicam) gradu ego morsque diuidimur. Et ait Ionathas ad Dauid: Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Dixit autem Dauid ad Ionathan. Ecce calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum. Dimitte ergo me, vt abs-

C A P. XX.

Fugit au. * Athanasius. Si Arriani vituperant eos qui sese dum ad necem queruntur, occultant, & calūniantur eos qui vitat persecutores, quid queso, faciet, quom viderint Iacob a fratre suo Esau fugientem? Mosemq; ad Madianitas metu Pharaonis secedere? Aut qui d' isti rudentur Dauidi, e suis adibus ob percussores summissos fugientem?

tua, quia tanquam passus vnus est inter me & inter mortem.

* Eucherius, iuit Ionathas ad Dauid quem in persecutionibus patris sui non iustis, dolebat fatigari. Sicut animam in suam ita diligebat eum, vt ille nimirum qui tã perfectio iuxta legem Dei, amore complectebatur Dauid, a perditione inimicorū eius videretur immunis. Qui & si sit ita morte preceptus vt regnum cum eo vt sperabat, habere nequiuisset communc, absque vlla tã contradictione, regni celestis consortium cum eo, quẽ pro gloria virtutum tantopere dilexit, cū esset & ipse vir virtutum, accepit.

* Chryl. Habitabat in tabernaculo Dñi, qui iurauit proximo suo, & non sefellit, vt Abraham Abimelech, & Dauid Ionathan, & c. Dauid, ait. Iurauit & statui custodire iudicia iusti tæ tuæ Iurauit proximo meo Ionathæ, non delere semen eius cum ipso, & id seruaui.

C

Ambrosius. fugit sanctus Dauid odia Saulis regis, non relinquens terras, sed declinans cõtagia regis inimici & superbi, quia mens eius adhærebat Deo, cui sine charitate nullus adulter adhære potest.

* Idem.

Et re.

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XX.

Vgit au. Hic consequenter describitur quomodo Saul ex odio Dauid filium proprium inuasit. Circa quod sciendum, quod post qua Saul receperat Dauid in gratiã ad preces Ionathæ, vt dictum est cap. 19. Ionathas a patre recessit pro aliquibus negotiis, & sic ignorabat quomodo pater suus postea Dauid inuasit, & mortem eius qua sserat: propter quod Dauid venit ad Ionathã vt istam denuntians ei, vt adhuc tentaret, si Saul simpliciter dissinierat cum occidere, quia grane erat ei a Ionathã, discedere & grauius mortem incurrere. Igitur in hoc cap. sic proceditur, quia primo ponitur ipsius Dauid petitio, secundo ipsius Ionathæ concessio ibi: Et ait Ionathas, tertio concessiois executio ibi. Et venerunt calendæ. quarto Saulis indignatio, ibi: Iratus autem Saul, quia o Dauid & Ionathæ lachrymabilis separatio, ibi: Cumque illuxisset. Circa primum præmittitur querimonia Dauid de Saule ipsum iniuste persequente, vt ex responsione Ionathæ formet postea suam petitionem.

recessum suum ab eo, vt dictum est, propter quod Dauid postea dixit.

3 Quinim. Modus est iurandi ac si dicatur: per Deum viuentem.

4 Quia vno. id est, modicum de seuit, quod pater tuus me non interfecit, primo lanceam proycendo. secundo per nuntios & per seipsum me ad mortem querendo, vt patet ex dictis cap. 19. Quo audito dixit Ionathas.

5 Quodcumque. Ad salutem tui & conseruationem. ex quo Dauid consequenter format suam petitionem dicens.

6 Ecce. id est, festum Neomeniæ. quod fiebat apud Hebræos in memoriam beneficii diuini in rerum conseruatione sicut & sabbatum celebratur pro beneficio creationis. Transmutatio autem in istis corporibus sensibilibus multum sequitur motum lunæ, & ideo in nouilunio fiebat festum prædictum.

7 Et ego. Quia illa die ratione sollemnitate notabiles personæ comdebant cum rege, inter quas Dauid sedebat primus, eo quod erat gener eius.

8 Dimitte ergo. vt possis certitudinaliter experiri vel explorare intentionem sualem patris tui de me, per modum qui sequitur:

2 Non mo. Hoc dixit Ionathas ignorans quid fecisset pater suus post recess-

* Si respici-

M O R A L I T E R.

Fugit au. Per hoc quod Dauid in persecutione positus fugit ad Ionathan amicum suum fidum, ostendens ei anxietatem animi suam docemur in angustia positi recurrere ad eum, de cuius amicitia & fidelitate nobis cõstat, & eidem aperire: quia per hoc alleuatur, sicut postrema plus astringit quando clausum remanet, quã post apertionem, per quam sanies defluit & euacuatur. Per hoc autem quod Ionathas dedit ei consilium & auxilium offensa patris sui non obstante, docemur dare consilium & auxilium

xilium innocenti non obstante offensa cuiuscumque personæ. Alter autem potest dici, quod per Ionathan qui columbæ donum interpretat, spiritus sanctus qui in columbæ specie apparuit in baptismo Christi significatur, ad cuius auxiliu & consiliu debemus recurrere in angustijs, & ipse paratus est iuuare, quia propriu est diuinitatis succurrere in talibus desperatis in quo Dauid erat secundu viã humanã. Per hoc etiã quod Ionathas confortauit Dauid prædicens ei quod esset persecutio nem Saulis euasurus, & regnum Israel adepturus, dicens:

Dimittam

a Et requisivit. Prolepsis est, id est, anticipatio, hoc enim multo post factum est, interfecto Saule, regnum ad domum David translatum est: & qui innocentem persecuti sunt diuini tuis multati sunt. Tunc requisivit dominus de manu inimi-

corum quare, scilicet, virum sanctum affligerunt. Tunc cogebantur rationem reddere, quia oderant eum tanto tempore. Quod de Absalon, & de Siba filio Bochri, de Saul, & de ceteris hostibus David potest intelligi. *Vel requisivit do. Da. quod non & ipsi cum eo fœdus pacis iniire voluerunt, cum quo dominum esse viderunt. Hæc autem scriptura idè præoccupauit, vt quod dixerat, quando eradicauerit dominus inimicos David, verum esse comprobaret: quia, scilicet, inimici David eradicati sunt de terra, non ipso David se vlcifcente, sed domino pro illo vindicante.*

b Et addi. Rabbanus. Vt a perditione inimicorum David ostendebat.

stenderetur immunis, quia diligebat eum secundum legem Dei. Qui etsi morte præuentus regnum terrenum cum eo sicut sperabat habere non potuit, absque vlla dubitatione regni cælestis confortium cum eo quem pro virtutibus diligebat cum esset & ipse virtutum accepit.

a Tribus enim diebus festiuitatem Neomeniz agebant.

condar in agro vsque ad vesperam diei tertiæ Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei: Rogauit me David, vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatem suam, quia victimæ solennes ibi sunt vniuersis contribulibus suis. Si dixerit, benè: pax seruo tuo. Si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius. Fac ergo misericordiam in seruum tuum, quia fœdus domini me famulum tuum tecum iniire fecisti. Si autem est aliqua iniquitas in me tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. Et ait Ionathas: Absit hoc a te. Neque enim fieri potest, vt si certè cognouero completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi. Responditque David ad Ionathan: Quis renuntiabit mihi, si quid fortè responderit tibi pater tuus du-

a De vrbè in agrum egressi sunt, vt secutius fœdus domini iniirent, id est, iuramentum.

rè? Et ait Ionathas ad David: Veni, & egrediamur foras in agrum. Cumque exissent ambo in agrum, ait Ionathas ad David, domine Deus Israel si inuestigauero sententiam patris mei craftino vel perendie, & aliquid boni fuerit super David, & non statim misero ad te, & notum tibi fecero; Hæc faciat dominus Ionathan, & hæc taugeat. Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, & dimittam te, vt vadas in pace, & sit dominus tecum sicut fuit cum patre meo. Et si vixero, facias mihi misericordiam domini. Si verò mortuus fuero, non auferas misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternum. Aut si non fecero, quando eradicauerit dominus inimicos David, vnumquemque de terra, auferat David Ionatham de domo sua, & requirat dominus de manu inimicorum David.

a Sublimet regnum tuum. **¶** Prius.

† Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo David. Et requisivit dominus de manu inimicorum David. Et addidit Ionathas de iurare da-

a Id est, valde iurare.

b nus de manu inimicorum David. Et addidit Ionathas de iurare da-

¶ Iosephus. Ionathas egressus sub diuo nihil se prætermittiturum pro David salute iurauit, dicens: Hunc Deum quem magnum esse vides, & vbiq; præsentem, & antequam mentem meam sermonibus prodam, iam præscientem eam, cum in communi pacto testem promissionis adduco, quoniam non cessabo frequenter tentans patris animi cognoscere, donec mihi eius animi secreta pandantur. Quæ cum didicero, non cessabo, sed protinus tibi nunciabo, siue mitis circa te, siue sit valde crudelis.

Li. 6. antiq. cap. 12.

† sacrificium annuū est ibi toti familæ.

-Neque enim fieri potest.

† aperuerit autem rem tuam, Hebraeus & in fia.

† placuerit patri meo, ut ad ducat malū.

† Et auferat David Ionatham de domo: & requirat. Lxx. auferetur Ionathas à domo David, & requirat.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Si respiciens. *Vtrum autem sic fecerit David, vt hic dicitur, non habetur ex textu, nec etiam contrarium. David autem tunc loquebatur Ionathæ die immediatè præcedente Calendas, vt patet in textu, & abscondendus erat in agro die tertia post, ita quod duæ dies integræ & plus erant intermediæ, vt patet ex sequentibus. Sortes autem Iudæ & Beniamin erant coniunctæ, ita quod citò poterat aliquis ire de vna ad aliã & redire: propter quod David tpe intermedio potuit ire in Bethlehem. & redire die determinata ad locum condictum inter ipsum & Ionathan. Si aut non fecit sic, fuit mendacium officiosum, de quo non est necessarium excusare David & Ionatham, quia Apostoli, qui fuerunt multo perfectiores non excusantur omnino a peccato veniali. Ioan. d. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c.*

2 Si dixerit, id est, signum est quod non querit me occidere, cetera patent.

3 Et ait. Hic ponitur ipsius Ionathæ concessio secundum formam petitionis David propter quod respondit David.

4 Quis renuntiabit. Hoc dixit, quia sibi difficile videbatur, quod si lius regis veniret ad ipsum in agro, quin alii comitarentur ipsum, quod posset cedere in periculum ipsius David ad faciendum voluntatè regis. Et similiter periculosum sibi videbatur, quod Ionathas renuntiaret David per alium, eò quod David habebat omnes suspectos ne accusarent eum erga Saul, præter Ionathan, propter quod Ionathas ei dixit.

5 Veni & egrediamur. Vt ostenderet ei locum vbi sibi renuntiaret intentionem patris sui per seipsum modo inferius scripto. Interponitur tamen renouatio fœderis inter Ionathan & David, cum dicitur.

6 Et si vixero. Quia Ionathas pro certo tenebat David regnaturum post Saul patrem suum, sicut & factum est.

7 Aut si non. Hoc non est in Hebræo, nec est de textu, sed immediate sequitur.

8 Quando eradicauerit. Sciebat enim patrem suum cum domo sua puniendum propter persecutionem David iniustam.

9 Et requirat, &c. hoc similiter non est de textu, sed immediatè sequitur: Pepigit ergo, &c. & sequitur.

10 Et requisivit dominus de. Quod exponunt expositores nostri de vindicta diuina contra Saul & alios inimicos David. Hebræi verò retorquent ad sensum oppositum, dicentes, quod inimici David hic ponuntur pro ipso David, & est sensus: Requirit dominus de manu David, quia David fœdus istud iniit cum Ionathas fregit, quado me dicebam hereditatis Miphiboseth filii Ionathæ dedit Siba seruo eius, vt habetur infra 2. lib. 19. c. vt plenius videbitur, quando erimus ibi domino concedente. Vnde dicit hic Rab. Sa. quod quado David dixit ipsi Miphiboseth, tu & Siba diuidite possessiones, venit vox a Deo di. Roboam & Iereboam diuidenti regnum, eò quod David fregerat istud pactum quod erat inter David & Ionathan ac posteros eorum. Quod autem ponitur hic.

11 De manu, &c. loco huius, De manu David: dicunt, quod hoc factum est ad reuerentiam ipsius David, sicut mater maledicens puero suo ex amicitia ad ipsum statim subdit: Huic lapidi dico, vel parieti, vel aliquid huiusmodi: & eodem modo Job 2. cap. dicitur: Benedic Deo & morere: propter reuerentiam diuinam ibi ponitur benedic pro maledic secundum omnes expositores, & tali modo loquendi vsus est David, infra 25. iurans destruere domum Nabal di. hoc faciat Deus inimicis David, &c. id est, mihi, ut dicitur ibidem. Aliter secundum sensum istum potest exponi: De manu, id est, per manus inimicorum David, quia Iereboam, & alii, qui insurrexerunt contra Salomonem ad diuidendum regnum dicuntur inimici David, in quantum fuerunt inimici posteritatis suæ.

12 Et addidit, i. valde iurare: ita quod non accipitur hic pro periuurio, sed pro assertionem iuramenti. Cetera patent vsque ibi.

8 Quando

* 1 Et

MORALITER.

¶ 6 Dimittam te, vt vadas. Et sequitur postea.
¶ 7 Quando eradicauerit. significatur quod spiritus sanctus innocentes

centes positos in aduersitatibus consolatur, & eis adeptioem regni cælestis pollicetur, Matt. 5 a. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

A & qui nunc tecū est, nec te derelinquit: facietque te inimicorum tuorum, siue pater meus est, siue ego, esse meliorem. David itaque hanc fidem accipiens a Ionatha, ad locum proximum est profectus.

B dixit, & socium David, & cooperatorem eius: & nec ipsum erubescere, nec eius matrem, talia facientes: nec volentes intelligere, donec David viveret, regnum eorum esse incantum. Dixitque; ut eum vocaret, quatenus pœnas exolveret. Respondente Ionatha, non ad verba iam Saul accessit: sed arrepta lancea super eum, ut respondentem interficeret insuluit, & hoc quidem

C † de te fiet mēto, deficiet. † & tertio die descendes festinus.

† inuenias.

† citra.

a * Fili mulieris vltro virum rapiētis, &c. Iosephus. Non retinuit iram Saul sed blasphemauit filium, natumque de muliere vltro virū appetente, & hostem proprium, dixit, & socium David, & cooperatorem eius: & nec ipsum erubescere, nec eius matrem, talia facientes: nec volentes intelligere, donec David viveret, regnum eorum esse incantum. Dixitque; ut eum vocaret, quatenus pœnas exolveret. Respondente Ionatha, non ad verba iam Saul accessit: sed arrepta lancea super eum, ut respondentem interficeret insuluit, & hoc quidem

* obsecro.

† peruersæ sub. matris, rebellionis, i. filii matris peruersæ & rebellis. Alij filii nequam & peruersæ.

uid, eò quod diligeret eum: Sicut enim animam suam, ita diligebat eum. Dixitque ad eum Ionathas: Cras calendæ sunt, & † requireris. Requiretur enim sessio tua † vsque perendie. Descendes ergo festinus, & venies in locum vbi celandus es, in die quando operari licet, & sedebis iuxta lapidem cui nomen est Ezel. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciam quasi exercens me ad signum. Mittam quoque & puerum, dicens ei: Vade & † affer mihi sagittas. si dixerō puero ecce sagittæ † intra te sunt, tolle eas, tu veni ad me: quia pax tibi est, & nihil est mali; viuit dominus. Si autem sic locutus fuero puero: Ecce sagittæ vltra te sunt, vade in pace, quia dimisit te dominus. De verbo autem quod locuti fuimus ego & tu, sit dominus inter me & te vsque in sempiternum. Absconditus est ergo David in agro, & venerunt calendæ, & sedit rex ad comedendum panem. Cumque sedit rex super cathedram suam secundum consuetudinem, quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul: vacuusque apparuit locus David, & non est locutus Saul quicquam in die illa. Cogitabat enim quod fortè euenisset ei, ut non esset mundus, nec purificatus. Cumque illuxisset dies secunda post calendas, rursus apparuit vacuus locus David. Dixitque Saul ad Ionathan filium suum: Cur non venit filius Isai nec heri nec hodie ad vescendum? Et respondit Ionathas Sauli: Rogauit me obnixè, ut iret in Bethlehem, & ait; Dimitte me*, quoniam sacrificium † solenne est in ciuitate mea. Vnus de fratribus meis † accersuit me. Nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis. Iratus autem Saul aduersum Ionathan, dixit ei; Fili † mulieris vltro virum rapiētis, nunc quid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? Omnibus enim diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis est. Respondens autem Ionathas Sauli patri suo ait; Quare morietur? quid fecit? Et arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum.

dem non impleuit prohibe^o ab amicis.

* R. David Kimhi. Saul dixit: filius es mulieris reprobate ob rebellionē: hoc est, imitatis matrem tuam, quæ ob id quod mihi rebellis fuit, reproba & peruersa merito est iudicanda.

b * Filium Isai in confusionē, &c. Chryso. Iustum ob vehemens odium non sustinuit proprio vocare noīe: sed filium Isai. Sic autē appellauit eum, partim odio proprio noīis, partim genitoris humilitatē notans, sperans fore, ut hoc pacto iustificata contaminaretur: haud intelligēs hoīem nobilem illustremque reddi solere non progenitorū claritate, sed animi virtute.

c Nunquid. quasi dicat, amas intricū meum aduersans mihi, in quo ostēdis adulterino te conceptum concubitu. Nam legitime nati atētiū amant patres.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et venies in, &c. quia dies calendarum & crastina erant festiue, & sic apparet quod supra dictum est, scilicet, quod abscondio David fuit statuta die tertia a calendis.
- 2 Et sedebis, &c. id est ambulationis secundum Hebræ. quia ille lapis erat signum directiuum ambulantium per viam.
- 3 Et ego tres, &c. hoc autem signum dedit Ionathas David, quia nesciebat si posset venire solus ad loquendum cum David, vel si veniret secretè, fortè poterant aliqui superuenire, ita quod non esset tutum ipsi David apparere, ne referretur Sauli, & caperetur.
- 4 De verbo autem, &c. id est, de fœdere inter nos & posteritates nostras.
- 5 Sit dominus, &c. scilicet, testis & requisitor, quia nullus alius ad hoc fuerat vocatus, ad periculum David euitandum.
- 6 Absconditus est, &c. scilicet, tempore constituto die tertio calendarum, quia dubium erat si rex David requireret die calendarum, vel expectaret vsque in crastinum, sicut & fecit.
- 7 Et venerunt, &c. Hic consequenter describitur prædictæ concessionis executio, quia Ionathas explorauit intentionem patris de David per modum inter eos conditum, & patet litera ex prædictis, paucis exceptis.
- 8 Surrexit. quando enim erat ibi David sedebat iuxta regem, & postea Ionathas, & post ipsum Abner; & ideo absente David nullus erat inter

inter Saul & Ionathan. Et quia non est consuetum, quod filius regis se deat post patrem, ita quod nullus sit intermedius, ideo surrexit Ionathas & sedit post Abner.

- 9 Et non est, &c. scilicet, de ipso David, cuius ratio subditur.
- 10 Cogitabat enim, &c. non est. ex concubitu cum uxore vel ex tactu rei immundæ, quia de sacrificio Neomeniæ non debebant immundi comedere donec essent purificati, quæ quidem purificatio in aliquibus fiebat per transitum temporis, & in aliquibus per aquâ expiationis, sicut dictum fuit Num. 19.
- 11 Cur non venit, &c. ex contemptu & odio nolebat cum nominare nomine proprio. Cetera patent.
- 12 Iratus autem Saul. Hic consequenter describitur ipsius Saulis indignatio, dicentis Ionathæ.
- 13 Fili mulieris vltro. id est, concubitu viri importunè petentis.
- 14 Diligis filium Isai in confusionem. quia per hoc tu ostendis quod non sis filius meus, qui ipsum odio: & per consequens quod tu sis de adulterio, quod cedit in confusionem tuam & matris tuæ.
- 15 Omnibus enim diebus quibus filius, &c. Ex quo patet perfectio Ionathæ, qui propter hoc non retraheretur a David charitate.
- 16 Itaque iam. sine aliqua retardatione.
- 17 Et adduc eum. ut in præsentia mea occidatur, & sim certus de eius morte.
- 18 Quia filius mortis est. id est, dignus morte, sicut peccatores dicuntur filii gehennæ Matth. 23. Cetera patent.

1 Cumque

A *a* *Affer mihi sagittas, &c.* * Theodoretus. Quamobrem Ionathas volens significare Dauidi insidias patris, id significauit per tela aut iacula; Non nulli dicunt, propter famulum, qui simul erat cum eis, ne cognosceret, quæ significabantur. Deinde ne esset perspicuum indicare amico animum patris cædis spiratorem, sagittandi simulat exercitationem. Et verbis quidem suis ad famulum ænigmaticè Dauidi significabat fugam.

B *Quid est, quod Ionathas volens seruare Dauid, cum ille lateret in agro iuxta lapidem, ad signum duas sagittas iecit: quas puer paruulus ignorans, quid faceret, collegit, & in ciuitatem retulit? Nisi quod pater filium vnigenitum ad salutem humani generis mittendum in litera legis Iudæis ne scientibus habuit absconditum. Dauid ergo absconditus est in agro, & Christus in mundo. In mundo erat & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Iuxta lapidem sedebat, quia in tabulis legis scriptis erat. vnde: Dominus Deus tuus vnus est, Et: Non assu. nomen Dei tui in vanum. Saul inter epulas eum mortis filium esse iudicabat, & Iudaica perfidia inter paschales epulas de nece domini tractabat. Cum ergo illuxisset mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitum Dauid & puer paruulus cum eo; iecit vnã sagittam, iecit & alteram, & Deus pater illucescente ma-*

et intellexit Ionathas, quod diffinitum esset à patre suo, vt interficeret Dauid. Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die calendarum secunda panem. Contristatus est enim super Dauid, eò quod [†] con-

[†] Improperans quod filius esset adulteræ. Cumque illuxisset mane; venit Ionathas in agrum [†] iuxta placitum Dauid & puer paruulus cum eo. Et ait ad ³ puerum suum: Vade & [†] affer mihi sagittas, quas ego iacio. Cumque puer cucurrisset, iecit [†] aliam sagittam trans puerum. Venit itaque puer ad locum iaculi, quod miserat Ionathas. Et clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta, porrò vltra te. Clamauitque iterum Ionathas post [†] tergum pueri, dicens: Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suum, & quid ageretur * penitus ignorabat. Tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant. Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei: Vade & defer in ciuitatem. Cumque abiisset puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad Austrum, & cadens pronus in ⁶ terram adorauit tertio. Et osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter, Dauid autem amplius. ⁸ Dixit ergo Ionathas ad Dauid; Vade in pace.

^a [†] Subaudi, firma sint: nimius dolor deficit in loquendo. Quæcunque iurauimus ambo in nomine domini dicentes; dominus sit inter me & te, & inter semen tuum & semen meum vsque in sempiternum. Et surrexit Dauid & abiit, sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

re mane fidei prius testimonium legis de Christo protulit, deinde prophetas misit. Collegit puer Ionathæ sagittas; & ad dominum ignorans quid ageretur retulit. Sic Iudaicus populus libros legis & prophetarum portans quasi diuinitus scriptos honorabat, sed quem Moses & prophete prædixerant ignorabat.

b * *Et osculantes se alterutrum, &c.* Chrysostomus. Est via interitus, quæ ex ore proficiscitur, quando sunt turpia & imunda oscula: quando ficta ac fraudulenta. Tale erat Iudæ osculum, dolo plenum. Sed non tale Pauli osculum, quo iussit inuicem se osculari, in osculo sancto. Quem admodum nec Dauid quod Ionathæ præbet osculum, sed sanctum, & honestum, & sincera dilectione plenum: cuiusmodi etiam fuit eorum, qui in Pauli collum ceciderunt, & cum amplexu osculabantur.

* *Iosephus. Dauid cecidit ad pedes Ionathæ, eumque adorans, Seluatorem animæ suæ vocabat. Quem Ionathas eleuauit a terra, & alterutros se amplexantes validè, semetipsos osculabantur, & flebant iram suam invidiæ malignitate consumptam: & futuram separationem, quæ nihil differt è morte. Vix enim quiescentes a gemitu, & memoriam iuramentum apud alterutros constare potentes, diuisi sunt.*

SCAP.

NICOLAUS DE LYRA.

quisiuit. Ioseph. Ionathas osculari Dauidem securum esse iussit, & spem bonam habere futurorum nec presentibus rebus eum debere deficere, quoniam regnaturus foret, & habiturus sub se Hebræorum omnium potestatem: & quoniam gratiora essent quæcunque magnis laboribus euenirent, &c. Ziphæi autem iniusta & malignissima voluntate sua tandem frustrati sunt: qui cum nihil mali sustinere potuissent, si Dauidem non indicassent Sauli: propter blandimenta regia, virum

religiosum, & ad mortem iniuste questum, & qui latere poterat, prodiderunt, & se eum tradere promiserunt.

ambrosius. Et amicitia probabilis quæ honestatem tuetur, præferenda sanè opibus honoribus. præteritus honestati verò præferri non solet sed honestatem sequi. Qualis fuit Ionathæ, qui pietate non offensam patris, nec salutis periculum refugiebat.

ascendit

religiosum, & ad mortem iniuste questum, & qui latere poterat, prodiderunt, & se eum tradere promiserunt.

ambrosius. Et amicitia probabilis quæ honestatem tuetur, præferenda sanè opibus honoribus. præteritus honestati verò præferri non solet sed honestatem sequi. Qualis fuit Ionathæ, qui pietate non offensam patris, nec salutis periculum refugiebat.

ascendit

religiosum, & ad mortem iniuste questum, & qui latere poterat, prodiderunt, & se eum tradere promiserunt.

ambrosius. Et amicitia probabilis quæ honestatem tuetur, præferenda sanè opibus honoribus. præteritus honestati verò præferri non solet sed honestatem sequi. Qualis fuit Ionathæ, qui pietate non offensam patris, nec salutis periculum refugiebat.

ascendit

religiosum, & ad mortem iniuste questum, & qui latere poterat, prodiderunt, & se eum tradere promiserunt.

ascendit

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et dixit. Scilicet si manseris in ciuitate, & Saul illuc venerit: ita quod conditionalis est vera, quamuis neutrum euenierit. sicut ista est vera: si homo volat habet alas, quamuis vtraque pars conditionalis sit falsa. Sequitur.

2 Quomobrem dissimulauit. post David pro tunc.

3 Quærebat. Non quod semper ipsum actu quæreretur, sed quia semper habebat voluntatem quæredi, si facultas capiendi se offerret, vel quia semper actu ipsum quærebat, non per se, sed per exploratores.

4 Et vidit. Hic consequenter ponitur persecutio David in deserto. quando enim Saul vidit se esse frustratum ab intentione sua de obsidione David in loco clauso muris, persecutus fuit eum in nemoribus & syluis. In qua persecutione sic proceditur: quia primò David a Ionatha confortatur. Secundo a suis contribulibus aceratur, ibi: Ascenderunt autem Ziphæi. Tertiò Saul in latibulis eum persequitur, ibi: At illi surgentes. Circa primum dicitur: Et vidit. ad quærendum David per nemora & desertum, & ideo versabatur David in tutioribus locis.

Et hoc

Et hoc est quod dicitur.

5 David erat. Qui est locus nemorosus & opacus.

6 Et surrexit Ionathas. de societate patris ipso ignorante.

7 Et abiit. Sciebat enim ubi esset, quia frequenter mittebant nuntios ad inuicem, occultè tamen. Cetera patent vsque ibi.

8 Percussit. Tribus enim vicibus inijt Ionathas scelus cum David. Primò in domo. Secundo in agro, vt patet ex supradictis 18. cap. et 20. Tertiò in deserto, vt hic patet. In signum quod fidelis anima, quæ significatur per Ionathan debet inire scelus cum Deo, qui per David intelligitur. Primò in domo cordis. secundo in agro operis. tertio in deserto contemplationis.

9 Ascenderunt. Hic ponitur accusatio David per contribules suos. Ziphæi enim descendunt a Ziph, qui fuit de genere Caleb, vt habetur 1. Paralip. 2. cap. & 4. Caleb autem fuit de tribu Iuda sicut & David. Ex quo patet quod Ziphæi fuerunt de eadem tribu cum David. Ex quo patet malitia eorum, qui contribulem suum innocentem accusauerunt, & cum hoc ad tradendum eum proditoriè se obtulerunt. Et patet litera vsque ibi.

* Considera

MORALITER.

1 Et dixit dominus. Et per hoc significantur mali subiecti, qui bonos prelatos suos nequiter accusant, & tradunt in manus tyrannorum.

9 Ascenderunt autem. Qui interpretantur germinantes vel florentes, & significant Phariseos qui ex radice superbiæ germinauerunt in odium Christi, per David significati; sicut dictum est supra in pluribus locis, & odio persecuti sunt eum

cum vsque ad mortem, eò quod arguebat vitia eorum. Et de hoc potest accipi, quod dicitur Ezech. 7. c. Floruit virga, germinauit superbia, iniquitas surrexit in virgam impietatis. Magna enim imò maxima impietas fuit vsque ad mortem prosequi innocentem, & mundi saluatorem. Per hoc igitur quod Ziphæi insidiatum sunt David, vt in manus Saul traderetur, significata fuit insidiatio Phariseorum contra Christum, vt traderetur in manus Herodis: Marc. 3. a, Exeuntes autem Pharisei cum Herodianis eum filium faciebant quomodo eum perderent. sed sicut David tunc

agite, & considerate locum vbi sit pes eius: vel quis viderit eum ibi, vbi dixistis. † Recogitat enim de me, quod callidè insidiet ei. Considerate & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur: & reuertimini ad me † ad rem certam, vt vadam vobiscum. Quod si etiam in † terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis milibus Iuda. At illi surgentes, abierunt in Ziph ante Saul. Dauid autem & viri eius erant in deserto Maon in campestribus ad dexteram Iesimon. Iuit ergo Saul & socij eius ad querendum eum. Et nunciatum est Dauid. Statimque descendit ad petram, & versabatur in deser-

to Maon. Quod cum audisset Saul, persecutus est Dauid in deserto Maon. Et ibat Saul & viri eius ad latus montis ex parte vna. Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera. Porro Dauid † desperabat se posse euadere a facie Saul. Itaque Saul & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid & viros eius, vt caperent eos. Et nuntius venit ad Saul, dicens: Festina & veni: quoniã † infuderunt se philisthiim super terram. Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum philisthinorum. propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Considerate. quia ad euitandum insidias meas mutat loca, & sic non possum eum inuenire.

2 Et reuertimini. i. denuntiando mihi certa loca in quibus inueniatur, ne exercitus meus incertitudinaliter vagando ab eius captione fraudetur.

3 Quod si etiam. in caernis.

4 Perscrutabor. Hoc dixit Saul, vt Ziphei essent magis animati ad faciendum voluntatem ipsius Saulis: quasi homines militares illius tribus essent contra Dauid in facto isto, sicut & ipsi. Et forsitan ita erant, & sicut Ziphei erant homines rurales timore velsaure regis erant contrarij Dauid, sic & homines bellatores saltem pro magna parte.

5 At illi surgentes. Hic consequenter describitur perscrutatio ipsius Dauid a Saule per indicium Zipheorum. & hoc est quod dicitur.

6 Abierunt. Vt explorarent loca in quibus Dauid latitabat.

7 Dauid autem. Dicit Ra. Sal. q. Maon est nomen ciuitatis, cui adiacet desertum ab ea sic nominatum.

8 Iuit.

MORALITER.

* tunc euasit eorum insidias, sicut dicitur.

Statimq;

ADDITIO I.

In c. 23. vbi dicitur in postill. Et dixit dominus tradet. i. si māseris in ciuitate & Saul illuc venerit ita q. condōnalis est vera.

Licet conditionalis possit esse vera, quamuis vtraq; eius pars sit falsa, nunquam tñ condōnalis est vera, qñ oppositū consequentis est compossibile antecedenti. vnde ista condōnalis, si homo currit baculus est in angulo est falsa: licet vtraque eius pars esset vera. Et ideo in proposito nō saluatur veritas diuinæ responsionis per hoc q. condōnallyter, vt in postill. dī. s. si manseris in ciuitate & Saul illuc venerit, tradent. Nam pro tunc. s. tpe responsionis possibile erat q. non traderetur Dauid ab illis de Ceila, licet illic remansisset, & Saul illuc venisset, cum quælibet istarum propositionum erat mere contingens & cōpossibilis alteri, vt de se patet. Nec valet dicere, q. apud Deum cuius scientia est ineffabilis, prædictę propositiones erant necessarię. Nam diuina præscientia licet sit certissima, non tñ tollit contingentiam a rebus, prout communiter tenetur à doctōrib. Vnde ad saluandum veritatem diuinę rñsionis aliter vñ dicendum, s. q. Dauid quærebat à dño, apud quem oīa sunt nuda & aperta, vtrum Saul habebat in corde descendere ad Ceilam vt ipsum apprehēderet. Sīr querebat Dauid a Deo vtrum viri Ceilæ habebāt in corde, vt traderent Dauid, & viros eius in manu Saul pp liberationem suam. Et ad vtrumq; Deus respondit affirmatiuē. quæ quidem responsiones fuerunt veræ, etiam si Saul descendit, nec Dauid fuit traditus, quia in mente eorum erat sic facere occurrente opportunitate, prout Deo qui nouit corda hominum, erat notum, &c.

ADDITIO II.

In eod. ca. 2; vbi dicitur in postill. Porro Dauid desperabat se posse euadere.

Translatio nra in hoc loco multum deuiat a veritate Hebraica. Nam ibi in hoc loco sic dī: Porro Dauid festinabat ad cūdum a facie Saul. vt patet bene intelligenti illam linguā & sic ibi non fit mētio de desperatione. Nam posito q. Dauid certitudinaliter credebat seipsum fore regem post Saulē, putauerat sibi diuinitus reuelatū, ex hoc nō tollitur quin faceret quātū in ipso erat ad saluandum vitā suam, & suorum, &c.

REPLI-

8 Iuit. post renuntiationem Zipheorum, vt dictum est.

9 Et nunciatum est Dauid. per exploratores suos.

10 Statimque. Dicunt aliqui quod est nomen castri, vbi Dauid reposuit ea quæ habebat, vt esset expeditior. Alii autē dicunt, quod erat cauerna in rupibus magna & occulta in qua Dauid reposuit prædicta, noluit tamen ibi remanere, ne fortè per Saul ibi includeretur. Sequitur.

11 Porro Dauid. Sed videtur q. in hoc dubius fuerit in fide, quia per reuelationem diuinam certitudinaliter habuerat ipsum fore regem pro Saul. Dicendum, q. non desperabat euasione pro sua persona, quia certus erat de impleione diuini promissi, sed desperabat se posse euadere absque bello cum Saule. Quod quidem bellum horrebat, quia timebat de morte virorū suorum & aliquorum, qui erant cum Saule cum sequentium in hoc magis inuoluntariè, quam voluntariè.

12 Et nuntius. Hoc factum est ex condescensione diuina, vt Saul impeditur a captione Dauid.

13 Propter. Quia ibi fuit diuisus exercitus Saulis a persecutione Dauid.

NICO-

† Statimq; descendit. Ita Iesus tunc cum discipulis suis secessit ad mare: vt dicitur Mar. 3.

REPLICA. In c. 23. postill. vult verificari diuinam responsionem, cum dicitur: Si manseris tradent. dicit illam rñsionem esse veram conditionaliter. i. ex suppositione si Saul descenderet, & Dauid maneret. Burg. nescio quod confusum murmurans mensurare vñ veritatem, falsitatem, aut possibilitatē partium: volens illam condōnalem non esse veram, si manseris tradent. eò q. vtraq; pars erat mere contingens, & sic alteri compossibilis. Sed istud non est dictū. Nam scdm Logicos veritas condōnalis, vel falsitas, nō est ex veritate, aut falsitate partium, sicut nec ptingentiã: quia etsi partes condōnalis sint contingentes, stat bene condōnalem esse necessariã, imò stat partes esse impossibiles: dūmodo non sint incōpossibiles, & tñ condōnalem esse veram. imò necessariam. Exemplum primi: si Sortes currit, Sortes mouetur. Exemplum secundi: si homo est atinus, homo est rudibilis. Oīs igitur condōnalis falsa est impossibilis: oīs vera est necessaria: quia nulla est vera, nisi æquipolleat pñæ bonæ & formali, in qua oppositū pñtis non potest stare cum antecedente. Nunc autē pp veritatem saluandam diuinæ rñsionis qua dī: Si manseris tradent: hæc condōnalis est necessaria: quāuis vtraq; pars eius sit mere contingens. sicut illa de virtute sermonis si Sortes currit, Sortes mouetur; ita & ista de qua sermo: et nō sit vera de virtute sermonis, est tñ necessaria virtute snæ Dei, non obstante contingentiã antecedenti & pñtis. sicut: si Sortes est prædestinatus saluabitur, est necessaria: quamuis & antecedens & pñs sit mere contingens. Et p istam Logicā magister Sententiarū in primo libro soluit argumenta in pñrium, dicens, q. Sortes sūm talem condōnalem necessariò saluabitur necessitate consequentiæ: sed non necessitate consequentis.

In eod. cap. Burg. notat nostram trāslationem: sicut & postillatur in tractatu suo de dñia nostræ translationis & Hebraicæ veritatis: cum litera dicit de desperatione Dauid. Dicunt. n. in litera Hebraica non haberi, ly desperauit, sed loco eius, festinavit. vnde translatio nostra potest habere veritatem de desperatione quantum est de remedio humano nō quantum est de subsidio diuino: quod statim apparuit, cum de diuina ordinatione occurreret nuntius, qui Saul a persecutione Dauid auerteret: & ad pugnandum q. Philisthæos sollicitaret: de Dei enim auxilio Dauid nunquam desperauit.

C A P. XXIII.

A Scendit ergo David. * Hierony. Engaddi in tribu Iuda, ubi absconditus est David in solitudine, quæ est in Aulone Hierichus, hoc est, in regione illa campestri, de qua supra dixim⁹. Vocatur autem

vsq; hodie vicus prægrandis Iudeorum Engaddi, iuxta mare mortuum, unde & oppoballatum venit, quas vineas Engaddi Salomon nuncupat.

Cant. 1. Homil. de David & Saule.

* Chryso. Hic beatus egestatem præ diuitijs, solitudinem præ patria, labores periculaque præ delitijs ac securitate, perpetuum exilium præ terrarum orbe elegit, ut Saule ab illo in ipsum odio malevolentiaque liberaret. At ne sic quidem melior factus est Saul, sed persequabatur, sed ubique circumibat quærens eum, qui non solum nihil læserat, sed quum esset læsus, tum maxima, tum innumerabilia pro iniurijs bona rependerat.

B - abruptissimas.

b Eratque ibi, &c. * Ioseph. Saul vidit circa iter speluncæ profundam atque rotundam multa longitudine & latitudine nimis apertam, in qua David cum quadringentis erat absconditus. Dumque naturaliter ventris purgandi necessitate urgeretur, ingressus in eam solus est.

Eucherius.

Rabb. Rex ex improvisis exceptus insidijs, quod innocenti molebatur, incidit in foueam quam fecit. David vero pro malis bona retribuens, non occidit eum, sed in testimonium facti oram chlamydis abscondit. Cum facilius esset aduersarium perdere, quam fallere: latuit David in spelunca, ne inueniret. Tegitur autem terra id est, carne

† de pœni. 2 §. opponitur ibi. Que renti animam suam pepercit.

C

C A P. XXIII.



Scendit ergo David inde, & habitauit in locis tutissimis Engaddi. Cumque reuersus esset, Saul postquam persecutus est philistæos, nuntiauerunt ei dicentes: Ecce David in deserto est

Engaddi. Assumens ergo Saul tria milia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum David & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Et venit ad Caulas ouium quæ se offerebant vianti. Eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul ut purgaret ventrem. † Porro David & viri eius, in † interiore parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui David ad eum: Ecce dies de qua locus est Dominus ad te. ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David & præcidit oram chlamydis Saul silenter. † post hæc percussit cor suum David, eo quod abscondisset oram

Engaddi. Assumens ergo Saul tria milia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum David & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Et venit ad Caulas ouium quæ se offerebant vianti. Eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul ut purgaret ventrem. † Porro David & viri eius, in † interiore parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui David ad eum: Ecce dies de qua locus est Dominus ad te. ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David & præcidit oram chlamydis Saul silenter. † post hæc percussit cor suum David, eo quod abscondisset oram

Engaddi. Assumens ergo Saul tria milia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum David & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Et venit ad Caulas ouium quæ se offerebant vianti. Eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul ut purgaret ventrem. † Porro David & viri eius, in † interiore parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui David ad eum: Ecce dies de qua locus est Dominus ad te. ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David & præcidit oram chlamydis Saul silenter. † post hæc percussit cor suum David, eo quod abscondisset oram

Engaddi. Assumens ergo Saul tria milia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum David & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Et venit ad Caulas ouium quæ se offerebant vianti. Eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul ut purgaret ventrem. † Porro David & viri eius, in † interiore parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui David ad eum: Ecce dies de qua locus est Dominus ad te. ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David & præcidit oram chlamydis Saul silenter. † post hæc percussit cor suum David, eo quod abscondisset oram

est carne, qui later in spelunca. Iesus autem latebat in carne quæ acceperat de terra, ne a Iudæis inueniretur diuinitas. Si enim cognouissent nunquam dominum gloria crucifixissent. Illi ergo non cognoscentes Deum hominem persecuti sunt. In speluncâ fugit Christus a facie Saul, tam diu. n. persecuti sunt illum Iudæi, donec in monumento poneretur, quod excisum erat in petra. Saul ad purgandum ventrem speluncam ingreditur quia Iudæi conceptam malitiam contra Christum quasi odorem fetidum emisertunt, & cogitationes malas factis deterioribus ostendebant. David seruare Saulem quam perdere maluit, quem in antro occultatus ipso restante habuit. Sic & Christus cum esset in spelunca carnis persecutoreni populum in potestate habuit, nec occidit. de quo scriptum erat: Ne occidas eos. Summitatem chlamydis silenter abscondit, quia Christus Iudæos non occidit, sed gloriâ regni abstulit. Chlamydis enim abscessio, regni amputatio. Unde cum Saul vestimentum dirupit Samuelis, ait Samuel: Dirupit dominus regnum Israel de manu tua.

c Saul silenter. * Chryso. Vidisti tonsa retia, vidisti venatum insidiantem, vidisti ventorem erectum, vidisti omnes adhortantes, ut ens in hostis pectus immergeret? Nunc mihi specta philosophicam animi moderationem, specta luctam, victoriam, coronam. Spelunca campus erat, luctatus est David, pugilem

egit iracundia, Saul certaminis materia, agonothetes Deus. Quum potius non ipsi modo, aduersus seipsum erat prælium, sed aduersus comilitones. Etenim si voluisset parcere Sauli, contentaneum

viam ponere, sed venit illic: quia recedens ab ipsius David inuestigatione, quem in locis aptis pro fugitiuis non inuenerat, & David in caverna via propinqua cum viris suis se posuerat, eo quod similiter credebatur quod Saul cum ibi non quæreret: sed tantum in locis a communi strata remotis.

4 Eratque ibi. Hic consequenter describitur benignitas David parcentis Sauli ipsum ad mortem persequenti. ubi primo describitur ipsius David miseratio. Secundo miseratio declaratio, ubi: Surrexit autem David post eum. Tertiò Saulis responsio, ubi: Cum autem compleisset David. Miseratio autem David apparet manifestè in duobus scilicet ei parcendo cum posset eum occidere, & viros suos refrenando ab eius inuasionem. Et patet litera his exceptis.

5 Ecce dies. In scriptura præcedenti non inuenitur hoc, sed doctores dicunt communiter quod hoc fuit sibi dictum, quando fugiens Saul venit ad Samuelem, ut dictum est supra 19. cap.

6 Percussit cor suum. id est, conscientia sua eum reprehendit. & sic David est accusatiui casus: quia in hoc se fecerat irreuerentiam ipsi Saul, qui honorandus erat quandiu in regno tolerabatur à Deo. Propter quod dicunt Hebræi, quod David circa mortem fuit punitus in simili scilicet in vestibus, quibus operatus non calefiebat, ut plenius videbitur, infra tertio libro.

Viuic

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XXIII.

A Scendit ergo David inde. Postquam descriptus est multiplex insulius contra David, hic consequenter describitur triplex Dei prouentus erga ipsum, quæ primo Saul eius persecutor in manibus eius traditur. Secundo Nabal eius irrisor morit, c. 25. Tertiò Saul factus erga eum mentitor iterum ei exponitur, c. 26. Prima in duas, quia primo describitur crudelitas Saulis David persequenti. Secundo benignitas ipsius David sibi parcentis, ubi: Eratque ibi spelunca. Crudelitas autem Saulis apparet, eo quod quærebat David in rupibus quasi inaccessibilibus, ita quod ex desiderio occidendi eum exponebat se, & suum exercitum periculis multis & magnis. Et hoc est quod dicitur.

Diuisio.

2 Pertexit. id est, capreis syluestribus. Et dicunt aliqui quod iste caprea sunt huius conditionis, quod de alto possunt præcipitare se & in cornibus suis se recipere absque lesione.

3 Et venit ad Caulas. i. quæ erant prope viam cœm, ut in Hebræo habetur: Ad caulas ouium super viam. Venit autem illic Saul non ad quærendum David: quia non credebatur quod auderet se prope viam

M O R A L I T E R.

† Assumens. Allegorice. Per Saul qui cum socijs suis quærebat David super abruptissimas petras quæ solis capreis syluestribus sunt peruiæ, significatur Caiphas pontifex anni illius ut dicitur Ioan. 11. qui cum alijs sacerdotibus quærebat mortem Christi per vias & modos irrationabiles, quod nullus deberet quætere.

4 Eratque: in qua latebat David, ideo per ipsam significari potest humanitas Christi, in qua latebat diuinitas, Phil. 2. a. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo.

† Quam ingressus. Caiphas enim considerans Christum purum hominem,

hominem, emisit illud verbum fetidum: Expedi vobis ut vnus homo moriatur pro populo. Licet enim ipse & alij non haberent aliquam causam rationabilem interficiendi Christum innocentem, tamen ne occasione eius Romani venirent, & tollerent locum & gentem: hoc dixit affirmans minus malum esse innocentem interficere, quam locum & gentem perdere.

† Surrexit. Pro hoc significatur, quod Christus post resurrectionem suam, & ascensionem abscondit a Iudæis regni & sacerdotij dignitatem. Secundum verò literalem sensum David oram chlamydis abscondit, ut per hoc ostenderet Sauli, quod ipsum si voluisset occidere potuit. Et similiter Christus quærens eum capere hoc ostendit: nam ex solo verbo quod dixit eis: Ego sum. omnes ad terram prostravit.

sentaneū erat, vt illos metueret, ne ipsum trucidarent ī spelunca. Probabile est enim ipsos dixisse. Errones exulesq; facti sumus domo, patria, ceterisq; omnibus excussi, & omnium difficultatum tuarum confortes sumus. Et tu horum auctorem, in manus traditum, cogitas dimittere, ne nobis vnquam liceat respirare? Si tuam salutē negligis, nostræ vitæ parcas.

Non tibi dolent antea, neq; memor es eorum, quæ ab illo perpeffus es mala: certè ob ea quæ futura sunt tolle hostem, ne maiora & acerbiora perpetiamur. Verum nihil horum iustus ille apud se penpēdebat, vnum spēctabat quomodo posset redimiri tolerantiaē corona. Allegant rursum milites diuinam auctoritatem, Deus inquentes, illū tradidit, quo promptius iret ad homicidium. Non enim, inquit, tuam vicem vlcisceris, Deo subseruis, eius minister es, illius sententiam comprobas. Sed quo magis hæc illi dicebāt, eō magis hæc pepercit hosti. Intelligebat enim quod Deus iō tradiderat eum, vt ipsi maiores occasiones probandæ virtutis suppeditaret. Ait ergo: Rex est, qui præsentiam in nos suscepit. Christus Domini est, nō ab humano honore, sed a cælesti iudicio sumpto honorifico testimonio. Contemnis conseruum tuum: sed reuerere Dominum. A spernaris electum: metue eū qui elegit, &c. Non pepercit tantum, sed & excusationem pro eo composuit. Nec permisit vt alij occiderent: sed perinde vt si aliquid depositum suæ fidei creditum accepisset, pro quo rationem esset redditurus, non attingit, alios coercuit, satelles optimus & corporis custos pro hoste factus. Saul egressus est ē spelunca ignarus omnium, quæ gesta fuerant: Egressus est & Dauid liberis oculis cœlum intues, & magis exultans quam cum Goliath deiecisset. Siquidē hæc illa magnificentior erat victoria, hæc magnificentiora spolia, hæc præda illustrior, hoc gloriosius trophæum. Hæc & tu tecum expende, & discere multo esse maius parcere quam perdere.

Gregorius: Moral. Quid per Saul, nisi mali rectores? Quid per Dauid, nisi boni subditi signantur? Saul ventrem purgare

purgare, est prauos præpositos conceptam in corde malitiā vsque ad opera miseri odoris extendere, & cogitati apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. Quam tamen Dauid ferire metuit, quia p̄: subditorum mentes ab omni se peste obtreccationis abstinentes præpositorum vitā

nullo lingue gladio percipiunt, etiam cum imperfectionem reprehendunt quia si quādo propter infirmitatem se abstinere vix possunt extrema quædam atque exteriora præpositorum mala, sed tamen humiliter loquuntur, & quasi oram chlamydis silenter incidunt. quia dum prælatæ dignitati saltem innoxie & latenter derogant, quasi regis suppositi vestem scindant sed tamen ad semetipsos redeunt, seque de tenuissima verbi laceratione reprehendunt.

Dauid enim percussit cor suū, eō quod abscidisset oram chlamydis Saul. Facta quippe præpositi oris gladio ferienda non sunt, etiam cum rectè reprehendenda videantur. Si quando verò contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est vt per afflictionem poenitentiaē comprimatur, vt ad seipsum redeat, & cum præpositæ dignitati deliquerit, eius contra se iudicium sibi qui prælatus est perhorrescat. Nam cum præpositis delinquimus, eius ordinationi qui eos nobis pretertulit obuiamus. Vnde Moyses cum contra se & Aaron populum conqueri cognouisset, ait: *Nos enim quid sumus? Nec contra nos murmur vestrum est, sed contra Deum.*

a *Viuu*, &c. Defectina literæ Iosephus supplet: Qui erant cum eo redarguebant eum. Seruat enim inimicum qui volebat delere eum, & sedauit eos, dicens: *Viuu dominus, &c.*

b *Vide & cognosce oram chlamydis tuæ, &c.* * Chrysofio. Dauid adorabat seruatum, rursum que regem nominabat, ob illius dignitatem, iram mitigans, & inuidiam submouens.

Cur audis verb. &c. Crimen transfert in alios, vt illi præbeat occasionem excutiendi malitiam. Hoc & parentes sepe faciunt erga filios, culpam in alios reiiciendo qui seduxerunt, vt à malitia respiciant, &c. *Ece viderunt oculi tui, &c.* Illi verbo

chlamydis Saul. Dixitque ad viros suos; Propitius sit mihi dominus ne faciam hanc rem domino meo Christo domini, vt mittam manum meam in eum, quoniam Christus domini est. † Viuit dominus, quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt

a † Felice vel aliquo huiusmodi.

moriatur, aut descendens in prælium perierit, propitius sit mihi dominus vt non mittam manum meam in Christum Domini. Et confregit Dauid viros suos sermonibus istis, & non permisit eos vt confurgerent in Saul. Porro Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autem Dauid post eum, & egressus de spelunca clamauit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se. Et inclinans se Dauid pronus in tertam adorauit. Dixitque ad saul; Quare audis verba hominum loquentium; Dauid quærit malum aduersum te? Ecce viderunt hodie oculi tui, quod tradiderit te dominus in manum meam in spelunca, & † cogitavi vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim; non extendam manum meam in dominum meum, quia Christus domini est. Quin potius pater mi vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea, quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, † nolui extendere manum meam in te. Animaduerte & vide, quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccaui in te. Tu autem insidiaris animæ meæ, vt auferas eam. Iu-

† infra 26. b. - Viuit dominus quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut descendens in prælium perierit, propitius sit mihi dominus vt non mittam manum meam in Christum domini. Hæc ne in veteribus quidē exemplaribus leguntur.

E

Exod. 16. b.

Hom de Dauid & Saule, Tom. I.

F

NICOLAUS DE LYRA.

1 Viuit. vsque ibi exclusiue. Et confre. non est in Hebræo nec in libris correctis, fuit enim quid appositum per modum glossæ, & postea insertum est textui per ignorantiam scriptorum seu aliquorum correctorum. Causa autem appositionis primò per modum glossæ vt credo fuit, quia infra 26. c. Dauid dixit ista verba in simili casu quo poterat

terat interficere Saul.

2 Surrexit. Hic consequenter describitur dicta miserationis manifestatio, per hoc quod Dauid aliquantulum sequens Saul ostendit ei partem suæ chlamydis abscissam, per hoc manifestè declarans, quod ita facile eum occidisset si voluisset. & per hoc probat falsitatem Drog & aliorum qui accusabant Dauid erga eum. Et patet litera vsque ibi.

1 Vliscatur

A verbo calumnia-
tur, at ego te ip-
sa me purgo, ipfif
que factis depel-
lo crimen. Te ip-
sum testem in-
uoco, qui meo
beneficio hodie
seruatus es. Ecce
Iacmia chlamy-
dis tua quam ab
stuli, nec occidi
te. Mutus quidē
testis, sed omni-
bus vocem hab-
entibus euidē-
tior. Nicorponi
tuo vicinus fle-
tiffem, non po-
tuiffem amputa-
re. Tamen si po-
terat multa enu-
merare benefi-
cia, exprobrare
plurima, sed tan-
tam voluit per-
suadere se esse ex
eorum numero,
qui

dicet dominus inter me & te, & vlciscatur me dominus ex te: manus autem mea non sit in te. Sicut & in prouerbio antiquo dicitur; Ab impijs egredietur impietas. Manus ergo mea non sit in te. † Quem persequeris rex Israel, quem persequeris? Canem mortuum persequeris & pulicem vnum. Sit dominus iudex, & iudicet inter me & te, & videat & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua. Cum autem compleffet Dauid loquens sermones hu- iuscemodi ad Saul, dixit Saul; Nunquid hæc vox tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam & fleuit. Dixitque ad Dauid; Iustior tu es quam ego. Tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie quæ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me dominus in manu tua, & non occideris me Quis enim cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed dominus reddat tibi † vicissitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc quia scio quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel, iura mihi in domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meū de domo patris mei. Et iurauit Dauid Sauli. Abijt ergo Saul in domum suam, & Dauid & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

qui ipsum ama-
rent & reueren-
tur, non qui re-
bellionem aut
insidias moliren-
tur.
a Iudicet domi-
nus inter me & te.
Chrysofsto-
mus. Non hoc
dixit cupiens Sau-
lem puniri, sed
vt illi formidi-
nem inijceret vt
tunc condemna-
tionis commemo-
ratione: & se-
ipsum a criminis
suspitione purga-
ret, &c.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Vlciscatur, &c. Hoc dicit zelo iustitia, non vindicta.
- 2 Manus, &c. Nullus enim debet de propria iniuria sumere vindictam per se, nisi incumbat sibi ex officio, & tunc melius esset qd per alium faceret. Unde legitur de Platone, quod seruum si un peccatorem cōtra se, tradidit alteri puniendum, ne ipse propria iniuria motus mensuram excederet rationis.
- 3 Sicut, &c. id est, verbo vulgari.
- 4 Ab impijs, &c. Hoc enim dicebatur, quando dominus per aliquē malum sumebat vindictā de alio peiori vel a quē malo. & quia Dauid sentiebat se innocente, nolbat quod talis vindicta per ipsum fieret de Saule, sed si Deus vellet facere, per aliquem malum hominem faceret, si ut factum fuit postea, quia a Philisthæis fuit Saul occisus, vt habetur infra 31 ca. Hebræi autem dicunt hoc. Sicut, &c. dicentes quod istud prouerbiū est lex data a Deo, qui dicitur antiq̄us dierum. Dau. 7. b. Accipiunt autem hoc a lege. Exod. 21. vbi dicitur de occiso a casu, quod dominus tradidit eum in manu occidentis. quod dicunt accidere propter peccatum oculum ipsius occisi pro quo erat dignus morte, & pro aliquo peccato occulto ipsius occidentis, pro quo erat dignus expelli ad tempus de sua ciuitate, scilicet vsque ad mortē summi pontificis. Et quia dicta peccata occulta non possunt vindicari per humanum iudicium isto modo vindicantur per diuinum. Sed hoc dictum non est semper verum, licet aliquando possit contingere, quia frequenter contingit homicidium casuale absque peccato occidentis vel occisi hoc demerente secundum diuina iudicia nobis occulta, omnia tamen ad bonum electorum ordinantur.
- 5 Quem persequeris, q. d. vile est tibi me persequi, etiam dato quod essem vocens, cum sim nullius momenti respectu tui.
- 6 Cum autem. Hic consequenter ponitur ipsius Saulis responsio, qui

qui conuictus & confusus de sua nequitia dixit.

7 Iustior, &c. Ista est comparatio abusiva, ac si diceretur, nix est al-
bior coruo.

8 Quis, &c. q. d. hoc nullus faceret, nisi esset valde bonus & perfe-
ctus. & in hoc confitetur ipsum Dauid esse dignum regno. Ideo subdit.

9 Et nunc. Dicunt autem aliqui Hebræi, quod hoc sciuit per signum
sibi datum a Samuele, quia ille regnaret post eum qui scinderet vestem
eius, prout fuit dictum cap. 15.

10 Iura, &c. Videns eam pronum ad misericordiam, habita pro se
misericordiam vna petit aliam pro semine suo.

11 Et iurauit Dauid, &c. tanquam pronus ad misericordiam.

12 Abijt, &c. Penitens de persecutione Dauid, sed hoc tantum fuit
ad horam vt ex sequētibz patebit. Videtur forte alicui, quod Dauid
peccauit iurando facere misericordiam ipsi Sauli, cum sciret eū esse a
domino reprobatum. Item quia istud iuramentum transgressus fuit vt
videatur, quia septem viros de filiis Saul tradidit crucifigendos, vt ha-
betur infra 2. liq. 21. cap. Ad primum dicendum, quod Dauid, nesciuit
Saul reprobatum simpliciter, scilicet quantum ad vitam æternam, sed
tantum respectu regni temporalis. Non autem per iuramentum suum
concessit filiis Saul quod regnarent, sed solum quod viuerent, quod pe-
terat stare absq; hoc quod regnarent, propter quod iurando non pecca-
uit, imò opus perfectionis fecit, secundum illud Matt. 5. Benefacite
his qui oderunt vos, &c. Similiter non fuit transgressus iuramentū,
quia in omni iuramento voluntas superioris intelligitur excepta, &
maximè ipsius Dei, de cuius voluntate expressa fuit punita posteritas
Saul propter Gabaonitas, que puniitio non debebat fieri per penam
pecuniariam, sed per mortem saltem aliquorum. & ideo non peccauit
tradendo illos septem viros crucifigendos, nec per hoc fuit deleta poste-
ritas Saul, quia Dauid reseruauit Miphiboseth, vt ibidem habetur qui
descendit de Saul per Ionatham filium eius.

CAP.

C A P. XXV.

mus & Chodorlaomor percussisse eos qui erant in deserto D Pharan.

Ortuus est. * Iosephus. Hoc tempore Samuel defunctus est, que pro eius virtute populo multo tempore fleuit, & circa sepulchrum eius, atque solemnium largitatem studium magnum competenter exhibuit. Fuit autem vir iustus, & natura benignus, & propterea magis amicus Deo. Hic presuit populo post mortem Eli annis duodecim, cum Saul vero rege annis decem & octo.

C A P. XXV.



Ortuus † est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & plauerunt eum nimis, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgensque Dauid descendit in desertum Pharan. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & † possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis. Erantque ei oues tria milia, & mille caprae. Et accidit, vt tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem viri illius erat Nabal, & nomen vxoris eius Abigail. Eratque illa mulier prudentissima & speciosa. Porro vir eius durus, & pessimus, & malitiosus. Erat autem de genere Caleb. cum autem audisset Dauid in deserto, quod tonderet Nabal gregem

c Possessio eius in Carmelo, &c. * Theodoretus. Carmelum autem Eusebius Casariensis hic dixit non esse montem, sed vicum quendam, qui vsq; in hodiernum diem sic nominatur, in quo aiunt habitasse Nabalem. d Nabal, &c. Rab. Vir durus & pessimus, Iudaeos significat, qui vna fellis & botri amaritudine ebriati dura ceruice & incuruati corde semper spiritum sancto resistebant, & legem carnaliter sequentes, stulti facti sunt. Nabal enim interpretatur insipiens vel demens. Ideo Christum & apostolos refectio nem fidei & boni operis expectantes respuendo dixerunt. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, Hunc autem nescimus vnde sit: Abigail vero prudentissima & speciosa, plebem illam significat, quae ad Deum conuersa est. Interpretatur patris mei exultatio. Vnde: Gaudium erit in caelo super vno peccatore penitentiam agente.

Quest. 58.

E

† opus eius. pecudes & bestias erga que se exercere solent homo. Ioan. 9. f.

Luc. 15. b. F

¶ a Quodcum-

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XXV.



Ortuus est, &c. Hic consequenter ponitur secundus proventus per mortem iniqui Nabal, qui diuina vltione mortuus est, eo quod vituperauerat Dauid & seruos eius iniquè, & sic vxor eius, & quicquid habebat fuit ipsius Dauid. praesumitur tamen hic mors

Samuelis inusti pretiosa, vt per hoc magis appareat mors hominis iniqui ignominiosa, secundum quod dicitur Prouer. 10. b. Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Et hoc est quod dicitur de Samuele ad eius laudem.

1 Et cong. De morte vero Nabal nullus planctus scribitur. Sed hic oritur questio, quomodo secundus liber Regum dicitur ipsius Samuelis sicut & primus. cum tamen ab isto loco & deinceps non potuerit scribere. s. post mortem suam. Ad quod dicitur: quod vnus de discipulis suis residuum scripsit, qui ab aliquibus dicitur fuisse Nathan propheta, & ideo ascribitur Samueli, sicut factum discipuli magistro.

3 Erat, &c. Hic consequenter agitur de ipso Nabal. Vbi primo describitur Nabal & Abigail personalis conditio. Secundo ipsius Dauid curialis petitio, ibi: Cum ergo audisset. Tertio rusticana responsio, ibi: Respondens autem. Quarto Abigail prouida obuiatio, ibi: Abigail autem. Quinto circa Nabal diuina vltio, ibi: Dilu culo autem. Circa primum dicitur: Erat autem vir quisquam in so-

litud. ly solitudine non est in Hebraeo, nec est de textu, quia secundum quod dicitur in libro de questionibus Hebraicis manebat in ciuitate Maon, sed eius animalia erant in monte Carmelo, vbi habebat domum pro pastoribus & pecoribus, ad quem venit pro tondendis ouibus cum vxore sua. Sciendum autem quod ista Carmelus est mons in sorte Iudae. Alius autem Carmelus vbi Helias interfecit sacerdotes Baal, est in tribu Issachar. Exprimitur nomen viri & vxoris, cum dicitur: Nomen autem, &c. Et conditio vtriusque, cum dicitur.

Carmelus duplex.

4 Eratque illa, &c. Et sic erat mente & corpore gratiosa.

5 Porro vir, &c. Ad conuiuendum.

6 Et pessimus. Ad iniuriandum proximum & decipiendum.

7 Erat autem de. Hoc autem non additur ad designandum, quod Caleb fuerit talis, quia fuit virtuosus & bonus, vt patet Num. 14. & Ios. 14. sed ad ostendendum, quod Nabal erat de tribu Iuda, sicut & Dauid: & ideo grauius peccauit ipsum vituperando. Sequitur.

8 Cum autem. Hic consequenter ponitur ipsius Dauid curialis petitio. quod patet primo ex amabili salutatione, cum dicitur: Et salutabit, &c. Hoc autem quod ibi sequitur: Ex multis, &c. non est in Hebraeo. Secundo ex rationabili allegatione, vbi tanguntur quinque rationes quibus Nabal debebat inclinari ad exauditionem petitionis. Prima est, quia Dauid & viri eius pacifice conuersati fuerant cum pastoribus Nabal, licet possent omni die accipere quod habebant & hoc notatur, cum dicitur.

Nabal flesti debuit propter quinq;

¶ r Nun-

MORALITER.

1 Mortuus est. & plan. Per planctum communem Samuelis ostenditur quantum plangendus est obitus boni praelati vel doctoris.

3 Erat, &c. Per istum qui vocabatur Nabal, & stultus interpretatur, significari potest quilibet philosophus superbus. Stultus enim dicitur quasi statu altus. s. in aestimatione sua. Philosophus enim superbus ratione scientiae est alti status, sed ratione superbiae stultus. Dicitur enim Prouer. 11. a. Vbi humilitas, ibi & sapientia. Et eadem ratione, vbi superbia, ibi stultitia. Vnde de philosophis superbis dicitur Rom. 1. d. Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt.

4 Eratque, &c. Per quam significatur sapientia philosophica. secundum quod dicitur Sap. 8. a. Haec quasi sponsam mibi assumere

merc. Est etiam speciosa in se. Vnde dicit Plato: Si sapientiae forma oculis videri posset, ad amorem suum omnes maxime alliceret, nec ex habentis superbia in se deterioratur, aut deturpatur, secundum quod dicitur Sap. 6. b. Clara est, & quae nunquam marcescit sapientia. Per hoc autem, quod Nabal nuntios Dauid repulit vacuos, significatur superbus philosophus qui repellit a se instinctus diuinos: qui sunt quasi quidam nuntij Dei a malo retrahentes & ad bonum inducentes, & de tali repulsi iam dictum est: Qui cum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt, &c. Per hoc autem quod mortuo Nabal vxor eius copulata fuit Dauid, significatur quod post mortem Gentilium philosophorum sapientia philosophica copulata est ipsi Christo in sacris ecclesiae doctoribus. s. Dionysio, Augustino, & alijs pluribus. Potest autem hoc exponi aliter, scilicet de translatione studij philosophiae ad partes fidelium. Nam de Athenis translatum fuit Romam, de Roma Parisios per Carolum magnum.

1. Cor. 2. b.

MORA-

Ga * Quolennque
A inuenerit manus
tua, &c.

Quaest. 54.

Theodoret.
Postulatio erat
moderata, & si-
gnificans egesta-
tem rerum ne-
cessariarum. Da

† ignominia
affecim^o eos.
- de grege.

quod inuenerit, &c.
Quid differunt
hæc verba, a ver-
bis quibus vtun-
tur medici? Sed
vir ferus, non
modò non de-
dit, sed et irritis?

lib. 6. Antiq.
cap. 13.

B * Iosephus. Er-
rat Nabal vir du-
rus, & studijs ma-
lignissimus, ha-
bens vitam dere-
stabilem, de Cy-
nica secta, cui
erat vxor bona,
simul & casta, &
specie nimis exi-
mia.

† deficiunt a
dominis suis.

b Accingatur vn-
usquisque gladio,
& cæ.

* Theodoretus.
Quamobrem is
qui in Saulem
tantam ostendit
lenitatem & pa-
tientiam, Naba-
lem tentat occi-
dere? Iste multis
beneficijs sæpe
fuerat affectus.
Nam cum pasto-
ribus versans in
solitudine, non
solum prohibuit
suos aliquid au-
ferre ex ijs quæ
ad ipsum perti-
nebant, sed etiã
repulit damna
quæ aliunde ei
afferebant. Hoc

† uel vt saluta-
rent.
† ualde.

† dominum
nostrum.
† eius.

C pastores testan-
tur Abigail. Re-
corda-

suum, misit decem iuuenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo pacificè, & sic dicetis: † Sit fratribus meis & tibi pax, & domui tuæ, & omnibus quæcunquæ habes sit pax ex multis annis saluos faciens tuos

^a Quia patriarcha pastores ouium fuerunt, ideo in tonsione ouium in memoria eorum festiue epulabantur Iudei.

& omnia tua. Audiui quòd † tonderent pastores tui greges tuos qui erant nobiscum in deserto; Nunquam † eis molesti fuimus, nec aliquando defuit eis quicquam de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis. In die enim bona venimus ad te. Quodcunque inuenerit manus tua, da * seruis tuis, & filio tuo Dauid. Cumque venissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid: & siluerunt.

† Despectiue.

Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait: Quis est Dauid? &

† Multiplicati sunt.

quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui qui † fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos & aquas meas & carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio vnde sint? Regressi sunt itaque pueri Dauid per viam suam, & reuersi venerunt & annunciauerunt ei omnia verba quæ dixerat Nabal. Tunc ait Dauid pueris suis: Accingatur vnusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladijs suis. Accinctusque est & Dauid ense suo, & securi sunt Dauid quasi quadraginti viri. porro ducenti reman-

^a Hanc Dauid post mortem viri sui, qui demens in stultitia sua perijt sibi copulauit sponsam, non habentem maculam neque rugam.

serunt ad sarcinas. Abigail autem vxori Nabal nuntiauit vnus de pueris suis, dicens: Ecce misit Dauid nuntios de deserto, † vt be-

† Despexit.

C nedicerent domino nostro, & † auersatus est eos. Homines isti † satis boni fuerunt nobis, & non molesti, nec quicquam aliquando † perijt omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto. Pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quamobrem considera & recogita quid facias, quoniam completa est malitia aduersum † vi-
rum tuum & aduersum domum † tuam, & ipse est filius Belial, ita vt nemo ei possit loqui. Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque sa-

Id est, diaboli.

^a Mensura, a pol, quod est farina.

d ta polentæ, & centum ligaturas vuarum † passæ, & ducentas massas

condatus ergo Dauid horum beneficiorum, & auditis conuictijs & contumelijs, magno impetu venit armatus. Cogitabat enim quod Saul occasionem haberet, potentiam, & regni inuidiam: iste autem nullum pretextum habens arrogantia, aduersus eum extremis vsus sit maledictis.

^c Homines isti satis boni, &c.

* Iosephus.

⁶ Opes Nabalis Dauid illasas custodire suos preceperat: vt neque desiderio, neque egestate, neque pro loco deserto vbi potuissent latere, aliquis eas vexare præsumeret. Nihil vt iniustum fieret, dicens, & aliena tangere pessimum iudicarent, neque Deum offenderent.

^d Sata. Satum est genus mensuræ continens modium, & semis. Polenta est accuratissima farina. Vua passa dicitur quæ priusquam mature scat ad solè diu exiccatur, & sic seruatur. Massa caricarum, id est, ligaturas de fructibus ficorum.

Et

NICOLAUS DE LYRA.

1 Nunquam eis mol. Secunda, quia eos & gregem securè seruaerant à feris & prædonibus. Et hoc n. tatur, cum dicitur.

2 Nec al. Prædones enim non audebant illuc accedere timore ipsius Dauid. vnde dicitur infra. Erant nobis pro muro. Tertia est humilis modus petendi, ibi.

3 Nunc ergo. cum tamen Dauid de iure possit accipere pro sua voluntate, cum esset rex inunctus & in necessitate positus. Quarta est ratione diei festiui cum dicitur.

4 In die, &c. Faciebant enim Hebræi festum magnū tonsoribus suis & pastoribus in die tonsionis ouium, in memoriam patriarcharum quæ fuerant pastores ouium, vt habetur Genes. 47. Et talibus diebus solent homines magis esse curiales. Quinta ratio accipitur ex parte rei petite quam simpliciter ponunt in voluntate Nabal quantum ad qualitatem & quantitatem. quod notatur ibi: Quodcunque inuenerit ma.

5 Respondens, &c. Hic consequenter ponitur rusticana responsio, quia non solum negauit quòd petebatur, sed etiam à vituperijs inchoauit, dicens.

6 Quis est. quasi dicat nullius valoris, quia descendit de alienigena muliere, scilicet de Ruth Moabitide, & non solum vituperauit Dauid, sed & viros eius, dicens: Hodie. ita quod notauit eos de seruitute & malignitate, propter quam fugitini essent.

7 Tollam ergo. q. d. non debeo facere.

8 Et aquas. i. potus meus quia frequenter in scriptura nomine aquæ intelligitur omnis potus, sicut nomine panis omnis cibus. vnde 4. Reg. 6. c. dicitur: Ponite eis panem & aquam. Et subditur ibidem: Et apposita est eis magna ciborum præparatio.

9 Regressi sunt. vacui & vituperati.

10 Tunc ait. merito pronocatus.

11 Accingatur. ad accipiendum vindictam de tam vili rustico.

12 Abigail autem. Hic consequenter ponitur ipsius Abigail prædones obuiatio. Et secundò ipsius Dauid pacificatio, ibi: Cum autem vidisset. Circa primum præmittitur facti notificatio ipsi Abigail per vnus de famulis suis, dicentem ei.

13 Ecce mi. vbi patitur defectum victualium.

14 Vt benedicerent. cum curialiter salutando, & eius beneficium humiliter petendo. Cætera patent ex prædictis vsque ibi.

15 Considera, &c. præcauendo tibi & domui tuæ.

16 Quoniam, &c. quia in promptu est vindicta de malitia sua. cognoscebat enim iste animositatem Dauid & uirorum eius.

17 Et aduersum. i. in omnes nos redundabit istud malum, quamuis simus innoxij.

18 Et ipse. q. d. ideo dico tibi hoc: quia maritus tuus uerbum meum non reciperet, sed magis fugeret.

19 Festina. igitur. ad præcauendum malo prædicto. & patet litera usque ibi.

A *a* Et reddidit mihi malum pro bono, &c. * Hieronymus. Tunc quippe reddidit malum pro bono, quando blasphemauit eum conuiciando.

b *b* Hæc faciat Dominus inimicis, &c. * Theodoretus. Cur cum iurasset, transgressus est iurandum? Iurandum quidem est iuste iri: peperisse autem est sapiētis & moderatæ cogitationis. Accepta enim Abigail supplicatione, extinxit iram. Melius enim erat transgredi minarum iurandū, quam tantam eadem facere.

c *c* Nabal secundum nomen suum.

* Theodoret. Nomen Nabal si transferatur in linguam Græcam significat *τινδ ἀποσύνυμ*, id est, insipientiam. Dixit Aquila: Nabal est nomen ei, & cum eo est effluxio. Effluente enim & extincta vi rationis, succedit affectio insipientiæ.

* Hieronymus. Nabal, insipiens: quod si legere uolueris Nebel, mēsuræ nomen est siue psalterij. Abigail, patris mei exultatio.

* Augustinus. Occurrit Abigail vxor Nabal, & tulit Dauid quæ poposcerat. Suppliciter eum rogauit, flexit, & à mariti sanguine reuocauit. Iurauit Dauid temerè, sed non impleuit

impleuit iurationem maiore pietate.

* Ambrosius. Dauid armatam dextram in indignatione compresserat: & quanto plus est non remaledicere, quam vindicare? Et bellatores aduersus Nabal ad ultionem paratos, Abigail deprecatione reuocauerat. Vnde aduertimus,

D lib. 1. off. c. 2.

caricarum, & imposuit super asinos, dixitque pueris suis, præcedite me: & ecce ego post tergum sequar vos. Viro autem suo Nabal non indicauit. Cum ergo illa ascendisset asinum, & descenderet † ad radicem montis, Dauid & viri eius descendebant in occursum eius. Quibus & illa occurrit. Et ait Dauid: Verè frustra seruauit omnia quæ huius erant in deserto, & non † perijt quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebant, & reddidit mihi malum pro bono. Hæc faciat dominus inimicis Dauid, & hæc addat: si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent vsque mane mingentem ad parietem. Cum autem vidisset Abigail Dauid, festinauit & descendit de asino, & procedit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super

a † Blandiendo sibi imprecatur peccatum quod haberet Dauid, si se vlciferetur.

terram, & cecidit ad pedes eius, & dixit: † In me sit domine mi hæc iniquitas, loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat oro dominus meus rex cor suum super virum istum † iniquum Nabal, quia secundum nomen suum † stultus est, & stultitia est cum eo. Ego autem ancilla tua non vidi pue-

Veni ad te.

ros tuos domine mi, quos misisti. Nunc ergo domine mi viuit dominus & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & saluauit animam tuam tibi: Et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. Quapropter suscipe benedictionem hanc quam attulit ancilla tua tibi domino meo,

a † Quam mihi imprecata sum: si te vlciferis scilicet nolii vlcisci.

& da pueris qui sequuntur te dominum meum. Aufer iniquitatem famulæ tuæ. Faciens enim faciet tibi dominus domino meo domum † fidelem, quia prælia domini domine mi tu præliaris. Malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. Si enim

Regnum significat.

Malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. Si enim

tempestiuus quoque intercessionibus non solum cedere nos, sed etiam delectari oportere.

* Idem. Est contra officium nonnunquam soluerere promissum, sacramentum custodire: vt Herodes qui iurauit quoniam quicquid petum esset, daret filiæ Herodiadis, & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret.

lib. 1. off. c. 50.

† defuit.

† obsecro.

E In synonymis.

- rex.

† impium.

† sic est, N -

bal nomē. ius

* Ilidorus. In malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur.

d * Quapropter suscipe benedictionem.

Cyrillus. Placida verba ac mita, iracundia concitatum animum mitigare solent, & ad mansuetudinem reducere.

lib. 7. in Ioan. cap. 11.

quod nobis ipse Dauid suo prodi exemplo: cuius districtum mur-

† vel stabilem aut securam.

cronè in totius domus Nabal exterminium, Abigail vxor eius suauiloquētia & humanitate, vagina recondidit, & à cruoris effusione

F

NICOLAUS DE LYRA.

1 Vito autem, &c. Quia præ auaritia & nequitia sua totum impediuit.

2 Et descen. ad ra. Vbi inter duos montes erat vallis media ad quam descendebat Dauid ex parte vna, & Abigail ex opposita, & sic obuiabant mutuo.

3 Et ait, &c. Ista dixit Dauid audita relatione nuntiorum, sed hic ponitur per recapitulationem vt dicunt aliqui: vel procedendo per viam dicebat hoc viris suis vt dicunt alii, & forte vtrumque potuit esse.

4 Hæc fa. Hic est modus iurandi per execrationem, quando aliquis sibi imprecatur malum futurum nisi impleatur verbum suum, & ideo hic pro ipso Dauid accipiuntur inimici Dauid, aliter esset iuramentum nullum, sed magis derisorium, sicut & supra 20. c. in consimili ponuntur inimici Dauid pro ipso Dauid, vt ibidem dictum fuit.

5 Min. ad. id est, canem qui leuato crure mingit ad parietem. Dicit etiam hic aliqui, quod per mingentem ad parietem, intelligitur infirmus qui non potest surgere, & ideo facit vrinam inter lectum & parietem, & sic est intellectus verbi. quod non parceret viro & animali: quia et canis qui propter vilitatem non esset tangendus, & infirmus cui propter infirmitatem esset parcendum non euaderent manum meam. Alii vero dicunt: quod per mingentem ad parietem intelligitur omnis masculus, quia mingit erectus, & sic est intellectus verbi: quod Dauid intendebat interficere omnes viros, non autem mulieres.

6 Cum autem. Hic consequenter ponitur ipsius Dauid pacificatio. Vbi primò præmittitur ipsius Abigail deprecatio. Secundò ipsius Dauid acceptatio ibi: Et ait Dauid. Deprecatio autem Abigail ostendit acceptabilis: primò ex sui humilitate in facto, cum dicitur: Et procedit coram Da. &c. & verbo, cum subditur.

7 Et dixit. id est parata sum recipere quamcunque vindictam pro mariti mei iniquitate. Secundò ostenditur deprecatio Abigail acceptabilis ex rationabili allegatione, cum dicitur.

8 Loquatur, &c. vbi primò allegat viri sui stultitiam, & ideo factum suum viro prudenti non est accipiendum cordi. & hoc est quod dicitur.

9 Ne ponat oro. Nabal enim stultus interpretatur. q. d. stultus est re & nomine. Secundò allegat suam ignorantiam, dicens.

10 Ego autem, &c. q. d. si enim vidissem eos, fuissent gratiosè recepti, nec recessissent vacui. Tertiò allegat diuinam clementiam quæ parata est semper parcere, dicens.

11 Nunc ergo. q. d. verum est quod Deus viuit, & tu vivis: ita diuina clementia factum est, vt venirem obuiam tibi ad impediendum ne venires ad effundendum sanguinem.

12 Et saluauit. scilicet innocentem. solus enim Nabal erat culpabilis, cum quo fuissent occisi inuocati.

13 Et nunc. scilicet fatui & improvidi in factis suis. Rg. Sa. dicit, quod Abigail hoc dixit per spiritum prophetia, significans quod Nabal citò moreretur.

14 Qua propter suscipe bened. id est, exenium.

15 Aufer. recipiendo exenium in signum remissionis offense, quam Abigail super se acceperat, dicens: In me, &c. vt prædictum est. Quarto allegat regni dignitatem quam consecutus erat Dauid, quæ quidem dignitas exigit in habente innocentiam. & hoc est quod dicitur.

16 Faciens enim, &c. tradendo tibi regnum.

17 Quia, &c. id est, ad Dei honorem & communem vtilitatem populi.

18 Malitia, &c. quia non decet tantam dignitatem. Quintò allegat protectionem diuinam quæ protegit secundam misericordiam, dicens. Si enim, &c. Sequitur.

effusione immunem reddidit.

A *Erit anima, &c.* Pulcherrima comparatione statum iustorum & reproborum discreuit. horum quippe animas appellat viuentes, illorum spiritali morte occupatas. *Anima enim que peccauerit, ipsa morietur.* hos fasciculis, illos lapidi funde assimilat. Fasciculus enim attingitur vt conferuetur. Lapis in funda panitur, vt abijciatur. Sic enim electi pressuris tribulationum constringuntur, vt his ad nouitiam arctius adiuuicem mutua charitate neccantur, & adunati per manus redemptoris in perpetuum conferuentur. Reprobi quantò latius voluptatibus suis dimittuntur, tantò longius à diuinæ visionis gloria proijciuntur. *Ipsi enim de manu Dei repulsi sunt.* Mirè autem omnipotentem prouidentiam superni protectoris describit, cum dicit animam sancti viri quasi in fasciculo viuentium apud eum esse custoditam. Sicut enim facile est cuilibet fasciculum herbæ vel fœni manu retentum conseruare, ita virtus saluatoris nostri electos ab initio vsque in finem conseruare & custodire. vnde. *Et non rapiet eos quisquam de manu mea.* Sicut autem fasciculus alligatur, ita sanctorum decus vera charitate constringitur, diuino munimine circundatur. Ad literam autem anima David quamuis multi persequerentur, semper custodita est in sorte viuentium. Inimici verò eius sicut lapis funda circumactus instabili motu perturbati de finibus suis, vel de rebus humanis ablati sunt.

Fzech. 18. a.
 † funda iaculabitur in medio sedis in die. Lxx. & animum inimicorum tuorum funda iaculaberis in medio fundæ. Chal. interpres. Et animam inimicorum tuorum volare faciet quemadmodum volare faciunt sub fundæ lapidibus.
 Plal. 87. a.

B
 † 22. q. 4 cap. quòd David & ca. iurauit. & c. si aliquid.

Ioan. 10. f.

lib. Abrat.
 Rokel.

C *Hebræi.* Est iusti anima, in qua ex peccato est aliquid fordidum relictum: huius spiritus igne lauatur, mundatur, purgatur, innocens, purus, mundus & lotus ad locum superiorem ascendit, non aliter vt qui seipsum aqua purgat & abluit, quò mundus

surrexerit aliquando homo persequens te & quærens animam tuam, erit anima domini

^a † Ad literam: fasciculus vitium viuit in aqua cum ad transplantandum præparatur.

mei † custodita, quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum. Porro inimicorum tuorum anima † rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ. Cùm ergo fecerit tibi dominus domino meo omnia hæc quæ locutus est bona de te, & cōstituerit te ducē

^a † Id est in fetum.

super Israel, non erit tibi hoc in singultum & in scrupulum cordis domino meo, quòd effuderis sanguinem † innoxium, † aut ipse te vltus fueris. Et cum benefecerit dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. Et ait David ad Abigail, Benedictus dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & † vlciscerem me manu mea. † Alioquin viuit dominus Deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi, nisi citò venisses in occursum mihi, nò remansisset Nabal vsque ad matutinam lucem mingens ad parietem. Suscepit ergo de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitque ei; Vade pacificè in domum tuam; ecce audiui vocem tuam, & † honoravi faciem tuam.

Venit autem Abigail ad Nabal, & ecce erat ei conuiuium in domo eius quasi conuiuium regis, & cor Nabal iocundum. Erat enim ebrius nimis, & non indicauit ei verbum pusillum aut grande vsque mane. Diluculo autem cùm digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuum est cor eius † intrinsecus, & factus est quasi lapis. Cùmque pertransissent decem dies, percussit dominus Nabal, & mortuus est. Quòd cùm audisset David mortuum Nabal, ait:

us sit. Cùmque id sit affectus, vt ad fasciculum viuentium colligi debeat, velox hunc ignem tranlit, in quo purgatur, vt sic ligetur in fasciculo viuentium.

* Alij Hebr. inscribunt sepulcris suorum defunctorum: Sic anima huius colligata in fasciculo viuentium.

b *Cum digessisset.* Moraliter. Gregorius. Iracundos melius corrigimus si in ipsa ira commotione declinamus, perturbati enim quid audiunt, ignorant. Sed cum ad se redeunt, tantò libentius exhortationis verba recipiunt, quantò se tranquillius tolerari erubescunt. Menti autem furore ebrj omne rectum quòd dicitur peruersum videtur. Vnde & Nabal ebrius culpam suam Abigail laudabiliter tacuit, quam digesto vino laudabiliter dixit. Malum enim quòd fecerit nocere potuit, quia ebrius non audiuit.

c *Percussit Dominus Nabal, &c.*

* Ambrosius. Nabal duro & rigido corde verbum vxoris ferre non potuit, & obstupescens obrigit, & in mortem incidit.

* Saluianus. Quia David se vlcisci disulit, vltionem statim Deo executore percepit. Extincto itaque paulo post aduersario suo, & manu cœlesti obruto, sic locutus est: *Benedictus Dominus, &c.*

* Chrysostronus. Nabal ex desperatione vesanus factus, timore demum consumptus est. Simul enim ac quispiam sapientia modo exciderit, formidolosus simul & audax animo ipso debilitato efficitur.

* Iosephus. David agnouit, quòd maligni diuinitus arguantur, & nullus inter homines despicitur à Deo, qui dat bonis quidam similia, malis vero refert diuina supplicia, &c.

C a Et sur-

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Erit anima, &c.* id est à Deo protegetur contra omnes insidias malorum. Dicunt hic aliqui, quòd loquitur metaphoricè, quia sicut ramusculi alibi transplantandi vel inserendi in fasciculo ligantur & in aqua ponuntur, & postea transplantantur vel inseruntur, sic iusti in presenti vita conseruantur in humore gratiæ, vt transplantentur in terra viuentium per adeptionem gloriæ, de quibus reputabat ipsum David.

2 Porro inimicorum, &c. id est, voluetur per vitia diuersa & mala quousque proiciatur ad pœnam gehennæ. Sextò allegat pacem conscientia ipsius David futuram, cum dicitur: Cum, &c. Sequitur.

3 Non erit tibi hoc, &c. id est, in maiorem animi & conscientia remorsum.

4 Quòd effuderis, &c. quantum ad familiam Nabal.

5 Aut ipse te vltus, de ipso Nabal, quòd non decet vt aliquis vlciscatur se manu propria, vt dictum fuit cap. præcedenti.

6 Et ait David, &c. Hic consequenter ponitur ipsius David acceptio, vbi primò regratiatur Deo, dicens.

7 Benedictus dominus, &c. Quia eius prouidentia & dispositio ne Abigail occurrat David ad ipsum pacificandum. Secundo ipsi Abigail, dicens.

8 Et benedictum eloquium. Et patet litera vsque ibi.

9 Vade in pace, &c. aliàs pacificè. q. d. pacificatus sum tibi & domui tuæ.

10 Ecce audiui vocem tuam, &c. id est, ex audiui deprecationem tuam.

11 Et honoravi faciem. Accipiendo exenium de manu tua, & sic non feci tibi verecundiam repellendo in aliquo petitionem tuam.

12 Et non indicauit ei ver. prudenter enim expectauit tempus in quo esset extra ebrietatem.

13 Diluculo autem, &c. Hic consequenter describitur diuina vltio circa ipsum Nabal, cum dicitur.

14 Et emortuum est cor eius. Ex vehementia timoris concepi de David.

15 Cùmque pertransissent. dicit Rab. Salo. quòd tot diebus languit quasi mortuus, eò quòd decem iuuenes missos à David confuderat.

16 Percussit dominus. Ex quo patet quòd non fuit mortuus morte naturali sed accelerata vltione Dei.

17 Quòd cum audisset. Tali diuina percussione.

18 Ait, &c. applaudens diuine iustitiæ, secundum illud Psal. 57. b. I. etabitur iustus cum viderit vindictam, &c. non autem gaudet de morte Nabal zelo vindictæ.

8 Et

* 1 Misi

2 *Et surrexit Iosephus. Cum omni apparatu proprio venit, ei que coniuncta est: quæ ad hunc honorem venire promeruit, tã pro modo castitatis atque iustitię, quã pro specie suæ formæ.*
b *Phalti fil. Ra. Sicut tradit Hebraei, nõ cognouit eam Phalti, quia si cognouisset, Dauid postea nõ recepisset eã, qm̄ in lege prohibetur. Phalti n. de Gallim erat*

Benedictus dominus qui vindicauit causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruum suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius. Misit ergo Dauid & locutus est ad Abigail vt sumeret eam sibi in vxorem, & venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes, Dauid misit nos ad te, vt accipiat sibi in vxorem. Quæ consurgens adoraui pronam in terram, & ait, Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinque puellæ ierunt cum ea, pedisseque eius. Et secuta est nuntios Dauid, & facta est illi uxor. Sed & Achinoã accepit Dauid de Iezrahel, & fuit utraque uxor eius. Saul autẽ dedit Michol filiam suã uxore Dauid, phalti filio Lais qui erat de Gallim.

D erat. i. de munda tione. i. de lege. Legis enim doctor erat de Bau rim. i. de electis, quando Michol ei datur. Phalti enim vadens dicitur, quando au fertur. Phaltiel. i. euadens à Deo, quia custodiuit eum ne tangeret eam, ne teteret transgressor legis. tamen secutus est eam plorans vsque Bau rim præ gaudio, quia non tetigerat eam.

E

NICOLAUS DE LYRA.

- 1** Misit ergo, &c. *Per nuntios missos.*
- 2** Vt sume. *quia sciebat eam esse pulchram & prudentem & diuitem, vt patet ex supradictis. Sequitur.*
- 3** Quæ consur. *scilicet dominum de tanto beneficio, quod Dauid in regem electus à Deo petebat eam pro vxore: propter quod respondit valde humiliter, dicens, Ecce famula tua sit in ancil.*
- 4** Sed & Achinoam, &c. *Videtur quod fecerit contra mandatum domini Deut. 17. vbi dicitur, quod rex constitutus de Israel non debebat*

b. ut sibi multiplicare vxores. Dicendum quod illud intelligitur de vxoribus alienigenis in c. in antibus animum viri ad idololatriam: sicut contigit Salomoni, vt habetur infra 3. lib. 11. cap. hoc aut non fecit Dauid. 5 Saul autem. Dicunt Heb. quod iste fuit legis doctor, & ideo licet accepit Michol ad obediendum Sauli & vt honoraretur tanquam Genger regis: non tamen cognouit eam, quia sciebat eam esse veram vxore Dauid, quia ipsam non repudiauerat: propter quod Dauid postea recepit eam: qui tamen non accepisset eam si fuisset ab eo cognita, sicut nõ fuit ingressus vltra ad vxores suas, quas cognouit Absalon, vt habetur infra 2. lib. cap. 20.

ADDITIO.

In cap. 25. vbi dicitur in postilla. *Et erit anima domini mei custodia quasi in fasciculo viuentium.*
 Hæc verba non videntur proprie posse declarari, nisi metaphorice. vnde & in glo. ordinaria plura notabilia hic ponuntur, inter quæ sic dicit: Pulcherrima comparatione statum iustorum & reproborum decreuit, & infra, hos fasciculo,

culos, illos lapidi fundæ assimilat. Fasciculus enim astringitur vt conseruetur, lapis in funda ponitur vt abijciatur. Sic enim electi tribulationum pressuris cõstringuntur, vt in his admoniti animi adinuicem mutua charitate neccantur, & adunati in manu redemptoris perpetuo conseruentur. Re-probi quanto latius voluptatibus suis reuoluuntur, tanto longius à diuinæ visionis gloria proijciuntur. Ipsi enim de manu domini repulsi sunt.

Et venerunt Ziphai, &c.
b Dormientem. Rab. Persequuntur Iudæi Christum, & persequendo dormiunt, quia non vigilant corde. Dormitio enim cordis duritia est. dormiunt in veteri vita nõ vigilant in noua. Christus venit, non eos occidit, sed scyphum aque. i. gratia legis abstulit, & sceptrum regni. i. potestatem qua se temporali ter protegebant, & cõtra Deum erigebat, sed Dauid nõ victor de castris eorum egressus,



CAP. XXVI.

T venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce, Dauid absconditus est in colle Hachile, quæ est ex aduerso solitudinis. Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria milia virorum de electis Israel, vt quæreret Dauid in deserto Ziph. Et castra metatus est Saul in Gabaa Hachilæ, quæ erat ex aduerso solitudinis in via. Dauid autem habitabat in deserto. Videns autem quod venisset Saul post se in desertum, misit exploratores, & didicit quod venisset certissime. Et surrexit Dauid clam, & venit vsque ad locum vbi erat Saul. Cumque vidisset locum vbi dormiebat Saul, & Abner filius Ner princeps militiæ eius, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circumitum eius, ait Dauid ad Achimelech destẽ & temperanter.

egressus, altitudinem cæli ascendit.
 * Theodorus. *Quest. 59. Quid est, Saul dormiebat in xaphai, in lampine? Lampine est genus currus, sicut etiam xaphai apene. Sed id quod dicitur, significat ipsa rotunditate in medio exercitus decubuisse regem, & vndique fuisse munitum à stipatoribus. Ingressus est autẽ Dauid audacter, insilijt autẽ mo-*

F

Quest. 59. † Gabaa.

Ca Nein-

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XXVI.

T venerunt. *Hic ponitur tertius prouentus Dei circa Dauid, per hoc quod Saulem iterum in manu sua tradidit, vt sic Dauid innocentia & Saul nequitia plenius appareret. Et diuiditur in tres partes: quia primò Saul manibus Dauid exponitur. Secundò expositus custoditur, ibi: Dixitque Abisai. Tertio à Dauid conuincitur, ibi: Cumque transisset. Circa primum dicitur.*
1 Et venerunt. *Isti iam ante Dauid accusauerant Sauli, vt habitum est supra 23. & ideo timentes ne Dauid post Saul regnaret, & per consequens eorum prodicionem puniret, solliciti erant de captione Dauid, vt moretur.*

- 2** Et cum eo tria. *scilicet ad bellandum.*
- 3** Videns autem. *id est, cognoscens per nuntium sibi dicentẽ, quia processus regis cum tali multitudine bellatorum non potest latere.*
- 4** Misit exploratores. *vt sciret certitudinaliter tempus & locum vbi castra poneret.*
- 5** Et surrexit Dauid clam. *i. absconditẽ, & mutato habitu, ne cognosceretur, sicut Alexander magnus fuit in castris Pori regis Indiæ ad explorandum, prout habetur in historia ipsius.*
- 6** Ait Dauid ad Achimelech. *Dauid enim habuit duas sorores. vna earum vocata est Abigail, de qua natus fuit Amasa princeps militia Absalon, vt habetur infra 2. lib. 17. cap. Alia Saruia de qua natus est Ioab & Abisai, & sic isti erant nepotes Dauid.*

† Dixit-

MORALITER.

1 Et venerunt Ziphai, &c. *Sequitur.*
 † *Et surrexit Saul.* Per Saule, qui cõ exercitu armato iuit ad capiendũ Dauid, cõuenienter significari põt Iudas proditor, qui cõ multis armis venit ad capiendũ Iesum, sicut dicit Ioan.

18. Iudas autẽ cõ accepisset cohortẽ, & a pōtificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cõ lâternis & facibus & armis. Per hoc autẽ q. Dauid descēdit in castra Saulis, significat peccius ipsius Iesu obuiã quærētibus ipsum. Io. 8. a. Iesus autẽ sciens oĩa q. v̄. ura erāt super ipsum, processit eis obuiã, & dixit eis. *Quẽ quiritis?*

A *Ne interficias eum, &c.* * Chrysoft. Cum David videret Saulem immobilem, neque quicquam posse facere, cum suo animo ita locutus est. Vbi nunc ille furor? Vbi tot technæ, tot infidiæ? Abierunt omnia illa, perieruntque exigui somni incurfu. Iacet alligatus rex, cum nihil horum nos nec cogitauerimus, nec peccerimus. Conspiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur. Somnus nihil aliud est, quam mors temporaria, & vnius diei interitus. Sic hostem i potestatem suam accepit, & Deum erga se benivolentior reddidit. Sed non eò beatum prædico sanctum illum, quòd hostem viderit sub pedibus suis iacentem, sed quòd illi peccerit: quorum alterum fuit opus diuinæ potentie, alterum Dauidicæ philosophiæ, &c. Is qui occidit inimicum, frequenter & ipse se se condemnabit dum prauam gerit conscientiam, dumque in singulos dies & horas à peccato illo urgente affligitur. At, qui peccerit, breuique tempore vicit affectus suos post exultat ac delectatur optima spe fultus, ac tolerantia brauia expectans à Deo.

Homil. de David & Saule.

† infra 1. q. 1. c. dominus.

† ad regem. i. qui tuo clamore excitatus regem.

† Heb. pro digni morte.

B

C

Hethæum, & Abisai filium Saruie, fratrem Ioab, dicens: Quis descendet mecum in castra ad Saul? Dixitque Abisai: Ego descendam tecum. Venerunt ergo David & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius. Abner autem & populum dormientes in circumitu eius. Dixitque Abisai ad David, Concluserit Deus hodie, inimicum tuum in manus tuas. Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundò opus non erit. Et dixit David ad Abisai:

a *Ne interficias eum: † Quis enim extendet manum suam in Christum domini, & innocens erit? Et dixit David: Viuit dominus, quia nisi dominus percussit eum, aut dies eius venerit ut moriatur, aut in prælium descendens perierit, † propitius sit mihi dominus, ne extendam manum meam in Christum domini. Nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput eius, & scyphum aquæ, & abeamus.* Tulit er-

go David hastam & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt, & non erat quisquam qui videret & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant: quia sopor † domini irruerat super eos.

Cumque transisset David ex aduerso & stetit in vertice montis delonge, & esset grande interuallum inter eos, clamauit ad populum David, & ad Abner filium Ner, dicens: Nonne respondebis Abner? Et respondens Abner: Quis es tu qui clamas, & † inquietas regem? Et ait David ad Abner: Nunquid non vir tu es? & quis alius similis tui in Israel? Quare ergo non custodisti dominum tuum regem? Ingressus est enim vnus de turba, ut interficeret regem dominum tuum. Non est bonum hoc quod fecisti. Viuit dominus, quoniam † filij mortis estis vos, quia non custoditis dominum ve-

* Irenæus martyr. Quando David persecutionem patiebatur à Saul propter iustitiam, & regem fugiebat, & inimicum non vlcisceretur: & Christi aduentum psallebat, & sapientia instruebat gentes, & omnia secundum consiliū sancti Spiritus faciebat, & placebat Deo. Quando autem accepit

Bersabee vxorem Vrie, dicit scriptura de eo, Nequam visus est sermo quem fecit David in conspectu Domini.

b *Nisi dominus percussit eum, &c.*

* Theodo. Illud, Dominus percussit eum, significat plagam à Deo immis-

sum, quam etiam sustinuerunt pri-

mogenita Aegyptiorum, & populum in deserto

sapenumero, & Nabal Carmeli-

tanus. Dies autem eius venerit, si-

gnificat mortem

secundum naturam, que cognoscitur vel ex abun-

dantia, vel ex defectu alicuius ex his qui insunt no-

bis humoribus.

Quæ accidit in bello, est magis violenta: occi-

duntur enim qui sunt robustis corporibus. Illud autem, Accipit ha-

stam, &c. ut rur-

sum collatum ostendat beneficium: Vbiq; autem scriptor diuinam prædicat prouidentiam. Nam cum dixisset, Omnes dormiebant, subiunxit: *Sopor Domini cecidit super eos, &c.*

† Heb. pro digni morte.

† ad regem. i. qui tuo clamore excitatus regem.

† Heb. pro digni morte.

† Heb. pro digni morte.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Dixitque Abisai. *Accepit licentiam interficiendi Saul, quia sciebat quòd David non interficeret eum manu propria.*
- 2 Et secundo. *Ita vno ictu interficiam eum perfecte, quòd non oportebit vltra manum apponere, & sic poterimus recedere expedite.*
- 3 Et dixit. *Hic consequenter Saul per David à morte protegitur, cum dicitur: Ne inter. Cuius causa subditur.*
- 4 Quis enim. *Volebat enim David personæ ipsius deferre, quam diu à Deo tolerabatur in regno. Ideo subditur.*
- 5 Viuit dominus, &c. *id est per viuentem Deum.*
- 6 Quia nisi dominus. *aliqua pestilentia, vel infirmitate accelerans mortem eius.*
- 7 Aut dies eius venerit, &c. *scilicet vltima.*
- 8 Ut moriatur. *scilicet morte naturali.*
- 9 Aut in prælium. *Istis tribus modis poterat mori. Per hoc intendit David dicere quòd nullo modo volebat esse causa efficiens mortis suæ, nisi forsitan se defendendo, ita quòd non posset aliter euadere.*
- 10 Nunc igitur tol. &c. *id est, fixa in terram ad caput lectuli, ut si esset necesse statim posset eam accipere. Erat etiam in parte superiori signum*

signum armorum regis, ad significandum locum regium.

11 Et scyphum. *In Hebræo habetur: Et Phialam aquæ. Et forsitan erat aqua Rosacea, ad refrigerium caloris, vel aqua simplex ad ablutionem manuum regis, quando surgeret de somno.*

12 Et non erat quisquam qui. *Cuius causa subditur: Quia sopor do. id est, somnus grauis à Deo immis-*

13 Irruerat super eos. *Vt sic David sine periculo recederet, & per hastam acceptam & vas aquæ suam declararet innocentiam, & Saul de nequitia conuinceretur.*

14 Cumque tran. *Hic Saul & viri eius à David conuincuntur: quia primò viri Saul conuincuntur de negligentia, cum subditur.*

15 Clamauit. *Cum iam esset sic elongatus & in tuto loco positus, quòd viri Saul non possent capere eum, & primò conuincit Abner singulariter, cum subditur.*

16 Quare ergo non, &c. *quia erat princeps militiæ, & custos erat principalis personæ regis.*

17 Ingressus est enim. *Iste fuit Abisai qui voluit eum interficere ut prædictum est, secundò arguit omnes alios, dicens.*

18 Viuit dominus. *id est, digni morte. consequenter probat dictum suum per euidentis signum dicens.*

Nunc

MORALITER.

† *Sopor domini irruerat super.* scilicet, super Saulem & suos socios, per quod significatur casus Iudæ & aliorum cum eo existentium, qui ad verbum Christi dicentis. *Ego sum, abierunt retrò & ceciderunt proni in terram*, tanquam insensibiles & dormientes. Per hoc etiam ostendit Iesus, quòd poterat eos occidere, sicut David per lanceam Saulis quam secum portauit,

ostendit quòd poterat eum occidere. Item per lanceam significatur principatus, eò quòd ad principem pertinet pro subditis pugnare. Per scyphum autem, sacerdotium, eò quòd sacerdotes utebantur scyphis in oblationibus liquidorum. Per hoc ergo quòd David hastam Saulis & scyphum aquæ secum tulit, significata fuit ablatio regni & sacerdotij a Iudæis, quam fecit Christus in vltionem mortis suæ per exercitum Romanorum.

MORAL.

Astrum Christum domini. Nunc ergo vide vbi sit hasta regis, & vbi scyphus aquæ qui erat ad caput eius. Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit: Nunquid vox hæc est tua fili mi Dauid? Et ait dauid. Vox mea domine mi rex. Et ait. † Quam ob causam dominus meus persequitur seruum suum? Quid feci? aut quod est in manu mea malum? Nunc ergo audi oro domine mi rex verba serui tui. Si dominus incitat te aduersum me, † odoretur sacrificium. Si autem filij hominum, maledicti sunt in conspectu domini, quia eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate domini, dicentes: Vade, serui diis aliënis; Et nunc non effundatur sanguis meus in terra coram domino, quia egressus est rex Israël vt quærat pulicem vnum, sicut persequitur † perdix in montibus. Et ait Saul,

B Placare cum sacrificio & prece oportet. Incitant te in me. Quasi diceret, opus mihi est inter externos morari quia rex Israel mortem meam quærit. Quasi dicat nec per Deum nec per filios hominum incitatus sum in te, sed per meipsum.

D peccau; Reuertere fili mi dauid; Nequaquam enim vltra tibi malè faciam, eò quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet enim quòd stulte egerim & † ignorauerim multa nimis. Et respondens dauid, ait; Ecce hasta regis, transeat vnus de pueris regis & tollat eam. Dominus autem retribuet vnique secundum iustitiam suam & fidem. Tradidit enim Dominus te hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in Christum domini. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni angustia. Ait ergo Saul ad dauid; Benedictus tu fili mi dauid. Equidem faciès faciès, & potens poteris. Abijt autem dauid in viam suam, & Saul reuersus est in locum suum.

E terrauerim supramodum. secundum. Quod vt heret sapius inimico pepercit. Iam mihi preualens amplius preualebis. Id est, abundanter facies. Vt regnes.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Nunc ergo. Per hoc enim patebat quòd ille qui hastam abstulit, regem interficere potuit.
- 2 Cognouit. Hic consequenter conuincitur Saul de malitia, quia persequebatur Dauid sine causa. Et patet litera vsque ibi.
- 3 Si dominus incitat. scilicet ad me persequendum.
- 4 Odoretur sacrificium. id est, patientia mea in persecutione ista, sit accepta coram Deo, ac si offerrem holocaustum ad altare suum.
- 5 Si autem filij, &c. Incitant te ad hoc sicut faciebat Doeg & sui complices.
- 6 Maledicti sunt in conspectu. Cuius ratio subditur.
- 7 Quia eiecerunt me hodie, &c. id est, in presenti tempore.
- 8 Vt non, i. vt non habitem pacificè in terra promissionis, vbi vigebat cultus diuinus, ut possem illuc accedere et debita sacrificia offerre.
- 9 Dicentes. Facto.
- 10 Vade, serui. Quia illi qui propter persecutionem coguntur intrare terram idololatriæ subditam, exponuntur peccato idololatriæ, eò quòd ab idololatriis ad hoc de facili inclinantur, & aliquando violentia pena coguntur.
- 11 Et nunc. id est, terra in qua colitur Deus, q. d. melius est quòd fugiam propter persecutionis atrocitatem.

12 Quia

- 12 Quia egressus est rex Israel. cum exercitu forti.
- 13 Vt quærat pulicem. id est, hominem nullius momenti.
- 14 Sicut. perd. Heb. dicunt Rore Hebr. omnibus est perdix: & legendum: sicut sequitur quis perdicem in montibus quoquim: que est auis insequens muscam vel aliam rem vilem. Et consonat litera præcedenti vt patet tam ratione sententiæ quàm ratione significati huius dictionis persequitur, quod est in sensu actiuo. Secundum translationem verò nostram oportet dicere quòd ly persequitur, habet hic sensum passiuum, vt sit sensus: Sic me persequitur rex Israel, sicut perdix persequitur ab aucepe, i. fugatur vt capiatur. Et est similis modus loquendi ad Heb. vlti. Talibus enim hostijs promeretur Deus. i. pro merito talium acquiritur Deus. tamen secundum grammaticam communem promeretur sensum actiuum importat. Consequenter Saul peccatum suum confitetur, dicens.
- 15 Peccau: re. fili mi. Tamen Dauid non fuit reuersus, tum quia Saul aliàs sibi promissum non tenuerat, tum quia Dauid in curia inimicos habebat qui impeirassent retractationem promissi. Tū quia demon arripiens Saul, per tempus eum ad occisionem Dauid incitabat. Tum quia ex afflictione demonis Saul memoriam ferè amiserat, & ideo citò oblitus fuisset promissum, maxime propter habitum præcedentem rancoris & odij contra Dauid. Cætera patent in litera.

CAP. XXVII.

A * Melius est vt fugiam, &c. Augustin. Quid sibi vult quod ad titulum Psalmi 55. adhuc pertinet, quia tenuerunt eum Allophyli in Geth? Geth ciuitas quædam erat



C A P. XXVII.
Et ait dauid in corde suo; aliquando † incidam vna die in manu Saul. Nonne melius est vt † fugiam, & saluer in terra philistinorum & desperet Saul, cessetq; me quærare in cunctis finib; Israel? Fugiamus ergo manus eius. Et surrexit dauid, & abiit ipse & sexcenti viri cū eo

erat Allophylo- rum, id est, alienigenarum, vtiq; populi longè à sanctis. Ex eo enim quod alienigenæ, non vtiq; appropinquant sanctis, sed longè sunt à sanctis, &c. Inuenimus quidem

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XXVII.

Et ait Dauid. Hic post multam persecutionem (vt patet ex prædictis) describitur exulatio Dauid extra terram Israel. Et primò describitur ipse Dauid egressus. secundò habitationis locus, ibi: Dixit autem Dauid. tertio viuendi modus ibi: Et ascendit Dauid. Circa vnum dicitur. Et ait, &c. id est, diligenter & deliberatè considerauit. Aliquando. Non dixit hoc Dauid, eò quòd timeret occidi à Saul in propria persona, cum sciret certitudinaliter ex diuino promisso se ipsum Saulem regnaturū. Sed quia timebat, ne sic accideret, quòd oporteret

oporteret cum pugnare cum Saule, quod horrebat Dauid propter mortē suorum, et aliorum qui erant cum Saule. Præterea non debet Deū tentare, omitendo scienter ea quæ erant ad conseruationem vitæ propriæ & suorum, cuiusmodi erat talis exitus. vnde subditur. Et desperet Saul. scilicet à mea captione. Cessetque. Quia non poterat cum persequi in terra aliena. præterea Saul in terra Israel multos persequebatur, imponendo eis quòd receptarent Dauid & viros eius, quorum damnis & persecutionibus Dauid debebat præcauere. Er surrexit, &c. Achis. Iste enim erat inimicus Saul, eò quòd Saul frequenter debellauerat Philistæos: & ideo libentius recepit Dauid, eò quòd Saul reputabat eum inimicum.

1 Et

MORALITER.

Et ait Dauid. per Dauid qui dimisit Iudæam & abiit ad Gen

tilium terram, significatum fuit q, Christus per Dauid figuratus relicturus erat Iudæam propter obstinationem suā, & Tom. 2. Q 3 ad

A dem ipsum David peregrinatum esse apud Allophylos cum quaereretur a Saule, & fuit in ista ciuitate, & apud regem ciuitatis huius, sed ibi retentum esse non legitimus. Ergo David nostrum dominum Iesum Christum natum ex femine illius Dauid, non solum tenuerunt, sed & tenent adhuc Allophyli in Geth. Geth indicat torcular. Tenetur autem in torculari corpus Christi, id est, ecclesia eius. Quid est in torculari? In pressuris. Sed in torculari fructuosa pressura est.

lib. detrad.
Hebr.

B a Agebant prædas de Gessuri, & de Gerzi, &c. Hicronymus. Hi pagi non erant sub potestate Achis, habitati in terra antiquitus dicuntur, quia quieti & securi habitati fuerant, & nullius hostis depredationes perpeffi.

17. de locis
Hebr.

Idem. Gessuri est regio alienigenarum in Syria.

CAP.

culis tuis, detur mihi locus in vna urbium regionis huius, vt habitem ibi. Cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecum? Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg. Propter quam causam facta est Siceleg regum Iuda vsque in diem hanc. Fuit autem **C** numerus dierum quibus habitauit David in regione

a ¶ Non illum à quo vix euasit, sed filium eius qui ipsam dilexit propter famam virtutis.

ad Achis filium Machoch regem Geth. Et habitauit David cum Achis in Geth, ipse & viri eius vir & domus eius David & duæ vxores eius: Achinoam Iezrahelites, & Abigail vxor Nabal Carmelitis. Et nuntiatum est Saul, quòd fugisset David in Geth, & non addidit vltra quaerere eum. Dixit autem David ad Achis. Si inueni gratiam in oculis tuis,

Philisthinorum quatuor mensium. Et ascendit David & viri eius, & agebant prædas de

a ¶ Hi pagi non erant sub potestate Achis.

Gessuri & de Gerzi & de Amalecitis: Hie-

a ¶ Secure. scilicet quiete, quia non erat qui depredaretur.

nim pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur vsque ad terram Aegypti. Et percutiebat David omnem terram illorum,

a ¶ Ne accusarent apud Achis.

nec relinquebat viuentem virum & mulierem. Tollensque oues & boues, & asinos, & camelos, & vestes reuertebatur & veniebat ad Achis. Dicebat autem ei Achis: In quem

irruisti hodie? Respondebat David: Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem Ierameel, & contra meridiem Ceni. Virum & mu-

a ¶ Fingens gentem suam se habere exosam.

lierem non viuificabat David, nec adducebat in Geth, dicens: Ne fortè loquantur aduersum nos, hæc fecit David. Et hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philisthinorum. Credidit ergo Achis David, dicens: Multa enim mala operatus est contra populum suum Israël. Erit igitur mihi seruus sempiternus.

a ¶ Id eil non viuere permittebat.

6 Respondebat David. illæ enim terræ de quibus prædas accipiebat, licet essent versus illam partem, non tamen erant de filiis Israel. videtur tamen quòd David per hoc non excusetur à mendacio, quia tali modo loquendi utebatur vt Achis crederet ipsum filios Israel depredasse. vt patet ex sequentibus. istud tamen mendacium erat officiosum, scilicet pro salute sui & suorum, à quo non oportet David excusari, quia multa peiora fecit. nec ipse David peccauit prædictos infideles interficiendo: quia manebant infra terminos terre promissionis, quorum habitatores fuerunt à domino condemnati ad mortem, vt dictum est supra frequenter in libro Iosue & Deut. & Num. propter quod filij Israel poterant eos licite occidere habita opportunitate, & bona eorum occupare nisi per inducias ad tempus politas impedirentur: quæ seruandæ sunt de iure naturali quamdiu durant. licet enim filij Israel non possent cum illis fœdera perpetua contrahere: poterant tamen ex aliqua causa rationabili inducias seu pacta ad tempus cum ipsis inire, vt dictum fuit supra, Iosue 21. in fine.

7 Erit igitur mi. Credebat enim eum tot mala fecisse filijs Israel, quòd de cætero non posset cum eis reconciliari, & sic esset coactus ipsi Achis fideliter seruire.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et habitauit, &c. Hoc fuit tantum ad horam, quia habuit alium locum assignatum, vt postea dicitur.

2 Dixit autem. Hic consequenter agitur de loco ipsi David assignato, quem petiuit David extra ciuitatem regiam, vt liberius ire posset cum suis viris ad depredandum infideles. vnde cum suis posset viuere. Et patet litera vsque ibi.

Diorum acceptio varia.

3 Fuit autem numerus. In Hebræo habetur Dies & 4. menses & per dies secundum aliquos Hebræos intelligitur annus vel anni. secundum verò Rab. Sa. intelliguntur tantum duo dies naturales. vtroque enim modo in vet. test. inuenitur hoc nomen dies in plurali acceptum, scilicet pro duobus diebus naturalibus, & pro anno vel annis indeterminate. Quod autem hic accipiat secundum modo, magis videtur ex hoc quod dicitur infra 29. quod dixit Achis de mora David cum ipso: Est apud me multis diebus vel annis.

4 Et ascendit. Hic describitur viuendi modus, scilicet de prædis infidelium circumadiacentium.

5 Nec relinquebat. ne accusarent eum apud Achis: licet enim non essent de Philistinis, tamen aliqui eorum poterant esse sub eorum tributio, vel habere aliqua pacta seu conuentiones cum eis. propter quod Achis potuisset contra David prouocari.

Re-

MORALITER.

† ad Gentiles transiturus per fidem & deuotionem. propter quod Paulus & Barnabas constanter dixerunt Iudæis Act. 14. g. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, et indignos vos iudicatis æterna vitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Deus. Per hoc autem quòd David

uid agebat prædas de gentibus circumstantibus & neminem viuificabat, significatum fuit quòd Christus per prædicationem apostolorum occidebat errores Gentilium, & illos sibi per fidem charitate formatam incorporabat. sic enim dictum fuit Petro Act. 10. b. Surge Petre, occid. & man. quod intelligitur de conuersione Cornelij & amicorum eius ad fidem Christi per prædicationem beati Petri.

MORAL.

C A P. XXVIII.

A a Samuel autem. Rab. Samuel superius mortuus legitur :

sed causa resurrectionis eius repetitur ad damnationem Saulis, qui relicto Deo contra legem pythonom consulebat.

b Et Saul abstulit magos, &c.

B Iustinus. Sustulit ventriloquas ut ea ratione Deum sibi reconciliaret, quo sententiam abrogaret quæ Saulum regno abdicauerat. Non ille quidem ventriloquarum impietatem odio persequens, sed regnum amans. Et quia non admisit Deus intentionem eius, cum defecit,



a custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. † Samuel autem mortuus est, planxitque eum omnis Israël, & sepelierunt eum in

a † Superius dicitur sepultus in domo sua. i. in familia & in cognatione sua.

b Ramatha vrbe sua. Et Saul abstulit magos & ariolos de terra, & interfecit eos qui pythones habebant in ventre. Congregatique sunt Philisthiim, & venerunt & castrametati sunt in Sunam. Congregauit autem & Saul vniuersum Israël, & venit in Gelboe, & vidit Saul castra Philisthijm & timuit, & expauit cor eius nimis.

c † Consuluitque dominum, & non respondit ei, neque per sacerdotes, neque per somnia, neque per prophetas. Dixitque Saul

ruit, vt egeret eis quas non bona intentione sustulerat.

D * Hebraei. Saul ea causa sustulit ariolos, quod illi praedicerent, eius familiam euertendam esse, & regnum transferendum esse ad Dauidem.

c Consuluitque dom.

Rab. Sicut Hebraei tradunt ieiunando & orando à Deo petebatur oraculum: & Deus illis per somnia reuelabat futura,

quod Saul fecisse non legitur.

d Neque per sacerdotes: in quo scriptum erat doctrina & veritas.

e Quærite

Neque per somnia, neque per ephod, scilicet quod sacerdos gerebat in peccatore: in quo scriptum erat doctrina & veritas.

f Saul.

† supra 14. f.

g Quærite

Neque per vim. id est, doctrinam, neque per ephod, scilicet quod sacerdos gerebat in peccatore: in quo scriptum erat doctrina & veritas.

h Quærite

Neque per vim. id est, doctrinam, neque per ephod, scilicet quod sacerdos gerebat in peccatore: in quo scriptum erat doctrina & veritas.

i Quærite

Neque per vim. id est, doctrinam, neque per ephod, scilicet quod sacerdos gerebat in peccatore: in quo scriptum erat doctrina & veritas.

k Quærite

Neque per vim. id est, doctrinam, neque per ephod, scilicet quod sacerdos gerebat in peccatore: in quo scriptum erat doctrina & veritas.

l Quærite

Neque per vim. id est, doctrinam, neque per ephod, scilicet quod sacerdos gerebat in peccatore: in quo scriptum erat doctrina & veritas.

m Quærite

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XXVIII.

F Actum est. Hæc est vltima pars principalis huius libri primi: in qua describitur Saulis mors & consummatio per bellum contra Philisthaeos. primò igitur describitur helli apparatus. secundo Dauid recessus cap. 29. tertio Saulis occubitus c. 31. Circa primum sciendum, quod propter magnitudinem apparatus in Philisthinorum exercitu Saul territus consuluit Pythoniſſam. Circa quod primò describitur consultationis occasio. secundo ipsa consultatio, ibi: Dixitque Saul. tertio data responsio. ibi: Dixit autem Samuel. quartò Saulis desolatio, ibi: Staturumque Saul cecidit. Circa primum dicitur.

1 Congregauerunt Philisthijm. in multitudine magna & valida.

2 Dixitque. quia multa confidebat de probitate Dauid & eius fidelitate. Dixitque Dauid ad Achis, &c.

3 Nunc sci. scilicet, pro te contra inimicos tuos, vt dicit. hic glo. interlinearis. Sed videtur quod in hoc Dauid peccauerit. quia si intendebat hoc facere, intendebat pugnare contra fideles pro infidelibus, quod est illicitum. Aut si non intendebat hoc, sed magis contrarium, scilicet, iuuare filios Israel contra Philisthaeos, sicut opinati fuerunt sa traps, vt habetur se. cap. sic fuit falsus & proditor intendens nocere ei quem promittebat adiuuare. Dicendum quod Dauid intendebat defendere ipsum Achis, cui tenebatur ex beneficijs receptis, quia Achis ipsum benignè receperat: & sic eum securum fecerat à persecutione Saulis; vt patet ex prædictis. nec peccasset hoc faciendo duplici ratione.

4 Vna accipitur ex parte Achis, scilicet si habebat iustum bellum contra Saul, quod potuit esse, si Saul qui erat arreptitius à demone aliqua pacta fregerat seu iuramenta cum Philisthaeis inita, quia talia sunt seruanda. vnde & Sedechias. 2. Paral. 36. arguitur. eò quod fregerat iuramentum quod fecerat Nabuchodonosor. Quamuis autem filii Israel non possent facere cum Philisthaeis fœdera perpetua, eò quod habitabant in terra sibi promissa: tamen ex causa rationabili poterant facere inducias ad tempus, & iuramento firmare vt patet ex prædictis.

5 Alia ratio accipitur ex parte ipsius Dauid, qui habebat ius in regno Israel: & ideo poterat illud acquirere virtute armorum facultate occurrente:

currente: & in tali bello iusto poterat licitè vti Philisthinorum confortatione & auxilio. Cogitabat enim probabiliter quod si Philisthaei haberent victoriam, Achis ei amicus & fauorabilis cum iuuaret ad possidendum regnum. quia habita victoria Philisthaei illud regnum nõ possederunt, sed in terram suam reuersi fuerunt: & Isboseth filius Saul successit in regno, vt habetur infra 2. l. b. 2. cap. Ex dictis patet argumentum factum ad contrarium.

6 Samuel autem. Licet mors eius supra descripta fuerit 25. cap. tamen hic repetitur, quia erat excitandus de proximo ad denuntiandum Saulis casum.

7 Et Saul. Istud ponitur hic ad declarationem sui facinoris, quia quod destruxerat quasi zelo legis iterum requisit. Dicunt tamen aliqui quod eos interfecit, eò quod vaticinabantur Dauid regnaturum post eum.

8 Et inter. Hoc non est in Hebræo, nec est de textu: sed primò videtur per modum glossæ appositum, postea per scriptores textui insertum. sequitur.

9 Consuluitque dom. &c. quia eos occiderat, excepto Abiathar qui erat cum Dauid.

10 Neque per. Dicunt hic aliqui, quia in tali requisitione debebat ieiunia & orationes præcedere, quod non fecit Saul.

11 Neque per prophetas. isti fuerant discipuli Samuelis.

12 Dixitque. Descripta occasione consulendi Pythoniſſam, scilicet timore Saulis de apparatu Philisthinorum & negatione diuini responsi, hic consequenter describitur Pythoniſſæ consultatio. Ad intellectum tñ sequentium queritur, vtum in tali suscitatione apparuit ipse Samuel vel malignus spiritus in eius specie. Et arguitur primò quod fuerit ipse Samuel: quia scriptura hic de ipso loquitur tanquam de persona ipsius, nominans ipsum pluries proprio nomine. & ideo videretur falsitatem prætereundere nisi ipse fuisset. Item magna irreuerentia facta fuisset sancto, si malignus spiritus toties in scriptura sacra nominatus fuisset nomine ipsius. Itè Eccles. 46. dicitur de ipso. Et post hoc dormiuit, & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, &c. Itè dicit certitudinaliter verum de futuris contingentibus, s. de morte Saul & filiorum eius, & de debellatione sui exercitus. & videtur fuisse verus propheta Samuel, & non malignus spiritus, qui est mendax & pater

Questio de Samuelis suscitatione.

M O R A L I T E R.

† Vidit Saul. quæsierat enim mortem Dauid cum magna solitudine & labore, cuius tamen innocentiam pluries probauerat: & quoniam ipsum pluries terruerat iniuste: ideo dominus terrorem ab aduersarijs suis immisit sibi iuste. Sap. 11. c. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. vnde & subditur.

8 Consuluitque dom. Responsio per somnia est interior, & iò significat consolationem interiorē à Deo datā, quæ negata est Sauli, & iuste, vt patet ex dictis. Responsio per sacerdotes si-

tes signat effectum orationis ecclesie, quam non habent homines obstinati contra innocentes, qualis erat Saul. & ideo non habuit in sum per sacerdotes, nec eis consimiles. Ratio verò per prophetas signat consilium bonorum & prudentium, pp quod prophetae videntes antiquitus appellabantur. 1. Reg. 9. b. Qui hodie dicitur propheta, olim appellabatur videns. Hoc autem responsum obstinati non querunt, nec ei acquiescunt, sed querunt responsum à Pythoniſſa: per quam significantur mali homines artibus prohibitis vtentes, vel quia in malis obstinati in stinctus diaboli profectuantur.

† Heb. 17. ad. Heb.

A Querite mihi. * Hieron. Quamuis legatur erasisse magos & hariolos de terra, hanc tñ mulierem Hebræi matrem fuisse Abner filij Ner autumat: & propter eundē Abner, ne perimeret eū ceteris pythomissis, abscōsā & reseruatā fuisse.

B Magos. Magi vtunt sanguine humano, & cōtactu mortuorum in maleficijs

† Leui. 20. d. Deur. 18. b. At 16 c. Matth. 4. a.

& diuinationib⁹. Arioli solis verbis, id est, incantationibus diuinant. Pythius dicitur Apollo harum artium cultor a quo Pythomissē, i diuini. hes Saul quasi zelo le

B psonis laqueū. a. quare das operam vt imponas laqueū tibi quo interficiar? t mori facias me? Aug. lib. 2. quæst. 3. ad Simplic. Incher. & Rabbanus.

gus deleuit, quia, vt aiunt, a demonibus coacti Dauid regem esse futurum p̄. rēconabantur.

C Lem susc. Aug. ad Simplicianum. Quæris utrū potuerit

† Qui dicuntur fuisse discipuli Samuelis cum quibus Saul prophetauit.

a feruis suis; † Querite mihi mulierē habētē pythone, & vadā ad eā, & sciscitabor per illā. Et dixerūt serui eius ad eū; Est mulier habens pythone in Endor. Mutauit ergo habitū suū, vestitusq; est alijs vestimētis, & abiit ipse & duo viri cū eo, venerūtq; ad mulierē nocte, & ait illi; Diuina mihi in pythone; & † fuscita mihi quē dixerō tibi. Et ait mulier ad eū; Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo ceraserit magos & ariolos de terra. Quare ergo † insidiaris animæ meæ vt † occidar? Et iurauit ei Saul in dño, dicēs; Viuit dñs q̄ nō eueniet tibi † quicquā mali propter hanc rē. Dixitq; ei mulier. Quē fuscitabo

malignus spūs excitare aīam iusti, vt videret & loqueretur cū Saul? Nonne & magis mirandū est, q̄ sathanas dñm assumpsit & cōstituit supra pinnā tēpli? Quolibet enim fecerit, factū est Nisi quis dicat, faciliore diabolo fuisse licetiā ad dñm viuū vnde voluit assumendū, & vbi voluit ad cōstituendū quā ad Samue

lē spiritū excitandū Si autē hoc nō cōturbat: quia voluit dñs & permittit nulla diminutione suæ potestatis & diuinitatis id fieri, sicut à Iudæis se crucifigi & interfici passus est: non est absurdum credere aliqua dispēfatione permittū fuisse, vt nō dñante magica arte vel potētia, sed dispēfatione occulta, q̄ Pythomissā & Saulē latebat, se oñderet spiri-

NICOLAUS DE LYRA.

pater mendaciū, vt habetur Ioan. viii. f. In contrarium arguitur per glossam quā habetur Esa. xxix. quā dicit sic; Pythomissa non suscitauit Samuelem, sed euocauit demonem. Item Deus nolbat respondere Sauli per prophetas viuos, vt patet ex p̄dictis: & multo minus per mortuos, vt videtur. Itē, ille qui apparuit dixit Sauli: Cras mecum eris. cum igitur Saul esset reprobatus, & igne gehennæ cruciandus, videtur quod ille qui sibi apparuit malignus spiritus fuerit eidem igni deputatus. Item ille qui apparuit permisit se adorari à Saule, quod non permisisset sanctus Samuel cū solus Deus sit adorandus, & ideo videtur quod fuerit malignus spiritus talis honoris cupidus. Item si fuit Samuel, aut apparuit diuina virtute, vel magica. Non primo modo, quia sic Deus multum fauisset arti magicæ faciens apparere Samuelem ad invocationem Pythomissæ, quod omnino videtur falsum & irrationabile. Nec secundo modo, quia ars magica nullam virtutem habet de se, sed demones per aliqua pacta cum magis inita voluntariè apparent vel aliqua faciunt, vt homines teneant in errore. Si igitur Samuel virtute magica apparuit, hoc fuit quia demon ipsum adduxit. Tunc quiritur aut fuit adductus voluntariè & sic demoni cōsensit & in malo actus, quod est inconueniens, cū esset in parte sanctorum. Aut coactus per demonem & hoc videt inconueniens, quia demones super sanctos defunctos nullā habent potestātē.

Responsio, ad quæstionem istam respondet Aug. in epistola ad Felicianum, cuius responsio ponitur in glo. super locum istum & tangit ibi duplicem opinionem vel dicendi modum. Primus est quod fuerit anima Samuelis ipsi Sauli apparens. & hoc secundum ipsum potuit esse dupliciter. Vno modo per demonem eam ad hoc adducentem, tamen ex permissione diuina ex aliqua ratione nobis occulta. Sicut Christus permisit se à diabolo assumi & super pinnaculum templi portari & super montem excelsum collocari, vt habetur Matth. 4 & ideo nullum inconueniens videtur, quod talia permittus fuerit facere in anima Samuelis, quæ longè incomparabiliter minor fuit ipso Christo, & aliquam figuram facere seu ostendere per quam appareret Sauli quasi in proprio corpore & habitu, ut litera præter dit. Alio modo, quod ista apparitio non fuerit aliquantulum arte magica seu potestate diabolica ad hoc permittis, sed diuina virtute hoc faciēte ex sua dispositione quæ Pythomissam & demonem latebat, vt Sauli propter sua demerita sententia diuina super eum futura de proximo per Samuelem denuntiaretur. sicut per ipsum viuentem reprobatio à regno sibi fuerat ante denuntiata, sicut dictum fuit supra 15. Alium verò modum dicendi ponit Aug. in ea epistola, quod nō fuerit Samuel, sed malignus spiritus apparens in eius effigie. Dicit enim Apostolus 2. Cor. 11. quod ipse sathanas transfiguratur se in angelū lucis, & multo fortius ut videt potuit se transformare in similitudinē Samuelis tñ Deo hoc permittēte in vtraque transfiguratione, sine qua nihil potest facere. Adducit etiā ad hoc aliquas rōnes tactas in arguendo pro parte ista, & ad hoc videtur magis declinare agens de præstigijs demonū, vt habetur in decretis 26. q. 5. c. nec mirum. Dicendum igitur, q̄ si decretū allegatū habeatur pro determinatione ecclesie, tenēda est ista pars determinatē. Si autē nō sit determinatio ecclesie, vt probabiliter videtur, tñ quia Aug. cuius est decretū vtrumq; modū dicēdi ponit vt probabile & rationabile in epistola ad Simplicianum, tñ quia post compilationem decretorum expositores sacre scripturæ p̄dictos modos recitauerunt & scripserunt tanquam probabiles & rationabiles, quod non fecissent si vnus dicendi modus esset ab ecclesia determinatus, nisi forsitan ex ignorantia huius determinationis, qd non videt eis imputandum, & ideo si illud decretū non sit determinatio ecclesie, videt (absq; tamē assertionē) q̄ probabilior sit modus dicēdi, quod anima Samuelis virtute diuina & eius dispensatione apparuerit modo prædicto ad annuntiandum Sauli diuinam sententiam, quia huic dicto magis videtur concordare tex. Bibliorum hic & in Ecclesiastico, vt supra alleg. est pro ista parte. Ad hoc etiam faciunt rationes supra inducē. hoc etiam di-

etiam tenent omnes H. br. doct. Istud etiam dictum videtur concordare ei quod habetur in libr. Num. in casu quantum ad aliquid simile. Dicitur enim ibi. 22. c. & 23. quod Balaam magus & ariolus quater quasit responsum demonis in domo sua, & bis cum Balac, & tunc secundum oēs doctō. catholicos, demon virtute diuina fuit prohibitus dare ei responsum, & angelus bonus dedit sibi responsum suæ voluntati cōtrariū. Nec Deus in hoc vel angelus bonus mago vel magicæ arti fauebat, sed magis effectū artis magicæ impeditabat. Sic videtur in proposito rōnabiliter posse dici, q̄ demon fuit prohibitus ad vocationem Pythomissæ venire. Ad hoc enim illa ars ordinat, vt ab omnibus teneatur. & patet per glo. Esa. superius allegatā, q̄ diuina virtute & voluntate apparuit Samuel annūtians Sauli cōtrariū voluntati suæ. Tenendo igitur modū istum, ad ea quæ obiciuntur in cōtrariū potest responderi. Ad primū dicendū, q̄ Pythomissa nō suscitauit Samuelem, sed illū Deus apparere fecit, vt dictū est, sed ipsa vocauit demonē, qui tñ fuit prohibitus venire, vt dictū est, & sic illa glo. nō est huic mō dicendi cōtraria, quāuis nō sit magna autoritatis, cū sit quæda glo. magistralis. Ad secundū, dicendum q̄ non fuit sine causa q̄ Deus magis respondit Sauli per Samuelem iam defunctum, quā per prophetam viuum, vt patet ex supradictis. Ad tertium dicendum, quod Samuel permisit se adorari adoratione diuina. nec hoc fuit malum, sicut & Dauid permisit se adorari à Nathan propheta vt habetur 3. Reg. 1. Ad quartum dicendum, quod Samuel dixit Sauli ipsum fore secum in crastino, id est, in statu defunctorum, nec plus sonat autoritas, quia si sonaret statum sanctorum, eadem ratione adduceretur ad oppositum, quia dixit Sauli; Cras tu & filij tui eritis mecum. Ionathas autem ibidem interfectus erat valde bonus vir & perfectus, vt patet ex supradictis in pluribus locis, propter quod tenendum est quod receptus fuit in parte sanctorum. & ideo si ex Saule arguitur apparuisse demonem, eadem ratione ex Ionatha arguitur ipsum fuisse Samuelem. Ad quintum dicendum, quod Samuel fuit adductus virtute diuina, non in fauorem artis magicæ, sed magis in impedimentum, vt patet ex dictis in questione. Verum quia Aug. videtur magis declinare ad alium dicendi modum, vt dictum est, ideo similiter soluenda sunt argumenta in contrarium facta. Ad primum dicendum, quod rerum similitudines in sacra scriptura frequenter nominantur nominibus rerum, vt patet Gen. 41. a. vbi dicitur, quod Pharaon vidit septem spicas & septem boues, & tamen certum est quod non vidit nisi earum similitudines. Et eodem modo sicut dicit Aug. effigies Samuelis per demonem representata hic vocatur nomine ipsius secundum istum dicendi modum. Nec ex hoc scriptura inducit aliquid falsum, sicut nec Gen. 41. vbi similitudines bouum vocat boues, sed dat studiosis occasionem quærendi sanum intellectū ex circūstantiis facti & aliis locis scripturæ. Nec propter hoc facta est irreuerētia sancto, quia talis denominatio est æquiuoca, vt patet. Et eodē modo soluitur illud, qd inducū fuit de Ecclesiastico. Ad aliud dicendum, q̄ non est inconueniens demones prædicere veraciter aliqua futura contingentiā, quæ habet per reuelationem à sanctis angelis secundum diuinam ordinationē nobis occultā, & aliquando coguntur ad hoc, sicut patet in multis locis, & potest dici, q̄ sic fuit in proposito, ad denūtiandū sententiā diuinā ipsi Sauli, eo quod non erat dignus q̄ sibi responderetur per angelos sanctos vel prophetas. His dictis reuertamur ad litteram exponendam de consultatione Pythomissæ. vbi primò ponitur eius inquisitio, eum dicitur.

- 1 Querite. Dicitur Hebræi, q̄ hoc dixit Saul duobus sibi familiaribus & secretis. s. Abner & Amase. secundò ad eā peruētiō, eū dicit.
- 2 Mutauit. s. ne ab ea cognosceretur, quia tunc non fuisset ausa suā artem exercere. Item quia Saul volebat alios latere, quod consuleret Pythomissam. & propter istas duas causas subd. tur.
- 3 Vene. ad mu. vt eius negotium esset occultum. Tertio ponitur eius consultatio, cum dicitur.
- 4 Diuina. Illa autem timente hoc facere Saul eam affectuauit etiā iura-

spiritu sancti aspectibus regis diuina eum sententia percussurus. Vel non vere spiritus Samuelis a requie sua excitatus est, sed aliquod phantasma, & illusio imaginaria diaboli machinationibus facta, quae propheta Samuel appellatur, sicut solent imagines rerum suarum nominibus appellari, sicut pictura Cicero-

super arcam testamenti de metallo facti magnae rei significandae gratia cherubin vocabantur, cum sint caelestes virtutes, quae cherubin dicuntur. Dum etiam quis videt somnium, non dicit imaginem videri Augustini, sed videri Augustinum, cum eo tempore quando aliquid tale vidit, ignoraret Augustinum. Pharaon quoque spicas se vidisse dixit in somnis, & boues, non spicarum, aut bouum imagines. Forte ergo apparuit imago Samuelis per ficta machinamenta eius, qui transfiguratur se in angelum lucis. Si autem mouet quomodo a malo ligno spiritu vera Sauli praedicta sunt? Potest & illud videri mirum, quod daemones agnouerunt Christum, quem Iudei non agnoscebant. Cum enim vult Deus, etiam infirmos spiritus aliqua vera cognoscere teporalia duntaxat ad istam mortalitatem pertinentia, facile est nec incongruum, ut omnipotens & iustus (ad eorum poenam quibus ista praedicuntur, ut malum quod imminet antequam veniat patiat) occulto apparatu videlicet mysteriorum suorum talibus spiritibus aliquid diuinationis impertiat, ut quod audiunt ab angelis praenuntiant hominibus. Tantum autem audiunt quantum omnium moderator dominus iubet, vel finit, unde etiam spiritus Pythonicus in Actibus Apostolorum Paulo attestatur, & euangelistam esse conatur. Miscent tamen fallacias, & verum non docendi, sed decipiendi fine pronuntiant. Hinc forte illa imago dixit secum Saul futurum, quod est falsum. Inter bonos. n. & malos post mortem chaos magni firmatum est. Vel propterea dixit, *meum eris*, ut ad parem conditionem mortis referatur, quod uterque homo fuerit, & mori potuerit, iam mortuus morte viuo praenuntiauit.

PROBLEMA

DE VERO SAMUELE EXCITATO.

*IVSTINVS MARTYR. Manere post mortem animas declarauit vobis exemplo Samuelis, cuius anima iubente Saule, fuit euocata per sagam ventriloquam.

*IOSEPHVS. Iussit Saul Pythonissae, ut ei animam Samuelis euocaret. Illa nesciens quis Samuel esset, eum ex inferno euocabat. Cuique apparuisset, videns mulier virum sanctum, & Deo locibilem, conturbata est, &c. significans se senem iam gloriosum, & sacerdotali pallio vidisse circumamictum, ex quibus agnouit rex hunc Samuel esse, & procidens in terram, salutauit, & adorauit. Anima vero Samuelis inquirente, cur eam conuenisset, Saul ingemiscebat, propterea (inquiens) ad te, qui

qui mihi semper prospexisti, confugi, &c.

*THEODORETVS. Ego leges librum Paralipomenon, inueni: Quod interrogauit Saul in ventriloqua, ut exquireret. Et respondet ei Samuel propheta. Hinc est ergo perspicuum, quod ipse Deus vniuersorum, efformata ut voluit specie Samuelis, protulit sententiam, cum hoc facere non potuisset ventriloqua, sed Deus, & minime protulit sententiam per aduersarios, &c. Deinde commisso praelio, Saul fuit interfectus. Vera ergo fuit praedictio, fuit enim diuina, ut pote, quae per Samuelen, ut arbitror, facta fuerit.

*PROCOPIVS. Nonnulli dicunt reuera quidem Samuelen apparuisse, sed Deo hanc animam reuocante, non faga. Scriptura enim tantum dicit, hanc vidisse Samuelen, non autem reuocasse.

*HIERONYMVS. Plerique putant Saulem signum accepisse de terra, & de profundo inferni, quando Samuelen per incantationes, & artes magicas visus est suscitasse.

*AMBROSIVS. Sancta Maria plena Spiritu sancto prophetauit, & Eliseus mortuus cadaver hominis tactu sui corporis suscitauit, & Samuel post mortem, secundum scripturae testimonium, (Ecclesiast. 46. & 1. Reg. 28) futura non tacuit.

*AVGVSTINVS. Queris, utrum spiritus immundus, qui erat in pythonissa, potuerit agere, ut Samuel a Saule videret, & loqueretur cum eo. Sed multo maioris miraculi est, quod ipse Satanus potuit loqui cum Deo, & petere ad tentandum Iob, & ipsos Apostolos, &c. Quod si licuerit maligno spiritui excitare animam iusti, & tanquam de abditis mortuorum receptaculis reuocare, nonne magis mirandum est, quod Satanas ipsum dominum assumpsit, & constituit super pinnaculum templi? Si illud nos non perturbat, quod dominus voluit atque permisit, a Iudaeis facta diaboli facientibus, se teneri, illudi, crucifigi, interfici, non est absurdum credere, ex dispensatione permissum fuisse, ut Deo obtemperans, consentiret spiritus prophetae sancti, se ostendi aspectibus regis, diuina cum sententia percussurus.

*BEDA. Caeremoniae legales id ipsum, nunc frustra celebratae significant, quod olim Deo iubente instabant, quomodo Samuel mortuus, sed impia arte suscitatus id ipsum de regni mutatione, quod & viuis antea praedicebat.

QVOD NON VERVS SAMVEL, SED DIABOLICVM SPECTRVM APPARVERIT.

*IVSTINVS. Omnia, quae a ventriloqua facta sunt, facta sunt opera daemone, qui sic perstrinxit spectantium oculos, vt

D
Quaest. 62.
Iuxta edit.
septuaginta.

Com. in hunc loc.
E
† 26. q. 2. c. illud. & 5. q. c. nec mirum. circa mediu. In c. 7. l. 2.

In c. 1. Luc.
† inimicum.

Li. 2. ad Simplicianum, q. 3.

F
Iob. 1.
Luc. 22.
Matth. 4.

Libr. 4. allegorice expol. in Sam. cap. 7.

Quaest. 52. ad orthod.

NICOLAUS DE LYRA.

uramento. & tunc illa consensit dicens: Quem suscitabo.

Cum autem vi. secundum veritatem, iuxta primum modum dicti superius positum, vel daemone in effigie Samuelis iuxta secundum.

Excla. pra timore Saulis, quem tunc sciuit esse praesentem. Si autem ueratur quomodo sciuit? Respondent Hebraei communiter, quod hoc uerit, quia quando alius a rege petebat aliquem suscitari per artem Pythonicam, primo apparebat ex parte pedum, quando autem rex hoc faciebat, primo apparebat ex parte capitis propter reuerentiam regis. Alii dicunt, & videtur uerius, quod ille, qui apparuit hoc sibi dixit.

Deos vidi, id est, homines diuinos, ut dicunt Hebraei, dicentes, quod non fuerunt, scilicet, Samuel & Moses. Cuius rationem assignant, quia Samuel timuit vocari ad diuinum iudicium, ideo adduxit secum Mosen, et esset sibi testis, quod legem integraliter obseruasset. Sed hoc videtur fictum, quia propheta Samuel ante tempus iudicii sciebat Christum venturum. Videtur etiam textui contrarium, quia statim subditur.

Qualis est for. in singulari, & ita est in Hebraeo, & ideo dicendum, quod solus Samuel apparuit. Et ponitur hic deus in plurali pro Deum, sicut

sicut Exod. 32. Isti sunt dii tui Israel. & tamen erat ibi tantum unum idolum.

5 Et intellexit, secundum ueritatem, vel secundum apparentiam, secundum duos modos supra dictos, & ita intelligatur istud nomen hic, & in alijs. Fuit enim Saul in sepultura Samuelis, prout dictum fuit supra 15. c. & vidit eum sepeliri in habitu suo sicut religiosum, quia primo congregauit homines religiose uiuentes sub ipso, ut patet ex superioribus, & ideo ex figura, & aetate, & habitu sibi relatis per Pythonissam Saul coniecturauit, quod esset Samuel, patet etiam ex hoc, quod licet Saul audiret uerba Samuelis, non tamen eum uidit, nec alii, qui erant cum eo, sed solum Pythonissa. Dicunt et Hebraei, quod solus Saul audiuit uerba Samuelis cum eo loquentis. Et hoc satis videtur ex circumstantia literae. Tum quia mulier illa rogauit eum comedere, tum quia nec ipsa, nec illi, qui erant cum eo suaserunt sibi absentare se a periculo, vel a praelio futuro, ubi erat moriturus, videtur tamen probabiliter, quod hoc fecissent si uerba Samuelis audissent. Cetera patent ex dictis.

6 Et ait Saul. Hic consequenter ponitur Samuelis responsio. Et patet littera ex praedictis usque ibi.

A vt sibi viderentur Samuelem videre, qui non erat. Verborū quidem veritas a Deo profecta est, qui demoni concessit in figura Samuelis apparere, & futurum reuelare.

Vbi supra.

* THEODORETUS. Existimo mulieres necromanticas ne quamlibet quidem reduce re animam, tantum abest, vt tanti prophetae. Est enim perspicuum, quod in aliquo alio loco degunt animae, expectantes resurrectionem corporū. Est ergo impium credere ventriloquam habere tantam vim.

* PROCOPIUS. Impium est dicere daemones incantamentis curiosorum, in animas potestatem habere, in quas quo ad homines vixerunt, potestatem nullam habuerunt. Igitur vel spiritus impostor formam Samuelis simulat, vel angelus Dei formā Samuelis assūpsit, domino sententiam per contrarium efferente.

Com. in c. 13. Ezech.

* HIERONYMUS. Quomodo aduersus prophetas pseudo prophetā inspirabantur diabolico spiritu, ita aduersus prophetissas, inspirabantur demoniaco spiritu alia eiusdem sexus. Has dicunt Hebraei maleficis artibus eruditas, per necromantias, & pythicum spiritum, qualis fuit illa, quae visa est suscitasse animā Samuelis.

† pinguem.

* TERTULLIANUS. Ecce hodie Simonis hereticos tanta praesumptio artis extollit, vt

Lib. de anima. cap. 57.

etiam prophetarū animas ab inferis mouere se spodeant. Et credo, quia mēdacio possunt, nec enim pythnico tunc spiritui minus licuit animam Saulis ettingere, post Deum mortuos consulente Saule. Absit alioqui, vt animam cuiuslibet sancti, nedum prophetae, a daemónico credamus extractam, edocti, quod ipse Satanās transfiguretur nedum in hominem lucis, etiam Deum se adscueraturus, &c.

* AVGVSTINVS. Non enim, quia imago Samuelis mortui, Sauli regi vera praenunciavit, propterea talia sacrilegia quibus imago illa praesentata est, minus execranda sunt.

* IDEM. Non hunc esse Samuelem per factum facilius intelligitur, sed diabolus, qui se transfert in angelum lucis, in phantasia Samuelis confederetur, &c.

* B E D A. Si quem mouet quomodo mulier arte daemonica prophetam post mortem inquietare, & suscitare poterit, sciat pro certo, aut falsam tunc vmbrae quarentibus ostendisse diabolus, aut vere Samuel exitit, tantum in his agendis licere diabolo, quantum dominus permiserit.

* THEODORETUS. Nulli dicunt ventriloquam vt re retulisse Samuelem, non nulli autem hoc refellerunt.

¶ Incassatum.

dñs sicut locutus est in manu mea, & scindet regnū tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid, quia non obedisti voci domini, neq; fecisti irā furoris eius in Amalec. Idcirco, quod pateris, fecit tibi dominus hodie, & dabit dominus etiam Israel tecū in manu philisthijm.

^a Id est, mortui quod verum, vel in requie, quod falsum dicit, vt credi faciat, & secutum reddat.

Cras autem tu, & filij tui mecū eritis, sed & castra Israel tradet dominus in manus Philisthijm. Statimque Saul cecidit porrectus in terrā. Extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa.

Ingressa est itaq; mulier illa ad Saul, & vidit. Cōturbatus. n. erat valde. Dixitq; ad eū: Ecce obediuit acilla tua voci tuę, & posui animam meam in manu meā, & audiui sermones quos locutus es ad me.

Nunc igitur audi, & tu vocem ancillę tuę, & ponam coram te buccellam panis, vt comedens conualescas & possis iter agere. Qui renuit, & ait: non comedam. Coegerūt autem eum serui, & mulier. Et tandem audita voce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum. Tollensque farinam miscuit eam, & coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante seruos eius. Qui cū comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totā noctē illam.

¶ Incassatum.

6 Et posui. id est, feci opus ad tuam petitionem sub pena mortis prohibitum, quasi dicat ex hoc debes inclinari meae petitioni, secundo es parte sociorum tuorum, cum dicitur.

7 Coegerunt autem. precibus importunis, & sic aliquantulum consolatus eis acquieuit.

8 Mulier autem. In Hebraeo habetur, praesepiatum, id est, in praesepio impinguitum.

9 Tollensque. infundendo aquam, vt inde faceret pastam.

10 Et coxit. quia non habebat tempus fermentandi.

11 Qui cum comedissent, &c. confortati cibo.

12 Et ambulauerunt. vbi apparet mirabilis probitas, & animositas Saulis, qui ita festinauit redire ad populum suum, vt esset cum eo in praelio, in quo sciebat se moriturum.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et dabit illud. Quia propter peccatum principis bene puniuntur subditi pena temporali, & etiam morte corporali, & maxime, quia multi erant fautores Saulis, & consentanei in malis suis.

2 Cras autem. Istud iam expositum est supra.

3 Statimque. Hic consequenter ponitur Saulis desolatio, tum propter domini sententiam, tum propter debilitatem, cuius causa tangitur, cum dicitur.

4 Quia non. id est, cibum aliquem, consequenter ponitur eius aliquis consolatio, & primo ex parte mulieris inuitantis eum curialiter, & obnixae ad accipiendum cibum, dicens.

5 Ecce obediuit. & in facto mihi periculoso, ideo subditur.

6 Et

1 Congrega

ADDITIO I.

In cap. 28. vbi dicitur in postil. Dixitque Dauid ad Achis: Nunc scies, quae facturus est seruus tuus, scilicet, pro te contra inimicos tuos.

Nulla rōnū in postil. allegatarū vř efficax ad excusandum Dauid a peccato, si impugnasset populū fidelīū p̄ infidelib. Dauid. n. licet fuit vnctus in regē Deo iubente p̄ Samuelem vt patet sup. 16. ex hoc non sequitur, q̄ habuisset ius in regno ad executionē regiaē p̄tatis in populo Israel, donec populus recepisset eū supra se in regē. Cuius rō est. Nā in institutione regiaē a Deo p̄ legē ordinata duo requirebantur. Vnū ex parte instituentis, s. quod diuina p̄uidētia fuisset electus: Aliud ex parte populi, s. q̄ talē electū a Deo in regē populus recipe ret, ponendo ipsum electū supra se regē, quod clare denotāt verba Dei. 17. vbi de institutione regiaē agit. Legitur. n. ibidē: Ipsum ponēs super te regem, quem dominus Deus tuus elegerit. Ex quibus verbis patet, q̄ acceptatio populi requirebatur ad executionē regiaē potestatis post diuinam electionem, quod est propositum. Quod etiam manifeste patet fuisse obseruatum in ipso Saul, qui licet prius fuerat vnctus in regē a dño Deo

per

per Samuelē, vt patet sup. 10. c. vterius habuit institui a populo ipsum in regē recipiēdo, vt patet sup. 11. Praeterea confirmantur p̄dicta sic: Nam si Dauid fuisset rex, & hēret ius in regno ante mortē Saul, & antequā fuisset receptus in regē, tunc Saul in sequendo Dauid hostiliter, esset proditor manifestus, & crimē laesae maiestatis incurrisset, & per p̄ns Dauid meritorie potuisset, & ēt debuisset occidere eū tanquā proditor manifestū sibi de iure subditū, cuius oppositū fecit occurrēte sibi opportunitate, vt sup. 24. ca. vbi Dauid seruis suis volētib. Saulē occidere, ait: Absit a me facere rem hanc dño meo Christo dñi. In quib. verbis duo oñdit. primū, q̄ talis occisio esset nefanda, tūc illicita, cū dñs: Absit, & c. secundū, quia reddens rōnē primū confitetur, q̄ Saul erat dñs ipsius Dauid quod minime posset esse si Dauid pro tunc fuisset rex Israel regnū. n. non patit confortē. Idē patet capitulo vigesimo sexto, vbi iterū habuit Dauid Saulē ipotestate sua, & Abisai, & alijs suis volentib. eū occidere, similiter rōdit addēdo: Vni dñs nisi dominus percusserit eum, vel dies eius venerit, vel in praelio descendens, & c. q. d. licet ille sit dignus morte p̄ persecutoriam meam iniustam, & alia sua demerita, non tñ eius iudex sum superior, sed solum Deum habet superiorē, qui possi

cun

cum occidere modis prædictis. vnde subdit. *Abstine a me mitte
 re manum meam in Christum domini.* Ex quo patet manifeste, qd
 David reputabat Saulē in vita sua regē suū, & dñm, licet ty-
 rannū, & pessimū. Itē patet de David, qui licet fuisset a dño
 vnctus in regē, vt dictū est, sup. 16. fuit tñ institutus per tribū
 Iudæ in regē super eandē tribum in Hebron, vt inf. 2. Re. 2.
 Et iterū tertio per alias tribus fuit in regē institutus super Isrl
 vt 2. Reg. 5. vnde cū David nūquā fuit in vita Saulis institu-
 tus rex per populū, sequitur, qd nunquā in eo tpe habuit ius ī
 regno, licet hēret ius ad regnū, nec habuit executionē regie
 ptatis. Nec valet qd pmissa dicere, qd David vocat Saulē dñm
 suū ex quadā humilitate seu reuerētia vnctionis, quā habue-
 rat, non autē rōne superioritatis, aut maioritatis. Nā hoc esset
 de directo qd rōne Christi factā Phariseis, Matt. 22. d. vbi di-
 cit. Si ergo David vocat eū dñm quō est filius, &c. Chrs. n.
 voluit ostēdere Phariseis, qd in Christo promissio erat diuina
 natura, ex eo, qd David cū esset pater eius vocabat eū dñm,
 cū dixit: *Dixit dñs dño meo.* vnde in Christo ponenda erat alia
 natura excellentior, quā humana, p quā Christus esset supe-
 rior, & dñs ipsi⁹ David, prout ipse postillator ibidē diffusius
 declarat. Quæ quidē rō Christi nō esset efficiax, si rōnabiliter
 posset dici, qd David ex humilitate seu reuerentia vnctionis
 Christi futuri vocabat eū dñm. vnde necesse est dicere, qd Da-
 uid viuentē Saul, ēt post primā vnctionē erat inferior, & sub-
 ditus ipsi Sauli, & sic non poterat Saule viuentē regnū Israel
 iuste sibi vindicare. Et sic rō postillatoris ex hac parte sum-
 pra non excusaret ipsum David. Similiter nec aliā rō per ip-
 sum postillatōrē assignata sufficit ad excusationē ipsius Da-
 uid. Tum quia non apparet in textu, quod Saul fregisset ali-
 qua pacta, vel iuramēta cū Philisthæis inita, sicut patet de Se-
 dechia cū Nabuchodonosor. Tū qd posito per casum, quod
 Achis haberet iustā cām qd Saulē, adhuc ex hoc non sequere-
 tur, quod bellū iustū esset, quia requiretetur authoritas prin-
 cipis, vt in secunda secundæ. q. 40. art. 1. in corpore artic. quæ
 quidē authoritas non posset præstari ab Achis respectu ipsi⁹
 David, cū nō esset eius princeps, vt dictū est, licet ei esset ob-
 ligatus ex bñficijs impensis, qd qdē bñficia impēsa ipsi David
 a rege Achis nō soluebant ipsum a subiectione, qua tenebat
 ipsi Saul, nec a fidelitate, quā tenebat obseruā suis fratrib. s.
 filijs Israel, licet tñ per alias rationes obligaret David serui-
 re ipsi Achis, s. rōne beneficij, vt dictū est. Et iō ad excusan-
 dū in hoc loco David a peccato, aliter posset dici, s. qd David
 nunquam determinauit se ad bellandū qd filios Israel, nec qd
 Saulē, qd erat rex suus, & iō nunquā dixit, nec asseruit regi A-
 chis, qd ipse pugnaret qd regē Israel, & suos, sed tñ dixit: *Tu
 scies quid facturus sit seruus tuus,* qd verba sunt manifeste inde-
 terminata, possunt. n. continere veritatē tā ex hoc, qd pugnasset
 qd Saulē, & suos, quā et ex hoc, quod nihil qd eos fecisset, sicut
 de facto contigit. Vnde in hoc verisimiliter æstimandū est,
 quod David, qui in factis suis a Deo singulariter dirigebatur
 in processu gestorū suorū satis patet, vidēs se ī hac anxietate
 seu perplexitate, qd si adiuuisset Philisthæos, aduersaretur
 populo Dei, & regi suo debitā subtraheret fidelitatē, s. Sauli
 regi Israel, si autē non adiuuisset regē Achis, esset sibi manife-
 ste ingratus. Idcirco diuinæ prouidentie, se cōmittebat, sicut
 in ceteris suis causis. vñ super hoc spectabat diuinā directio-
 nē seu inspirationē, ad hoc, qd ipse excusaret a cōmittenda p-
 ditione qd regē Israel, & exercitū eius: similiter, & excusaret
 se esset ingratus regi Achis. Quod etiā quasi miraculose sic
 iuit factū, vt patet in litera. Nā disponente Deo de voluntate
 Philisthinorū recessit ab eius confortio sine aliqua nota in-
 gratitudinis, nec etiā pugnavit qd exercitum Israel, sed poti⁹
 contra hostes Dei, s. Amalecitas. Nec gl. interlinearis allega-
 ta p postillatōrē qd hoc facit, vbi dicit, *quod facit seruus tuus,
 contra inimicos tuos: Nā ista verba glossæ sunt indeterminata,
 sicut verba textus, non. n. dixit. Tu scies, qd pugnabo cōtra
 inimicos tuos, quia sic dixisset mēdaciū seu falsum, sed solū
 dixit. Tu scies, etc. quod habet duplicem causam veritatis, vt
 dictum est supra.*

ADDITIO II.

In eod. cap. 28 vbi dicitur in postilla. Alium vero modū
 sciendi ponit August. in eadem epistola, scilicet, quod non
 uerit Samuel, sed malignus spiritus apparens in eius ethgie.
 Recte intuenti verba Aug. manifeste constat de mente il-
 lus esse, qd ista apparitio Samuelis fuisset præstigiōsa, & dæ-
 moniaca, nam in epistola ad Simplicianū, quæ super hunc
 assum in glo. ponitur, licet duos modos dicendi proponat,
 non tñ æqualiter. In illo. n. mō vbi dicit, qd spiritus Samuelis
 apparuisset, talia autē verba ponit, s. non est absurdū credere
 aliqua dispensatione pmissum fuisse, &c. qd quidē verba si pō-
 terentur, non asserunt, nō esse inconueniens, neque falsum
 hoc credere, sed solū dicunt non esse absurdū, multa. n. non
 sunt absurda, quæ tñ sunt falsa, vel inconuenienter dñr. In c.

vero, nec mirū. per postil. alleg. totaliter, & indistincte tenet
 vnā partē, s. qd non Samuel sūm veritatē apparuit, sed dæmon
 in eius specie. Cū igit sūm veritatē hæc sit propria opinio Au-
 gu. & non sit alius de doctorib. ecclesie approbatis, qd oppo-
 sitū videat tenere, satis dēt sufficere ad authoritatē, et si per
 ecclesiam hic non determinet, vñ & si aliqui doctores in hoc
 loco vtrunq; modū dicēdi pponant, hoc est ad sufficientiā
 distinctionis ostēdēdā, qd distinctionē ipse Aug. posuit, vt dictū
 est. Circa qd vltērius atcēdēdū, qd principales oppositā opi-
 nionē tenentes, sunt Hebræi, & eorū sequaces, qd intū adhe-
 rent literę, vt credāt, qd vbiq; dñ Samuel, intelligat in p-
 sona pppria, & nō in eius similitudine, cuius tñ oppositū satis
 deducit p exempla sacre scripturæ ab Aug. t. c. nec mirū, p̄fatio
 alleg. qd p postil. aliquāliter hic colligunt. Eodē mō Hebræi ī
 hoc loco incidūt ī aliū errorē ex nimia adhrētia literę. Dāt
 .n. Mosē, & Samuēlē resurrexisse ex hoc, qd Pythoniā dixit
 ī plurali, *æos vdi ascēdētes de terra.* quorū fundamētū nihil va-
 let cū pluries ī scriptura plurale accipiat pro singulari, vt in
 postil. allegat. Dimittere igit propriā opinionē Aug. qd mētē
 literæ scrutatur, & adhrere Hebræis, qd superficiē lre tñ
 inspicūt, valde irrōnabile vñ. Sed atcēdēdū est, qd licet oēs au-
 thoritates, qd vñ prima facie qd opinionē Aug. facere, sūt suf-
 ficiētē solutē ab Aug. t. c. nec mirū supra dicto, ista tñ autho-
 ritas Eccl. 45 p postil. alleg. vbi dñ de Samuele. *Post hoc dormi-
 nit, & notū fecit regi, & ostēdit illi finē vitæ suæ.* vñ facere specialē
 difficultatē qd opinionem Aug. prædictam. Nam in illa au-
 thoritate de vno, & eodem supposito asseritur, qd dormiuit, &
 qd notū fecit regi, &c. Si. n. dæmon tantum mō apparuit Sau-
 li, & notū fecit ei finem vitæ suæ, quō de eodē dicitur, quod
 dormiuit, diabolus. n. nunquam dormit, nec requiescit. Ad
 quod dici pōt, qd verū corpus Samuelis in sepulchro iacens
 cū proprio habitu in quo sepultus fuit, virtute magica Deo
 permittente apparuit ipsi Sauli, in quo corpore dæmon lo-
 quebatur, ex quo non attribuitur Samueli aliquod inconue-
 niens, cum tale corpus post animæ separationē careat intel-
 lectu, & sensu similiter, & velle, & nolle. Et iste modus susci-
 tandi proprie est necromanticus, necromantia. n. secūdum
 eius interpretationē est diuinitio per mortuos. Quod quidē
 corpus, s. Samuelis Samuel potuit in sacra scriptura vocari,
 sicut in alijs, quā plurimis locis sacri eloquij defunctorū cor-
 pora eisdē nominib. vocantur, quib. in vita cōsueuerunt no-
 minati. Vnde Gene. 35. d. Vbi sepelierūt Abrahā, & Saram
 vxorem eius. Ibi sepelierunt Isaac, & vxorē eius Rebeccam,
 &c. Constat autē, qd illorū corpora fuerunt sepulta, non autē
 eorū anime. Pari modo vulgariter corpus defuncti nominat
 eodē mō quo prius, cū aia fuerat sibi iuncta. Cōter. n. dicit
 hic tacet talis, vel talis. Huic ēt dicto consonat illud, quod le-
 gitur in p̄nti c. & in persona Samuelis. *Quare inquit asti me, vt
 suscitares?* quod pōt referri ad corpus Samuelis tantū, qui Sa-
 muel nominatur mō p̄dicto, qui quidē modus non est alius
 ab eo quē Aug. tenet, sed sub eodē continetur, si verba Aug.
 ad Simplicianū, vbi narratur hæc sua propria opinio bene p-
 siderentur. Dicit. n. ibi sic. Vel non vere spiritus Samuelis a
 requie sua est excitatus, sed aliquod phāta, & illutio, &c.
 Vbi aduertendū, qd nō dixit nō vere corpus Samuelis est ex-
 citatū, sed spiritus Samuelis, excludit. n. spiritū Samuelis a sus-
 citatione, nō tñ eius corpus, qd qdē corpus cū illusione ima-
 ginaria diaboli viuū apparebat, & loquebatur, & poterat vo-
 cari Samuel rōne p̄dicta. Et iste mod⁹ dicēdi seu declarandi
 mētē Aug. vñ satis sufficere ēt illis, qd volūt nun⁹ literalizare.

REPLICICA. In c. 28. vbi postillator adducit certas excusa-
 tiones p David, cū dixisset ad Achis. *Nūc scies, qd facturus sit ser-
 uus tuus.* Burg. volēs illas excusationes nō sufficere, vt a pecca-
 tis excusare David valeat, addit aliā excusationē, dicens ver-
 ba David fuisse indeterminata, sicut sunt quorū veritas su-
 mi pōt ex duob. s. siue pugnare, siue non. Contra arguitur sic
 per illa verba ipse David, aut aliquid intendebat, aut nihil, si
 nihil, igitur mētebatur, & peccauit. Si aliquid, aut qd voluit
 pugnare qd Israel, aut qd noluit, si primū, peccasset volēdo pu-
 gnare qd fratres suos fideles pro infidelib. si sūm, igitur propo-
 sitū habuit fallēdi Achis, qd est peccatū ingratitudinis. Sed
 David vñ determinasse illa verba indeterminata, cū inf. 29.
 cap. amotus per regē Achis dixit regi. *Quid iuuenisti in me, vt
 non pugnem contra inimicos dñi mei?* vbi apparet se determinas-
 se ad pugnandū ad modū loquēdi postil. Et vñ, qd non oport-
 uit tantū laborare pro excusatione David a peccato. Si. n.
 poneretur, qd David verbis illis indeterminatis habuisset pro-
 positū paralogisandi Achis, esset peccatū venia dignū, vide-
 licet infideli fidem non seruare, potissimum quādo fidei ob-
 seruantia uergeret in deteriore exitum, scilicet, qd populū
 Dei, & propriū pugnare. Nec puto errorē concedere Da-
 uid quācūque a Deo dilectum, & directum peccasse ue-
 nialiter, qd post regnū adeptū sepe legit peccasse mortaliter.

In eo. c. vbi de apparitione Samuelis, (vt patet in historia Vria) postilla. adducit duas opiniones, quarū vna opinatur Samuelē in propria persona apparuisse, alia opinatur nō Samuelē, sed diabolū in eius specie apparuisse. Et vtrāq; opinionē ponit beatus Aug. ad Simplicianū, cuius autoritas adducit in gl. ordi. vbi beatus Aug. rōdit ad rōnes vtriusq; opinionis, per hoc dans intelligere, q; vtrāq; pars opinabilis est, vnde quāuis in c. nec mirū 26. q. 5. ad sedam opinionē appareat inclinatus, dicit tñ aliā non esse absurdā. Et cū ad primā possit. trib. rōnib. & autoritatib. inclinā: Burg. putat ipsum cōmissile enim lese maiesta. eo q; opinionē, quā beatus Aug. tenet, ipse declinat, cū tñ beatus Aug. in hmōi opinionibus consensum aliorū nō efflagitet, vt haberi potest ab eo. 4. sup. Gen. ad lram 19. c. & 22. sciens, q; in materia opinabili sapiēs nō absurde dicitur sapienti, imō expedit drias in studijs ecclesiasticis esse opiniones ad exercendū ingenū, & excutiēdū studentū pigritiā. Nā pp easdē rōnes idē Beatus Aug. 1. super Gene. d. Manichæos dicit ecclesiā proficere hæreses insurgentes. vide de hoc in primo correctorio huius operis, autoritas igitur beati Aug. nec ēt decreti in materia opinabili cōpellit quominus qlibet pars opinabilis teneri pōt quo usque per ecclesiā altera pars fuerit determinata, quia ex iūc cessat opinio qñ incipit esse veritas determinata. Nunc autē Burg. hęc oīa agere ferēs, opiniones beati Aug. nititur defendere alia tñ via incedens, quā beatus Aug. quia beatus Aug. incedit via probabili. Burg. autē innititur temeritati. Nā rōnes & verisimilitudines per postil. pro opinione dria inductas non soluit, vt patet, sed solū laborat circa autoritatē adductā de Eccles. 46. dicēs illā facere specialē difficultatē d beati Aug. sicut & facit. Nā in autoritate illa dī Samuel dormiisse, & tunc notū fecisse regi finē vitæ suæ, & exaltasse vocē suā de terra in prophetia, quæ oīa demoni ascribi non pōt, demon. n. nunquā dormit, d primū, sed nec propheta dici pōt dī. Loquitur igitur illa autoritas de persona Samuelis diuina dispensatione suscitata, non ad factum Pythonissæ, nec ad meritū Saulis, sed ad pfirmandā finalē scissurā regni de manu Saul, quam ipse Samuel cum viueret, prædixit, vt patet supra. Et habet hoc factū aliqd simile cū factō Ochoziæ regis Israel, qui misit ad consulendū Beelzebub Deum Accaron, sed diuina dispensatione impedita est pultatio, & missus est Helias, vt patet 4. Reg. Ita in pposito Saul volēs p Pythonissam

Pythonissam pfulere demonē impeditus est, q; diuina dispensatione permissione Samuelis pūsus fuit, & hoc intelligens penituit. Sed ad hoc tñ sedo Burg. ad dicta. B. Aug. addit, quē puto de mēte Aug. nō fuisse dicit nāq; q; dicta autoritas intelligenda sit de corpore Samuelis in proprio habitu, vt sepultū fuit, q; videlicet virtute artis magicę diabolus illud corpus assumpsit pro instrumento suæ ludificationis, sed vt verū fatear Burg. non fuit cōpulsus illa autoritate sic dicere. Si. n. demū assumpsisset, sicut pōt corpus aerē in similitudine, & corporis, & habitus Samuelis, ita vere diceret Samuel ex illa similitudine, sicut si corpus proprium suffisset ludificationi, sicut vulgo nominamus imaginem nomine rei, accipiendo signū pro signato, imo, & B. Ambr. dicit in legenda sanctorū Gerualij, & Prothasij, se per pūcturā didicisse, q; ei apparens imaginaria visione fuisset S. Paulus. Etia huic mō dicendi vt repugnare litera huius c. qua dicit, quare inquit casti me, vt suscitaret, & c. nā cū illud corpus de quo sermo fuit Burg. carnis intellectu, & sensu, nolle, & velle, nō potuit se vere dicere inquietatū, neque suscitātū. Et si Burg. dixerit illos modos loquendi a demone pfectos, nō oportuit imo non decuit ad mēdacia demonū corpus sancti pphetę ponere instrumentū. Nec puto artē magicā, quæ in corporibus mortuorū diuina consuevit, sine singulari Dei pmissione ad corpora setorū posse extendi, & cū de hmōi pmissione in scriptura nullū reperit fundamentū, irrōnabile vī, & in iniuriā sanctorū talia confingere, vt argumento vtar in ualido quo Burg. vti consuevit. Recedit igit Burg. longe ab intentione B. Aug. qui dicit nō vere fuisse spiritū Samuelis, sed phantasma, & illusionē, & c. quę de reali corpore Samuelis vera nō sunt. Si. n. verū corpus Samuelis fuisset, iō fuisset visio realis, nō illusoria nec phantastica, prout B. Aug. vult, quāvis locutio fuisset illusoria, apparitio tñ fuisset realis, qđ est d intentionē B. Aug. Vel oportet Burg. dicere, q; nō fuit corpus reale, & hī propositum, ēt dato quis nō concessio, q; demon fuisset coniunctus corpori, vt motor, illud tamen coniunctū non vere diei posset prophetiā texuisse de terra, prout dī in autoritate pgal. Quib. omnib. sic dictis remanet liberum, quā opinionē, quis tenere, & defendere velit, cū ad neutram partē appareat ecclesię autoritas determinata. Et eodē mō liberū est Saul dicere saluatū esse, vel damnatum, cū ad neutram partem est demonstratio, vel ecclesię autoritas cogēs.

CAPVT XXIX.

A Congregata. *Quid sibi volunt Hebræi, isti, &c.* THEODORETVS.

B Cū cogeret exercitus alienigenarum, Satrapæ nō lubenter viderūt Dauidem, & ægre ferentes persuaserunt, vt dimitteretur tantquam hostis.

C *PROCOPIVS. Diuina prouidentia hæc geruntur. Vel enim



A cipes philisthim ad Achis: Quid sibi volūt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes philisthim: † Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit seruus,

CAPVT XXIX.

Ongregata sunt ergo agmina Philisthim vniuersa in Aphec. Sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrael. Et Satrapæ

vnde cenurio & qui tribunus:

quidem philisthim incedebant in cēnturiis, et milibus. Dauid autem, & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis: Dixeruntque principes

Deo prouidente factum est, vt Dauid legitimus rex, neque proditor

enim pugnavit contra populum Israeliticū, & sic suorum sāguine se contaminasset vel non deseruisset, laborantem populum, sed maximam eius curam habuisset, sed hunc pōnas dare suæ impietatis oportebat.

* R V P E R T V S. Vtique proditor

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXIX.

I Congregata. Hic consequenter describitur recessus Dauid, de Philistinorum exercitu, & primò describitur hmōi recessus, secundo incidens casus cap. 30. Circa primum Achis propter Dauid, et viros

viros eius reprehenditur, secundo propter hoc Dauid ad locum suum remittitur ibi: Vocavit ergo Achis Dauid. Prima pars patet vsque ibi.

2 Nunquid q. d. non debetis timere de eo, quia Saul persecutus est eū vsque

MORALITER.

I Congregata. Saul, & eius populus puniti fuerunt per Philisthæos pp mala, quæ fecit Saul, specialiter contra Dauid, in cuius persecutione fauebat, & obediebat sibi populus pro maiori parte, propter quod cum eo meruit puniti. Igitur per Philisthæos Israel debellantes, significantur infideles populi impugnantes fideles ex instmētū Dei ad puniendum peccata per fideles commissa, sicut frequenter legitur esse factum vnde Attila rex Hūnorū cum obsideret ciuitatem Trecentem interrogatus a beato Lupo, quis esset, respondit: Ego sum flagellū Dei. At ille dixit: Et ego Lupo, qui merui flagellari. Tale vero flagellum fuit Cōldroē Saladinus, & plures alij. igit per

per Dauid, qui voluit ire contra filios Israel cum Philisthæis signantur sancti, qui in punitioibus fidelium factis per manus infidelium applaudunt iustitię Dei secundum illud Psal. *Lgtabitur iustus cum viderit vindictā manus suas la. & c.* Et per talem modum Iere. 18. d. dicebat de populo Israel peccatore. *Da filios eorum in sa. & dedus eos in manus gladii.* Per hoc autē, quod Dauid a Philisthæis recessit, significatur affectus naturalis sanctorū ad fideles, licet applaudant diuinę iustitię in eorū punitioe, propter quod, & sanctus Iere. licet dixisset prædicta, tamen capta ciuitate, & populo partim occiso, partim captiuato lamentabatur dicens: *Quomodo sedet sola ciuitas, & c.* si cut patet in illis lamentationibus consequenter.

1 Cumque

proditor, neque hostis patrie iudicari posset. Denique si bello admissus contra suos praeliaretur, hostis patrie, si ad suos conuerteretur deferto rege ad quem confugerat, quique illum quasi fidelem custodem capiti suo posuerat, infamis existeret, perfidi proditoris crimine.

R. LEVI. Tenebatur David cum Achis domino suo, in cuius ditone cum suis morabatur, egredifed interim poterat suis magis prodesse, quam obesse, infatuando, scilicet

Saul regis Israel, & est apud me multis diebus, vel annis? & non inueni in eo quicquam mali, ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc. Irati sunt autem aduersus eum principes Philisthijm, & dixerunt ei: Reuertatur vir, & sedeat in loco suo in quo constituisti eum, & non descendat nobiscum in praelium, ne fiat nobis aduersarius cum praeliari coeperimus. Quomodo enim placare aliter poterit dominum suum, nisi in capitibus nostris? Nonne iste est David cui cantabant in choris, dicentes: Percussit Saul tantin milibus suis, & David in decem milibus suis? Vocauit ergo Achis David, & dixit ei: Viuit dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo, & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris. Et non inueni in te quicquam mali ex die qua venisti ad me vsque ad diem hanc, sed satrapis non places. Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philisthijm. Dixitque David ad Achis: Quid enim feci, aut quid inuenisti in me seruo tuo, a die qua fui in conspectu tuo vsque in diem hanc; vt non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei regis? Respondens autem Achis, locutus est ad David. Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei. Sed principes Philisthijm dixerunt. Non ascendet nobiscum in praelium. Igitur consurge mane tu, & serui domini tui, qui venerunt tecum, & cum de nocte surrexeritis, & coeperit dilucescere, pergite. Surrexit itaque David de nocte ipse, & viri eius, vt proficiscerentur mane, & reuertenterentur ad terram Philisthijm. Philisthijm autem ascenderunt in Iezrael.

licet, consilia D Palestine, & in periculis monendo Israelitas, id quod Satrape Palestine facile aduertere potuerunt. a Percussit Saul. Inuidetes gloriae David ante eum pugnatie tantum in decem milibus, quasi minoris potentia, Saul autem in milibus quasi innume rabilibus, nec addunt quot percussit inuidetes illorum laudi, vel ne suos terrerent. In vetustissimis libris non habetur milibus, sed tantum mille, & decem milia tantum.

NICOLAUS DE LYRA.

vsque ad mortem, & id copulatus fuit fugere ad terram meam. lo subditur. 1 Et est. Illi autem, qui dicunt, quod fuit ibi tantum 4. mensibus habent consequenter dicere, quod Achis dixit de mora David in terra sua, plus quam esset in veritate ad pacificandum principes Philisthinorum, vnde subditur. 2 Et non inueni. scilicet, machinationis ad malum, que tamen fuisse percepta in tanto tempore si fuisset in eo secundum veritatem. Cetera patent vsque ibi. 3 Percussit Saul. Ista litera videtur sanare, quod in acie Saul essent tantum mille bellatores cum eo, & cum David 10. milia, quod non est verum

rum, quia plures fortiores ponuntur circa regem, & ideo exponendum est hoc, sicut fuit, supra expositum 18. c. in quod mille hic nominati intelliguntur percussi ab ipso Saul, vt sit sensus: In milibus suis, id est, in milibus ab eo percussis, & eodem modo de 10. milibus David. 4 Vocauit ergo. hic propter predictam causam David ad locum suum remittitur, quod a Deo factum est, ne forte bellando contra filios Israel aliquos bonos de illo populo, vel amicos suos interficeret, secundo vt Amalecitas, qui manum Saul euaserant, & ciuitatem Siceleg in odium David incendiant deleret, & pradam ab eis captam recuperaret, tertio, vt ex prada ibi acquisita amicos sibi aggregaret, qui iuuarent ipsum post mortem Saulis ad obtinendum regnum.

1 Et

CAPVT XXX.

Umque a Amalecita. GREGOR. Considerandum est quid sit, quod Amalecitas Siceleg inuadunt, & pradam capiunt. Amalecitas populus labens vocatur, per quem secularium mentes designantur, que terrena ambiendo quasi labuntur dum eis delectantur quasi populus lambens pradam facit, dum terrena diligentes lucra de alienis damis sibi exaggerant. Et hoc absente David agunt, quia redemptorem ante oculos cordis habere negligunt. Aegyptius puer in itinere lassatur, quia amator presentis seculi peccati nigredine opertus, sepe ab eodem seculo infirmus despectusque relinquitur, vt cum eo occurrere non valeat, sed fractus aduersitate torpescat. Huc David



CAP. XXX.

Umque venissent David

Isti sunt Amalecitas, quos Saul delere debuit, & inobedientie reus regnum amittit.

& viri eius in Siceleg die tertia Amalecitas impetum fecerunt ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderant eam igni. Et captiuas duxerant mulieres ex ea a minimo vsque ad magnum,

solum conuersus in mente Deum recipit, sed predicando vsque ad aliena corda perducit. Quo duce David Amalecitas contumacem inuenit, & extinguit, quia Christus ipsis predicantibus mundi letitiam destruit, quos communit mundus habere despexit. b Et captiuas duxerant mulieres, & c. THEODO. Cur Deus permisit, vt eorum vxores, & filii, abducerentur in captiuitatem? Vt reuerti expeditionem facerent

Quest. 65.

NICOLAUS DE LYRA.

CAPVT XXX.

Umque. Hic consequenter describitur incidens casus, s. de ciuitate Siceleg incensa, & depredata tempore quo David, et viri eius erant in exercitu Philisthinorum. Circa quod primo describitur incendium ciuitatis, & eius depredatio, secundo hostium insecutio, ibi Confortatus est autem David, tertio eorum debellatio, ibi. Qui cum dixisset, quanto preda diuisio, ibi. Respondensque. Circa primum ostenditur, qui fecerint illud maleficium, cum dicitur. 2 Amalecites. odiebant enim filios Israel, eo quod Saul fere delenerat eos, & ideo cognoscentes, quod David, & viri eius erant absentes, ciuitatem Siceleg inuaserunt.

1 Et

MORALITER.

Cumque. Per hoc autem, quod absente David combusta fuit sua ciuitas, & mulieres cum paruulis in captiuitatem ducta per Amalecitas, qui gentes brutae interpretantur, per quod, & demones signant, quod in forma brutorum, vt frequentius hominibus

nibus apparent, vnde, & Eua apparuit in serpentis specie. Gen. 3. significatur, quod absentia boni prelati, quod per David significatur, a sua diocesi demones incidunt populum suum igne concupiscentie carnalis, & cupiditatis, & ducunt cum captiuum multiplicibus peccatis irretitum.

† Consuluit

cerent aduersus Amalechitas, & conuenienter diuina prædictione eos penitus perderent. Præterea, vt plurimam amicitiam Dauid significaret suis contribulibus, & eos ad maiorem attraheret beneuolentiam.

CHRYSOSTOMVS. Dauid percussus verbis Sarraparū

accepta cōtume-
lia recessit me-
rens, ac domum
rediens tāta ma-
la tot clades of-
fendit, vt pene
mæiore suffoca-
retur. Ex imperato enim super-
uenientia duplo,
quam erant, gra-
uora videbatur,
neque iam tole-
rabilia. Iuerat
enim ille quasi
quieturus domi,
mæroris præten-
dit consolationē
inuenturus, vxor-
es, scilicet, ac
liberos, cum re-
pente audiuit il-
los in seruitium
ab hostibus ab-
ductos, haulitq;
oculis ignem, lu-
mum, sanguinē,
cadauera. Atque
antequam illos
lugeret, capti-
uosque desleret,
irruunt ad eū fe-
ris omnibus un-
manius habitato-
res ciuitatis, que
rentes singuli ca-
suum suum con-
solationem ex il-
lius capite. Tunc
tristitia, & me-
tu iusti huius per-
turbantibus ani-
mum, tempeitas
maxima, tumul-
tusque harum
passionum in-
uicem se collu-
dentium iugiter
inerat

enim ille quasi
quieturus domi,
mæroris præten-
dit consolationē
inuenturus, vxor-
es, scilicet, ac
liberos, cum re-
pente audiuit il-
los in seruitium
ab hostibus ab-
ductos, haulitq;
oculis ignem, lu-
mum, sanguinē,
cadauera. Atque
antequam illos
lugeret, capti-
uosque desleret,
irruunt ad eū fe-
ris omnibus un-
manius habitato-
res ciuitatis, que
rentes singuli ca-
suum suum con-
solationem ex il-
lius capite. Tunc
tristitia, & me-
tu iusti huius per-
turbantibus ani-
mum, tempeitas
maxima, tumul-
tusque harum
passionum in-
uicem se collu-
dentium iugiter
inerat

Applica ad
me Ephod. PRO-
COPIVS. Aquila

ἐγγισόν μοι τὴν ἐπιμίαια. Cōtulit autem Deū de Geddur, qđ apud Hebræos

(τὸ σύστημα καὶ πείραξις) certum numerum militum, vel re-
ceptaculum latronum atque prædonum significat. Sic autē
appellatur, τὸ συστῆμα, prædonum congregatio.

Substiterūt. Ducenti lassi viri, qui cū sarcinis sūt relictī, signi-
ficāt infirmos ecclesiæ, qui cū spūalib. viris currere nequeūt

* quam viros, quia illi sunt quæ præcipue solent canere in choris cantilenas de victorijs suorum sicut supra 1. li. 18. ca. dicitur fuit de mulieribus præcipientibus obuiam Sauli & David de victoria redeuntibus.

1 Montes Gel. &c. Licet terra sit vesiana animata, bene tamen maledicitur propter factum quod contigit in ea.

2 Quia ibi abiectus est clypeus. Quia plures videntes se debellatos proiecerunt ibi clypeos proprios, ut expediri possent fugere. Vel dicitur clypei abiecti, quia non poterunt bellatores a sagittis Philistinorum defendere. Et in isto sensu accipitur quod subditur:

3 Clypeus Saul quasi non esset via. scilicet, consecrationis regie a Samuele, prout habetur supra 1. lib. 10. cap. ac si dicat, ita prostratus est ibi Saul quasi esset vnus de humili plebe.

4 Sanguis. Hic lamentatur David in speciali Saul & Ionathas, primo rememorans eorum probitatem, dicens: A sanguine, &c. rediit, id est, sagitta Ionathas & ensis Saulis non percusserunt inuicem, sed perforabant arma fortium vsque ad adipem & sanguinem intrinsecus.

5 Saul & Ionathas. id est, digni amore, quod patet de Ionatha in pluribus locis supra, & de Saul pro tempore quo fuit electus a domino, quod in Israel non erat vir melior eo, ut habetur supra lib. 1. cap. 9.

6 Et deco. quia patet de Saule, quod ab humero & supra eminebat super totum populum, ut habetur supra 1. lib. 10. ca. & de Ionatha eius primogenito

mogenito verisimile est, quod fuerit proceræ stature, & forma decoræ

7 In mor. q. d. lamentabile est, quod tales duo sint simul interfecti.

8 Aquilis velociores. ad persequendum hostes.

9 Leonibus fortio. Aduersarijs resistendo. Sciendum tamen quod hic est hyperbole, ad exprimendum eorum notabilem agilitatem, & fortitudinem, sicut de aliquare notabiliter alba dicitur. quod hoc est albius niue.

10 Filia Is. i. in vestibus coloratis & pretiosis de præda hostium sublati.

11 Qui præbebat ornamenta aurea. de hostium præda.

12 Cultui. id est, ornatui, illud enim vocatur cultus alicuius, circa quod est multum intentus, mulieres autem sunt multum intentæ circa ornatum suum. & ideo ornatum huiusmodi hic vocatur earum cultum.

13 Quomodo. verba ista vel sententia pluries repetuntur in isto lugubri carmine, sicut & in cantico lætitiæ illud quod est primum vel principale ibi pluries repetitur.

14 Ionathas. Hic ponitur lamentatio singularis super Ionatha, eo quod David cum singulariter diligebat. ideo subditur.

15 Amabilis. Quod potest intelligi dupliciter, uno modo passivè. i. plusquam amantur mulieres, & tamen ille amor est multum feruidus, secundum quod dicitur 3. Esd. 4. c. Multi demum et facti sunt propter uxores suas. i. propter feruentem amorem ipsarum. Alio modo actiue, id est, plus quam mulieres diligunt, quæ tamen aliquando valde feruenter amant. Et huic consonat quod subditur. Sicut mater.

CAP.

MORALITER.

† primi libri, mortalitas ista contigit propter peccatum, & hoc est

ADDITIO.

In 2. lib. Reg. 1. cap. vbi dicitur *Et præcepit ut docerent filios Iuda arcum, &c.*

Hoc præceptum ut quidam Hebræorum expositores dicunt, est de substantialibus lamentationis cuius ratio est. Nam in hoc carmine principaliter intendebat David plangere inualitudinem populi & debilitatem in fortiorum eius qui in patria & in locis excelsis fuerunt turpiter demeriti. Ex quo inferebat

est a viuentibus valde considerandum, & maxime a pergetibus. ad bellum, ne & ipsi sint irretiti aliquo peccato grati & contingatis similibus penæ, vel etiam maior in gehenna.

inferebat lamentando, quod iam non erat modus defendendi populum & patriam nisi per artem sagittandi, secundum quam artem debiliores saepe possunt fortiores eis debellare, quod sic contingit in pugna que fit cum gladio, in quo magis requiritur animi virilitas, & brachij fortitudo. Idcirco tanquam proemium sui carminis præmisit hoc lamentatorie, dicens: *Præcepit ut docerent.*

dictū est. Quam sunt stulti quibus hoc accidit? Oportebat enim eos intelligere, qđ volens ostendere vehementiā & sinceritatē amoris, eam adduxit similitudinem. Tāta est. n. viri affectio in mulierem, vt dicatur, *Relinquet ho patrē & matrem & adheret uxori suæ.* Quomodo ergo cōiunctio matrimonij efficit vnam carnem, ita etiā eorum qui sincere amant animas vnit affectio.

* R. Leui. Mulieris amor tam fortis est, vt si maritus eam iam percusserit, & illi maledixerit, non possit vel in modico minui amor eius, imo plerunq; acētius diligit.

C A P. II.

Igitur post. Rabb. Ascensio Dauid cum duabus vxoribus in Hebron, significat conuocationem duorum populorum in ecclesiam catholicam. Hebron enim interpretatur conjugium. Sola autem ecclesia cōlestis regis sponsa est. Illuc duxit Dauid singulos viros cū domo sua, quia singuli fideles in illam societate per euangelij prædicationem conuocantur, vbi non est distinctio Iudæi & Græci.

* Theodoretus. Deus iussit Dauidi vt primum ascenderet in Hebron, propterea quod patriarchæ in illa ciuitate & viui habitarent, & mortui fuerint sepulti. Præterea, ex tribu Iuda erat Dauid, huius autem tribus illo tēpore metropolis erat Hebron. Hierusalem enim tenebāt Iebusæi. Tribus autem Iuda Dauidem, vt qui ex ea esset tribu, diligebat plusquam alios. *Vngunt*, autem posuit, pro eligunt. Diuino enim oleo, cum vnixerat diuinus propheta. Semel enim fuit vnctus a Samuele, bis autem fuit pronuntiatus rex. Primum quidē suffragijs tribus Iuda in Hebron



C A P. II.

Gitur post hæc consuluit Dauid dominū dicens: Num ascēdam in vnā de ciuitatibus Iuda? Et ait dñs ad eum. Ascende. Dixitq; Dauid. Quo ascēdā? Etrñ

dit ei, in Hebron. Ascendit ergo Dauid & duę vxores eius, Achinoë Iezrabelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli, sed & viros qui erant cum eo duxit Dauid singulos cum domo sua, & māserunt in oppidis Hebrō. Veneruntq; viri Iuda, & vnixerunt ibi Dauid vt regnaret super domū Iuda. Et annūtiatū est Dauid, quod viri Iabes Galaad sepelissēt Saul. Misit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes Galaad. Dixitq; ad eos: Benedicti vos à domino qui fecistis misericordiam hanc cū domino vestro Saul, & sepelissetis eū. Et nunc retribuet vobis quidē dominus misericordiam & veritatē, sed & ego reddā gratiam, eo quod feceritis verbū istud. Cōfortentur manus vestræ, & estote filij fortitudinis. Licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamē vnxit me domus Iuda in regē sibi. Abner autē filius Ner, princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, & circumduxit eū

bron, septem autem annis postea a ceteris tribubus. * Ambros. Dauid debitum sibi imperium diu distulit, qđ sciebat Deo autore deberi, docens non præcipiendū regnū, etiam si debeatur, sed expectandum vt suo tēpore deferat. Vtinam hunc virum imitati essent posteri, nō tātas bellorū pertulissimus acerbitates.

b *Veneruntque.* Rabb. Quia superbis & contemptoribus gratiam Dei spernentibus cōlesti fama prædicationis & virtutū studio cōstitetur Christū regē esse in populo suo, cui data est omnis potestas in cælo & in terra. c *Dixitque.* Rab. Redemptori nostro multum placet, qui opera malorū qui in peccatis mortui sunt, obliuioni tradit damnando, nec ea quæ domino displicent imitatur, sed quæ præcepit facere recordatur.

* Iosep. Dauid misit ad viros Iabes, laudans & approbans eorum virtutem, & agens gratias pro studio quod circa defunctos habuerant.

d * *Rebuet vobis dominus misericordiam.* Hiero. in præfenti seculo, veritatem, in futuro, quia misericordia quæ in præfenti seculo tribuitur ad comparationem æternæ misericordiæ mendacium est.

e *Isboseth.* Rab. Qui interpretatur filius cōfusionis Abner aut xiliāte, qui interpretatur patris lucerna, tēgnauit super vniuersum Israel, & sola domus Iuda sequebatur Dauid, quia solis credētib. & vere cōfidentibus sequentibus Christum in cæteris error cōfusionis regnauit, diabolo instigante qui *iran. figurat se in angelum lucis.*

f *Circumdu.* In Hebræo dicitur: Traduxit eum in Mahanaim, quod interpretat castra, traduxit

D Apolog. t. pro Dauid. cap. 7.

* illuc. E

† 1. Reg. 31. d. Lib. trad. Heb.

† bonum.

2. Cor. 11. c.

F

NICOLAUS DE LYRA. CAP. II.

Igitur. *Posita lamentatione Saulis, hic consequenter describit institutio successoris.* Habuit autem duplicem successorem, vnū de iure. s. Dauid, qui iam inunctus erat ex diuina electione. Aliū de facto scilicet, Isboseth, quem instituit Abner princeps militia. Et iō primo agitur d. institutione Dauid, secundo de institutione Isboseth, ibi. Abner aut. tertio de processu viri usq; ibi. Egressusq; est Abner. Circa primum dicitur. 2 Post hæc. Licet hēret ius in regno, quia erat inunctus ex præcepto diuino, tamen noluit intrare possessionem absque diuino consilio, quia attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia sua viter. 3 Num ascendam. De illis primo quæsiuit, quia magis confidebat de hominibus illius tribus, eo quod esset de eadem tribu. 4 Quo ascendam. Habita responsione de tribu Iuda, conuenienter querit de loco. 5 Et respondit ei in Hebron. Quia in illa ciuitate sunt sepulti, qua-

quatuor principales patriarchæ, prout dictum fuit Gen. 23. propter qđ Caleb illuc inuit ad orandum dominum ex deuotione, prout dictum fuit Num. 13. & Ios. 14. propter quod dominus voluit, quod ibi inciperet regnum Dauid.

6 *Veneruntque.* Ter fuit inunctus, primo in domo patris, ut dictū fuit supra 1. lib. 16. cap. Secundo in Hebron super tribum Iuda, ut hic habetur. Tertio super totum populum Israel, ut habetur inf. 5. cap. In signum quod bonus catholicus regno cælesti dignus debet habere unctio nem spiritus sancti in corde per ueram fidem, in ore per confessionem, in opere per sanctam conuersationem. Et quia bonus rex debet esse grauis subditis de facto fidelitatis & pietatis, ideo consequenter ostēditur gratitudo ipsius Dauid erga viros Iabes Galaad de sepultura Saulis & filiorum eius. Et patet litera.

7 *Abner.* Hic consequenter ponitur institutio ipsius Isboseth de facto. Et pater litera. Sciendum tamen quod Ra. Sa. dicit hic, quod hoc factū fuit ad uerificandum uerbum domini ad Iacob Gen. 35. b. Reges ex te egredientur, & tamen omnes filij eius erant n. u. præter Beniamin, & sic significatum fuit, eo quod de Benjamin essent duo reges futuri, scilicet, Saul, & Isboseth.

Vnctio Dauid triplex.

Egressusque

MORALITER.

Igitur post hæc con. Per hoc autem quod Dauid ex diuina reuelatione ascendit in Hebron, qđ alio nomine vocat Charitharbe. i. ciuitas quatuor, significatur quod hō bonę uolūtatē, qui per Dauid significat, ascēdit ad perfectionē quatuor virtutum carnalium pinctum & adiutorium diuinum, qđ quidem perfectio ciuitas quatuor potest dici, de qua dñs Apocal. 21. c. Et ciuitas erat in quadra posita. 6 *Venerunt.* Ibi Iuda interpretatur confitens, & iō viri Iuda dicuntur illi, qui corde ore & opere Deum cōfitentur, & isti vngere Dauid, idest, virum uirtuosum promouere nituntur. Nam si est promotio in regimine temporali, uolunt eū hē-

re principem, si autem in spiritualibus pontificem vel præfidentem.

† *Misit ergo Dauid nun.* Sicut dictum est supra ult. cap. 1. lib. Per istos viros Iabes significantur illi qui cooperire student quātū bono modo possunt turpitudinē superioris sui, & ipsi sunt a domino benedicti, vñ Gen. 9. d. Sem & Iaphet operiētes uerenda patris sui ex hoc receperunt bñdictionem. Chā autē reuelas maledictionē. Abner autem filius Ner, qui cōstituit Isboseth regem, significat illum qui per potentiā suadet promouere indignum. Isboseth autem vir cōfusionis interpretatur, & sic signat illum qui nō est dignus honore, sed magis vituperio.

Sxit scilicet ultra Iordanem, & in castris regem constituit.
Aa *Et fuit.* Rabb. Bene dixit, quod Dauid septem annis & sex mensibus regnavit in Hebrō, quę interpretatur cōiugiū, vel visio sempiterna, quia Christus in ecclesia quę est eius spōsa per omne tēpus huius vite quod septenario dierū numero

Mat. 23. d.

Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. & quia post, expletionem senarij, i. perfectionem boni operis, electos suos ad verū sabbatum. i. requiem sempiternam perducit, ubi perfruentur visione Dei perpetua. Est autem Hebrō ciuitas in tribu Iuda quę quondam vocabatur Arbe, licet in Græcis

Gen. 23. a. & 55.

codicibus male habeatur, Arboc sicut, & in nostris cum, in Hebræo legatur Arbe id est quatuor, quia Abraham, Isaac, & Jacob ibi sepulti sunt, & magnus Adam, licet eum in loco Caluarie quidam suspiciunt. Hęc fuit olim metropolis Philistinorum, & habitaculum gigantium, postea ciuitas sacerdotalis, & fugitiuorū, distat a Meridiana plaga ab Helia miliarib. circiter 22. vbi quercus Abraham

† adolescentulis.

† percutere.

quę etiam Terebinthus, quę & Mambre usque ad Constantini regis imperium monstrabatur, & Mausoleū eius in præfentiarum cernitur. Cumque a nostris ibidem ecclesia iam extructa sit in circumitu, a cunctis gentib. Terebinthi locus superstitione colitur, quia sub ea Abraham angelos hospitio recepit, hic primū Arbe dicta ē, postea Hebrō ab vno filiorū Caleb. Cōdita est autē ante septē annos quę Thanis vrbs Aegypti.
B *Egressus.* Rab. Hūc locum Iosephus ita exponit. Abner promouit electū nimis exercitum, vt cōgrederetur cū tribu Iuda. Itascebatur enim aduersum eos, a quib. rex Dauid fuerat ordinat⁹. Huic occurrit mis⁹ Ioab a Dauid fili⁹ Saruie forris

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Egressusque; Hic consequenter ponitur vtriusque regis instituti processus, quia Isboseth procedebat semper deficiendo, Dauid autē proficiendo, quod ostenditur in duobus, primo in virorum Isboseth debellatione, secundo in ipsius Abner cum Dauid consederatione, ca. 3. Circa primū primo ponitur debellatorū cōgregatio, secundo partis Isboseth depressio, ibi. Fugatusque est Abner. tertio belli cessatio, ibi. Persequenti bus autē. Circa primū sciendum, quod quantum ex litera videtur. Abner princeps militie Isboseth, et Ioab princeps exercitus Dauid condixerāt adinuicem, vt conuenirent ad locum certum, et ibi viderent pugnam singularem aliquorum ex vna parte & ex altera, ad videndum probitatem virorum vtriusque partis, & hoc est quod dicitur.*

2 *Et cum in unum. i. in vnum locum determinatum.*

3 *Ex regione. i. exercitus Dauid ex vna parte, & exercitus Isboseth ex altera. Et piscina erat in medio, id est, congregatio aquarum pluuialium in vna fonte, sicut solet esse in campis pro animalibus potandis.*

4 *Surgant. Hoc est, ad prælium apti.*

5 *Et ludant. i. ostendant fortitudinem suam & probitatem. Vnde sciendum,*

ris eius, hic erat contra Abner cōstitutus princeps militie, cū quo fuerūt fratres sui Abifai & Afael, & oēs armati Dauid venientē; ad quādā fontē in ciuitate Gabaon, acie cōstituit ad pugnādū. Dicēte vero Abner ad eū, velle se pbare qs eorū hēret robustiorē exercitū, cōuenit inter vtrosq; vt duode-

cim viros, pugnaturos mitterent, eductisque gladijs viri Dauid, & tenentes hostium capita lūbos, & latera suis gladijs perforarunt, donec omnes quasi ex vno constituto periculo, perimerēt, his cadētibus etiam reliquis dilabebat exercitus, & Abner populus victus. Fugientēque Ioab persequi nō cessabat, præcipiēs armatis vt festinarēt, & occidēdo nō deficerēt. Cuius etiā fratres prōptissime decertabant. Inter quos clarior fuit Afael, qui tantam gloriam in pedum velocitate habuit, vt etiā equos currēdo superaret, hic persequēbatur Abner in eandem partem declinans.

c Dixitque Abner. Theod. Proposuit certamē bellicum præstā

tissimis iuuenum. Ludum enim appellauit eorum cōgrēssū, añ commune & maximū, singularis certaminis faciens periculū. Numero at tribuū pares collecti sūt ex vtroq; exercitu.

Abner de tribu Benjamin princeps exercit⁹ Saul, pueros Dauid ad prælium prouocauit. Et Saulus necdū apostolus de tribu Benjamin Phariseus, apostolos ad certamen prouocauit, ac neci Stephani interfuit.

d Porro Afael cursor velocissimus fuit quasi vnus de capris. Greg. Afael significat eos quos vehemēs arripiēs furor in præceptis ducit, qui in eodē furoris impetu tāto cautius declinādī sūt, quanto insane rapiūtur, vnde Abner. i. patris lucerna fugit, quia

sciendum, quod istud verbum quod hic ponitur equiuocū est ad ludere, & occidere, & etiam ad quādam alia, sicut dictum fuit Gen. 21. hic autē ponitur pro occidere, ideo subditur.

6 *Apprehensioque. Ex quo videtur, quod ex vtraque parte fuerunt interfecit, licet Iosephus dicat, quod illi soli de parte Isboseth fuerunt interfecit, sed magis credendum est textui, quia Iosephus frequenter dicit aliqua textui dissona, vnde subditur. Vocatumque. In Hebr. eo hētur capus cōcisorum, eo quod mutuis gladijs cōcisi ceciderūt ibi isti & illi.*

7 *Et ortum. Quia istis occisis vterque exercitus incepit pugnare ad inuicem ad suorum vindictam.*

8 *Fugatusque. Hic consequenter describitur partis Isboseth debellatio. Et patet litera paucis exceptis.*

9 *Porro. Ex hoc patet quod pugnauerunt peditando, aliter non commendatur de velocitate cursus, sed magis equus portans ipsum.*

10 *Quasi vnus. Hyperbole est, ad denotandū eius agilitatē excellentē.*

11 *Persequēbatur autē Afael Abner & non declina. Reputans sibi ad magnam gloriam si posset deuincere militie principem.*

12 *Et leuare. Cogitabat enim Abner quod Dauid finaliter prævaleret,*

MORALITER.

1 *Egressus. Per Abner qui mouit contentionem cōtra viros, Dauid,*

Dauid, significatur quod illi qui indignum promouere nituntur, & contentiones & brigas mouēt pro impio, & sicut iste

† Abner

quia doctorum lingua quæ supernum Dei lumen indicat, cum per abrupta furoris mentem curuspiam ferri conspiciat, & contra irascentem verborum dilluulæ iacula red- dere, quasi persequentem non vult ferire. Sed cum iracun-

commotæ mentes dum & parci sibi sentiunt, & tamen re- D sponforum ratione in manibus sub tranquillitate tanguntur ab eo quo se crexerant statim cadunt. Quia ergo a furo- ris sui impetu sub lenitatis percussione resiliunt, quasi

deratione miti- gan, & quasi A- fael persequi nō cessant. Necessè est enim, vt qui furētēs reprime re conantur, nō se in furorē erigant, sed si quid est tranquillita- tis ostendent, q̄- dam verò subtri- liter proferant, in quibus ex ob- liquo animū fu- rentis pungant. Vnde Abner p- sequentem non recta, sed auer- sa hasta perfora- uit. Ex mucro- ne enim percu- tere est impetu apertæ increpa- tionis obuiare. Auersa autem hasta ferire est furentem intrā- quillè ex quibus- dam tangere, & quasi parcendo superare. Afael autem protinus occumbit, quia con-

† Percussit ergo eum Abner † auersa hasta in inguine, & transfodit, & mortuus est in eodem loco. Omnesq; qui transibant per locum in quo ceciderat Afael, & mortuus erat, subsistebant. Persequentibus autem Ioab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit. Et venerunt vsque ad collem † aquæductus qui est ex aduerso † vallis, & † itineris deserti in Gabaon. Congregatiq; sunt filij Benjamin ad Abner, &

conglobati in vnum cuneum steterunt in summitate † tumuli vnus, & exclamauit Abner, ad Ioab, & ait: Num † vsque ad interneccionem

tuus mucro defæuiet? An ignoras, quòd † periculosa sit desperatio? Vsquequo non dices populo, vt omittat persequi fratres suos? Et ait

Ioab: Viuit Dominus † si locutus fuisses mane, recessisset populus persequens fratrem suum. † Insonuit ergo Ioab buccina, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt vltra Israel, neque iniere certamen. Abner autem, & viri eius abierunt per campestria Moab tota illa nocte, & transierunt Iordanem, & lustrata omni Bethoron, venerunt ad castra. Porro Ioab reuerſus omissio Abner congregauit omnem populum, & defuerunt de pueris Dauid decem & nouem viri, excepto A- faele. Serui autem Dauid percusserunt de Benjamin, & de viris qui erant cum Abner, trecentos sexaginta, qui & mortui sunt. Tuleruntq; Afael, & sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethlehem. Et ambulauerunt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

1 a An ignoras † cuspide lan- † in quinta
2 quòd periculosa sit † costa.
3 desperatio. In He- † per viam.
4 braeo habetur: †
5 An ignoras, quòd †
6 amarus erit finis. †
7 si populum delere †
8 niteris. †
9 Procopius. †
10 Non æquū est, † collis.
11 inquit, vt vi- † in seculum
12 ctiores omnes † vel perpetuo
13 victos ad vnum † tuus gladius.
14 contentur extin- †
15 guere. Sape- †
16 numero enim †
17 qui secundum † nisi locutus
18 prelium faciūt, † fuisses, s. Sur-
19 dehuò vincunt- † gant pueri, &
20 tur: & qui a- † ludant &c.
21 lios persequun- † tunc.
22 tur, vertuntur †
23 in fugā. Quam- †
24 obrem dicit ex- †
25 trema amara es- †
26 se. Cognatio- †
27 nem etiam re- †
28 uocans in me- †
29 moriam, ei per- †
30 misit quod vo- †
31 luit.

CAP. F

NICOLAUS DE LYRA.

* ret, & tunc indigeret gratia ipsius Ioab, qui erat maior in domo Dauid: propter quod reformidabat occidere fratrem eius.
1 Percussit. id est, cōtra cum versa. Si enim de ligno hasta percussisset eum, vt dixerunt aliqui, non potuisset eum ita transfodisse, maxime quia armatus erat, licet leuibus armis. In Hebræo habetur: Percussit ergo eum post epar. id est, circa membra vitæ, vbi est iētus mortalis.
2 In inguine. In Hebræo habetur: In quinta. scilicet, costa, sub qua sunt membra vitæ.
3 Persequen. Hic consequenter describitur, belli cessatio duplici de causa. Prima propter noctem superuenientem, quæ notatur cū dicitur: Sol occubuit. Secunda propter periculum interfectionis ex vtraque parte, quia filij Benjamin se recolligentes circa Abner parabant se ad ponendū totum pro toto ad fortunam. propter quod clamauit ad Ioab.
4 An ignoras. scilicet, de fuga absq; bello. q. d. tu non debes ignorare, quia

quia per talem modum vtraque pars ponit totum pro toto, & sic est in periculo, cui non debebant exponi. ideo subditur.
5 Vsquequo. secundo signum cessationis.
6 Vt omit. Quia isti & illi erant cultores Dei & de eadem lege, & ideo non erat bonum destructionem huius partis, vel illius querere. Cui Ioab assentiens dixit.
7 Si locu. Hoc est si citius ista verba dixisses, bellum citius cessasset, aliqui Hebræi dicunt, q̄ hęc est litera: Si non locutus fuisses mane, scilicet, verbum, quod pradixisti in principio: Surgant pueri & ludant coram nobis. recessisset populus absque bello, quia occasione illius dicti, & sequentis facti ortum fuit bellum, vt patet ex prædictis. Cetera patet vsque ibi.
8 Excepto. Licet esset de pueris Dauid sicut & alij interfecti, tamen mors eius per se exprimitur, quia plus ponderabatur quàm omnium aliorum propter quod de eius sepultura specialiter agitur. Et patet li- tera. Sepultura tamen ista fuit postquam Ioab, & exercitus redie- rant in Hebron, licet ante scribatur.

CAP.

MORALITER.

† Abner de contentione sua reportauit confusionem multis

tis de suis bellatoribus occisis de prælio fugiendo, sic Dei iudicio iusto pro indignis contentiones mouentes confusio- nem reportant frequenter, & vtinam esset semper.
Tom.2. R 4

CAP. III.

A

Acta est ergo. Rabb. Domus David celestis Ierusalem que partim peregrinatur in terris, partim cum domino regnat in caelis. Domus vero Saul

superbi & impij regis est Babylo que facit fornicari omnes gentes. Inter has longa concertatio est, quia que secundam carnem est, persequitur eam que secundum spiritum est. Sed domus David perfectu filiorum gaudet, & in perfectione domus Saulis deficit in sua iniquitate, & tandem secundum merita sua in profundum abyssi immergetur.

1. Paral. 3. 2. B

Rabbanus.

† tenebat se pro domo, vel stabat a parte domus Hieron.

b Nat que. Sex filij qui nati sunt David in Hebron perfectionem sanctorum significat, qui de spiritali coniugio Christi & Ecclesie per Spiritum sancti gratiam quotidie oriuntur. c In Eglā. Rabban. Hæc est Michol, que sola vxor dicitur, quia eam David in adolescentia sua primam sortitus est vxorem. Hæc



Acta est ergo longa concertatio inter domum David, & inter domum Saulis. David proficiens & semper seipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie. † Natiq; sunt sex filij David in Hebron Fuitque primogenitus eius Ammon de Achinoam Iezrahelide. Et post eum Cheleab de Abigail vxore Nabal Carmeli. porro tertius Absalon, filius Maacha, filie Tholmai regis Gessur. Quartus autem Adonias, filius Haggith. Et quintus Saphajja filius Abital. Sextus quoque Ietraam de Eglā vxore David. Hi nati sunt David in Hebron. Cum ergo esset praelium inter domum David & domum Saul, Abner filius Ner † regebat domum Saul. Fuerat autem Sauli concubina nomine Relpha filia Aia. Ingressusq; est ad eam Abner. Dixitque Isboseth ad Abner: Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isboseth, ait: Nunquid caput canis ego sum aduersus Iudam hodie? Ipse mihi fecit hæc, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres & proximo

Hæc in partu dicitur occubuisse. vñ le in sequentibus scriptum est: igitur Michol filia Saul non stans filius, usque ad diem mortis sue, quia in ipso partu occubuit.

* Theod. Lex quidem iussit ne vxor a viro dimissa, & alij coniuncta, reuertetetur ad priorem maritum, quod est Deus

CAP. III.

significauit per Hieremiam, cap. 3. Sed David non dimiserat Michol, sed pater illius eam inique abducta a coniuge, alij dederat Vis ergo erat matrimonium, & que cum illo fuerat coniunctio. David ergo non est legem transgressus: sed Saul qui Michol coniunxit alteri. Violentie autem patris ignoscens David, rursus accepit vxorem. d Nunquid caput canis, &c. * Hierony. Acti diceret: Propter te, & propter domum patris tui, dicor caput canis esse contra Iudam, eo quod non reducam domum Israel ad David, quem scio unctum esse regem, & regnaturum super vniuersum Israel. Caput canis se dicit esse, id est, vilem eo quod a domo Iuda hic haberetur sicut latratus

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. III.

1 Acta est. Ostensa debilitatione regni Isboseth ex suorum debilitatione, hic consequenter hoc idem ostenditur ex Abner cum David iudicatione. Cuius quod promittitur David profectus. secundo ipsius Abner factus, ibi: Cum ergo esset praelium. Primum autem ostenditur, cum dicitur. 2 David pro. in potestate & multitudine, quia aliqui de nouo sibi iungebantur quotidie. 3 Et semper. respectu temporis prateriti: quia semper crescebat eius potestas, crescebat etiam in prole. ideo subditur: Natiq; sequitur. 4 Et post. Iste autem. 1. Paral. 2. vocatur Daniel, & hoc fuit nomen eius primum secundum quod dicit hic Ra. Sa. sed quia tunc erant aliqui derisores dicentes, quod erat filius Nabal, & quod Abigail ipsum conceperit quando David eam accepit vxorem: ideo ad ostendendum hoc esse falsum, mutata est a Deo eius facies, & assimilata est faciei David. Et extunc vocatus est Cheleab, quod nomen sonat in Hebr. quasi pater, vel similis patri. 5 Sextus. Iste vocatus fuit Nathan secundum Iosephum. 6 De Eglā. Ista fuit Michol filia Saul, & vocatur Eglā. i. vitula secundum proprietatem idiomatis Hebræi, & vocatur sic, eo quod fuit ei coniuncta in iuuentute, & ei valde dilecta, eo modo loquendi quo dixit Samson Iudic. 14. d. Si non arassetis in vitula mea, &c. 7 Vxore.

7 Vxore. Licet enim in veteri testamento viri possent habere plures vxores simul, illa tamen que primò accipiebatur, vxor specialiter vocabatur, propter quod Iacob dixit de Rachel Gen. 44. f. duos genuit mihi vxor mea. Alia autem non sic: quamuis secundum veritatem essent vxores. Michol autem primo fuit coniuncta David, & ideo vocatur specialiter eius vxor. 8 Cum ergo. Hic consequenter describitur ipsius Abner cum David factus, & primò describitur huius confederationis occasio. secundo ipsa confederatio, ibi. Misit ergo. Occasio autem fuit turbatio Abner contra Isboseth occasio. e cuiusdam mulieris, & hoc notatur cum dicitur. 9 Fuerat. id est, vxor non primaria, sed prima adiuncta, sic enim nominantur secunda vxores in veteri testamento, vt patet in pluribus locis. 10 Quare. Dicitur aliqui, quod Abner ingressus fuit ad eam concubitu matrimoniali, sperans per hoc obtinere regnum, sicut & Adonias petiuit Abisac habere vxorem, vt habetur infra 3. lib. 2. cap. alij autem dicunt, quod ingressus fuit ad eam fornicariè, quod redundabat in uerecundiam Isboseth filij Saul: & ideo si primo modo fuerit, uel secundo, merito displicuit ipsi Isboseth. 11 Qui iratus nimis prop. &c. Eo quod multa fecerat propter ipsum Isboseth. 12 Nunquid caput canis ego sum. id est, nilis & abominabilis sicut canis caput, erga tribum Iuda, de qua erat David. Vel aliter: caput canis, id est, latrans contra David & tribum Iuda, ne obtineant regnum contra te. Et tu

MORALITER.

1 Facta est ergo. Sequitur: David pro. Per David qui interpretatur manu fortis. bonus princeps vel praelatus significatur, quia mittit manum suam ad fortia. Per Saul autem, qui interpretatur abutens malus princeps vel praelatus, quoniam abutitur potestate sibi data. Per hoc ergo quod dicitur: David profi. significatur processus boni praelati vel principis in se, & in suis subditis de bono in melius, secundum illud Psal. 83. b. Ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum in Sion. Per hoc autem quod dicitur. † Domus autem. significatur defectus mali praelati vel principis

pis in se, & in suis subditis, quantum ad bonum virtutis. 10 Dixit Isboseth ad Abner: Quare ingres. Sicut dictum est supra. Abner conatus fuit constituere regem Isboseth, & male: quia David in regno ius habebat ex diuina electione. Per hoc igitur quod inter ipsos orta fuit discordia, significatur quod inter promouentem indignum & ipsam promotum Dei iudicio frequenter oritur dissensio, ex qua sequitur utriusque ruina, & sic fuit in proposito. Nam occasione huius discordie Abner iuit ad David in Hebron, & ibidem fuit interfectus, & ipso mortuo Isboseth fuit mente prosternatus, ex quo Rechab & Banaa acceperunt audaciam intrandi domum Isboseth, & interficiendi eum, vt habetur cap. sequen. Misit

latratus canis, & eo quod princeps esset canum, id est, stultorum hominum.

a *Non videbis faciem meam antequam &c.* Hieron. Est hic defectus, & necessaria subauditio, qua respondisse fertur Abner ad Da-

uid, se hanc rem non posse facere, ut ei Michol reduceret, eo quod frater eius rex eam haberet in potestate, & responso excusationis ratione pleno ab eo Dauid accepto, misisse pro ea ad fratrem eius Isboseth legitur, sicut sequentia declarant.

b *Sermonem.*

Rabb. Abner hortatur uniuersum Israel, ut relicto, Isboseth filio Saul ad Dauid conueniat, quia do-

ctores sancti, qui patris lucerna dicuntur, lumine fidei & scientiae pleni, omnes gentes exhortantur, ut praetera idolorum cultura

eius, & non tradidi te in manu Dauid, & tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie. Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodo iurauit dominus Dauid, sic faciam cum eo, ut transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid super Israel, & super Iudam, a Dan usque Bersabee. Et non potuit ei respondere quicquam, quia metuebat illum. Misit ergo Abner nuntios ad Dauid in Hebron pro se dicentes. Cuius est terra? Et ut loquerentur: Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te uniuersum Israel. Qui ait. Optime. Ego faciam tecum amicitias. Sed unam rem peto a te, dicens. Non videbis faciem meam antequam adduxeris mihi Michol filiam Saul, & sic venies & videbis me. Misit autem Dauid

nuntios ad Isboseth filium Saul, dicens. Redde uxorem meam Michol, quam despondi centum præputiis philisthijm. Misit ergo Isboseth, & tulit eam a viro suo Phaltiel filio Lais. Sequebatur eam vir

suus plorans usque Bahurim. Et dixit ad eum Abner. Vade, & reuere. Qui reuersus est: Sermonem quoque intulit Abner ad seniores

Israel, dicens. Tam heri quam nudiustertius quærebatis Dauid ut regnaret super vos. Nunc ergo facite, quoniam dominus locutus est ad Dauid, dicens. In manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philisthijm omnium, & inimicorum eius. Locutus est autem Abner etiam ad Benjamin. Et abiit ut loqueretur ad Da-

cultura & relicto errore confusionis cum autore suo diabolo ad D verum Dauid, id est, Christum venire festinaret. Nam & Ioab qui Abner in dolo loquens, & percutiens in inguine interfecit, hostem antiquum significat, qui fideles fraudulenter sub-

uerit, & per libidinis contagionem interficit. Ioab enim inimicus, vel idem pater interpretatur: omnium enim iniquorum diabolus caput est. vnde: Vos ex parte diaboli estis. Ab hac interfectione Dauid immunis est, quia Deus neminem tentat, qui omnes, homines vult saluos fieri. Per inuidiam autem diaboli mors intravit in orbem. Potest Ioab persona & nomine populum Iudeorum significare, qui semper per inimici fuerunt prædicatum, & fidem Christi ubique persecuti sunt.

1 gionem interficit. Ioab enim inimicus, vel idem pater interpretatur: omnium enim iniquorum diabolus caput est. vnde: Vos ex parte diaboli estis. Ab hac interfectione Dauid immunis est, quia Deus neminem tentat, qui omnes, homines vult saluos fieri. Per inuidiam autem diaboli mors intravit in orbem. Potest Ioab persona & nomine populum Iudeorum significare, qui semper per inimici fuerunt prædicatum, & fidem Christi ubique persecuti sunt.

10 tentat, qui omnes, homines vult saluos fieri. Per inuidiam autem diaboli mors intravit in orbem. Potest Ioab persona & nomine populum Iudeorum significare, qui semper per inimici fuerunt prædicatum, & fidem Christi ubique persecuti sunt.

11 f i. Reg. 18. g

12 Potest Ioab persona & nomine populum Iudeorum significare, qui semper per inimici fuerunt prædicatum, & fidem Christi ubique persecuti sunt.

13 Per inuidiam autem diaboli mors intravit in orbem. Potest Ioab persona & nomine populum Iudeorum significare, qui semper per inimici fuerunt prædicatum, & fidem Christi ubique persecuti sunt.

14 Potest Ioab persona & nomine populum Iudeorum significare, qui semper per inimici fuerunt prædicatum, & fidem Christi ubique persecuti sunt.

15 Per inuidiam autem diaboli mors intravit in orbem. Potest Ioab persona & nomine populum Iudeorum significare, qui semper per inimici fuerunt prædicatum, & fidem Christi ubique persecuti sunt.

16 Percussit F

NICOLAUS DE LYRA.

Et tu requisisti, &c. quasi diceret: bene deberes tacere. Hæc faciat Deus, &c. i. tot mala & plura quam alicui misero. Nisi quomodo iurauit dominus. Hoc est, nisi impleam uerum domini.

Ut transferatur regnum, &c. ad Dauid. Regnum tuum.

Et non potuit ei respondere quicquam. Tum quia Isboseth non erat homo alicuius ualoris: tum quia Abner regebat totam domum illum, & habebat in manu sua totam militiam.

Misit ergo. Posita occasione confederationis cum Dauid: hic consequenter ponitur ipsa confederatio. & primo per nuntios, secundo per ipsum, ibi: Et abiit. Circa primum dicitur: Misit ergo Abner nuntios, &c. ad uidendum qualiter posset, cum eo fœdus contrahere.

Dicentes, scilicet ex nomine Abner.

Cuius est terra. Quasi dicerent, tua de iure, ex quo uoluit te Deus regem eligere. Cetera patent usque ibi:

Non videbis faciem meam antequam adduxeris mihi Michol. Uolebat enim Dauid, & debebat præcauere honori suo. Fugerat enim Dauid uxore sua iniuste spoliatus, et ideo in primis uoluit eam si restituui.

Misit autem Dauid nuntios ad Isboseth. Quia Abner rescripsit ipsi Dauid, quod non poterat sibi reducere Michol nisi de uoluntate Isboseth, cuius erat soror. & ideo tunc Dauid petiuit eam ab Isboseth.

1 Misit ergo Isboseth, de consilio Abner.

Et tulit

12 Et tulit eam a viro suo Phaltiel filio Lais. Phaltiel non erat uir suus nisi putatiuus, quia secundum ueritatem erat uxor Dauid: nec poterat simul habere duos uiros secundum ueritatem, quia nunquam fuit licitum mulieri habere plures uiros simul.

13 Sequebaturque eam vir suus plorans. Dicitur expositores nostri communiter, quod plorabat ex gaudio, eo quod ad uirum suum reducebatur absque hoc quod eam tetigisset, sed sicut sororem seruasset. Erat enim doctor in lege, & sciebat sibi esse illicitum eam tangere carnaliter ipso Dauid uiuente, sicut dictum fuit sup. 1. lib. 25. c. Ra. Sa. dicit quod flebat dolens, eo quod exercitium in igne perfectionis ab eo recedebat. Reputabat enim exercitium magne perfectionis talem dominam sic palestram & nobilem seruare sicut sororem absque copula carnali.

14 Sermonem quoque &c. sc. i. ut adhererent ipsi Dauid sciens, quod alij uulgares istos de facili sequerentur.

15 Locutus id est, ad illos de tribu Benjamin, istos enim oportebat specialius & efficacius in lucere, eo quod in promotione Dauid transferbatur regnum de tribu eorum.

16 Et abiit ut loqueretur, &c. Consequenter describitur confederatio Abner per seipsum, quia personaliter uenit ad Dauid. Et primo describitur huiusmodi confederatio amicabile, secundo fœderis uolatio deestabilis, ibi. Nuntiatum est itaque, tertio occisi tumultatio uenerabilis. Dixit autem Dauid. Circa primum sciendum, quod ista confederatio fuit amicabile. Tum ex parte Abner uenientis, quia ante induerunt corda filiorum Israel ad Dauid ut patet ex præd. Et, tum ex parte Dauid recipientis, qui eum amabilius, & honorifice receperat & hoc notatur, cum dicitur.

1 Et fecit

MORALITER.

Misit ergo Abner nuntios ad Dauid, ad contrahendum cum eo amicitiam. & quia Dauid Christi figura fuit, ideo Abner in hoc gerit typum peccatoris penitentis & Christo reconciliari querentis. Per nuntios autem eius intelliguntur uiri boni & religiosi, quorum orationes penitens sperat, & querit Christo reconciliari exemplo Centurionis, Luc. 7. a. qui misit Iudeos ad Christum, ut per eos serui sui sanationem impetraret.

Non vi-

9 Non videbis. Quæ interpretatur aqua ex omnibus, & ideo signat lachrymas ueræ penitentiae, quæ de peccatis omnibus debet esse. Per hoc autem quod Dauid Abner ad se uenientem & Michol adducentem gratiose recepit, & magnum conuiuium ei fecit significatur quod Christus uere penitentem recipit gratiose, & cum reficit Eucharistia sacramento, in cuius figura dicitur de Christo, Luc. 15. a. Hic peccatores recipit & manducat cum illis.

A Percussit illum in inguine, &c. Theodo. Ioab p. textum quidem habebat eadem Azelis causam autē inuictā. Sciebat enim fore ut ille præfesset exercitum, qui vniuersū Israelē adducebat ad regem. Imperādi ergo desiderū eū armavit ad eedem illius faciedam. Rex autē plane optimus, & cum luxit, qui inuictē fuerat interfectus, & cum qui inuictē interfecerat, multis subiecit execrationibus. Seminis autē profluvia laborans & leprosus, ex lege immundus. & separatus a communi conuersatione cum ciuibus. Baculo autem vtuntur, qui sunt mutilato corpore. Aquila cum nominauit cecum. Execratus est autem illius genus, & ei imprecatus omne genus imbecillitatum corporis, paupertatem extremam, per gladium, occisionem, postremo autem iussit etiam ut periret.

B Ioseph. Ioab metuens ne Dauid in honore primi ordinis constitueret Abner, ipse vero decrederet, & militiæ amitteret principatum, viam pessimam & malignissimam cogitauit, ut ei detraheret apud regem. Sed cum his verbis non

† e castis.
† vel pacifice.
† quinta cōlla
† Dan. 13. c. Act. 20. f.
† cadat. L. 7. Antiq. cap. 1.

non potuisset persuadere regi, deteriore ruinam aggressus, eum occidit. Et Abner quidem hoc modo ab Ioab dolo peremptus est, pro morte, sicut dicebat, fratris sui Azael, ut tamen veritas habuit, pro metu proprii principatus & honoris quem habere poterat apud regem. Ex his itaque debet considerate, quilibet, quanta & qualia, præsumunt homines propter auaritię zelum, & principatus affectū, cum nulli cedere volunt. Nam concupiscentes hæc adipisci, per multa mala ad ea perueniunt. Quæ rursus metuentes amittere, multo deterioribus, actionibus, ut ea retineant, implicantur.

b Fluxum seminis. Iuxta literam videtur imprecari effluentiam libidinis, lepræ plagam, effractionem, inimici subiaccere gladio, medicare.

c Tenens fufum. August. Per ambitum, verborum notatur qui fallaciam suā defendere nituntur.

d Cadens. Qui gladio percutit.

gladio peribit. Heretici gladio oris perfodiunt prius gladio impitatis confossi.

Manus

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et fecit Dauid Abner. Valde solenne in fæderis signum, similiter ex parte Abner recedentis. ad hoc enim a rege recessit, ut promissum implet in effectu, quod notatur ibi:
- 2 Surgam ut congregem, &c. Similiter ex parte Dauid eum dimittentis: quia ad ipsum honorandum conduxit cum per aliquod via spatium. ideo subditur.
- 3 Cum ergo deduxisset, &c. Cetera patent in litera.
- 4 Nuntiatum est itaque. Hic consequenter ostenditur fæderis violatio de testibus. primo in ipsius Abner falsa diffamatione, cum subditur postea:
- 5 Ignoras Abner, &c. Quod erat falsum, ut patet ex precedentibus, quia venerat ad hoc, ut perficeret regnum eius. Secundo in subdola eius redutione, cum dicitur:
- 6 Misit nuntios. Ad reduendum eum quasi rex haberet cum eo loqui & sibi dicere aliqua quæ omisisset, quod tamen fuit fictum & absque scitu Dauid, ut patet in litera.
- 7 Et reduxit eum. Sic autem vocabatur locus ille, eo quod cisterna illa erat in quadam via communi eūdi versus Syriam, ut dicit aliqui. In Hebræo habetur: A cisterna sapientiæ. quia ibi erat quedam sapientia notabilis & gratiosa. Tertio ostenditur detestabilis ex dolosa occisione, cum dicitur:
- 8 Adduxit eum. Fingendo quod vellet ei loqui secretè ex parte Dauid,

uid, ideo subditur:

- 9 Ut loqueretur. quod patet ex effectu, cum subditur:
- 10 Et percussit illum. Quia in nullo sibi præcauebat credēs esse in tuto, eo quod iam erat cum rege Dauid confederatus: & per consequens cum omnibus alijs de domo regis. quarto ostenditur detestabilis ex parte causa cum dicitur:
- 11 In ultionem. Quæ causa erat nulla, eo quod Abner interfecerat eum in bello se defendendo, nec potens aliter manum eius euadere, ut patet ex supra dictis. Aliqui vero dicunt, quod non solum interfecit eum pro ista causa, sed motus inuidia: quia timebat ne Dauid faceret Abner principem militiæ, sicut fuerat cum Saule, et hoc est satis verisimile: quia ex simili inter fecit Amasan, ut habetur infra 20. c. & hoc fuit pessimum. propter quod Dauid detestans istud factum, dixit.
- 12 Mundus ego sum. Volebat enim sciri ab omnibus, quod talis proditio non erat facta per eum: tum quia horrebat tale homicidium, tum quia si populus habuisset eum suspectum de hoc facto, merito abhorruisset eius dominium: propter quod imprecabatur facientibus multiplex malum. di.
- 13 Veniat super caput Ioab. Scilicet vindicta a Deo pro sanguine Abner effuso. Et imprecatur quinque mala, videlicet fluxum seminis, lepram, & debilitatem, ibi:
- 14 Tenens fufum. Hebræi dicunt appodiamentum & gladium, & faucem.

Dixit

a Manus tuæ non sunt ligatæ, &c. * Hieron. Non es iure belli captus, & manus tuæ non sunt ligatæ, & pedes compedibus aggrauati, sicut eorum manus solent ligari & pedes vinciri, qui in prelio capi solent. Dolo igitur non virib. perēptus es.

* Ioseph. Dauid erat sollicitus ne contra fidem & iusiurandum agere videret quod exhibuerat Abner. Præcepit autem flere, & lugere, & lamentatiões fieri super virū, & eius corpus solēnibus honorare obsequijs. Ipse lugēs & deflens sequebatur loculum cū senioribus atq; proceribus, ostendens deuotionē circa viuos, & tristitiā circa defunctos, & quod non eius consilio fuisset extinctus. Cōscribens autem lamentationes eius super sepulchrū itatuit: & stans

Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerunt Abner, eo quòd occidisset Asael fratrem eorum in Gabaon in prelio. Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo: † Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis & plangite ante exequias Abner. Porro rex Dauid sequebatur feretrum. Cumque sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem suam, & fleuit super tumulum Abner. Fleuit autem & omnis populus: Plangensque rex & lugens Abner, ait: Nequaquam vt solent mori † ignaui, mortuus est Abner. Manus tuæ non sunt ligatæ, & pedes tui non sunt † compedibus aggrauati: sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Congeminansque omnis populus fleuit super eum. Cumque venisset vniuersa multitudo † cibum capere cum Dauid clara adhuc die, iurauit Dauid dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustauero panem, vel aliud quicquam. Omnis populus † audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi. Et cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa, quoniam non actum fuisset a rege, vt occideretur Abner filius Ner. Dixit quoque rex ad seruos suos: Num ignoratis, quoniam princeps, & maximus cecidit hodie in Israel? Ego autem † delicatus adhuc sum, & vnctus rex. Porro viri isti filij Saruix † duri sunt mihi, retribuatur dominus facienti malum iuxta malitiam suam.

stans ipse primus super monumentum fleuit, & alij hoc ce D lebrare contradidit.

* Ambrōsius. Depositis infulis potestatis, exequiarum iustitia curauit. Quo facto docuit etiam aduersarijs fidē promissam esse seruandam, honorandā quoque, & iuste virtutē.

1 dam, honorandā quoque, & iuste virtutē. † supra r. b. & infra 13. f.
2 b *Delicatus.* Antiqui delicata dicebant dijs cōsecrata, quæ nunc dicimus dedicata.
3 c *Porro isti filij Saruix, &c.*
4 * Iosephus. Saruix filijs nihil preualeo facere, cum sint memetipso potentiores, sed vicem eis reddat diuinitas.
5 † in cōpedes æneas illati.
6 E
7 † cognouit
8 Causam ponit propter quam Dauid de interfectore Abneri capitalem pœnā non sumpsit. Quando enim iustā irā exercere potuit, ei non percipit.
9 † Ixx. duriores, sunt me vel fortiores.
10 F
CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Dixit autem Dauid. *Hic consequenter describitur ipsius Abner venerabilis tumulatio ex luctu Dauid, & totius populi, & ieiunio, & planctu lugubri, & hoc est quod dicitur: Dixit autem. in hoc ostendens quod malè seccrat.*
2 Et ad omnem populum. *Vt solennius fieret negotium.*
3 Scindite vestimenta. *Hæc enim fiebant apud Iudæos in signum magnæ tristitiæ. Cætera patent vsque ibi:*
4 Nequaquam. *Vbi ponitur planctus Dauid in speciali. Nequaquam vt solent. id est, timidi, & effæminati, qui videntes contra se ladium permittunt se capi, & ligari absque defensione. ideo subditur: Manus tuæ.*
5 Sed sicut solent cadere. *virii fortes & animosi.*
6 Coram filiis iniquitatis. *quia sub simulatione amicitie, & pacis interficiunt eos dolose, quos non auderent inuadere manifestè.*
7 Corruisti. *Tu Abner virorum fortissime.*
8 Congeminansque. *Sicut enim in cantilenis lætitiæ verba prænentis repetuntur ab alijs in chorea existentibus, sic in carmine lugubri Abner, verba Dauid ipsum lugendo repetebantur a populo.*
9 Cumque venisset vniuersa. *post sepulcrum ipsius Abner.*
10 Iurauit

10 Iurauit Dauid. *Ad maiorem declarationem suæ innocentie circa mortem Abner.*
11 Hæc faciat mihi Deus. *tantum malum sicut Abner & plus.*
12 Si ante occasum solis, &c. *Et patet litera vsque ibi:*
13 Ego autem. *In Hebræo habetur: Tener. & loquitur metaphorice. quia sicut ramusculus tener de nouo plantatus, vel insertus, indiget fomento, & nutritione. aliter citò desiccaretur, sic Dauid pro tunc multum indigebat auxilio Abner, vt in regno suo statueretur, & firmaretur. ideo subditur.*
14 Porro viri isti. *Ioab & Abisai cum adherentibus sibi.*
15 Duri sunt. *Quia dictum auxilium mihi necessarium subtraxerunt. Sed querit hic quare Dauid eos non puniuit morte, sicut puniuit morte eos, qui occiderunt Isboeth, vt habetur sequen. cap. Dicendum, quòd Dauid erat in principio regni sui, & sola tribu Iuda tunc erat cum eo, quia aliæ tribus adhuc non erant sibi confederatæ. In tribu verò Iuda inter milites Ioab & Abisai erant principales, & irabebant post se totam militiam, propter quod Dauid eos punire non potuit tunc, propter quod eorum punitionem Deo recommendauit, dicens:*
16 Retribuat dominus. *In fine etiam vitæ suæ punitionem huius facti imposuit filio suo Salomoni, vt habetur infra 3. lib. 2. cap.*
CAP.

C A P. III.

A **D**uo autem viri. Rab. Hi duo viri principes erant in exercitu Isboseth, & mortuo Abner sicut tradunt Hebraei confiliati sunt cum Miphiboseth, vt Isboseth interficeret, & ipsum regem constitueret. Sed Miphiboseth confiliu prodidit. ioh sic inducitur: Erat autem Ionathae filius pedibus debilis. Illi vero timore perterriti fugerunt in Gethaim fueruntque ibi vsq; ad tempus illud, quo inde reuertendo domum Isboseth ingressi sunt.

B **E**t ostiaria. Rab Ostiaria triticu purgat, cu metis custodia discernendo virtutes a vitis separat. quae si obdormient, in mortem proprii domini infidatores admittit: quia cum discretions sollicitudo cessauerit ad interficiendum animam malignis spiritibus iter pandit. Qui ingressi spicas tollunt: quia bonarum cogitationum germina auferunt, atque in inguine ferunt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt



Vdiuit autem Isboseth filius Saul, quod cecidisset Abner in Hebron, & dissolutae sunt manus eius, omnisq; Israel perturbatus est. Duo autem viri principes latronum erant filio Saul: Nomen vni Baana & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitae de filijs Benjamin. Siquidem & Beroth reputata est in Benjamin. Et fugerunt Berothitae in Gethaim, fueruntque ibi aduenae vsque in tempus illud. Erat autem Ionathae filio Saul filius debilis pedibus. Quinquennis enim fuit, quando venit nuntius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. Tollens itaque cum nutrix sua, fugit. Cumque festinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus est. Habuitque vocabulu Miphiboseth. Venientes igitur filij Remmon Berothitae, Rechab & Baana, ingressi sunt feruenti die domum Isboseth, qui dormiebat super stratu suu meridie, & ostiaria domus purgans triticum, obdormiuit. Ingressi sunt autem domu late ter, assumentes spicas

C **A** P. IIII. **V**diuit autem Isboseth filius Saul, quod cecidisset Abner in Hebron, & dissolutae sunt manus eius, omnisq; Israel perturbatus est. Duo autem viri principes latronum erant filio Saul: Nomen vni Baana & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitae de filijs Benjamin. Siquidem & Beroth reputata est in Benjamin. Et fugerunt Berothitae in Gethaim, fueruntque ibi aduenae vsque in tempus illud. Erat autem Ionathae filio Saul filius debilis pedibus. Quinquennis enim fuit, quando venit nuntius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. Tollens itaque cum nutrix sua, fugit. Cumque festinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus est. Habuitque vocabulu Miphiboseth. Venientes igitur filij Remmon Berothitae, Rechab & Baana, ingressi sunt feruenti die domum Isboseth, qui dormiebat super stratu suu meridie, & ostiaria domus purgans triticum, obdormiuit. Ingressi sunt autem domu late ter, assumentes spicas

gentia somnus opprimat, nec ignorantiae error fallat. vnde bene Isboseth dicitur, qui custode sexmina hostilibus gladijs nudat. Isboseth em vir confusionis dicitur, vir autem confusionis est qui forti mentis custodia munitus non est: quia dum virtutes se agere assumat, subintrantia vitia nescientem necant. tota ergo virtute muniendus est mentis aditus, ne ea hostes penetrent

foramine neglectae cogitationis. **C** Assumentes spicas tritici, &c. R. David. Intrauerunt cum his, qui triticum erant accepturi. Chaldaeus Paraph. Quasi emptores tritici ingressi sunt domum, & percusserunt enim in latere femoris sui. **P**raecipit

NICOLAUS DE LYRA. CAP. IIII.

A **V**diuit autem. Hic eo sequenter describitur totalis destructio regni Isboseth per mortem eius. Et primo describitur eius occasio iniqua, secundo purgatio ista, ubi: Respondens autem David. Circa primum sciendum, quod in libro de Hebraeis questionibus dicitur, quod mortuo Abner Isboseth constituit Rechab & Baana, alias Baana, qui erant de tribu Benjamin, vt patet in textu, duces suarum expeditionum. Vnde hic ubi dicuntur, principes latronum, in Hebraeo habetur: Principes turmarum, vel cuneorum p. s. ea isti duo de filio Miphiboseth conspirauerunt in mortem Isboseth, vt Miphiboseth regem instituerent qui erat debilis pedibus, & sic facerent sub eo quicquid vellent. Miphiboseth autem videns se ineptum regno, reuelauit hanc conspirationem aunculo suo, s. Isboseth: & tunc illi scientes suum consiliu reuelatum, timore Isboseth fugerunt in Gethaim, & fuerunt ibi quousque redirent latenter ad interficiendum Isboseth, ut sic de eo amplius non timerent. & per hoc erga David gratiam & munera impetrarent. Dicitur etiam in lib. de Hebr. questionibus, quod hoc tradunt Heb. Sed ubi hoc sit ab eis traditu nescio, maxime quia Rab. Sa. qui ordinauit gl. Hebraicas super totu vet. test. aliter dicit super locum istum, s. de Rechab & Baana: quod de ciuitate Beroth, ut habetur in textu. & quia illa ciuitas licet esset in tribu Benjamin tamen erat propinqua terra Philistinorum. & ideo mortuo Saule filij Israel dimiserunt ciuitatem illam inde fugientes, sicut et de multis alijs ciuitatibus, vt habetur supra lib. i. ca. ult. et maxime de ciuitatibus propinquis ipsis Philistinis, postea isti sic fugitiui aggregauerunt sibi multitudinem consimiliu hominum, ut de pradis vinearum, & consimili

consimili occasione latenter & dolose venerunt ad interficiendum Isboseth, ut per hoc a David munera repouerent. Secundum igitur utrumque dictum litera in aliquibus locis est aliter & aliter exponenda, quae tamē pro magna parte patet ex praedictis secundum utrumque modum dicendi. Veni unus ergo ad litera. Auduit autem quia tales rumores cito portant. **2** Et dissolutae. id quod Abner erat princeps militiae suae. **3** Duo autem. id est. cuneorum currentium super aduersarios ad ipsos spoliantium. propter quod vocantur hic latronum principes, quia in talibus multa etiam latrocinia exercentur. **4** Filio Saul. id est. de domo eius, & ab eo instituti super turmas: secundum primum modum dicendi secundum Rab. dicitur principes latronum ad literam. Filio Saul. insidiantes ei ad interficiendum ipsum rationibus praedictis. Cetera patet ex praedictis vsque ibi: **5** Erat autem. Secundum primum modum dicendi fit hic mentio de Miphiboseth, eo quod Rechab & Baana volebant interficere Isboseth ut facerent illum regem, ut praedictum est. Secundum Ra. Sa. fit mentio de eo: eo quod hic scriptura ostendit qualiter regnum Saul totaliter cessabat, quia post mortem Isboseth de qua in hoc cap. agitur, non remanebat nisi iste claudus ad regnum totaliter ineptus. Cetera patet ex dictis vsque ibi: **6** Et ostiaria. Totus iste versus non est in Heb. sed post litteram praecedentem hunc versus immediate sequitur: **7** Ingressi. quasi volentes honorare regem faciendo sibi de hoc exitum, vt dicant expositores nostri secundum translationem istam. In Heb. autem habetur: Et venerunt vsque ad medium domus sumentes triticum. Quod exponens Ra. Sa. dicit: quod intrauerunt sub specie mercatorum, quasi volentes emere triticum, quia rex de suis redditibus multum triticum recipiebat, & mercatoribus de longe venientibus vendebat. Cetera patet.

Respon-

MORALITER.

3 Duo autem. Per istos duos demones significantur, qui Lu. 10. latrones nominantur. cum dicitur: Homo qui dum descendebat ab Hierusalem in Iericho & incidit in latrones. Per quos secundum expositores demones intelliguntur. **7** Ingressi sunt. Cuius causa praenotatur, cum dicitur: **6** Et ostiaria. Cuius sensus mysticus in gl. ponit hoc modo. Ostiaria triticum purgat, cu mentis custodia discernenda virtutes a vitis separat: quae si dormient in mortem dñi proprii infidatores admittit, quae si discretions sollicitudo cessauerit ad interficiendum animam malignis spiritibus iter pandit. qui ingressi spicas tollunt, quae bonarum cogitationum germina

mina auferunt, atq; in inguine feriuntur: quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. In inguine. n. ferire, est vitam mentis carnis delectatione perforare. Non enim Isboseth inopinata morte succumberet, si non ad ingressum domus mulierem, id est, ad mentis aditu mollem custodiam deputasset. Fortis enim vigilq; sensus praeponi cordis foribus debet, quem nec negligentiae somnus opprimat, nec ignorantiae error fallat. Vnde bene Isboseth dicitur, qui custode sexmina hostilibus gladijs nudatur. Isboseth n. vir confusionis dicitur. Vir autem confusionis est, qui forti mentis custodia non est munitus: quia dum virtutes se agere assumat, subintrantia vitia nescientem necant. Tota ergo virtute muniendus est mentis aditus: ne eam hostes inuadant, & penetrent foramina neglectae cogitationis.

Respon-

a *Præcepit autem David pueris suis, & interfecerunt eos &c.*
 * Theodor. Eos qui Isboseth occiderant, & eius caput attulerant, extremis membris mutilatos egit in crucem, etiam si existimassent se uniuersum, Israelis regnum adducere illius cæde. Regis autem ei infesti caput honorificè tradidit sepulturæ.

* Ioseph. David, non est scelere eorum delectatus, sed ait. O pessimi viri, an mutatum me, aut esse huiusmodi credidistis, lætari cum malignis hominibus, & munus credere, pessimas, actiones interfectorum, proprii domini, qui nihil operatus est mali, & vos ipsos multa

tritici. Et percusserunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclau, & percutientes interfecerunt eum. Sublatoque capite eius abierunt per viam deserti tota nocte, & attulerunt caput Isboseth ad David in Hebron. Dixeruntque ad regem. Ecce caput Isboseth filij Saul inimici tui qui quærebat animam tuam, & dedit dominus domino nostro regi ultionem hodie de Saul & de femine eius. Respondens autem David Rechab, & Baana fratri eius, filijs Remmon Berothitæ, dixit ad eos. Viuit dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, quoniam eum qui annuntiauerat mihi & dixerat. † Mortuus est Saul, qui putabat se prospera nuntiare, tenui & occidi eum in Siceleg, † cui oportebat me dare mercedem pro nuntio, quanto magis nunc cum homines impij interfecerint virum † innoxium in domo sua super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra? Præcepit itaque David pueris suis, & interfecerunt eos. Præcidentesque manus & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron. Caput autem Isboseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebró.

multa prouidentia & honore glorificauit? Quapropter a me suscipietis digna supplicia, & putastis me libèter mortè illius habiturum. Non enim aliter gloriam meam sedare potuistis, quam ut metalia velle crederetis.

* August. Quoniam scriptum est, Diliges proximum tuum sicut teipsum, nemini licet non volentè occidere proximum, cui non expediat occidere seipsum. Ois qui sine vlla legitime potestatis autoritate hominem occidit, homicida est, &c.
 * Ambros. David magis sollicitus fuit, ne innocentis mortè insultà relinqueret, quam quod suam mortè doleret.

a Et

NICOLAUS DE LYRA.

1 Respondens autem David &c. Hic consequenter ponitur occisionis Isboseth iusta punitio, quia David præcepit homicidas istos occidi, eo quod interfecerant dominum suum dolose ducti cupiditate, vt patet ex prædictis. Et patet litera usque ibi.

2 Præcidentesq; &c. pisc. in Hebron. In loco pateti et communi in detestationem criminis, ad declarationem innocentie David, vt omni populo Israel notum fieret, quod illa occisio Isboseth non fuerat facta de voluntate seu mandato ipsius David.
 3 Caput au. &c. sep. &c. honorifice tamen cum principe sua militie.

Præ-

MORALITER.

1 Respondens autem David. Sequitur.
 † Præcepit itaq; Per hoc autem dedit David exemplum principibus

et prælatis, vt non parcant malefactoribus, qui talia agunt ad eorum gratiam consequendam.

CAP. V.

1 *Et venerunt.*
 Sic omnes gentes, conueniunt ad Christum, & quasi blandiendo, dicunt. Os tuum, & caro tua sumus, um in illo, incarnationem, quam ex nostra natura in virginis utero suscepit, diligunt & venerantur.



CAP. V.

1 *Et venerunt* uniuersæ tribus Israel ad David in Hebron dicentes. Ecce nos tuum & caro tu sumus. Sed & heri & nudius tertius cum esset Saul rex super nos, tu eras educens, & reducens Israel. Dixit autem dominus ad te, tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel. Venerunt quoque & seniores Israel ad regem in Hebron, & percussit cum eis rex David fedus in Hebron coram domino. Vixeruntque David in regem super

c *Vixeruntque.*
 Rabb. David bis vnctus dicitur, & Christus prius in Iudeis post in gæcibus principatū sumpsit.
 * Theo. Quam obrem fuit David ter vnctus? Per Samuelem, regiam adeptus est vnctionem. Populi autem electiones hi-

F † Heb. i. propinquui tui.

Quæst. 15.

Seniores. Rabb. Prophetæ, & Apostoli pari fide & deuotione ad Christum concurrunt.

floria appellat vnctiones.
 * Proc. Iterum pro suffragijs eum reliquæ et tribus eligunt.

c Vu-

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. V.

1 *Et venerunt.* Hic consequenter describitur institutio ipsius David integralis, & sic deinceps in hoc libro agit de regno eius in quo aliquando floruit innocenter, & sic fuit a Deo exaltatus, aliquando uixit insolenter, & tunc fuit ab eo castigatus. Primo ergo agitur de eius innocentia in prosperis, Secundo de eius penitentia in peccatis, et tententia in aduersis. 1. c. Circa primum, primo describit eius confirmatio sup totum regnum. Secundo eius deuotio erga Deum. c. 6. Tertio eius incertatio contra aduersarium. c. 8. Quarto eius compassio erga proximum. 9. Quinto eius gratitudo circa beneficiū. c. 10. Circa primum ostendit, primo

primo qualiter a populo sit inunctus. Secundo qualiter sit famam adeptus. ibi. Et abiit rex. Circa primum dicitur. Et ve. vni. Iam. n. audierant, quod Abner & Isboseth non fuerant de scitu eius occisi, & qd super hoc suam innocentiam declarauerat manifeste, vt patet ex prædictis.
 2 Ecce nos. Quia omnes tribus descenderant de Iacob.
 3 Cum esset, &c. tu eras educens. f. populum ad bellum.
 4 Et reducens. Habita de aduersariis uictoria.
 5 Dixit autem. q. d. ex hoc patet qd tu debes suscipere honorem & onus regni, quia hoc est de uoluntate Dei.
 6 Venerunt. In quibus stabat autoritas & regimen populi.
 7 Vixeruntq;. Et sic fuit ter inunctus, sicut dictum est supra 2. cap. 1 Filius

MORALITER.

Et uenerunt uniuersæ tribus Israel. Sequitur. Vixeruntq;. Trib. autem vicibus fuit David in regem inunctus. Primo per Samuelem de domini mandato, vt habetur sup. 1. li. 16. Secundo per viros Iuda vt habetur sup. 2. c. Tertio ab uniuersis tribubus Israel in hoc loco. Per hoc Allegoricè significatū fuit, qd Christus per David

uid figuratus, tanquam dignus regie maiestatis ter fuit declaratus. Primo in magorum adoratione: Matt. 2. Secundo in baptismatione, Dicere patre: Hic est filius meus dilectus, & c. Mat. 3. Tertio in transfiguratione similiter per testimonium patris dicentis: Et Hic est filius meus dilectus, & c. Matt. 27. Moraliter autem per triplicem David vnctionem, significatū fuit, qd quilibet Christianus esse debet ter inunctus. Primo in baptismo Secundo in confirmatione. Tertio in extrema vnctione Et abiit

A *a Et quadraginta.* Rab. Queritur, cur non in summa quadraginta anni & sex menses numeretur? Quod ab Hebræis duobus soluitur modis. Dicunt enim, quod Dauid sex mensibus Abisalom filium suum fugerit, & eos de summa regni subtraheret. Dicunt etiam quod sex mensibus in Hebron corporis laboravit infirmitate, idcirco eos non debere computari. Ex eo. n. tempore in Hebron illum regnasse dicunt, ex quo deinde Amalecitis de spolijs eorum misit dona femeribus Iuda, qui scilicet erant in Hebron & in Bethel, & ubi commoratus fuerat Dauid. Quod autem Dauid triginta annorum regnare cepit, significat quod dominus noxter cum esset triginta annorum, venit ad baptismum, & cepit predicare Euangelium regni, cuius regnum sempiternum, & potestas aeterna. Quadragenarius vero numerus, qui ex quaterdenis constat, temporum & rerum perfectionem significat.

vel sed ab igne te cæci & claudi putabāt enim Dauidem eonō ingressurū. LXX. quia intrerunt claudi & cæci.

B *b In Hierusalem.* Tradunt Heb. quod Sem filius Noe, quem dicunt Melchisedech, cōdidit Salē. Hanc postea tenuerunt Iebusei, e quibus sortita est nomen Iebus. Inde Hierusalem, quasi Iebus Salem quæ post a Salemonē Ierosolyma, quasi Ierosolomonia dicta est, q̄ postea ab Helio Adriano vocata est Helia.

C *c Cæcos & claudos.* Qui sufficiūt contra te. Hoc dicebāt fideles muris. Aut ita, non ingredieris nisi nos auferas, quos inermes sicut cæcos & claudos arbitraris, & triūphare putas. * Chaldaeus. Nisi remoueris peccatores & reos, qui dicūt. Non ascendet Dauid huc. * R. Aben Ezra. Ciuitas ista Hierosolymitana tua erit, si poteris per arma tua deuincere cæcos & claudos, hoc est, turrim seu fortalium illud, in quo sunt imagines cæcæ & claudæ, sed nos semus propugnaculum illud robustius esse, quā vt a te superari possit.

D *d Iosephus.* Iebuseis habitantibus ciuitatem, & claudibus portas, & cæcos aspectu, & claudos, omnesque leprosos ad derisionem regis constituentib. super murum, & dicētib. bus,

bus, quod prohiberent eum cæci ingredi ciuitatem, despiciētes eum pro maxima munitione murorū, iratus rex Hierosolymam obsidere cepit, & multo studio & labore conari vt eam caperet, quatenus in ipso principatus initio suā fortitudinem demonstraret.

* Cyrillus. Beato Dauidi, resistētes cæci & claudi Iebusei, quo facto misere disperierunt.

* Tertull. Aliquando Dauidē in recuperatione Sionis offēderunt cæci resistētes quominus admitteretur, in figuram populi cæci, non admissuri quandoque Christum filium Dauid.

E *e Cepit autem.* Rabb. Sicut Iosephus ait, conscendere festinantibus, Ioab Saruiz filius præuenit vniuersos, & conscendens cacumen clamauit ad regē, exigens militiæ principatum. Expulsis ergo rex de summa arce Iebuseis, & ædificans ciuitatem, vocauit

eā Hierosolymam, & in omni tempore imperij habitauit. Rab. Dauid Iebuseum habitatorem terræ de Hierusalē eiciens, significat Christum contrarias potestates de cordib. fidelium eicientem, & ibidem manentem. Iebuseus. n. interpretatur conculcatus, Hierusalem visio. Non solum. n. per mysterium crucis omnem principatū diaboli destruēdo trophæum gloriæ acquisiuit, sed etiā fidelib. suis super omnem virtutem diaboli potestatem dedit, vnde. *Ecce dedi vobis potestatem calcādi super serpentes, & super scorpiones.* & c. Bñ ergo Dauid eiecit cæcis, & claudis habitauit arcem Siō, & ciuitatē suā nominauit, quia cū Christus malignos spiritus & vitiorū turbam de aīa expulerit, habitat ibi, quæ merito arx Siō. i. speculationis vocatur, vt de ea recte dicatur. *Factus est in pace locus eius, et habuatio eius in Siō. Ibi confregit potētias, arcum, scutum, gladium, & bellum.*

Dauid arcem Siō cepit ablatis prius cæcis & claudis odientibus animam Dauid. Sic dominus primatū in ecclesia gētū acquisiuit, reprobatis eius scribis & Pharisæis, q̄ cæci & claudi oderunt animam Christi. i. eius vitam auferre conati sūt.

Proposuerunt.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Filius triginta. id est, triginta annorum. Cetera patent.
- 2 Et abiit. Hic consequenter ostēditur qualiter fuit famam adeptus & hoc ex quatuor. Primo expellendo inimicos interiores. Secūdo confederando amicos exteriores. ibi. Misit quoque Hiram. Tertio multiplicādo amicos interiores ibi, Audierunt ergo. Circa primum sciēdum, quod inimici interiores erāt Iebusei habitatores Hierusalē, quos non expulerunt filii Iuda, sicut dictum fuit Ios. 15 & ideo Dauid immediate post regnum integraliter adeptum inuit ad eos bellandum, secundum quod dicitur hic.
- 3 Dictūq; Istud exponitur dupliciter. Dicunt enim doctores nostri communiter, quod illi Iebusei in fortitudine murorum suorum confidentes, p̄suerant aliquos homines cæcos & claudos ad propugnacula in contemptum exercitus Dauid, quasi dicerent, tales homines sufficerent ad defendendū fortalium. Simile autem huius habetur Ezech. 27. b. de ciuitate Tyri, ubi dicitur. Pigmei qui erant in turrib. tuis pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum, ipsi cōpleuerunt pulchritudinem tuam. Qd̄ exponūt aliqui doctores de quibusdam paruis hominibus qui sunt cubitalis magnitudinis tantū, et tales fuerunt positi in turrib. Tyri ad ostentationē fortitudinis loci, quasi dicerēt, tales sufficerent ad defensionē turrium. Ra. Sa. dicit, qd̄ isti cæci & claudi erant due imagines, quarum vna representabat Isaac, qui in fine fuit cæcus, vt habetur Gen. 27. & alia Iacob, qui claudicabat ex luctu cum angelo, ut habetur Gen. 32. Dicit igitur quod Iebusei qui erant in Hierusalem descenderant de Abimelec, cū quo inuit fædus & iuramentum Abraham, vt habetur Gen. 21. & iō videntes pesteri eius

filios Abraham crescētes, timuerunt ne aliquando vellent eos inuadere: & ideo posuerunt prædictas duas imagines in parte superiori sui fortalitiū, & in ore cuiuslibet imaginis erat scriptū iuramentū Abraham. quasi dicat posteri Abraham non possunt hunc locū inuadere: & secundū hoc dicunt, odientes animā Dauid vbi hic habetur: in quantum reputabant eum transgressorem iuramenti Abraham, & per consequens edibile Isaac & Iacob, cuius erant imagines. Dicitur etiā cæci & claudi in plurali, licet esset tantū vna imago representans cæcū, & alia claudū: eo modo loquendi, quo in sacra scriptura aliquādo ponitur plurale pro singulari, sicut Exod. 32. a. dicit. Isti sunt dii tui Israel, & tamē erat ibi vnū idolum tantum. Dauid autem licite & bene inuasit locum illū, quia iuramentū Abraham non fuerat ad semper, eo quod terra illa fuerat promissa Abraham & semini eius, sed vsq; ad tēpus certū, quōdū transierat quando Iosue cepit terram: propter quod filij Iuda quando ceperunt partē ciuitatis Hierusalem non potuerunt tunc expellere Iebuseū, sicut dictū fuit in Iosue 14. in fine. sed tempore Dauid prædictū tempus transierat, vt dicit Ra. Sa. & ideo licite eos impugnavit. Secūdu hoc igitur diuersimode est exponenda i aliquibus: Nisi abstuleris cæcos, & c. Secūdu doctores nostros communiter, qui dicunt istos cæcos, & claudos fuisse homines, & per consequens potētes loqui, ipsi dicebant verba ista Dauid de iis. Secūdu Ra. Sa. qui dicit eos fuisse imagines, dicebant hoc interpretatiue per scripturam in ore eorum positam modo prædicto.

4 Cepit autem Dauid. id est, fortalium illorum Iebuseorum, quod dicebatur arx Siō. i. specula: quia inde poterat longe videri.

5 Hec est. Ex tunc eam suo nomine denominauit: qualiter autem ac cepit hoc fortalium, subiūditur cum dicitur.

1 Propo-

MORALITER.

- 2 Et abiit, & c. in Hierusal. id est, contra Iebuseum. Per quod significatū fuit quod Christus post baptismū suū iturus erat in Hierusalē ad impugnandum malitiam Scribarū & Pharisæorum

seorum qui bene significantur per Iebuseum, eo quod interpretatur: præcepte meum. Et de ipsis scribitur Matth. 24. b. *Vx vobis Scriba & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum oratione longa simulantes.*

Et ablu-

a Proposuerat enim David premium, & c. Hieron. In Hebræo habetur, Et Dixit David in die illa, Qui percusserit Iebusum, & tetigerit fistulam, & claudos & cæcos orientes animam David. Iubauditur, erit princeps & dux. Ascendit autem primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps. Quod autem dicit, Qui tetigerit fistulam, ita intel-

ligendum est. Qui tantæ fuerit audaciæ & fortitudinis, ut ad murum ciuitatis vsque veniat, & hasta sua fistulam quæ in muro est tangat ipse princeps erit.

b Domatum idest, rectorum, fistulas appellat aquæ ductus de plumbo vel tegula factos per quos aquaibat super murum per totam ciuitatem.

c Fistulas. Falsam sciētiam seu hereticorum dogmata figurant, quæ dominus per Ioab idest, prædicatores destruit. Iebusæus conculcans, hæc est Gen-

tilitas q ante fidē pcepta Dei cōculcabat. Itē Iebusæus calcaus, qa diabolus a dño calcaç, & suo Ioab calcadus subditur. Et edificauit. A loco ita dicto, subaudi murū, & intrinseco. Iubaudi alium murū, hoc est, muniuit urbem duplici muro. Misit quoq; Hirā uiuēs excelsē. hæc est Gentilitas in Christo excelsa. nūtiōs mittit ad Dauid. i. doctores ad Christū, & eos cedrina ligna. i. incorruptos & fortes, & artifices. i. eos

a ¶ Ut in principio regni fortudine demonstraret. b ¶ Principatura militiæ. c ¶ Qui scilicet per subiectos colles in arcem conscenderet, eamque caperet.

a ¶ Proposuerat enim David in die illa præmiū, qui percussisset Ie-

b busum, & tetigisset domatū fistulas, & abstulisset claudos & cæcos

c odientes animam David. Idcirco dicitur in prouerbio. ¶ Cæcus &

d claudus non intrabunt in templum. Habitauit autē David in arce

e Sion, & vocauit eā ciuitatē David, & ædificauit p gyrū a Mello &

f intrinsecus. Et ingrediebatur proficiens atque succrescēs, & domi-

g nus Deus exercitū erat cum eo. Misit quoq; Hiram rex Tyri nun-

h tios ad Dauid, & ligna cedrina & artifices lignorum, artificesq; la-

i pidū ad parietes, & ædificauerūt donium Dauid. Et cognouit Da-

j uid quoniam cōfirmasset eum dominus regem super Israel, & quo-

k niam exaltasset regnum eius super populū suum Israel. Accepit er-

l go Dauid adhuc concubinas & uxores de Hierusalē postquam ve-

m nerat de Hebrō. Natiq; sunt Dauid & alij filij & filia. Et hæc no-

n mina eorum qui nati sunt ei in Hierusalem, Samiā, & Soab, &

o Nathau, & Salomon, & Iebahar, & Elisua, & Nepheg, & Iaphia, &

p Elisama, & Elioda, & Eliphalet. Audierunt ergo Philisthijm,

q

r

quorum arte mentes sunt incorruptæ, & tanq̄ lapides quatuor virtutibus quadratæ, sic domus Dauid. i. ecclesia Christi ædificatur, & cognoscitur quod Deus nostrū Dauid con-

f Concupinas. Augu. Non facile dignoscitur quas concubinas appellet

scriptura, & quas uxores quando-

quidem & Agar dicta est uxor,

quæ postea dicitur concubina, &

Cethura. Et ancillæ quas dederunt Rachel &

Lia uiro suo. Nisi forte, omnis concubina uxor, non

autem omnis uxor cōcubina mo-

re loquendi scripturā appellat.

idest, ut Sara & Rebecca & Lia

& Rachel, cōcubinae dici non possunt, Agar uero &

Cethura & Bala & Zelpha, & uxores & concubine.

Rabbanus. Hæreticorū ecclesias q̄

sub Christiani nominis titulo se-

manere gloriantur. Sed quia propter lucra carnalia Christū

sequuntur, non coniuges, sed concubinae uocantur. Nunc

vero si reges plures uxores, uel concubinas habent, peccatum est: quia figuræ transierunt, pro quibus hoc aliquando

uentale fuit.

g Natiq; sunt. Si per Dauid significat Christus, nō immerito per filios eius intelliguntur: Christiani, qui sunt ex Iudæis

& natio-

D Lxx. in Gen cap. 90.

† qui percussit Iebusū, & tetigerit te-ctorum canalem, & abstulerit cæcos & claudos odio habitos ab anti- ma Dauidis sub. erit dux, ut legitur. i. 2. paral. a. b.

E

F

NICOLAUS DE LYRA.

Proposuerat. Quale autem fuerit istud præmiū non dicitur hic, sed habetur 1. Par. 11. b. ubi dicitur, Dixitq; Dauid. Qui percussit Iebusæū in primis, erit princeps & dux. s. militiæ, & sequē ibidē. Ascendit ergo primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps.

Et tetigisset. i. stillicia quæ erant in tellis domorum.

Et abstulisset. i. homines tales, uel imagines, secundum duplicem modum dicendi prædictū, quia secundū utramq; opinionem erant ibi.

Odientes animam. Si erant homines odiebant uere, si imagines, presentatiue, prout est supra expositum.

Idcirco dicitur. Leu. 21. d. scribitur, quod cæcus & claudus nō de-nt intrare templū ad exercendum sacerdotum ministerium, & illa scriptura ex isto facto tracta est ad prouerbium, id est, ut uulgariter ter homines dicretur.

Et edificauit per gyrum. quia dilatauit edificia illa.

A Mello. Mello erat quadam voraga quæ erat ante fortalitiū ædificatū, ita tamen quod inter voraginem illam & murum fortalitiū erat terra spaciū, in quo Dauid illa edificia construxit.

Et dominus Deus ex. erat cum eo. eum in suis operibus manifeste dirigendo.

Misit quoque Hiram. Hic consequenter ostenditur qualiter Dauid amicos exteriores multiplicauit faciendo amicitiam cum rege Tyri.

MORALITER.

Et abstul. & c. odientes. Per istos significati fuerunt Scribæ & Pharisei odiētes animam Christi, sicut patet ex Euangelio. Nam ipsi persecuti fuerunt Christū vsque ad mortē. Fuerūt cā cæci per ignorantiam propter quod de ipsis dicit saluator. Matt. 15. b. Cæci sunt & duces cæcorum. Similitet fuerūt claudin via morū, quod patet ex hoc, quod irrita fecerunt mandata Dei ppter traditiones suas, ut habetur Matt. 7. Ipsos autem abstulit Christus de Hierusalē. i. auferendos p̄ dixit, Luc. 19. ubi prædixit destructionē ciuitatis & populi per Romanos in ultionē mortis suæ, quod impletū fuit anno quadragésimo

10 Et ligna cedrina. propter amicitiam enim contractā inter eos misit ei ligna de terra sua per mare.

11 Et artifices. quia in terra illa non inueniuntur ita bona ligna, nec artifices ita experti sicut in regno Tyri, secundum quod habetur inf. 3. lib. 5. cap.

12 Et cogno. quia uidebat facta sua in omnibus prosperari, nec erat aliquis in regno Israel, qui auderet seu uellet aliquid contra eum machinari, uel hoc forte habuit per diuinam reuelationem.

13 Accepit. Hic consequenter ostenditur qualiter multiplicauit amicos interiores, per hoc quod de nouo accepit uxores plures ad multiplicandum prolem, quæ coniungeretur in matrimonium cum nobilibus & potentioribus regni sui, & sic essent ei affinitate coniuñcti ad maiore tirmitem regni sui. Licet enim de diuina proteclione & conseruatione confideret, ommittere tamen non debebat ea quæ poterat facere secundū prouidentiam humanam ad regni sui stabilitatem. Et patet litera hoc excepto quod dicitur hic.

14 Concubinas. Ly & nō tenetur hic copulatiue, sed expositiue, pro idest. Illæ enim fuerunt ueræ uxores sue, sed dicuntur cum hoc concubinas eo quod erant secundaria & non principales.

15 Audierunt. Hic consequenter ostenditur qualiter bis expugnauit inimicos exteriores, scilicet Philisthæos, consuluit tamen primo dominum, ut per eius auxilium dirigeretur & protegeretur. Et patet litera vsque ibi.

gestimo secundū a Christi passione. ¶ Habitat in. s. Sion, per quā intelligitur militans ecclesia, eo quod ibidē per missionē spiritus sancti super Apostolos fuit fundata. In hac autē arce habitat Christus p gratiā, sicut dicit Mat. ult. Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus, usq; in finem seculi. 9 Misit. Per hoc q; Hirā Gentilis talia fecit, fuit significatū, quod Gētilitas in edificatione ecclesiæ proficeret multum. 15 Audierunt ergo. Per hoc autē quod ipsi cōtra Dauid infurgentes ab eo fuerunt bis debellati, significatū fuit, quod principes Iudeorū & tyranni contra Christum in membris suis pugnaturi, per fidem & miracula essent bis debellandi & confutandi, primo scilicet in Iudæa, & in aliis tertis postea.

Venit

G & nationibus, quibus congrunt interpretationes nominum.
A Samua, audacia. Sobab, eouertens. Labahar, elegit. Elisua, Dei mei salus. Nepheg, applicans ori, Iaphia, illuminat vel ondit. Elhama, Deus meus audiens. Elioda, Deus meus scit. Eliphalec, Deus meus saluans.

1b.7. Ant. c.4.

a Philistim autem venientes &c.

* Iosephus.

Nemo credat,

modicum venisse Palestino-

rum exercitum,

eo quod, sic fuerint facillime superati, sed cuncti sciunt, omnem Syriam, & vniuersam, Phoenicem, & super hæc alias multas, & pugnantes gentes fuisse cum eis hac dimicatione communes. Cuius rei, hoc maximum indicium fuit, quia cum saepius iam deuicti fuissent, & de suo exercitu multa millia perdidissent, sine dubio cum maiori virtute veniebant super Hebræos. Denique & hoc prelio deuicti, denuo cum triplici manu super David veniunt.

B

b Baalpharasi. Interpretatur inimicorum diuisio. Potest dici

† contra eos. - obuiam eis. timorum.

C

quod vnxiissent David in regem super Israel, & ascenderunt vniuersi ut quærerent David. Quod cum audisset David descendit in præsidium. Philisthim autem venientes, diffusi sunt in valle Raphaim. Et consuluit David dominum, dicens. Si ascendam ad philisthim, & si dabis eos in manu mea? Et dixit dominus ad David. Ascende, quia tradens dabo philisthim in manu tua. Venit ergo David in Baalpharasi, & percussit eos ibi, & dixit. Diuisit dominus inimicos meos coram me sicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius Baalpharasi. Et reliquerunt ibi sculptibilia sua, quæ tulit David & viri eius. Et addiderunt adhuc philisthim, ut ascenderent & diffusi sunt in valle Raphaim. Consuluit autem David dominum. Si ascendam contra philisthæos, & tradas eos in manus meas? Qui respondit. Non ascendas obuiam eis, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrurum. Et cum audieris sonitum clamoris gradientis in cacumine pyrurum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam, ut percutiat castra Philisthim. Fecit itaque David sicut præceperat ei dominus, & percussit Philisthim de Gabaa vsque dum venias Geser.

quod vnxiissent David in regem super Israel, & ascenderunt vniuersi ut quærerent David. Quod cum audisset David descendit in præsidium. Philisthim autem venientes, diffusi sunt in valle Raphaim. Et consuluit David dominum, dicens. Si ascendam ad philisthim, & si dabis eos in manu mea? Et dixit dominus ad David. Ascende, quia tradens dabo philisthim in manu tua. Venit ergo David in Baalpharasi, & percussit eos ibi, & dixit. Diuisit dominus inimicos meos coram me sicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius Baalpharasi. Et reliquerunt ibi sculptibilia sua, quæ tulit David & viri eius. Et addiderunt adhuc philisthim, ut ascenderent & diffusi sunt in valle Raphaim. Consuluit autem David dominum. Si ascendam contra philisthæos, & tradas eos in manus meas? Qui respondit. Non ascendas obuiam eis, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrurum. Et cum audieris sonitum clamoris gradientis in cacumine pyrurum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam, ut percutiat castra Philisthim. Fecit itaque David sicut præceperat ei dominus, & percussit Philisthim de Gabaa vsque dum venias Geser.

loci illius Baalpharasi. Et reliquerunt ibi sculptibilia sua, quæ tulit David & viri eius. Et addiderunt adhuc philisthim, ut ascenderent & diffusi sunt in valle Raphaim. Consuluit autem David dominum. Si ascendam contra philisthæos, & tradas eos in manus meas? Qui respondit. Non ascendas obuiam eis, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrurum. Et cum audieris sonitum clamoris gradientis in cacumine pyrurum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam, ut percutiat castra Philisthim. Fecit itaque David sicut præceperat ei dominus, & percussit Philisthim de Gabaa vsque dum venias Geser.

venies ad eos ex aduerso pyrurum. Et cum audieris sonitum clamoris gradientis in cacumine pyrurum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam, ut percutiat castra Philisthim. Fecit itaque David sicut præceperat ei dominus, & percussit Philisthim de Gabaa vsque dum venias Geser.

dici sic locus vocatus, quia Philisthim reliquerunt idola sua in loco vbi diuisi sunt.

c Pyrurum. In Hebræo, *stentium*, id est, idolorum, vbi. *fidola* etiam in quibus confidebant, quæ *stentium* vocant, quia fletu digna sunt, & cultores suos ad fletum misericordie perducunt.

d In cacumine.

Pyrus dicitur ex

Græco *πῦρ*, quod est ignis. Pyr-

sancti, cacumen

sublimitas vitæ

eorum, in qua

stante spiritu san-

cto intonuit præ-

dicationis soni-

tus. Qui est gra-

dicentis, id est, do-

num in carne ad

uentientis, in ca-

cumine pyrurum,

id est, super celsi-

tudinem sanctorum, dum hic sonitus auditur a nostro David, Philisthi intelligibiles superantur.

* Theod. Sapi-

tissimus pædo-

trita, Davidem

in virtute exer-

cet, & suadet ne

suis sedat viribus

sed eius expectet auxilium. Vnde etiam dat ei signa sui aduentus. Nam quando, inquit, videris sylvas sua sponte moueri absque vento, tunc descende ab bellum, tunc egredietur dominus ante te ad feriendos in bello alienigenas.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Venit ergo. *Id nomen ponitur hic per anticipationem, quia sic vocatus est ille locus ex victoria quam habuit David, secundum quod subditur.*

2 Et dixit. *Aqua enim propter sui molliem facillime diuiditur, sic Philisthi a Deo territi, & molles, & effeminati effecti, fugerunt coram David per vias diuersas se diuidendo, quia modus fugientium de prælio est diuisim recedere, sicut e contrario modus venientium ad prælium est coniunctim & vnite incedere.*

3 Propterea vocatum est nomen loci illius Baal. *A Baal, quod est campus seu planities, & Phares quod est diuisio, quasi campus seu locus diuisionis.*

Et

4 Et reliquerunt. *Quæ apportauerant, sperantes cosequi victoriam per ipsa.*

5 Quæ tulit. *In Heb. habetur. Et combussit ea David. Et quod hæc sit vera litera, patet per hoc quod dicit. 1. Para. 14. de idolis. Et tulit ea & iussit ea comburi David. quia præceptum erat in lege, quod aurum & argentum seu aliquid de idolis non concupiscerent, sed omnino destruerent, ut habetur. 7.*

6 Et addiderunt. *quia collegerunt maiorem exercitum quam prius ut se vindicarent. Et patet litera usque ibi.*

7 Et cum audieris. *Signum erat angelorum venientium in auxilium David ad debellandum aduersarios, ideo subditur.*

8 Tunc egredietur dominus. *i. diuina uirtus in angelis a Deo missis.*

ADDITIO.

In ca. 5. vbi dicitur in post. Ra. Sa. dicit, quod isti cæci & claudi erant duæ imagines, quarum vna representabat Isaac.

Hæc expositio Ra. Sa. videtur aliqua falsa præsupponere, & quædam alia incerta quæ nullum habent fundamentum in sacra scriptura subiungere. Primum patet nam supponit quod Iebusæi descenderant de Abimelech, cum quo Abraham inuicem fecerunt & iuramentum, &c. quod falsum est. Nam Abimelech erat rex Philistinorum, ut patet Gen. 21. & 26. Philisthi autem descenderunt a Mesraim secundo filio Cham filij Noe. ut patet Gen. 10. Iebusæi vero descenderunt a Chanaan, quarto filio Cham filij Noe, ut patet ibidem, & sic patet falsitas huius præsuppositi. Præterea præsupponit secundo quod posterum Abraham non possent inuadere Hierusalem ratione prædicti iuramenti, quod falsum est. Nam in prædicto fecere cum Abimelech inuito licet Abraham iurauit non nocere Abimelech, nec posteris suis seu stirpi suæ, non tamen iurauit, quod posteritas Abraham non noceret posteritati Abimelech, ut patet in prædicto cap. Gene. 21. aspicienti formam illius iuramenti. Similiter & Gen. 26. Abimelech confederauit se cum Isaac cum iuramento, quod non oportebat facere si iam Abraham iurasset pro posteritate sua, & sic dato quod Iebusæi descenderant ab Abimelech, adhuc possent filii Israel eos inuadere. Secundum patet. Nam dicit quod iuramentum Abraham fuerat ad tempus certum, quod nondum transierat quando Iosue cepit terram, sed tempore David, iam tempus illud transierat: quæ quidem præsupposita nullam autoritatem videntur in sacra scriptura habere. Vnde de tali expositione non videtur mentio esse facienda. Alia vero expositio doctorum est satis applicabilis literæ, sed tamen

men est alius dicendi modus, qui forte magis literæ adaptatur, & est talis, videlicet quod cæci, & claudi ibi erant simulacra deorum Iebusæorum supraposita in summis fortalitijs suis, qui quidem Iebusæi suos deos cæcos, & claudos nominabant secundum estimationem David, qui illos deo impropere dicebat. *Oculos habent & non videbunt, pedes habent & non ambulabunt:* & ideo credentes, quod David non toleraret in illa ciuitate regia similes deos, nec cultum eorum, excusabant se a receptione David dicentes. *Non ingredieris huc nisi abstuleris cæcos & claudos.* quasi dicat, Scimus quod si tu possideres illum locum, auferres deos nostros quo reputas cæcos, & claudos, quod nos nullo modo permittimus, nisi oportet quod eos potenter auferas si uales, qui non sponte eos trademus tibi. Vnde David de hoc indignatus, postquam cepit arcem Sion potenter, posuit præmium facientibus tria in debellatione Iebusæorum. Primum illi qui primo percussisset Iebusæum, quod est contra peronas eorum, secundo illi qui tetigisset domorum fistulas, & hoc contra sustentationes eorum. Hierusalem enim non habebat aquam inter muros, sed ex pluuialibus aquis in cisternis collectis sustentabatur, unde frangendo stillicidia illa. *i. fistulas per quas aqua fluuiialis fluebat maxime affigerentur,* tertio ordinauit contra deos eorum, dicens. *Qui abstulerit cæcos & claudos, &c. hoc est simulacra Iebusæorum ut cultum est. Et nota, quod vbi translatio nostra dicit, Cæcos & claudos odientes animam David: veritas Hebræorum habet, cæcos & claudos quos odiebat anima David, quod uideretur facere pro ipsa expositione. Nam David proprie odiebat talia simulacra tanquam inimica diuino cultui, iuxta illud Psal. *None qui odern**

te dñe oderā. Similiter iuxta illud, qđ sequit̄, *Idcirco dicitur in prouer. Caci, & claudi non intrabunt in tēplū dñi.* vñ magis adaptari ad istam expositionē sic. Nā iste locus fuit assignatus diuino cultui à tpe quo Abrahā voluit immolare Isaac Ge. 22. Et ibidē Iacob vidit scalā, Ge. 28. Et ibidē fuit fundatū tēplum per Salomonē, vt inf. 3. l. c. 6. & 2. Para. 3. & iō ibi erat tēplum dñi ædificandū, in quo nulla inmunditia idololatrica dēbat hēre ingressum, sed solus Deus erat adorandus, & colēdus, iō tanq̄ p̄sagiū huius boni futuri quasi prouerbialiter dicebatur, *Non intrabit cæcus, & claudus in tēplū dñi.* quasi diceret̄, vere prænotificauerunt Iebusei, quod in tēplū Domini in hac ciuitate ædificandum non intrabunt cæci, & claudi, hoc est, dij gentium, qui cæci, & claudi dicuntur, vt dictum est.

REPLIC. In 2. li. Reg. 5. c. vbi post. adducit Ra. Sa. non vt eius dicta approbet, sed vt obscure dictū de cæcis, & claudis aliquantulum elucideret. Burg. rōnabiliter quēdā dicta Ra. Sa. abijcit de cæcis, & claudis, & extortā sententiā superaddit qđ cōm doctorū nostrorū expositionem, afferens per cæcos, & claudos intelligi deos Iebuseorū, qui suos deos sic nominabant, quia Dauid de dijs gentium dixerat, *Oculos habent, &c.* Sed extraneū vñ, qđ pp̄ dictū Dauid Iebusei suos deos dicerent

rent cæcos. Dauid. n. fuit Iebuseis, & dijs gentiū prius. Vnde simile vñ, qđ si quis infidelis blasphemus Deo vero imponeret nomē turpe, & fidelis de Deo vero loqui volēs, vteretur blasphematis nomine, ita & infidelis audiēs idola p̄ceptibili ter cæcos p̄ suū aduersariū nominari se suo noīe aduersario p̄formaret, qñ potius reprobaret, nec fortasse ille mod⁹ loquē di de dijs gētiū erat apud Dauid i vsu, qā nōdū ille P̄. factus vñ fuisse, qđ loquit̄ de deorū cecitate, nec fortasse Iebusei sibi putassēt honestū deos suos exponere sup̄ imtos, vbi sagittis imperi potius ēt, qđ tñ de cæcis, & claudis hic dī, nec nobis foret honestū sacrum sic ponere in locū, vbi nō parceret eisdē. Est igit̄ extorta expositio Bur. Et sicut dicit Burg. Hebraica lra hēbat *cæcos, & claudos quos odiebat aīa Dauid,* hoc bñ stat cū nra trāslatione, & doctorū nrorū expositione. nā stat bene simul, qđ ipsi cæci, qđ ad deridēdū Dauid sup̄ fortalitia positi oderāt aīam Dauid, & qđ Dauid oderat eos. Nec vere applicat Bur. prouerbiū Iebuseorū, *caci, et claudi nō intrabū i tēplū,* quasi p̄notice verū dixerint, qđ dij gētiū nō essent ingressuri, qā priū huius hī ex Daniele, & euāgelio Mat. vbi dī abominatio desolationis ponēda in tēplo, & fortasse hodie tēplum hoc prophanationib. deferuit, sicut tempore Achaz.

CAPVT VI.

Congregauit. Dauid Christū, arca significat ecclesiam. Quæsiuit Dauid arcam in ciuitatem suā adducere, sed causa interueniente, ad tēpus eam alibi diuertit, & postea, quod vouerat, expleuit, quia Domin⁹ in carne apparens, euangelium genti sue prædicauit, sed cecitas ex parte cōtigit in Israel, donec plenitu. gen. in. & sic omnis Israel, saluus fieret. Congregauit Dauid ex Israel electos triginta milia, quia Dominus primitiuam ecclesiā ex Israel cōstituit, nō omnes, sed electos sibi consocians. Non. n. omnes qui ex Israel, hi sunt Israelite, sed filij promissionis deputat̄ in semine. Qui triginta milia dñr, i. fidei operis, & spei firmitate perfecti. Tria enim propter confessionem trinitatis ad fidem pertinent. Decē propter decalogū ad operā. Mille pp̄ sui perfectionē ad spem vite eterne, qua superius nihil est, sicut nullus numerus maior millenari est. Si. n. decē milia, si triginta, si ēt mille milia diueris, non ipsū mille numerando transcendis sed vel p̄ se, vel per minores numeros sepius ducēdo multiplicas. Tria ergo per decē multiplicas, ne fides sine operibus mortua sit. Item triginta per mille, vt fides, que per dilectionē operatur, non tibi, quam in cælis retributionem speret. Electi igitur ex Israel populos recte credentes, operantes, sperātesque significant. Viri autem Iuda, qui erāt cū Dauid apostolos, & doctores lateri Christi quasi familiariter adherentes indicant. His stipatus Dñs arcā adducere, i. ecclesiam dilatare, & in eorū, i. nō crediderūt cordib. inserere gaudet. Imponit̄ arca plautro nouo, vt noui testamenti gratia renouatis in baptismo infundat̄, & vinum nouum nouis vtribus commendat̄. Erat quidem

CAP. VI.

Congregauit autem rursus Dauid oēs electos ex Israel triginta milia. Surrexitq; Dauid, & abiit, & vniuersus populus, qui erat cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam Dei super, quam inuocatum est nomen Domini



super, quam inuocatum est nomen Domini

nes inuitat dicens, *Quia mihi ministrat, me se iuatur.* Alij dando per spiritum sermonem sapientiæ, alij sermonem scientiæ, alij genera linguarum, &c. Sed his, & huiusmodi charismatū generibus progrediente arca, id est, crescente primitiua ecclesia, ventum est ad arcam Nachor, id est, arcam præparatam in gentium ecclesiam fidei veritate consecrandam, de qua dicitur, *Permundabit arcam suam.* vbi sacerdos, qui arcā incautus quasi corrigendo tetigit, mox à Dño percussus occubuit, quia Iudæorū populus dum inuidet gentibus, salutis munere priuatur. dum legem vult euangelio miscere vtriusque gratiam perdit. Tenuit eam, quia calcitrabāt boues. Boues calcitrare est prædicatores euangelij liberius circa fidē agere, nec s̄m consuetudinem legis ingredi, sed sabbatha, neomenias, circuncisionem victimasque spiritualiter interpretari. Quos velut errantes corrigere tentabant, qui descēdentes de Iudæa docebant fratres. *Nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis salui fieri.*

Ioh. 12. d. 1. Cor. 2. 2.

Matth 3. 2. c.

Act. 15. 2.

Et a Sedentis

NICOLAUS DE LYRA.

Congregauit. Hic consequenter ostenditur deuotio Dauid erga Deum, & hoc quantum ad duo. Primo quantum ad arcam Dei educendam ad locum solennem Ierusalem. Secundo quantum ad domum Domini ædificandam. c. 7. Circa primum deductio arcæ incipitur secundo ex timore interruptitur, ibi. Postquam aut̄ percussus. Tertio deuote

deuote perficitur, ibi, Nuntiatumque est. Circa primum dicitur. 1 Congre. au. quia talis translatio arcæ debebat fieri cum magna soleauitate. 2 Vel adduce arcam Dei. Sicut enim dictum fuit Exo. 25. b. super arcam erat propitiatorium, quod erat quasi sedes Dei inde dantis responsa.

Et

MORALITER.

Congregauit autem, &c. Sequitur.

Vt adducerent arcam. In hac autem arca tria fuerunt, s. tabule testimonij per quas designatur donum sacræ scripturæ, & virga Aaron, per quam rigor iustitiæ, & manna, p̄ quā dulcor misericordiæ figuratur. Hæc enim tria regimini tēpora id se adduxit, significatur, quod bonus princeps, & prælatus debent esse solliciti de habendis istis tribus. Per hoc aut̄, qđ nec arca debebat sacerdotū humeris deportari, significatur quod principes, & plati proprios humeros debent submittere ad portandū onus sui officij, ne percussantur à dño, sicut Oza, qui ad deportationē arcæ boui humeros applicauit, cui sunt similes, qui regendas ecclesias suas alijs tradunt, etiam igno-

ignorantibus, & ipsi in alijs occupantur. Licet autē Oza fuit percussus pro peccato deportationis indebitæ, & nō p̄ tactu arcæ, sicut plenius dixi in expositione literali, non tamē fuit percussus ante tactū eius, quando inclinata fuit ex recalcitratione boui, quia tunc apparuit Oza peccatū, quia nō fuisset sic inclinata si fuisset humeris deportata. Et in hoc Domin⁹ documentum dedit iudicibus differendi punitionem malorū vsque ad tempus debitum. Et hoc modo Dauid punitionē Ioab, & Semer̄ distulit, vt habetur 3. Reg. 2. b. Hoc etiam modo Dominus dixit Gene. 15. d. *Nondū completæ sunt iniquitates Amorihæorū.* Per hoc autem, quod Dauid fuit ita sollicitus de portatione arcæ ad locum honestum, & de statuendis cantoribus, & Levitis ibidem ad diuinum obsequium, vt habetur. 1. Para. 16. ostenditur qualiter principes Christiani de cultu diuino debent sollicitari.

Tribus mensibus, & benedixit do. &c.

HIERON. Hebræi dicunt Dominum domum Obed benedixisse, eo quod omnes vxores eius, & concubinae, & nurus, & ancilla masculos pepererint filios necnon, & feminæ quadrupedes geminos ei ediderint factus.

IOSEPHVS.

Audiens rex quomodo hæc prouenissent Obededom, & ex priori paupertate, & humilitate, opulentia magna vberate polleret, ita vt zelum circa eum inspicientes haberent, securus quia nihil pareretur mali, arcam ad sua regalia deportauit. Quibus scilicet fides, spes, & charitas significantur. Sicut enim diebus mensis impletur, ita singulae virtutes suis æque passibus ad perfectionem veniunt. Hi menses donec plenitudo gentium intrat, currere non cessant. Talem rediens Dauid arcam a ciuitatem Domini reducit, quia Christus Helia, & inoch prædicantibus; conuertet corda patrum ad filios, boues, & arietes immolans, idest, eos, qui arcam Domini triturant, & unum ducatum gerunt in martyrij sanguine coronans.

In organis, id est, ad arum ligatis, dum manibus rentis tanguntur. Aliud enus organi, est quod cum qua fit.

Et Dauid percutiebat in organis, & cetera. AMBROSIVS. Saltabat ante arcam otentissimus regum, docens ontuitum regalis potentia on habendum, vbi religioni ribetur obsequium.

IDEM. Cantauit Dauid, & ante arcam, non pro lasciuia, sed pro religione saltat. Ergo non histrionicis motibus saltus corporis linuati, sed iugra mentis, & religiosa corporis agilitas designatur.

IDEM. Dauid rex pariter, & ppheta, cum multa cecinerit an arcã saltasse dicat, elatus gaudio in saltatione prorupit.

IDEM. Non confusus est Moyses adscitus in domũ regiam aegypci opprobriũ Christi præferre, Non confusus est Dauid, qui ante arcam testimonij coram omni populo stauit. Non Esaias, qui nudus, & discalciatus ibat per populos oracula clamans celestia. Ezechiel dictum est, *Plaudite manu, percutite pedes.* Sed hæc que corporeo aspectu fiunt turpia, acrosanctę religionis contēplatione reuerenda sunt, vt qui ita reprehendunt, ipsi in laqueos reprehensionis animas suas, (vt Michol) inducãt. Non erubuit igitur Dauid foemineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecundatus est.

PRO-

PROCOPIVS. Michol alienũ a regia dignitate eẽ putauit, quod Dauid publice in omnium conspectu saltabat. Nesciebat. n. diuini amoris stimulos, quos sermone ad ipsam Dauid declarauit. Addit ad hæc scriptura, quod filium non habuerit, suæ irrisionis pœnas indicans. Deinde etiam ne regnum semen ex illa regnum obtineret.

Dei. Contristatus est autẽ dauid, eo quod percussisset dominus Ozã. Et vocatum est nomen loci illius percussio Ozæ vsque in diẽ hanc. Et extimuit Dauid dominũ in die illa, dicẽs: Quomodo ingredietur ad me arca domini? Et noluit diuertere ad se arcam domini in ciuitatẽ Dauid, sed diuertit eam in domum Obededõ Gethæi. Et fuit arca domini in domo Obededõ Gethæi tribus mensibus. Et benedixit dominus Obededom, & omnẽ domũ eius. Nuntiatũque est regi Dauid, quod benedixisset dominus Obededom, & omnia eius propter arcam dñi. Dixitque Dauid: Ibo & reducam arcã benedictione in domum meã. Abiit ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obededõ in ciuitatẽ Dauid cum gaudio. Et erant cum Dauid septẽ chori,

& victima vituli. Cũque transcendissent qui portabant arcã domini sex passus, immolabãt bouem, & arietem. Et Dauid percutiebat in organis armigatis, & saltabat totis viribus. ante dominũ. Porro Dauid erat accinctus Ephod lineo, & Dauid, & omnis domus Israel ducebant arcã testamenti domini in iubilo, & in clãgore bucinae. Cumque intrasset arca dñi in ciuitatem Dauid, Michol filia Saul aspiciens per fenestram, vidit regẽ Dauid subsiliẽtẽ atque saltatẽ corã dño, & despexit eũ in corde suo. Et introdu-

mẽis. Partitur singulis collyridã panis vnã, illius, s. qui de celo descendit, & dat vitã mũdo, & assaturã bubulę carnis vnã illi, s. vituli saginati, q. pro reuertẽte filio mactatus, & igne passionis assatus est dicẽs, *Exaruit velut testa virtus mea, & timida frixã oleo, carnẽ, s. a peccati labe mũdissimã, sed humane salutis eã vberimã delectationib. crucis sartagine coctam.* Merito vnus panis collyrida, vna carnis assatura dat, quia vnus Dñs, vna fides, vnũ baptisma, vnus Deus, et pater omnipotens. Aliter hæc munera fideles accipiunt, cũ vnus panis, & vnũ corpus multi in Christo, suæ carnis singuli lasciuia castigantes: & seruituti subijcientes, spiritus igne decoquunt, & fructus bonorũ operũ oleo misericordia pinguißimos cõpafione proximũ feruere faciunt. Ac contra filia Saul cubiculũ regis ingressã, nullos concepti seminis fructus dat. quia qui verbum Dei aures tenus percipiunt, absque boni operis prole diem perpetuæ mortis expectant.

Egressa

NICOLAUS DE LYRA.

Contristatus. Non de diuina iustitia, sed magis de Ozã offensa, propter, quam meruerat a Domino percuti.

Et extimuit Dauid dominum in die illa, dicens, Quomodo ex facto enim illo timuit, ne esset indignus deducere arcam ad domum suam. Ideo subditur.

Sed diuertit. Iste autem Obededom erat de Leuitis, vt habetur. 1. Paral. 16. Dicitur autem Gethæus, quia ibi. scilicet in Geth fuerat cũ Dauid fugiente Saulem.

Et benedixit. multiplicando eũ in bonis spiritualibus, & temporalibus, eo quod circa arcam Domini reuerẽter se habuerat, & deuote.

Nuntiatũque. Hic consequenter deducit arcam interrupta persertur. Vbi primo ostenditur ipse Dauid deuota incunditas respectu Dei.

Dei. secundo ampla liberalitas respectu populi ibi, Cumque cõpleset, tertio vera humilitas respectu sui ibi. Reuertusque est Dauid. Circa primam dicit, Nuntiatũque est regi Dauid, quod bene. & c. & ideo considens de Dei misericordia voluit arcam adducere ad domum suam, vt benedictio Dei esset super ipsum, & super domum suam, & sic fecit, & patet litera vsque ibi.

6 Et erant. Iste versus non est in Hebr. 20, nec in libris correctis, & ideo non expono. quia appositus est ab hominibus imperitis.

7 Et Dauid. Id est, ad æmum ligatis, sicut sunt organa portatilia.

8 Porro Dauid, &c. deposuerat cuius insignia regalia, vt humiliaret se coram Deo, & acceperat vestem similem Leuitis coram Deo ministrantibus.

9 Et despe. eo, quod in tanta solemnitate non apparebat in habitu regio Tom. 2.

Tom. 2.

S 2

Et ob-

gum semen ex illa regnum obtineret. Ephod lineo, & Dauid, & omnis domus Israel, & cetera. non pontificali, sed linea veste, eã humilitatis. Linum de terra p creatũ multo labore ad eãdorem vestis peruenit, & humanitas a verbo assumpta inter flagella triumphauit.

Cũque intrasset arca Domini. Cũctis exultantibus, & ad arcis celestis introitum hymnos resonantibus. sola Michol filia Saul abest, & ex spectaculis Dauid humiliatũ despicit, quia credentibus in fine mũdi Iudeis, multi pessione Chrm, sed opere sequent Antichrm quibus. pgruit q. Michol, (quæ ob figurandũ instabilitatẽ carnalium, aqua ois interpretatur) nõ vxor Dauid, sed filia Saul dñi. quia qui Christo fide tenus feruunt, nõ illis regno coronandi, sed persecutorũ eius quos imitantur anathemate sunt dãnandi. Verũ prauis succeseãt, humilitatẽ ecclesie ptenãt, nihilominus arcã Dñi locũ suũ ingreditur, & ponit in medio tabernaculi quod tetederat ei Dauid. i. fides ecclesie pdicat, proficit, i-

ferit cordibus omnium quos Deus ad vitã pordinauit æternam. Offerre Dauid holocausta, & pacifica corã dño, fidẽ deuotionẽque; ecclesie cõmendat Chrs pri, qui ad dexterã Dei interpellat p nobis, qui in exẽplum Dauid fideles humilesque bñdicẽs, salutaris mysterij pascit ali

Ro. 8. g. F Io. 9. d. Luc. 15. e. Plal. 21. d. Eph. 4. b.

- Dixitque Dauid, Ibo, & reducam arcã benedictione in domũ meã. - testamenti.

Rab. Dauid. E quia. i. Par. 15. d. - testamenti.

A Egressa Michol filia Saul in occursum David, ait.

L. 27. moral.
cap. 27.
Ribbanus.
Eucherius.
Recapitulatio
gestorum Da
uid.

GRÆG. Intueri libet quanta virtutum munera David peccerat, & in his omnibus quam fortem se humilitate servabat. Quem. n. non extollet ora leonum frangere, virorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege

ad regni gubernacula vngi: timendum cunctis vno lapide Goliath sternere, a rege proposita extinctis Allophyliis numerosa preputia reportare, promissum tandem regnum percipere, cunctumque Israeliticum populum sine ulla contradictione possidere: Et tamen cum arcam Dei in Ierusalem reuocat, quasi oblitus prelatum se omnibus admittit populis ante arcam saltare. Et quia coram arca saltare, (vt creditur) vulgus mos fuerat, rex se in diuino obsequio per saltum rotat.

B Ecce quem Dominus cunctis singulariter pretulit, sese sub Domino exequando minimis, & abiecta exhibendo contemnit. Non potestas regni ad memoriam reducit, non subiectorum oculis saltando vilescere metuit, non se honore prelatum ceteris ante eius arcam, qui honorem dederat, recognoscit. Coram Deo egit debilia, vel extrema, vt illa ex humilitate solida daret, que coram hominibus gesserat fortia. Quid de his factis ab alijs sentiatur ignoro. Ego David plus saltantem stupeo, quam pugnantem. Pugnantem hostem subdidit, saltando coram Domino semetipsum vicit. Que Michol Saul filia adhuc ex timore regij generis insana cum humiliatum despiceret, dicens, Quam

1. Reg. 18. f.
† partem pulchris, uel fructum.
† flagenam neque vini.

- & nudatus est.
† famis.

† super.
† De penitentia.
dist. 1. § oppo-
nit circa med.

C gloriosus fuit hodie rex discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, et nudatus quasi vnus de scurris, protinus audiuit, Ludam ante dominum, que elegit me potius, quam patrem tuum, & paulo post, Ludam, & vilior factus plus, quam factus sum, eroque; humilis in oculis meis. ac si dicat, Vilescere coram hominibus appeto, quia seruare mihi coram Deo ingenuitatem

ixerunt arcam domini, & imposuerunt eam in loco suo in medio tabernaculi, quod retenderat ei David. Et obtulit David holocausta, & pacifica coram domino. Cumque compleisset offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine domini exercituum. Et partitus est vniuersae multitudini Israel, tam viro, quam mulieri, singulis† collyridam panis vnam, & † assaturam bubulæ carnis vnam, & † simillam frixam oleo: Et abiit omnis populus, vnusquisque in domum

suam: Reuersusque est David, vt benediceret domui suae: Et egressa Michol filia Saul in occursum David, ait; Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est quasi si nudus vnus de scurris; Dixitque David ad Michol; Viuit dominus, quia Iudam ante dominum, qui elegit me, potius quam patrem tuum, & quam omnem domum eius, & precepit mihi, vt essem dux super omnem populum domini in Israel; Et Iudam, & vilior factus plus, quam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo: Igitur Michol filiae Saul non est natus filius vsque ad diem mortis suae:

nuitatem per humilitate in quaero. Sunt qui de se humilia sentiunt, qui in honoribus positum nihil se, nisi puluerem fauillaque perpendunt, sed coram hominibus viles apparere refugiunt, & hoc, quod de se interius cogitant, quasi rigida exterius venustate palliantur. Et sunt, qui viles videri ab hominibus appetunt, & omne, quod sunt de ictos se exhibendo contemnit, sed apud se quasi ex ipso merito ostensum vilitatis intumescunt, & tanto magis in corde elati sunt, quanto amplius in specie elationem prebent. Quae vtraque elationis bella David magna circumspectio deprehendit, mira virtute superavit. Quia. n. de se intus humilia sentiens honorem exterius non querit insinuat dicens, Ludam, & vilior factus. Et quae per hoc, quod vile se exterius prebuit, interius non intumescit, adiungit, Eroque humilis in oculis meis. Ac si dicat, Qualem me exterius exhibeo, tale interius attedo. Quid ergo acturi sunt quos doctrina eleuat, si David, qui ex carne sua veterum redemptorem nouerat, eiusque gaudio prophetando nuntiabat, tamen in se ceruicem cordis valida discretionis calce adprimebat dicens, Eroque humilis in oculis meis.

b Gloriosus. David cum arcam in Ierusalem transferret, a Michol subfannatus est. Et Christus cum testamentum nouum in ecclesiam suam transferret, Iudaeis in cruce ludibrii fuit, nudus apparuit dum potentiam illis abscondens, carnis infirmitatem quasi ephod lineum ostendit. Ancillae seruorum per sonam gestant sanctorum, inter quos per crucis triumphum gloriosior effectus est, quem dum Michol irridet, gloriosior ancillis apparet, quae in typo synagogae sterilis permanfit. **c** Et nudatus, Nudatus non omnino, sed regalibus indumentis, & quia se coram Domino humiliare non erubuit, mox promissionem filium Dei ex tua stirpe nasciturum suscipere meruit.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et obtulit Da. &c. id est, oblationes totaliter incensas ad honorem diuinum.
- 2 Et pacifica. id est, oblationes quarum vna pars incendebatur ad honorem diuinum, alia erat sacerdotum, & alia offerentium, sicut plenus dicitur in Leuitico in pluribus locis.
- 3 Cumque compleisset offerens, &c. Hic consequenter ostenditur ipsius David liberalitas respectu populi, & primo in spiritualibus cum dicitur.
- 4 Et benedixit. id est, bona imprecatus est. secundo in temporalibus cum dicitur.
- 5 Et partitus est vniuersae multitudinij Israel tam viro, quam mulieri, &c. id est, panem tenuem.
- 6 Et assaturam bu. &c. id est, vnam portionem dat carnis assatae.
- 7 Et si. frixam oleo. Similis est farina tritici delicatissima, ex qua cum aqua temperata fiebat pasta, & oleo frixabatur, & per portiones populo diuidebatur.
- 8 Reuersusque. Hic ostenditur humilitas David respectu sui, quia reuersus in domum suam, vt bene faceret illis de domo sua, sicut fecerat illis extraneis, Michol vxor eius impropertit ei, quod in tanta solennitate non apparuerat in ornatu regio, dicens.
- 9 Quam gloriosus. quasi dicat in nullo, imo vilis, & in gloriosus.
- 10 Discooperiens

- 10 Discooperiens, quia regalia insignia deposuerat ex humilitate quam magis placet Deo, quam ornatus regius. unde de Eraclio Imperatore legitur, quod cum reportaret crucem in Ierusalem Cosdroe rege deuicta, & sedens in equo, & ornatus insignis imperialibus. portans crucem non potuit ingredi Ierusalem, donec depositis omnibus humiliter venit pediatando.
- 11 Ante ancil. id est, ita publice, quod persona etiam seruiles poterant hoc videre, quasi dicat peius est, quam si fuisset factum secretae.
- 12 Quasi. q. d. non fuit distinctio in habitu regis a vilibus personis.
- 13 Dixitque David ad Michol. humiliter respondendo.
- 14 Viuit dominus. id est, per viuente Deum.
- 15 Ludam ante dominum. mente, & corpore exultando.
- 16 Et vilis. i. humilior. quia secundum, quod dicit beatus Greg. homi. 41. Tanto humilior atque ad seruiendum Deo proprior quisque debet esse ex munere, quanto obligatiore se esse conspicit in reddenda ratione. David autem a Deo multa beneficia receperat, quae se humiliando recognoscebat.
- 17 Et cum ancil. Michol enim ex sua superbia inter ancillas reputabat alias vxores David quas acceperat tanquam secundarias, & cum istis David apparuit gloriosior, quia de ipsis habuit prolem multam, pulchram, & nobilem, etiam post illud factum, non autem de Michol ideo subditur.
- 18 Igitur. scilicet de cetero, licet habuisset ante filium, prout dictum fuit supra. 3. ca.

1 Factum est.

ADDITIO.

In ca. ubi dicitur in postil. Et cum ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo. Non apparet, quod Michol vocasset alias vxores David ancillas, put postil. ait, Nam verba sua in textu talia sunt, Quam gloriosus fuit rex Israel hodie discooperiens se ante ancillas suorum seruorum. non. n. dixit ante ancillas suas, sed ante ancillas seruorum, volens

lens dicere, quod non solum vxores, sed etiam ancilla seruorum poterant ei videre discooperitum, quod ipsi Michol videbatur inhonestum. In responsione vero David ubi dicit, Cum ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo, intendit dicere, quod etiam vilificando coram ancillis seruorum gloriosior deberet apparere. iuxta illud saluatoris, Qui se humiliat, exaltabitur.

CAPVT VII.

Actum est autem cum sedisset rex, &c. THEODORETVS. * Nathan cum esset propheta, quomodo nesciuit Dei voluntatem, & iussit Dauidi, vt edificaret domum Dei? Non omnia norant prophetae, sed sicut Dei gratia reuelant. Ita Samuel ignorabat quem ex filijs Isai oporteret vngere. Et Heliseus quid accidisset Sunamitidi. Ita etiam Nathan cum laudasset scopum Regis, existimauit opus placere Deo. Vnde dixit, *Omne quod est in corde tuo, vade & fac, &c.*

b Omne quod est in corde tuo vade fac. Patet, quod prophetiae spiritus prophetarum mentes non semper irradiat. Spiritus enim ubi vult spirat. Hinc Heliseus ait, *Dominus celauit a me, & non indicauit mihi.* Quod Deus ex dispensatione pietatis disponit, quia dum prophetiae spiritum dat, & subtrahit prophetantium mentes eleuat in celsitudine, & custodit in humilitate, vt accipientes spiritum inueniant quid de Deo sint, & rursus prophetiae spiritum non habentes cognoscant, qd sint de iemetipsis.

c * Vade, & loquere ad seruum meum, &c. THEODOR. Primum quidem cum delinuit appellatione seruitutis, est autem summus honor nominari seruum Dei. Deinde docuit suam naturam nulla laborare indigentia. *Non habitauit, inquit, in domo, &c.* Quod enim neque ante hoc tempus templum haberet, veteres docent historiae. Deinde ostendens infinitam virtutem, & benignitatem subiunxit. *Et eras habitans in diuersorio, &c.* Haec autem dixit ad confirmandam eius pietatem & aequitatem, vt recordans beneficiorum, colat benefactorem. * PROCOPIVS. Domum orationis construere Deus Dauidem non permisit, docens humanitatem omnes quotquot hoc in loco Deum erant inuocaturi. Nam qui vident prophetam non concedere Dauidi propter caedes quantumuis iustas, vt Deo edificet, puras manus habere docentur. Deus nihilominus



ACTVM est autem cum sedisset rex in domo sua, & dominus dedisset requiem vndiq, ab vniuersis inimicis suis, dixit ad Nathan prophetam: *Videsne, quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium? Dixitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo vade fac, quia dominus tecum est. Factum est autem in nocte illa, & ecce sermo domini ad Nathan, dicens Vade, et loquere ad seruum meum Dauid Haec dicit dominus Nunquid tu edificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitauit in domo ex die illa qua eduxi filios Israel de terra Aegypti usque in diem hanc, sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio per cuncta loca, quae transiui cum omnibus filiis Israel. Nunquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui praecipi, vt pasceret populum meum Israel, dicens. Quare non edificasti mihi domum cedrinam? Et nunc haec dices seruo meo dauid. Haec dicit domi-*

a *Quasi dicat non, quia vir sanguinum es.*

a *Silo, Galgala, Nobe, & caetera loca ubi tabernaculum, & arca domini locata sunt.*

a *Et*

nus Dauidem elegit, qui erga mulieres continentem vixit, imperium intrepide gessit, cultum diuinum exercuit, intectus oroni, psalmodie diuinae dilectioni, & salutis totius populi magna cura habuit. propterea erga amicos fidus fuit, gratus erga benefactores, non crudelis in eos, qui iniuria aliqua eum affecerant. Deinde, si quisquam alius vnquam, certe hic pauperes amplexatus est. ob quas res, homo secundum cor Dei esse dicitur. Ceterum si quando humanum aliquid passus errauit castigauit eum dominus, non auersatus est bonum alioqui existentem, paucis exceptis, vt quod ad iustitiam statera exigens, plura benefacta, quam male facta reperit.

G R E G. Mundus in se esse a vitijs debet, qui curat aliena corrigere, vt terrena non cogitet, vt desiderijs infimis non succubatur, quatenus perspicacius alijs fugienda videat, quanto hic ipse per scientiam, & vitam veri declinat. Non pure maculam in membro considerat oculum quem puluis grauatur, & superietas fordes tergere non valet manus, quae lutum tenet. Quod iuxta antiquam translationem beati ad Dauid erga exteriora bella laboratem per significationem dicitur, *Non tu edificabis mihi templum, quia vir sanguinum es.* Dei templum aedificat, qui corrigendis atque instituendis proximorum mentibus vacat. Templum Dei sumus nos, qui ad veram vitam ex eius inhabitacione constituimur, vnde, *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Sed vir sanguinum templum Dei edificare prohibetur, quia qui adhuc actibus carnalibus incubit, necesse est, vt instituire proximorum mentes erubescat.

d *Nunquid.* Alia translatio. *Nunquid loquens locutus sum alicui viro de tribubus.* Et in Para. dicitur, *Nunquid locutus sum saltem vni iudicum Israel, quibus praeciperem, vt pasceret populum meum, & dixi, Quare non edificasti mihi domum cedrinam?* Io a nullo iudicum sibi edificari domum cedrinam iussit, quia omnes tres hostes pugnaverunt, & effusores sanguinis fuerunt. Filius tamen tuus cui non instabunt bella hostium, & qui non erit vir sanguinum, ipse aedificabit mihi domum.

11 *Nunquid. q.d. adhuc non praecipi.* In Heb. habetur. Et dixi ad vnam de tribubus Israel, cui praecipi, vt pasceret. *qa de omnibus fere tribubus fuerant aliqui pastores populi Israel. Verbi gratia, de tribu Leui, Moyses, & Aaron, de tribu Ephraim Iosue, de tribu Iuda, Othoniel, de tribu Manasse, Iephre, de tribu Benjamin, Aod, & Saul, de tribu Nephthali, Barach, de tribu Zabulon, Abilon, de tribu Dan, Samson, de tribu Issachar, Thola.*

12 *Et nunc. Hic consequenter ponitur de Christo repromissio, et secundo ipsius Dauid gratiarum actio, ubi, Ingressus est autem rex. prima in duas, quia primo beneficium exhibitum recolitur, secundo exhibendum promittitur, ubi, Et ponam locum. Circa primum dicitur.*

1 *Ego te*

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Factum est. Hic consequenter describitur deuotio Dauid erga Deum, quantum ad domum ipsius aedificandam. Circa quod primo ponit humana consultatio, secundo diuina prohibitio ubi, Factum est autem, tertio de Christo repromissio, ubi Et nunc haec dices. Circa primum sciendum, quod Deut. 12. dicitur, quod quando filij Israel quietati essent in terra promissionis, tunc Dominus eligeret locum ubi templo aedificato offerremur de caetero sacrificia Domini, & non alibi, sicut et fuit expositum ibidem, & ideo videns Dauid, quod Dominus dedisset sibi vt quidem vndique ab vniuersis inimicis suis, credidit esse tempus aedificandi templum, propter quod. 2. Dixit, per modum collationis, & consilij. 3. Vides, &c. do. ce. nobiliter, & praesumptuose aedificata. 4. Et arca. q. d. iustum videtur, & rationale, quod ego ei aedificem excellentissimam domum. 5. Dixitque Na. non spiritu prophetico, sed humano, quod patet ex hoc, quia postea retractauit verbum suum. 6. Omne quod. q. d. bonum propositum concepisti, implas opere. 7. Quia do. credebat. n. Deo placere, quod domus a Dauid aedificaretur. Et ex hoc patet, quod spiritus prophetiae non semper tangit corda prophetarum, quia aliquando loquuntur in spiritu proprio, & humano, & non diuino, vt patet in hoc loco, & in pluribus alijs.*

8 Factum

MORALITER.

1 *Factum est. Ad intellectum sequentium considerandum, quod doctores nostri loquentes de vita actiua, & contemplatiua dupliciter eas distinguunt. Vno modo accipiendo vtramque in vita praesentem, & sic actiua dicitur, quae circa proximi necessitatem versatur per temporale subsidium, vel spirituale. Contemplatiua vero, quae temporalibus omissis aeterna meditatur. Alio vero modo distinguunt eas sic, vt rota vita praesens dicatur actiua, futura vero contemplatiua. vnde Aug. super Ioannem, Vna bona, sed adhuc misera, alia melior, sed beata. Secundum primum modum distinctionis*

8 *Factum. Hic consequenter ponitur diuina prohibitio, cum dicitur, Factum est. i. immediate sequenti dictum consilium. videbat enim Dominus ipsum Dauid valde voluntarium ad opus inchoandum, cuius tamen tempus nondum aduenerat, vt magis patebit ex sequentibus, io ita cito facta est diuina prohibitio, ne Dauid statim inchoaret opus.*

9 *Neque enim. quia arca Dei, et propitiatorium, quod erat quasi sedes Dei, vt supra dictum est, semper fuerant in tabernaculo, & non in domo stabili, vel mansura de lignis, & lapidibus aedificata.*

11 *Nunquid. q. d. adhuc non praecipi. In Heb. habetur. Et dixi ad vnam de tribubus Israel, cui praecipi, vt pasceret. qa de omnibus fere tribubus fuerant aliqui pastores populi Israel. Verbi gratia, de tribu Leui, Moyses, & Aaron, de tribu Ephraim Iosue, de tribu Iuda, Othoniel, de tribu Manasse, Iephre, de tribu Benjamin, Aod, & Saul, de tribu Nephthali, Barach, de tribu Zabulon, Abilon, de tribu Dan, Samson, de tribu Issachar, Thola.*

12 *Et nunc. Hic consequenter ponitur de Christo repromissio, et secundo ipsius Dauid gratiarum actio, ubi, Ingressus est autem rex. prima in duas, quia primo beneficium exhibitum recolitur, secundo exhibendum promittitur, ubi, Et ponam locum. Circa primum dicitur.*

1 Ego te

tionis, per Dauid significatur princeps, vel praelatus circa necessitatem populi propter Deum intentus, qui tamen desiderat ab hoc onere liberari, & caelestia meditari, sicut illud Aug. Oritur sanctum, quod est charitas, negotium iustum suscipit necessitas charitatis. Quia contemplatiua dicitur esse in desiderio. io dixit Dominus ad Dauid, vt haberetur 3. Re. 8. b. *Quia cogitasti domum aedificare nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente pertractans.* Contemplatiuus autem aedificat Deo domum cedrinam, i. contemplatione altam. sed quia talis occupari desiderans in contemplatione propter necessitatem populi aliquando detinetur in actione. io subditur.

1. Para. 17. a.

L. 7. moral. ca. 17. tuel, cortinorum, id est paronorum, qui expanduntur in tabernaculorum compositione.

E

1. Cor. 3. d.

F

Rabbanus.

2. Par. 17. a.

Pastorum tribuum Israel, qui fuerunt.

Diuisio.

A Et p. lo. tempus Salomonis describit, quo filij Israel pacem a vnoque habuerunt, nec afflicti sunt sicut tempore iudicij. **Quis. 22.** THEODORET. Pollicitus est etiam populi curam gerere. Ponam, inquit, locum populo meo, & per se habitabit. Na ex diuina lege vitium inflictuens, separatus erat ab alijs gentib. Il-

† 1. Re. 16. b. 1. Paral. 17. b.

lud autem, No adyiciet filius ini quitatis, & c. exponunt ea, que deiceps sequitur. Nam quoniam tempore Iudicium feriebant aliquando Ammonitis, et Moabitis, aliquando Madianitis, & alienis, pollicitus est eis se regnum cōseruaturū in regrū, & a frequentibus liberaturum mutationibus. Hec cū dixisset de

C Salomone, admiscet prædictioni ea, quæ dicuntur de Chro Domino, *Erigam sedem eius vsque in seculum. Et ero ei in pater, etc.* Testis est diuinus Apostolus in epistola ad Hebræos. Deinde etiam docet, quanta cura, & prudentia propter hunc filium,

nus exercituum. † Ego te tuli † de pascuis sequentem greges, vt esses dux super populum meum Israel, & fui tecum in omnibus vbicunque ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos a facie tua. Feci que tibi

† Abraham, Isaac, & Iacob, Moysi, & Iosue, quorum nomina famosa sunt in terra.

nomen grande iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra. Et ponam

locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit † sub eo, &

† Hæc tanta bona, cū in terra sperat. insipienter sapit.

non turbabitur amplius, nec addent filij iniquitatis, vt affligant eum, sicut prius, ex die qua constitui iudices super populum meum Israel. Et requie dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. prædicatq; tibi dominus:

† Id est filios tibi faccedentes.

quod domum faciat tibi dñs. † Cumque cōpleti fuerint dies tui, & dor-

† Christum.

† Quod non de Salomone.

mieris cum patrib. tuis, † sulcabo semina tuum post te, quod egredietur

eius secundum carnem maiorum et legem, transgredietur, D Arguam, & castigabo eos, misericordiam a uera non auferam, & c. **TERTVL.** Nathani propheta in secundo Bauitarum professione ad Dauid facit: Semen tuum, quod erit ex ventre tuo. Hoc si in Salo-

monem simpli ceter edifferes, risum mihi incuties, videbitur enim Dauid peperisse Salomonem. An, & hic Christus significatur, ex eo ventre semen Dauid, quod esset ex Dauid id est, Mariæ? Quia, & eodem Dei magis Christus edificaturus esset, hominem, scilicet sanctum, in quo potiore templo inhabi-

taret Dei spiritus. Deinde, & thronus in æuum, & regnum in æuum, magis Christo competit, quam Salomoni. Sed a Christo misericordia Dei non abcessit, Salomoni vero etiam Dei accessit post luxuriam, & idololatriam.

† a Et fide.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Ego te. hoc patet ex prædictis supra 1. lib. 16. & 17. cap.
- 2 Et fui. protegens te ab aduersarijs, & dignus in operibus tuis.
- 3 Et inter: feci vni. s. Saul, Doeg, & alios, vt va et ex supradictis.
- 4 Feci que tibi. dando tibi dignitatem regiam.
- 5 Iuxta nomen. q. d. magnitudo illa, que habetur in terra modica est respectu illius, que expectatur in futuro. Vnde dicit saluator Matthe. 11. b. Qui aut minor est in regno celorum, maior est illo. Ista beneficia Dauid exhibita Deus recitauit, non ad exprobandum, sed ad accendendum amplius cor Dauid ad amorem diuinum.
- 6 Et ponam. Hic consequenter promittitur beneficium exhibendum. Et primo quantum ad temporale regnum, secundo quantum ad spirituale, & æternum, tibi. Cumque completi fuerint. Circa primū dicitur, Et ponam. i. templum in Ierusalem, vt populus tibi offerat, & non alibi.
- 7 Et plantabo. Id est, firmiter radicabo in regno tuo.
- 8 Et habitabit. per verna cultum.
- 9 Et non turbabitur. sicut fuit in Aegypto sub Pharaone.
- 10 Nec addent fil. Id est infideles.
- 11 Vt affligant. Scilicet tempore iudicij, qui frequenter propter peccata sua affligebantur ab infidelibus, sicut patet ex decursu illius libri, quia licet filij Israel fuerint postea aliquando afflicti propter peccata sua, non tamen ita frequenter.
- 12 Et requiem dabo. Licet enim Dauid iam esset in requie, vt prædictum est, tamen illa requies non erat adhuc, ita perfecta, sicut postea fuit quando infideles existentes in circumiuiu regni sui debellauit, vt habetur ca. se.
- 13 Prædicatque. scilicet successionem regni tui in filijs tuis.
- 14 Cumque com. Hic consequenter fit promissio ipsi Dauid de regno spirituali, & æterno, que promissio impleta fuit in Christo. Ad intellectum aut huius passus, & similitum considerandum, quod gesta vt test. fuerunt figura gestorum noui, secundum quod dicit Apostolus 1. ad Cor. 10. c. Omnia in figura contingebant illis. Et sic Salomon filius Dauid fuit figura Christi, qui natus est etiam de Dauid secundum carnem vt dicitur Rom. 1. Illud autem quod est figura alterius, oportet quod sit aliqua res secundum se, nisi enim circulus pedens in tabernaculo officio esset aliqua res in se, non possit esse signum, vel figura vini existētis in cellario. Sic igitur illud, quod est figura alterius pot tripliciter considerari. Vno modo

Figura tripliciter consideratur.

modo, vt si res in se factum. Alio modo vt est figura alterius tantum. Tertio modo secundum vtrumque. Sic igitur in sacra scriptura aliqua dicuntur de Salomone secundum se, & sic non sunt figura Christi. sicut quod fecit templum idolorum, vt habetur infra 3. li. 11. cap. Aliqua aut dicitur de ipso in quantum fuit figura Christi tantum, que non possunt verificari de Salomone secundum se, sed tantum de Christo, sicut illud psal. 71. Et dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum, quod non fuit verum de Salomone, quia non fuit monarcha, sed habuit regnum satis arctum, sed verum est de Christo homine, cui in sua resurrectione data sunt omnes potestas in celo, & in terra, vt habetur Matt. 28. d. Alia autem ueniunt in scriptura de Salomone vt modo, que sunt verificata sunt de ipso, licet minus perfecte, & de Christo perfectius. cuiusmodi sunt illa, que hic ponuntur, scilicet aliqua. Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patrib. Exponendo de Salomone, sciendum, quod licet fuerit coronatus in regem vivente adhuc Dauid, vt habetur 1. fra 3. li. 1. ca. tamen non fuit firmiter stabilitus in regno vsque post mortem Dauid, quando Adonia, & Ioab interfecerunt & soluta fuit colligatio regum, qui subbant Adonia, tamen Salomon adhuc non erat natus nec conceptus, quando ista verba fuerunt dicta Dauid ex parte Domini. Sic igitur, quod dicitur hic, Sulcabo semen tuum post te, & c. post mortem tuam. ita quod ista suscitatio intelligitur quantum ad regni stabilitatem, sicut aliquis dicitur creari in regem. Quod egredietur. Per hoc designatur natiuitas Salomonis, que licet fuerit ante mortem patris, fuit tamen post verba ista sibi dicta. & sic terra est intricata, et referenda est ad diuersa modo dicto. & talis modus loquendi bene inuenitur alibi in scriptura, Ipse edificabit domum nomini meo, sicut habet inf. 2. li. 6. ca. Et stabiliam thronum, i. in tempus longum, sicut in psalmo dñs montes æterni. Regnum enim Salomonis defecit in transmigratione Babylonis, vel saltem in diebus Herodis, qui fuit alienigena, quia pater eius fuit Idumæus. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi. per gratiam adoptionis. quia in principio Salomon fuit gratiosus coram domino, propter quod Nathani propheta vocauit, eum amabilem domino, vt habetur, inf. 12. Qui simi. Hic accipitur si pro quia, quia de eo scribitur, inf. 3. li. 11. c. Cūq; iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos. Et ibi subditur, quomodo edificauit templum idolorum in morte Oliueti contra Ierusalem, ita

MORALITER.

† Sulcabo semen tuum post te. quia de discipulis eius, qui dicuntur filij sui, aliqui sunt contemplatiui, qui domum hanc edificat pro eo, quia bona contemplatio discipuli cedit ad meritum magistri. Secundum autem modum alium distinctionis actiua vite, & contemplatiua per Dauid significatur homo, qui ex feruore dilectionis diuinae dissolu desiderat, vt cum Christo sit in patria, tamen ex diuina dispositione propter salutem populi retinetur in presenti vita. Sic aut dicebat Paulus de seipso multo magis ad Phi. 1. c. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo multo magis melius. manere aut in carne necessarium est propter vos, ideo

ideo dicit, Quod aut cogitasti edificare domum nomini meo, id est quod tu sicut lapis perfectus in edificio caelesti statim poneris, bene fecisti. q. d. hoc est melius, vt dictum est. Sulcabo semen, id est, dabo tibi bonos discipulos, qui edificabunt pro te, quia per meritum circa doctrinam ipsorum habebis in patria gradum altiore, quam si statim transires ad gloriam. Sic autem dixerunt discipuli beato Martino: Salua sunt tibi tua premia, nec dilata minuentur, sed supple potius augebuntur. Et similiter beatus Ioannes euangelista dicebat Christo, Quoties te rogauit, vt venirem ad te, & dixisti mihi, Expecta vt liberem populum mihi crediturum.

a *Et fide.* Hoc vere de Christo dicitur. Salomonis. n. domus plena fuit alienigenis mulieribus, falsos deos colentibus, & ipsum Salomonem ad idem impellentibus. In Christo vero complentur ista, qui est ex semine Dauid secundum carnem. Iudei filium Dauid in hoc loco promissum intelligunt Salomonem, & adhuc mirabili cecitate alium se sperare dicunt. Facta est quidem alia imago rei futurae in Salomone, quia templum aedificauit, pacem secundum nomen suum habuit. Salomon enim pacificus interpretatur. In principio regni sui laudabilis fuit, sed Christum pronuntiabat, non exhibebat. Unde quaedam de illo scripta sunt quasi de ipso pre dicta, dum scriptura in eo figuram depingit futurorum. Nam in psalmo, qui nomine eius intulatur multa dicuntur, quae ei conuenire non possunt. Christo autem euidenter conueniunt. In Salomone enim figura, in Christo veritas. Notum est enim quibus terminis regnum Salomonis conclusum sit, cum ibi legatur, *Dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum.* Christus autem a flumine dominandi sumpsit exordium, ubi baptizatus a Ioanne eo demonstrante cepit agnosci a discipulis, qui eum non solum magistrum, sed et dominum appellauerunt, nec ob aliud viuente adhuc patre suo regnare cepit, (quod nulli illorum regum contigit,) nisi ut appareat ipsum non esse quem prophetia praesignat dicens, *Cum repleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, &c.* Hic est. n. verus pacificus, qui non ante sicut Salomon, sed post mortem Dauid prophetatur suscitandus, qui aedificauit

de utero tuo, & firmabo regnum eius. † Ipse aedificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. † Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saul, quem amoui a facie tua. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum usque in aeternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter. Secundum omnia verba haec, & iuxta vniuersam visionem istam sic locutus est Nathan ad Dauid. Ingressus est autem rex Dauid,

dificauit domum Deo non de lignis, & lapidibus, sed de hominibus. Unde, *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Benedictio enim Domini in semine Dauid in aeternum speranda est. Vn certissima spe dicitur, fiat fiat, secundum illud, *Benedictus dominus in aeternum, fiat fiat.* Spei autem confirmatio est ipsa repetitio. Unde Dauid. *Et locutus es pro domo serui tui in longinquum.* Inde adiunxit. *Nunc incipe, & benedic domum serui tui in aeternum* quia tunc generaturus erat filium, ex quo progenies eius duceretur ad Christum. Ideo cum secundum Lxx. in verbis Nathan dictum sit. *Et nuntiabit tibi Dominus, quoniam domum aedificabis ipsi* postea dicit ipse Dauid, *Quoniam tu Dominus Deus omnipotens Deus Israel reuelasti aures serui tui dicens, Domum aedificabo tibi.* Hanc enim domum aedificamus bene viuendo, & Deus opitulando. Huius domus cum venerit vltima dedicatio, implebitur, quod per Nathan dictum est, *Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo illum, & inhabitabo seorsum, et sollicitus non erit ultra, Et non apponet filius iniquitatis humiliare eum, sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum Israel.* Iudices ante fuerunt, quam reges, & humiliabat populum filius iniquitatis, i. hostis alienigena per temporum interualla, & inueniuntur ibi pacis tempora prolixiora, quam Salomon habuit, qui xl. annis regnauit. Nam sub iudice Aod fuit pax lxxx. annis. Non ergo sub Salomone haec promissa sunt, nec quisquam illorum regum in tanta pace regnauit, ut gens illa sollicita non fuerit. Locus ergo tam pacatae, & securae habitationis aeternus est, ubi erit verus Israel, id est videns Deum. Et se.

NICOLAUS DE LYRA.

ita, quod de templo Domini poterant idololatra videri. quod erat maximum incitamentum populo Israel ad derelinquendum dominum, quia pro nus erat ad idololatriam. Arguam eum in virga vi. i. in molestis ab hominibus influctis, sicut infra dicitur. 3. li. 11. quod Dominus suscitauit aduersarios plures Salomoni in fine vitae suae. Et in pla. eodem modo exponendum est de aduersariis praedictis Salomoni suscitatis. In Hebraeo habetur, In plagis filiorum Adam. Quod exponunt Hebraei de Adam primo homine, dicentes, quod Adam in centum tribus annis quibus conuinit se ab uxore sua Eua propter interfecionem Abel, demones succubi iungebantur ei, & concipiebant ab eo, & pariebant demones, & isti fuerunt filii Adam, qui ut dicunt, incitauerunt Salomonem ad peccandum, & per hoc diuisum fuit regnum tempore filii sui. Hoc autem hic posui ad ostendendum, ad quam cecitatem deueniunt Iudei secundum dictum Apostoli ad Ro. 1. quia cum demones sint spirituales substantiae, non possunt ex semine hominis produci, & si demones aliquando fiunt succubi, ut ex semine illo aliquid generetur oportet, quod postea fiat incubi, ut semen illud in mulierem transfundatur, & sic ex eo homo, & non demon generetur. Misericordiam. Ex hoc dicunt aliqui, quod Salomon licet peccauerit grauiter, ut dictum est, tamen in fine poenituit. & sic est saluatus. Et hoc etiam dicit quaedam glos. Hebraica super Ecclesiasten. 2. ca. Sed hoc est mihi valde dubium, sicut diffusius tractauimus in quadam questione de quolibet mihi super hoc proposita, quae si vere poenitisset, cum esset rex valde potens, cui nullus de populo ausus fuisset contradicere, destruxisset templa idolorum, quae aedificauerat, ut videtur, quod tamen non fecit, quia steterunt usque ad tempus Iosiae regis, ut habetur inf. 4. li. 2. 3. ca. Nec ex hoc loco potest efficaciter argui de misericordia Dei circa eum, nisi quantum ad temporale regnum, quod non fuit ab eo, nec a filiis eius totaliter ablatum, sicut fuit a Saule, ideo subditur. Sicut abstuli a Saul quem amoui, s. ne regnaret posteritas sua. Quod enim Saul fuerit damnatus non habetur

expresse ex scriptura, sicut supra dictum est l. 1. c. ult. Et fidelis erit domus tua. quia licet aliqui reges a Dauid descendentes declinauerunt ad idololatriam, tamen alii sequentes reducebant populum ad cultum diuinum. Exponendo autem literam istam de Christo, expositio est multo clarior, & melior saltem in pluribus, cum dicitur, Cumque completi fuerint dies tui, &c. certum est, quod Christus descendens ex Dauid secundum carnem per virginem Mariam, fuit magno tempore post mortem Dauid, & sic litera patet prout iacet.

- 1 Et firmabo. quia regnum Christi firmum est in perpetuum, secundum quod dicitur Dau. 7. d. Potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.
- 2 Ipse aedi. scilicet ecclesiam de lapidibus viuis, & electis.
- 3 Ego ero ei. non per adoptionem, sed per naturam, quae est vera, & perfecta filiatio. & sub isto intellectu introducit Apostolus hanc auctoritatem dictam de Christo Hebr. 1. ca.
- 4 Qui si inique aliquid gesserit. Hoc non potest exponi de Christo in persona propria, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, nec Salomon iniquus peccator fuit ipse, ut praedictum est. Potest tamen exponi de ipso pro membris ipsius propter condescensionem capitis ad membra secundum illam regulam, quam posui in principio Gene. Et hoc modo peccata populi Christiani dicuntur peccata Christi, Psalmo 21. a. Longe a salute mea verba delictorum meorum, ubi loquitur propheta in persona Christi. Unde & pro peccatis nostris verberatus fuit, plagatus, & crucifixus.
- 5 Et fidelis erit domus. quia fides non deficiet in ecclesia.
- 6 Et regnum tuum usque in aeternum, &c. quia regni Christi non erit finis. Luc. 1.
- 7 Ingressus est autem. Hic consequenter ponitur gratiarum actio. ubi Dauid primo regratiatur de promissione. secundo deprecatur pro promissi implatione, ibi, Nunc ergo domine. Circa primum dicitur, Ingressus est autem Dauid, locum orationis iuxta tabernaculum.

Lib. 2. ad Simplicianu 9.4.

a Et sed. eo. sedere coram Domino, est beneficia eius in humilitate confiteri.
* AVG. Hoc est, ut nullus hominum esset, qui audiret ora te. Siue ergo pp. arcam testamenti, siue propter secretum re-

patriarcha, propheta, apostoli, &c. has tenuerunt semitas, quibus potuerunt ad Deum peruenire. Abraham dicit, Ego sum terra & cinis.

* c Sed, & hoc parum, &c. PROCOP. Omnipotentiam Domini docens, admiratus sum, inquit, excellentem promissionem, me ipsum respiciens. Parua enim hec sunt, si cum tua potentia conferantur.

† hominum.

Homil. de eo quod S. David dicit. Quis sum ego. 10. 1.

Sedit coram domino. Nisi forte, quod sedens or. u. t., hoc mouet, cum & sanctus Helias hoc fecerit, quando pluiam orando impetrauit.

b Quis ego sum domine Deus meus, &c.

* CHRYSOST. Attendistis hominem gratia plenu & Deo non esse ingratum? Videtis quomodo agnoscit se quis fuerit, quis est, & quid erit? Ibi est ergo plenitudo gratia, ut se in omnibus vnusquisque agnoscat. Primo, quia mortalis est. Secundo, quia castus vita humana plena est. Tertio, quia tribulationes & dolores in seculo inuenit. Quarto, ut sciat, quia patientia pauperum non peribit in finem. Quinto, ut norit, quia perseverantia pducit ad Deum.

† te.

Sexto, ut intendar, quia quanto magnus est, humiliatus si fuerit, & humilitatis vias tenuerit, inueniet gram in p̄spectu Dei. Septimo, quia no est sine peccato nec infans vnus diei natus super terra. Octauo, quia q̄ insidias diaboli oportet sp̄ orare, & non deficere. Nono, ut in oratione no captiuemur terrena cogitatione. Decimo, ut in spe non deficiamus. Undecimo, ut contempnemur delectatione domini, & protectionem speremus diuinitatis. Duodecimo, quia non tacebimus trino illo clamore dicentes, αἰγιος, αἰγιος, αἰγιος, sine cessatione. In his omnibus, qui se agnoscit, via tenet humilitatis. Na omnes sancti patriar-

† Arca, scilicet domini.
a & sedit coram domino, & dixit. Quis ego sum domine Deus

meus, & quare domus mea, quia adduxisti me hucusque? Sed, & hoc parum visum est in conspectu tuo domine Deus meus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinuum. Ista est enim

lex † Adam domine Deus. Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, ut loquatur ad te? Tu enim scis seruum tuum domine Deus.

propter verbum tuum, & secundum cor tuum fecisti omnia magna

hæc, ita ut notum faceres seruo tuo. Idcirco magnificatus es domine Deus, quia non est similis tui, neque est Deus extra te in omnibus, quare audiuimus auribus nostris. Quare autem, ut populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit Deus, ut redimeret sibi in populum, & poneret sibi nomen, faceretque eis magna, & horribilia super terram a facie populi tui,

quæ redimisti tibi ex Aegypto gente, & deo eius? Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum, & tu Dñe deus factus es eis in Deum. Nunc ergo domine Deus verbum

quod locutus es sup seruum tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum, & fac sicut locutus es, ut magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, atque dicatur. Dominus Deus exercituu, Deus sup Israel. Et domus serui tui dauid erit stabilita cora

† dño, quia tu domine exercituu Deus Israel, reuelasti auriculam

ego seruus tuus.

* R. DAVID. Hæc est dispositio magnorum hominum, qui posteris suis sic de successione in imperio protident.

c Quare est. In terra alia præter electam, propter quam venit Dei filius in mundum velut in Aegyptum, ut commercio sanguinis redimeret sibi populum acceptabilem, sectatore bonorum operum. Deum autem eiusdem populi hominem dominicum intelligimus, quem de Aegypto, id est, mundo per vterum virginis assumpsit.

f Ex Aegypto. gente, & Deo eius, vel gente, & Deu eius, Gētem

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et sedit coram Domino. Id est, coram arca Domini vbi Deus representabatur modo speciali, licet sit vbique per essentiam, presentiam, & potentiam.

2 Quis ego sum domine Deus meus, & quare domus mea, quia adduxi. id est vsque ad sublimitatem regiam, quasi dicat ex me non habeo ad hoc aptitudinem.

3 Sed, &c. quia non solum locutus es de regno confirmando in persona mea, sed etiam in posteritate mea.

4 Ista est. s. ut quilibet sit sollicitus, & desiderans prosperitatem posteritatis sue.

5 Quid ergo. quasi dicat tu maiora fecisti, & promisti, quam ego fuisset ausus petere.

6 Tu enim. id est per effectum ostendisti, quod tu habeas notitiam, & memoriam mei, ut & tanta mihi faciendo, & promittendo.

7 Propter. id est, propter verbum, quod locutus es de me Samuelli ista fecisti, & promisti, ut impleatur, quod ei dixisti.

8 Et secundum. id est, voluntatem tuam, quia hoc procedit ex tua mera liberalitate, non ex mea dignitate.

9 Idcirco magnifici. Modus enim magnifici est facere maiora, quam sit dignitas recipientis.

10 Quare est. deducendo filios Israel in columna ignis, & nubis. Sciendum tamen quod ille, qui precedebat erat angelus, ut habetur Exod. 14. tamen aliquando nominatur Deus cuius personam representabat, secundum quod dicit Greg. In Hebræo habetur, Propter quam iue-

tunt dii. quod exponit Ra. Sa. de Moyse, & Aaron, qui missi fuerunt ad edu-

ad educendum populum Israel de Aegypto, & dicuntur dii participatiue, es modo quo dicitur Moyse Exo. 7. a. Ego constitui te Deum Pharaonis. Sed hæc expositio apparet falsa per illud, quod dicitur. 1. Para. 17. d. vbi dicitur, Ad quam pertexit dominus Deus. & sic est in Hebræo. ex quo patet, quod intelligitur de Deo vero. Sed melius potest exponi de pluralitate personarum in diuinis, quarum opera sunt indiuisa, & ideo hic notatur pluralitas personarum, cum dicitur, Iuerunt dii, quia tres persone vere dñr tres deit atē habētes. Quia in illa deitas, & essentia vna est simplex in trib. iō subditur in singulari.

11 Ut redimeret. quia ex redemptione illius populi nominatus est Deus Israel in speciali.

12 Faceretque. & quæ sint illa ostendit, dicens,

13 A facie. subintelligitur eiciendo. scilicet. A facie populi tui. i. populum, qui habitabat in terra Chananeorum, & deos eius quos eo trinerunt filij Israel. Et quod sic debeat intelligi, patet per illud, quod habetur. 1. Paralip. 17. d. vbi ista sententia clarius ponitur sic. Et magnitudine sua atque terrore eijceret nationes, &c.

14 Nunc ergo. Hic consequenter Dauid deprecatur pro promissa adimplerione. dupli de causa. Prima est, quia licet Deus velit dare beneficia in futuro, vult tamen super hoc deprecari, ut recipientes mereantur. Alia est, quia tales promissiones diuina intelligenda sunt sub conditione, scilicet si homines faciant debitum suum, & non ponant diuinae promissioni impedimentum, prout diffusus dictum fuit supra. 1. lib. cap. 11. versus finem. Cetera patent vsque ibi.

15 Reuelasti auriculam serui tui dicens domum ædificabit. alias, aurem serui tui, & cetera. sequitur.

Propterea

tem Israel, & Deum eius Moysen de quo: *Constitui te Deum Pharaonis.*

a *Inuenit seruus.* Nihil corde fugacius, quod inuenitur cum per discretionem restringitur.

* Hier. Autem ei Dominus per prophetam reuelauerat,

se illi domum ædificaturum. Idcirco Dauid inuenisse se dicit cor suum, id est, inuenit audaciam in corde suo, ut oraret eum oratione hac.

* Augustin. Dicitur est in verbis Dauid:

Quonia tu Deus

Israel, reuelasti aurem serui tui, Domum ædificabo tibi. Hanc domum & nos ædificamus bene viuendo: & Deus ut bene uiuamus

† Nathan. a † Per prophetam.

a serui tui, dicens domum ædificabo tibi. propterea inuenit seruus tuus

† Audaciam cordis.

cor suum, ut oraret te oratione hac. Nunc ergo domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera. Locutus es enim ad seruum tuum bona hæc. Incipe ergo & benedic domui serui tui, ut sit in sempiternum coram te, quia tu domine Deus locutus es hæc: & benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

b Qui reuelasti aurem serui tui.

uamus opitulando. *Quia nisi Dominus ædificauerit domum in uanum laborabunt &c.* Cuius domus cum venerit ultima dedicatio, tunc fiet illud quod locutus est per Nathan Deus: *Et ponam locum populo meo &c.* Hoc tam magnū bonū quisquis in hoc seculo, & in hac terra sperat, insipienter sapit. Pacē quippe illā

scriptura in uinbra futuri excellenti prædicatione commendat. Locus ergo iste quod promittitur tibi pacatæ ac securæ habitationis, æternus est, æternisque debetur in matre Hierusalem libera, cu

ius præmij desiderio pia per fidem uita in hac ærumnosa peregrinatione ducenda est.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Propterea inuenit seruus tuus cor suum, ut oraret te oratione, nisi reuelasses mihi per Nathan prophetam, quod tu uelles mihi tan-

hi tanta bona facere, nullo modo præsumerem ista deprecari à te.

2 Tu es Deus &c. & per consequens ueritas per essentiam.

3 Et uerba tua erunt uera. Locutus es enim ad seruum tuum bona hæc &c. Per consequens, nisi ponat impedimentum à parte nostra.

CAP.

A D D I T I O.

In cap. 7. ubi dicitur in postill. *Misericordiam autem meam non auferam ab eo.* Ex hoc dicunt aliqui quod Salomon licet peccauerit &c.

Possibile fuit Salomonem penituisse, sic tamen prope mortem, quod iam non ualebat idola destruere: unde ex hoc non concluditur necessitatio ipsum non esse saluatum. In hoc autem quod dicit postillator, quod illud uerbum: *Misericordiam autem meam non auferam ab eo,* non intelligitur nisi quantum ad temporale regnum &c. nimis uidetur literalizare. Nam manifestum est secundum doctores nostros, quod lex uetus disponebat ad Christum, sicut imperfectum ad perfectum, & ideo populus ille comparatur puero sub pedagogo existenti, ut patet ad Galat. 3. Unde communiter talia bona eis promissa principaliter intelliguntur pro spiritualibus, & ideo ista regna Dauid promissa & filio suo Salomoni, similiter perpetuas fidelitatis domus eius. Et si intelligantur de regno temporali, intelligenda sunt principaliter etiam ad literam de regno æterno, sicut cum dicitur Abraham: *Et bened. in semine tuo omnes gentes & cetera.* Genes. 22. d. intelligendum est de benedictione spirituali etiam ad literam. Si enim intelligerentur de benedictione temporali tantum, euacuetur ratio Apostoli ad Gal. 3. quod nullo modo à Catholicis est asserendum. De damnatione autem Saulis dictum est supra in additione primi libri cap. vlt.

Replica, in cap. 7. ubi multa bona dicuntur de Salomone & eius domo, quod postillator exponit secundum præsentem iustitiam, uolens quod ex illis dictis non potest argui Salomon saluatus, sicut quidam uoluerunt, huic se Burgen opponit, asserens etiam intelligendum non de regno temporali solum sed æterno, uolens Salomonem saluari eo, sicut dicit Burgenf. quod possibile fuit Salomonem penituisse sic prope mortem, ut non ualere idola destruere: Sed istud uidetur confictum iuxta Achillem Burgenf. Est enim commune eius argumentum quod repetit, & consuevit sæpe repetere,

petere, uidelicet ex litera non habet fundamentum, igitur irrationabiliter trahi contrarium. Unde si per casum à Burgenf. positum Salomoni remaneret aliqua excusatio de tanto, non tamen de toto. nulla tamen successoribus suis remaneret excusatio, qui domus eius hic dicuntur, & hæc domus dicitur fidelis, prout in litera. Formetur igitur argumentum sic, cuius domus est contra Dei distinctionem, & infidelis, ille saluatus esse non potest. sed domus Salomonis fuit infidelis, ut late declaratur in glossa ordinaria, igitur, &c. Omnia igitur quæ hic laudabilia de Salomone & eius domo dicuntur, intelliguntur de eo secundum præsentem iustitiam, & non æternam prædestinationem, sed secundum æternam præscientiam intelliguntur de Christo, de quo est principalis sensus literalis eorum laudabilium quæ hic dicuntur, prout dicit eadem glossa, quæ est notabilis. Fictio etiam Burgenf. potest argui ex textu. 3. Reg. 11. & 12. Vbi dominus per prophetam Ahiam Silonitem distinxit regnum Salomonis sciendum, eo quod dereliquit dominum & adorauit Astarthem deam Sidoniorum &c. Et constat illam distinctionem non esse positam in executionem, nisi tempore Roboam filij Salomonis, quia dicitur cap. 12. *Non acquieuit rex populo, quoniam aduersatus fuerat eum dominus, ut suscitarer uerbum suum quod locutus fuerat in manu Abia, &c.* uide ibi diligenter literam. Si igitur Salomon egisset penitentiam, prout uult Burgenf. illa sententia Dei non fuisset posita in executionem post penitentiam Salomonis. Mutata enim causa mutari debuit sententia. Nunc autem causa scissuræ regni fuit idololatria Salomonis, ut patet ex litera allegata. idcirco penitentia eius debuit esse causa contrarij scilicet unitatis regni, quod tamen scissum est: Huius argumentum simile accipitur ab historia Ninuitarum Ionæ. 3. ubi sententia diuina lata contra peccata eorum propter peractam penitentiam fuit immutata, unde uidetur Salomon non penituisse. Apostolus igitur ad Gal. 4. allegans præsentem literam de regno æterno fidei, &c. Ad literam intelligit de Christo, & eius domo, non de Dauid & Salomone, nisi secundum præsentem iustitiam.

C A P. VIII.

Actum est. Sequitur. a **F**ranum. Quinque ciuitates erant Philisthinorum, quæ Israellem tributarium faciebant. Has tulit tibi Dauid & se cit tributarias, sicut in Paralip. legitur.

Percussit Dauid Philisthim, & humiliavit eos, & tulit Geth & filias eius de manu eorum &c.


B **F**renum. Christus de acreis potestibus triumphas frenum erroris quod humano generi imposuerat confregit.

C **C**oæquans. Nomen enim homines in terra uiuentes intantum humiliabatur, ut funiculo superextenso terræ appaterent æquales: sed aded viles & contempti, vt in nullo plus valeret, quam terra quæ nullos homines habet. Funiculum autem pro sorte posuit, quia funiculo solet mensurari, secundum illud. *Et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Psa. 77.* Significat autem quod tam liberè regiones Moabitarum, quibus vellet diuideret, quam possessor agros proprios.

C **M**ensus est. * Iosephus. Dauid conuertit bellum ad Moabitas, & duas quidem partes eorum exercitus victas dimicando consumpsit, reliquos autem captiuos accipiens & annua tributa eis imponens, contra Adrazarum regem Sophienæ conuertit exercitum.

* Theo. Tanta erat vis victoriæ, & tanta erat multitudo eorum qui capti erant viui, vt eos numerare non permitteret. Iussit enim eos deijci pronos in terram, diuisos trifariâ. Et duas quidem partes occidit: vnâ autem viam cepit.

* Ange-



C A P. VIII.

ACTVM est autem post hæc percussit Dauid Philisthim, & humiliavit eos. Et tulit Dauid frenum tributi de manu Philisthim, & percussit Moab, & mensus est eos funiculo coæquans terræ. Mensus autem est duos funiculos, vnum ad occidendû, & vnû ad viuificandum. Factusq;

est Moab Dauid seruiens sub tributo. Et percussit Dauid Adarezer filium Rohob, regem Soba, quando profectus est vt dominaretur super flumen Euphraten. Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti milibus peditum subneruauit omnes iugales curruum. Reliquit autem ex eis centum currus. Venit quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret Adarezer regi Soba, & percussit Dauid de Syria vi-

culo dirimit.

Significat autem quia quos voluit potuit occidere: & quibus voluit potuit parcere. Quod autem Moab qui interpretatur ex patre, & Syriam Damasci, & cæteras regiones tributarias fecit, significat quod Christus omnes gentes sub dominatione sua tenet, & premit, & sensum honorum operum exigit. Damascus enim nobilis vrbs Phenicis eodem vocabulo quo & Maseth ancillæ Abrahamæ filius dicitur, & interpretatur sanguinis poculum. Syria verò sublimis vel humecta; Quæ enim prius humecta libidine sanguinem humanum inexplebiliter sitiebat, nunc mundata baptismo Christi, sublimis profectu virtutum, sanguinis eius poculum desiderat.

d *Subneruauit omnes iugales curruum &c.* * Theodoretus. Quamobrem confregit plurimos currus Syrorû? Lex diuina iussit re-

8 Et vnum minus culpabiles dimittens per viam misericordiæ, in Hebræo habet: Mensus est duos funiculos ad mortificandum, & impleuit funiculum ad viuificandum. quod exponunt Hebræi dicentes quod duas partes occidit, tertiam partem vitæ reseruaui. Causa autem quare sic rigide contra eos processit fuit, quia rex Moab patrem & matrem Dauid & aliquos de amicis eius quos ibi reliquerat Dauid pro custodia occidit, recedente Dauid de terra illa, secundum quod dicit Ra. Sa. & prout dictum fuit supra lib. 1. 2. 2. cap. Ista tamen sententia Dauid intelligenda est quantum ad viros bellatores, quia totum vulgarem populum dimisit ad seruiendum sibi sub tributo.

9 Et per. hic ponitur debellatio populi Syriæ a Dauid. & primò ponitur ista debellatio secundò ex hoc sequens cõfederatio ibi: Audiuit autem Thou. Circa primû dicit. Et perc. qui regnabat in vna parte Syriæ.

10 Subneru. id est equos iugo curruum applicatos, vt de cætero essent inepti ad prælium.

11 Dereli. id est, equos centum curruum qui erant ei necessarii. In quolibet autem curru erant quatuor equi, vt probat per illud quod dicitur infra. 3. lib. 10. ca. in fi. Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto. id est, equi pro vna quadriga, sexcentis siclis argenti & equus. cl. Ex quo patet, quod in vna quadriga erant quatuor equi, quia. cl. sicli quater accepti faciunt sexcentos siclos. Et sic patet, quod Dauid quadringentos equos reseruaui, qui erant sibi necessarii in diuersis negotiis.

* Et po-

NICOLAUS DE LYRA. CAP. VIII.

Actum est. Hic consequenter ostenditur fortitudo Dauid in debellando aduersarios. Et primò ponitur huiusmodi debellatio. Secundò regni Dauid ordinatio, ibi: Et regnauit Dauid. Pr. ma in quatuor partes, secundum, quatuor gentes quas debellauit. secunda ibi: Et percussit Moab. tertia ibi: Et percussit Adarezer. quarta ibi: Fecit quoque. Prima gens ab eo debellata fuit gens Philisthinorum, quod notatur cum dicitur.

2 Et tulit Dauid frenum. Frenum, id est, quo tenetur equus sub fessore. & eodem modo tributum est id quo tenetur populus subiectus sub dominatore. Dauid autem deuincendo Philisthæos hoc frenum de manibus eorum abstulit, quia prius dominabantur Hebræis: sed postea econuerso seruiunt Dauid sub tributo.

3 Et percussit. Secundus populus a Dauid debellatus fuit populus Moabitarum: quod notatur cum dicitur.

4 Et mensus est eos funiculo. agens cum eis rigore iustitiæ.

5 Coæquans. quia destruxit fortalitia eorum, ne postea possent rebellare.

6 Mensus est autem duos. i. ordinauit duos procedendi modos.

7 Vnum ad occidendum. s. magis culpabiles per viam iustitiæ. Et vnum

MORALITER.

Factum. Sequitur.

2 **E**t in. hic describitur triumphus Dauid de quatuor populis, id est, Philisthæis, Moabitis, Syris, & Idumæis. Moral. per Dauid manu fortis interpretatur, vir fortiter pugnans contra passiones inordinatas significatur. Ipse verò de quatuor passionibus principalibus triumphat, quæ sunt, gaudium ineptum in prosperis, & dolor nimius in aduersis, & spes de bono futuro

turo incompetenti sibi, & timor inordinatus de incurfione temporis mali, & his passionibus subiectis proficit homo in perfectione moralis & intellectualis virtutis: ideò dicitur 7. Physicor. Sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens: quia sedatis & quietatis tumultibus passionum acquiruntur scientiæ & virtutes. Propter quod de quatuor passionibus predictis ad quas aliæ reducuntur dicitur primo de consolatione. Tu quoque si vis lumine claro cernere verum. Tramite recto carpere callem gaudia pelle: Pelle timor rem spem-

passiones quatuor.

iusit regem non ut multis equis: ut non in eis, sed in virtute diuina consideret. Hanc legem implens, confregit currus plurimos. Vnde canit in psalmis: Non saluatur rex per multam virtutem. fallax equus ad salutem.

a * Et tulit arma aurea &c. Io seph. Aureas pharetras, & arma diuersa que custodes corporis Adadi gerebant, Deo dicantur in Hiero solimis.

* Theodoret. *Χριστος* autem Syrorum, interpretatus est Aquila torques aureos, Intellexit autem splendorem Syriæ.

b *Sanctificauit* Sic Christus oēs quos de gentibus conuocat, alios quasi aurum id est, sensu spiritalia facit, alios quasi argentum id est, eloquentia nitore splendentes, alios quasi æs prædicatione sonoros sanctificat domino ut eius tabernaculo fideliter deseruiant.

c *Casis.* Quod in quibusdā codicibus duodecim milia cæsa dicitur vitio scriptorum inolitum est. Veraciter enim David in valle Salinarum decem & octo milia cecidit. Ioab verò 12. milia, sicut in titulo 58. psal. scribitur. Significatur aut, q, Christus di-

gintiduo milia virorum. Et posuit David præsidium in Syria Damasci. Facta que est Syria * David seruiens sub tributo. Seruauit que Dominus David in omnibus ad quæcunque profectus est. Et tulit David arma aurea, & torques aureos quæ habebant filij Adarezer, & detulit ea in Ierusalem. Et de Bete & de Beroth ciuitatibus Adarezer, tulit rex David æs multum nimis. † De quo fecit Salomon omnia vasa ærea in templo, & mare æneum, & columnas, & altare. Audiuit autem Thou rex Emath, quod percussisset David omne robur Adarezer. Et misit Thou Ioram filium suum ad regem David, ut salutaret eum, congratulans, & gratias ageret, eò quod expugnasset Adarezer, & percussisset eum: Hostis quippe erat Thou Adarezer. Et in manu eius erant vasa aurea, & argentea, & vasa ærea, quæ & ipsa sanctificauit rex David domino cum argento & auro quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus, quas subegerat de Syria, & Moab, & filiis Ammon & philisthiim & Amalec, & de manibus Adarezer filij Rohob regis Soba. Fecit quoque sibi David nomen, cum reuerteretur capta Syria in valle Salinarum cæsis decem & octo milibus, & in Gebelem ad viginti tria milia: & posuit in Idumæa custodes, statuit que præsidium, & facta est vniuersa Idumæa seruiens David. Et seruauit dominus David in omnibus ad quæcunque profectus est. Et regnavit David super omnem Israel. † Faciebat quoque David iudicium & iustitiam omni populo suo. † Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitum. porro Iosaphat filius Ahilud erat † à commentarijs. Et Sadoc filius Achitob & Achimelech filius Abiathar erant sacerdotes, & Saraias scriba. Banaias autem filius Ioiada † super Cerethi, & Pheleti. Filij autem David † sacerdotes erant.

stus distinctione sui examinis in his qui de illo praua sentiunt D stultitiam immoderati laboris extinguunt.

d *Facie. quo. &c.* * Theo. Scriptori narraturus scelus in quo incidit vir diuinus, necessarium duxit prius ostendere viri virtutem, ut sciamus delictum non fuisse mentis, sed circumstantiæ.

e *Commentarijs.* Vicem regis agebat cuius iudicio leges scribebantur. Scriba ex ore regis verba describebat.

f *Sacerdotes.* Sacerdos quasi sacer dux, Filij autem David ducatum habebant in tribu Iuda.

g *Cerethi et Pheleti.* * Procop. Iaculatores & sagittarios hoc nomine appellat. * R. Da. Vrim & Thumim, quæ essent illustres & integri. Alij. Due cognationes erant, quæ semp stipabant latera regis parata ut exequerentur eius imperium.

* Alij. Sanhedrim, hoc est, summos consiliarios. Assidebant regi custodientes corpus eius, & interpretantur interficientes & viuificantes, quoniam secundum iudicium eorum digni reseruabantur ad vitam, alij ducebantur ad mortem.

-de quo fecit salomon omnia vasa ærea in templo & mare æneum, & columnas hæc nunquam legatur in veteribus exemplis sicut nec apud Hebræos.

E g *Cerethi et Pheleti.* * Procop. Iaculatores & sagittarios hoc nomine appellat. * R. Da. Vrim & Thumim, quæ essent illustres & integri. Alij. Due cognationes erant, quæ semp stipabant latera regis parata ut exequerentur eius imperium.

† & Cerethi erat una ex familiaribus Israel. † principes vel primarii ad aures regis. Lxx. autem principes Rabbanus.

F

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et po. id est homines bellatores in fortalio, ut Syri securius tenerentur sub tributo:

2 Et tulit David arma. In Hebræo habetur, pharetras.

3 Tulit rex David. Quod autem sequitur immediate. De quo fecit, vsque ibi: Et altare, non est in Hebræo sed appositum fuit à quodam glossatore, quia illud æs fuit expensum in operibus templi, & posita vitio scriptorum hæc glossa inserta est textui.

4 Aud. Hic consequenter ponit sequens confederatio, quia frequenter contingit q, quo aliqui fiunt amici, eo sunt inimici eiusdem, & hoc modo Thou factus est amicus David: eò q, debellauerat Adarezer inimicum eius & in signum amicitie misit sibi vasa aurea & argentea et ærea.

5 Quæ &c. id est, consecrauit ut inde fierent illa quæ erant necessaria in templo, ita quod de cætero non poterat humanis vsibus applicari. Dicit autem hic R. Sal. quod propter hoc ista bella David posita sunt in hoc cap. post præcedens immediate, in quo declaratur voluntas David circa templi adificationem, quia omnia metalla quæ per ista bella acquisiuit ad opera templi fienda consecrauit.

6 Fecit. Hic ponitur debellatio quarti populi. s. Idumæorum, quos debellauit rediens de Syria in valle Salinarum. & hoc est quod dicitur. Fecit. id est arcum triumphalem: ut cõter dicunt expositores nostri. posuit in signum victorie habitaculum de Idumæis. Sed hoc non videtur probabile, quia tale quid fit ad iactantiam propter quod Saul increpatur de erectione arcus triumphalis. ut habetur supra 1. lib. 15. cap. Propter quod Rab. Sal. hoc exponit de sepultura Idumæorum tunc occisorum in praliis, quos David fecit sepeliri. & in hoc acquisiuit sibi nomē boni.

Tum

Tum quia exercuit circa mortuos opus misericordie. Tum quia scribitur Deut. 23. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est. Iacob enim à quo descendunt Iudæi, & Esau à quo descendunt Idumæi, fuerunt fratres uterini, ut habetur Gen. 24. & ideo Iudæi & Idumæi fratres dicuntur propter quod David eis sepulturam exhibuit. Et idem legitur fecisse Ioab. infra lib. 3. 11. cap.

7 Et posuit in Idumæa, &c. ne rebellarent & recederent ab ea.

8 Et fa. sicut prædictum fuerat Gen. 25. e. Maior seruiet minori.

9 Et serua. hoc additum est, ad ostendendum quod David habuit prædictas victorias non virtute humana, sed diuina.

10 Et re. Hic consequenter ostenditur regni David ordinatio, cū dicit.

11 Faciebat quoque David iudicium. rectè sententiando.

12 Et iustitiam. debite exequendo.

13 Ioab. Sicut enim regnum bene ordinatur intra se per iustitiam, ita extra se reprimendo aduersarios per militiam.

14 Iosa. unum nomen est indeclinabile, & significat idem q, cancellarius, ut dicunt aliqui, Alij autem dicunt, q, est officium dicendi leges In. He. habetur hic, recordator. Et sic dicit R. Sa. q, officium eius erat repte. e seu recordari casus varios qui venerat ad David, ut per ordine expedirent. s. primus primò, & secundus secundò & sic de alijs.

15 Et Sa. habebat enim officium scribendi gesta temporum. Alii dicunt quod scribebat literas regis.

16 Banaias. id est, sagittarios & balistarios ut dicit translatio Chaldaica. Filij autem David sacerdotes erant. i. maiores vel primi ad honores vnde 1. Par. 18. habetur: Filij autem David primi ad manum regis. non enim potest dici quod essent sacerdotes proprie in tabernaculo ministrantes, quia non erant de genere Aaron.

ADDI-

MORALITER.

* rem, spemque fugato: Nec dolor adfit nubila mens est, vitæque frænis. Hæc ubi regnant. Propter quod iplis ablati per David tollitur frænum tributi. Per Philisthæos autem qui cadentes interpretantur, timor mundanus qui cadere facit hominem à virtute significatur. Per Moabitas significatur

catur dolor de præsentis pœna: Nam Moab interpretatur ex patre. Talis verò dolor contrahitur in nobis ex carnali generatione. Per Syros autem qui sublimes interpretatur, spes immoderata, que magis proprie pœsumptio significatur. Per Idumæos autem, qui interpretantur terreni, significatur gaudium ineptum de adeptione temporalis boni.

MO-

ADDITIO.

In cap. 8. ubi dicitur in post. *Faciebat quoque David iudicium,* recte sententiando.

Cum secundum Philosophum in 3. Politico. ordinatio populi precipue dependeat ex maximo principatu, idcirco postquam dicit quod *David faciebat iudicium,* & *instituit*, &c. subiungit suam optimam ordinationem in eius officialibus, in quibus tota ordinatio regumnis principatus virtualiter contineri videtur. Nam ad officium Iob perinebant omnia illa que ad defensionem subditorum & invasionem hostium erant necessaria, cum esset ipse princeps militie. Ad officium vero Iosaphat pertinebant omnia illa que ad iudicia particularia

cularia erant necessaria per se, vel per alios expedienda tanquam ad cancellarium. Ad officium vero Saruie pertinebant omnia dictamina scripturarum que a rege vel a suis iudicibus emebant, seu in historiis regalibus erant reponenda. Ad officium vero Banie filij Ioiadae pertinebat custodia regis, executio iustitie specialiter criminalis. que cum manu valida & potenter exerceri solet. & hoc est quod dicitur: *Super Cereibi & Pheleti*. qui secundum Hebraicam veritatem que in gl. hoc loco habetur interpretantur interficientes & vniuersos. quoniam secundum iudicium regis vel officialium eius domini renebantur ad vitam, alij ducebantur ad mortem. Filij autem David non habebant nomen officij, sed dignitatis: erant. n. maiores seu primi post regem ad honores.

CAP. IX.

Dixit David: *Putasne. & The.* Qui autem erat benignus & clemens etiam in inimicos, non erat amicos daturus oblivioni. Rogavit itaque an reliaret aliquis ex domo Saulis, ut *faciamus ei* inquit, *miser-*

cordiam magna pietatis doctrina consequuti. Cum enim viderent illius Saulis filium, qui tanta mala patrarat aduersus Davidem. tanto in honore haberi apud ipsum, et si feris oibus essent inimiciores, pudore tamen ac rubore cum oibus inimicis redibant in gratiam. Scitis profecto, non esse facile hostium

CAP. IX.

ricordia propter Ionathan. Nam propter suam in illum beneuolentiam, eius despiciebat maleuolentiam. Deinde summam curam gerit Miphibosethi, ut qui eum fecerit dominum omnium que possidebat Saul. & iusserit eum perpetuo cum eo victum sumere.



Tdixit David; putasne est aliquis qui remanserit de domo Saul, ut faciam eum misericordiam propter Ionathan? Erat autem de domo Saul seruus nomine Siba. Que cum vocasset rex ad se dixit ei; Tunc es Siba? Et ille respondit, Ego sum seruus tuus. Et ait rex; Nunquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi; Superest filius Ionathae debilis pedibus. Vbi, inquit, est? Et Siba ad regem.

B David mortuo Saule, non modo non occidit illius potteros sed tu plurimam praestitit, & erat pollicitus siquidem filium eius cum esset claudus in sua domum induxit suaeque mensae fecit participem, non arbitratus regiam mensam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari. Quotquot enim cum illo discubebant, abibant

Ecce ait, in domo est Machir filij Ammiel in Lodabar. Misit ergo rex David & tulit eum de domo Machir filii Ammiel de Lodabar. Cum autem venisset Miphiboseth filius Ionathae filii Saul ad David, corruit in faciem suam & adorauit. Dixitque David. Miphiboseth? Qui respondit, Adsum seruus tuus. Et ait ei David + Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restitua tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper. Qui adorans eum dixit. + Quis ego sum seruus tuus, quonia respexisti super canem mortuum similem mei? Vocauit itaque rex Sibam puerum Saul, & dixit ei: Omnia quaecunque fuerunt Saul, & vniuersam domum eius dedi filio domini tui. Operare igitur ei terram tuam & filij tui, & serui tui, & inferes filio domini tui cibos ut alatur. Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibae quindecim filij & viginti serui. Dixitque Siba ad regem: Sicut iussisti domine mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus. Et Miphiboseth comedet super mensam tuam, quasi vnus de filiis regis. Habebat autem Miphiboseth filium paruulum nomine Micha. + Omnis vero cognatio domus Sibae seruebat Miphiboseth. Porro Miphiboseth habitabat in Ierusalem, quia + de mensa David regis iugiter vescabatur, & erat claudus utroque pede.

filios diligere? Quid dixi diligere? Non odisse non persequi magnum est, Multi defunctis inimicis, in illorum liberos iram effuderunt. At non ita generosus ac magnanimus iste: sed & viuente inimicum obseruauit, & illo defuncto beneuolentiam filijs exhibuit. Quid illius mensa sanctius? &c. Hoc tu facto charissime, &c. * Angelo. Non enim erat David immemor federis quod olim pepigerat cum Ionathan, nec ex eorum societate, de quibus scriptum est: *Qui tollit ab amico suo misericordiam timorem Domini derelinquit.* Quae res & fidelitate probauit secundum historiam in viro, & sacramentum iuxta allegoriam ostendit in facto. **E** ecce

NICOLAUS DE LYRA. CAP. IX.

- 1 **E**T dixit David. *Hic consequenter ostendit pietas David ad proximum faciendo misericordiam ergo eo nunc Saul propter Ionathan amicum suum, quae pietas in tribus ostenditur. primo quia diligenter inquisiuit, quod notatur cum dicitur.*
- 2 *Putas. hoc quae sinit David ab assisteribus sibi, per quorum iudicium vocauit Sibam, qui Sauli seruebat ut ab eo certius de hoc inquireret, & in particulari, qui interrogatus respondit.*
- 3 *Superest. cuius causa dicta fuit supra. 4. cap. Secundo ostenditur fidelitas David & eius pietas, eo quod Miphiboseth quaesitum dulciter recepit: quod notatur cum dicitur.*
- 4 *Et ait. timebat enim eo quod auus eius & patruus fuerant inimici David, propter quod cum assueuerat, & sibi bene facere promissit di. Restituam tibi omnes agros, &c.*
- 5 *Qui adorans eum. adoratione dulci.*
- 6 *Dixit: Quis ego. q.d. nullius momenti respectu tanti beneficii.*
- 7 *Quoniam. oculos pietatis.*
- 8 *Super. idest, super me vilem & despicibilem, quia erat impotens corpore*

corpore & genere, eo quod amici sui erant mortui. Tercio ostenditur pietas David eo quod ipsi Miphiboseth diligenter prouidit, assignans ei procuratorem & seruum pro domo sua & familia gubernanda scilicet, Sibam qui auo suo seruebat. & ipsum Miphiboseth faciendo sibi commensilem, & patre litera paucis exceptis quae discurrunt. 9 *Dedi. idest, filium Miphiboseth qui nunc est dominus tuus, cuius filius vocabatur Micha, ut infra habetur. non enim potest hoc intelligi de cibis administrandis Miphiboseth, quia semper comedeat in mensa regis, sequitur.* 10 *Miphiboseth. & secundum hoc Siba dixit istud verbum. In Hebr. habetur, & Miphiboseth comedet super mensam meam. & secundo hoc est verbum ipsius David, quod exponunt Hebraei dicentes, quod postquam Siba dixerat reg. sic faciet seruus tuus, David respondit: Et Miphiboseth comedet super mensam meam: ita quod hic sub intelligitur, respondit David. Et est motus loquendi qui apud Hebraeos vocatur, decurtatus vel reclusus. quando aliquid omittitur, quod tamen necessarium sub intelligitur ad habendum sententiam perfectam. & talis motus loquendi frequenter inuenitur in scriptura in re. te. Caetera patent. **CAP.***

MORALITER.

1 *Et dixit. Et secundum sensum literalem per hoc quod David mortuo*

tuo Ionatha quod fuerat ei amicissimus in vita, diligenter inquisiuit de posteris eius, ut eis exhiberet beneficia, docemur amicitiam

Quaest. 24.

† inf. 3. 19. e. Hom de David & saule tom. 1.

† 1. Re. 18. d.

† super mensam.

C

E

C

F

Rab. Ecce Dauid non est oblitus iuramenti & fœderis quod cū Ionatha pepigit, sed misericordiam quā promisit patri, filio impleuit. Dauid quoque Christū significat. Ionathas qui interpretatur colūbæ donum vel domini donū gratia spiritali. Habuit ergo Ionathas paruulum filiū nomine Miphiboseth utroque pede claudū, quem Dauid ad se vocauit, cum prædestinatio & præsentia Dei eum quem ad seculi desideria & mūdā negotia exercenda sermone & actiōe debilem conspicit, ad Dei ministerium eligit, quia quem mūdus per fastū elationis spernit, Deus propter deuotionem humilitatis acquirit. Interpretat enim Miphiboseth de ore ignominia. Is enim cuius loquelam & præsentiam superbia mundi despicit, Dei dono utilis ad spiritale ministeriū in ecclesia apparebit. Quid est autem, quod Dauid Sibam seruum Saul de stirpe ipsius interrogans inuenit Miphiboseth? Nisi quod Christus electorum numerum discutiendo inter eos qui contempti mūdum reliquerunt ad se venire facit. Siba enim egressus venit interpretat: Machir vēdēs: vel de infirmitate Amiel populus eius Deus. Loda-bar: ipse verbum. Denique Dauid noster contemptibiles huius mundi, & quæ non sunt eligens, ut quæ sunt destruat eos vendibiles mūdō: & in infirmitate cōstitutos reperiens, populo suo dignos verbo prædicationis adiungit, eisq; regium honorem inter filios cōcedit. Vnde & Dauid agros Saul & seruitia Miphiboseth tribuit & super mensam suā cū filiis esse præcepit, quia Christus qui de stercore erigit pauperem, ut sedeat cū principibus, & solū gloriæ teneat, contēptibiles personas de mūdō ouerēs possessores virtutū efficit, & in mēsa scripturarū quotidie reficit. Tales verō sobolē gignūt, qui dicitur Micha, id est, quis est iste, quia in admirationem



Faciam. Quādo Dauid fugit à facie Achis regis Geth, venit ad Naas regem Ammon, qui fecit cum eo misericordiam. De Naas itaque venit ad speluncam Odollam: vbi venerunt ad eum pater eius & mater, & omnis domus eius, ide peruenit ad Moab, & dimisit apud eū patrem & matrem & omnem domum suam. Quod verò dixit Achis rex Geth: *Hic ne ingredietur domum meam?* Abijt inde Dauid & fugit in speluncam Odollam. subaudiēdo de domo Naas. Si quærat, cur ad Achis redierit, quem prius fugerat. Intelligendum est eum ad quem redijt fuisse filium eius quē fugit. Vnde in sequentibus de Achis, cum quo descendeat Dauid in prælium filius fuisse dicitur Maach. Non enim à patre hoc patronymicum, sed à matre sumpsit, quæ Maacha vocabatur. *¶ Tulit.* Ambr. Si consuetudo & lex est, hominum legatis nō inferre exitia: qua præsumptione & audacia legatis Dei non solum exitia, sed & mors irrogaretur? *¶ August.* Quomodo saluus infirmitas, sic barba virtus ostenditur. *¶ Idem.* per barbam non incongruē fortitudo intelligitur.

Significant hæc bellum diaboli contra ecclesiam Hanon enim id est, dolor eorum, diabolus significat, qui Ammonitarum, id est, malignorum spirituum, id est, rector populi mœroris & semper in angustia constituti, qui comprimere vel angustiare homines desiderat. Radit ergo Hanon barbam dimidiam nuntiorum Dauid, cum diabolus quorundam prædicatorum sermonem uel conuersationem corrumpit.

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. X.

Factum est. Hic consequenter ponitur gratitudo Dauid erga beneficium. Circa quod primò ponitur ipsius Dauid gratia propter impensum sibi beneficium. secundo illata sibi iniuria per malū cōsiliū, ibi: Cum autem venissent. tertio vindicans iustitia propter illatū opprobrium, ibi: Quod cum audisset. Circa primum dicitur. *2* Faciam. Ista autem misericordia quam fecit Naas cū Dauid, tate est supra primo lib. 21. ca. secundū duplicem opinionem. Vna est, qd iste Naas qui dicitur hęc mortuus, esset simul rex Ammon & Moab. quia ibidem dicitur qd Dauid dimisit patrem & matrem & aliquos eius amicos, qui non poterant sequi eum cum rege Moab pro custodia, & sic voluit filio eius recompensare. Alia est quod rex Moab apud quem dimisit prædictos iratus propter recessum Dauid de terra sua, interfecit eos paucis

MORALITER.

tiam seruare post mortem, quod tamen pauci faciunt, tantum quod vulgariter dicitur, mortuus non habet amicum. Secundum autem sensum allegoricum per Ionathan, qui interpretatur columbæ donum, significatur ipse Christus qui columba dicitur amaritudinis felle carēs. Est etiam donum ex charitate paterna nobis datum. Ioan. 3. b. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnige. da. & c.* Per filium Ionathæ claudum utroque pede, significatur quilibet Christianus, qui Christi filius est per baptismum. claudus tamen est utroque pede: Nam pronus est dupliciter ad cadendum in peccatum scilicet, per ignorantiam & infirmitatem. Per Dauid verò potest intelligi bonus prælatus qui talem ad ambulandum in via morum debilem debet fouere & nutrire cibus mensæ suæ, scilicet alimento sacræ scripturæ, & sacramento eucharistiæ, ut sic disponatur quod ad mensam gloriæ finaliter

mirationem populi veniunt, qui nuper in mundo despecti in ecclesia apparent gloriosi.

C A P. X.

Factum est autem post hæc, ut moreretur rex filiorum Am. & c. *¶ Faciam.* Quādo Dauid fugit à facie Achis regis Geth, ve-

Factum est autem post hæc, ut moreretur rex filiorum Ammon, & regnaret Hanon filius eius pro eo. Dixitq; Dauid: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Misit ergo Dauid consolans eum per seruos suos super patris interitum. Cum autem venissent serui Dauid in terram filiorum Ammon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum: putas quod propter honorem patris tui miserit Dauid ad te consolatores, & non ideo ut te inuestigaret, & exploraret ciuitatē, & euerteret eā, misit Dauid seruos suos ad te? Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rāsītq; dimidiā partem barbæ eorū, & præscidit vestes eorum medias vsque ad nates, & dimisit eos. Quod cum

paucis exceptis, qui fugerunt ad Naas regē Ammon, & ibi saluati fuerunt. Et ista opinio videtur verior. quia supra. 8. cap. dictū est qualiter Dauid rigide processit contra regem Moab & populum eius. & hic dicitur quomodo amicaliter voluit procedere contra regem Ammon. Ex quo manifestè videtur, quod iste Naas fuerit alius à rege Moab, cui commendauit patrem & matrem cum esset in fuga Saul.

3 Misit, nuntians ei quod esset paratus ad eius auxilium si indigeret, propter patris sui receptum beneficium. *4* Cum. Hic consequenter describitur illata Dauid iniuria per malum consilium eum dicitur. *5* Putas. q. d. non: sed ut sub specie amicitie decipiat te explorando per nuntios tuos infirma terra tua. *6* Tulit. quia tunc temporis erat maximum vituperium & adhuc est in terra illa in qua homines sine barba reputantur quasi mulieres. *7* Et dimisit. ita quod apparebant verenda eorum.

¶ Manete

liter transferatur.

1 Factum est Per Hanon qui populus murmurans interpretatur, Iudaicus populus significatur: qui à principio fuit murmuracionibus affluens, scilicet contra Moysen & Aaron, & etiam contra dominum, ut patet in Exodo & in locis pluribus, & in libro Numerorum & postea contra Christum, ut patet ex decursu euangeliorum. Ad hunc autem populum misit Dauid, id est, Christ⁹ per Dauid figuratus, seruos suos, scilicet apostolos aliosque discipulos ad spirituales eius cōsolationem, dicens eis, Mat. 10. a. *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.* Sed sicut Hanon seruis Dauid vituperium intulit, quia sequitur.

6 Tulit. Sic populus Iudaicus seruos Christi vituperauit multipliciter & afflixit, ut habetur in Actibus apostolorum in pluribus locis propter quod noster Dauid scilicet Christus.

† Manda-

Hieronym.
Angelomus.
Rabbinus.
1. Reg. 21. c.

Ibi. 27. a.

Ibi. 21. d.

1. Reg. 21. a.

Ibi. 22. a.
Quæstio.

E

1. Reg. 27. a.

Com in cap.
6. ad Ephes.

In psal. 33. &
lib. 2. cont. lit.
Petil cap. 103.
F
Euchertus,
Angelomus
Rabbanus.

A corrumpendo maculat. Præcidit tunicas vsque ad inguina, cum turpia facta quæ persuadet in oculis hominum reuelat.

His necesse est fedecant in Iericho donec crescat barba, ne sint opprobriū aliorum & anathema omnium, id est, donec incrementa virtutum in eis nascentur, & digni habeantur presentari suo regi. Dauid autem nostret milites suos inultos esse non patitur, sed exercitu congregato suorum iniuriā vindicat: nec solum aduersarios per sanctorum suorum victoriam confundit sed etiam in extremo iudicio perpetuis ignibus tradit.

B

a Reliquam autem. Hieronymus. Notandum quod solummodo in hoc loco in Hebræo legatur Abisa, in cæteris verò locis Abisai. Ideo autem ex noie illius vnam literam de ptam Hebræi dicunt, eò quod necis Abner cõscius fuerit.

L. de tradi. Heb.

† ante eos.

L. 7. An. c. 6.

** Ioseph. Ioab circa metropolim Ammonitarum, Chara nacha veniens, castra*

nuntiatum esset Dauid, misit in occursum eorum. Erant enim viri confusi turpiter valde. Et mandauit eis Dauid: Manete in Iericho donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini. Videntes autem filij Ammon, quod iniuriam fecissent Dauid, miserunt & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba viginti milia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Istob decem milia virorum. Quod cum audisset Dauid, misit Ioab, & omnem exercitum bellatorum. Egressi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ. Syrus autem Soba & Rohob & Istob & Maacha seorsum erant in campo. Videns igitur Ioab, quod præparatum esset aduersum se prælium, & ex aduerso, & post tergum, elegit sibi ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem contra Syrum. Reliquam autem partem populi tradidit Abisa fratri suo. Qui direxit aciem aduersus filios Ammon. Et ait Ioab: Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium. Si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri. Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. Iniit itaque Ioab, & populus eius qui erat cum eo, certamen contra Syros. Qui statim fugerunt à facie eius. Filij autem Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt in ciuitatem. Reuersusque est Ioab à filiis Ammon, & venit Ierusalem. Videntes igitur Syri, quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter. Misitque Adarezer, & eduxit Syros qui erant trans fluuium, & adduxit exercitum eorum. Sobach autem magister militiæ Adarezer erat princeps eorum. Quod cum nuntiatum esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiit Iordanem, venitque in Helam. Et direxerunt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnaverunt contra Israel. Fugeruntque Syri à facie Israel. Et occidit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta milia equitum, & Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est. Videntes autem vniuersi reges qui erant in præsidio Adarezer victos se esse ab Israel, expauerunt & fugerunt quinquaginta & octo milia coram Israel. Et fecerunt pacem cum Israel, & seruerunt eis. Timueruntque auxilium Syri præbere vltra filijs Ammon.

castra fixit. Hostibus egredientibus, & aciem in duas partes disponentibus, contra molitione tractauit &

fortissimos quem viros eligens, se opposuit Syris, reliquam verò partem fratri tradidit. ut contra Ammonitas dimicaret, Cuius incitasset fratrem, atque rogasset ut magnanimitè & fiducialiter ageret, & grauem verecundiam metuens decerneret, Syros aggressus, multos peremit, cæteros conuertit in fugam.

b Misitque; Adarezer & eduxit Syros qui erant trans fluuium, & adduxit.

** Theodor. Quo cum superius dixisset interitum Adarezer, dicit eum venisse in belli auxilium? Superatum quidem dixit fuisse Adarezer, non autem occisum. Conueniunt autem que nunc dicta sunt cum superioribus. Misit inquit, Adarezer & eduxit Syrum qui est trans flumen Chalaac, Si autem proprias habuisset copias non eguisset alienis.*

CAP: F

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Manete. que erat in principio regni Dauid ex illa parte vnde veniebant, ut sic non appaerent inter homines cum turpitudine sibi illata.
- 2 Videntes. quia cognouerunt quod non ex fraudulentia, sed ex vera amicitia nuntios miserat, & tamen non recognouerunt culpam, nec petierunt veniam, sed magis preparauerunt se ad defendendum suam stultitiam, vocando alios in suum auxilium contra Dauid: quod factum eorum notabiliter aggrauauit.
- 3 Quod &c. Hic consequenter ponitur vindictio prædicta iniuriæ per viam iustitiæ. & hoc notatur cum dicitur: Quod scilicet filios Ammon obliuatos in sua malitia.
- 4 Misit. ad vindicandum opprobrium sibi illatum non zelo iustitiæ, sed amore iustitiæ.

5 Syrus

5 Syrus. isti libenter iuabant filios Ammon, ut per hoc essent liberati de tributo Dauid.

6 Videns, id est, ante & retro. Sic enim diuiserant aduersarii suum exercitum ut includerent filios Israel propter quod Ioab expertus in bellis diuisit exercitum in duas partes, ut qualibet pars haberet hostes in fronte, & sic securius possent pugnare, & per istam viam habuerunt contra utrosque victoriam. Cætera patent vsque ibi.

7 Videntes. scilicet suam debellationem & confusionem, ut possent se vindicare congregauerunt multitudinem maiorem, propter quod Dauid in propria persona ad prælium venit cum exercitu suo maiore quam prius, & eos debellauit. Et patet licet vsque ibi.

8 Videntes. promittentes reddere Dauid pacificè tributum & de cætero non præbere eius aduersarij auxilium.

*** CAP: F**

MORALITER.

- 1 Manda. Per Iericho quæ interpretatur luna, & mutationem signat, eò quod luna continuè variatur, bene Gentilitas significatur quæ multis erroribus tunc temporis variabatur. In hac autem Iericho manserunt apostoli alijque Christi discipuli à populo Iudaico reprobati & vilipendi. propter quod Paulus & Barnabas dixerunt Iudæis. Act. 13 g. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam reieclitis illud & indignos

gnos vos iudicatis aterna vita, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Deus. Manendo verò in Gentilibus & eis prædicando, creuit barba eorum, id est, perfectio meritorum, quæ per incrementum barbæ signatur eò quod barba signum est masculini sexus, qui est perfectus.

2 Et tunc. Post perfectionem enim meritorum in doctrina Gentium, apostoli & alij discipuli venerunt ad Dauid. i. Christum per apertam & claram visionem 2. Cor. 5. b. Audemus & bonam voluntatem habemus peregrinari magis à corpore & presentes esse ad Deum.

C A P. XI.

Factum est autem vertente anno eo tempore quo, &c. i. in vere: qñ pulsa frigoris asperitate pabula reperuntur iumentorum. in Hebræo ita legitur, eo tempore quo reges ad bella processerant misit David Ioab &c. Processerant. scilicet ad pugnam contra David rex Rohob: & Istob Soba & Maacha, qui reges Syria fuerunt & pugnare voluerunt contra David conducti à rege Moab, sed deuicti sunt.

* Ambr. Peccauit David, q solent reges: sed penitentiam gessit & fleuit, quod non solent reges. Rogauit veniam, nō arrogans potestatis, sed infirmitatis suæ conscius: prostratus in terrā iulicio se operuit, oblitus imperij, memor culpæ, &c.

* Idem. Non adulterasset David alieni ius tori, nisi nudam & lauantē mulierē de domus suæ interioribus vidisset. Et ideo bene scriptū est: Nō intēdas in mulieris specie: & non concupiscas mulierē. Et alibi: Ad oēs irreuerentes oculos caue: nil de continentia tua & virtute præsumas.

* Chryst. David à Saulis difficultatibus, & alijs hostibus liberatus, postquam quietem affectus est, difficilius bellum passus est incontinentis cupiditatis, qd̄ cum etiam maiori supplicio affectus. Quo circa tunc maximē timendum est, quando fuerimus liberati ab ærumnis. Quemadmodum enim alligatam bestiam non ita timemus vt emissam, sic & vitium non est ita timendum in afflictione, &c.

* Idem. Talis ac tantus vir, qui vicie leones & vrsos, qui mille aduersum se machinas superauit, negligentior factus est: vt addiscatis quantum bonum sit tribulatio virtutū omnium mater. Interea dum hæc securitas esset & deambularet in solatio domus, vidit mulierem, pulchram valde. Sed pulchritudo non est in culpa, quia Dei est donum. Aperuit oculos, & accepit sagittæ ictum. Audiant curiosi qui pulchritudines considerant alienas, & qui ex spectaculis insanunt theatralibus, &c. Ille nō vidit meretricem, sed in solatio domus suæ: tu autem in teatro. Mors intrat per fenestras. Oculi tanquam fenestræ sunt animæ.

* Idem. Ambulemus vigilantes, & expergefatti, vel si paululum quis dormitauerit illico prostratus est. Non enim sumus Dauide solertiores, qui cum parumper neglexisset, in ipsum præcipitatus est peccati barathrum. Sed citò surrexit. Ne tantum itaque quod peccauit aspicias, verum etiam quod peccatum abstertit. Propter hoc enim historiam illam descripsit, non vt lapsum conlideres, sed vt surgentē admireris



ACTVM est autem vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Ioab & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba. David autem remansit in Ierusalem. Dum hæc agerentur accidit quadā die, vt surgeret David de stratu suo post meridiem, & deambularet in solario domus regie. Viditq; mulierem se lauantem ex aduerso super solariū suū. Erat autē pulchra valde. Misit ergo rex & requisivit quæ esset mulier. Nuntiatumque est ei, quod ipsa esset Bethsabee filia

^a Manu fortis, vel visu desiderabilis.

^b Declinante iam in modo.

^a In sole posuit tabernaculum suum, corpus, scilicet, quod assumptus, cunctis patefecit.

^a Propter fluxum menstruum, vt quidam volunt.

^a Id est diabolus, qui falso dixit: Lux mea Dei, id est, quæ de terra videntium merito abscessit. Hebraus vel Rechus enim abscessit.

reris, & discas cum cecideris, quomodo surgere conueniat. **D** Theod. Diuinus David cum Saul eū persequeret, se sapienter gessit, & cum esset in acie, mentēq; exerceret in belli cura ex legibus diuinis vitā suā administrabat. Paruas autē affecturus inducias, passus est lapsum. Verē magnum & vehemēs est bellum, remissio, & delitiæ, & regnum, & potestas, & forma corporis, & post cibi fatietatem insultus: quo tempore etiā ijs qui se exercēt ad castitatē, accēdit scintilla, vt quæ irrigationem habeat nutrimentum. Est autem per specuū Davidem habuisse vehemētiore desiderij affectionē. Nō enim plurib⁹ vsus esset vxoribus, nisi ei vim attulisset natura, vt illud faceret. Cum ergo simpliciter, nō curiosē despexisset, vidit mulierē q̄ lauabatur: sed nō effugit aspectū reuera pniciosū, forme inescatus pulchritudine deuorauit hamum peccati.

* August. Multi cadere volunt cum David, & nolunt resurgere cum David. Non autē cadendi exemplum propositū est, sed si cecideris resurgendi. Attende ne cadas. Non sit delectatio minorum, lapsus maiorum, sed sit casus maiorum, tremor minorum. Ecclesie filij audientes tā sancti viri ruinā, metuunt infirmitatem suam: & que condemnat Deus deuitate cupientes, abstinent oculos & reprimant à peccantia, non se miscant mulieribus alienis, non leuant oculos facile ad aliena domicilia, aut solaria, &c.

b Dum hæc. David grauitur peccauit, quod & per prophetam Deus arguit, & ipse penitendo abluuit. Sed ille desiderabilis cuius gentibus, quasi in solario deambulans, in sole posuit tabernaculum suum, & amauit ecclesiam super teatum se lauantem, id est, mundantem se à sordibus sæculi, & domum luteam spirituali contemplatione transcendentem & calcantem, & inchoata cum illa primæ conuentionis noticia separatum ab ea diabolus occidit, sibi que eam perpetuò copulauit. Oderimus ergo peccatum, sed non extinguamus prophetiam. Amemus illum David quantum amandus est, qui nos a diabolo per misericordiam liberauit: amemus istum penitentem, qui tam graue vulnus peccati humilitatis confessione sanauit.

c Bethsabee. Mid. Puteus fatietatis, vel puteus septimus. Ecclesia verò vocat puteus aquæ viuæ, & huic puteo septenarij nomen numeri in Spiritus sancti significatione coniungitur, propter rationē Petrecostes, quo die de cælo Spiritus sanctus missus

2 Misit. Alys enim procedentibus ad bellum remansit David in Ierusalem quasi otiosus, propter quod fuit lapsus in adulterium. Unde dicit Ouidius poeta: Oia si tollas perire cupidinis artes. Et Eccles. 33. d. Multam malitiam docuit otiositas.

3 Viditque inu. Ex quo patet quod aspectus impudicus est valde periculosus, quia David tam sanctus & bonus per hoc fuit iractus in adulterium, & ex consequenti ad homicidium proditorie procuratum, vt ex sequentibus apparebit.

4 Misit. Ad hoc enim quesuit, vt sciret si esset soluta, vt sic eam acciperet in vxorem & licite cognosceret eam, inualescente tamen tentatione, sciens quod esset maritata, nihilominus mandauit pro ea adducenda, & commisit adulterium.

* Statimque

NICOLAUS DE LYRA.

Factum. Hic consequenter ostenditur qualiter David vixit insolenter, propter quod fuit à Deo castigatus: vbi etiam ostenditur eius penitentia de peccatis, & patientia in aduersis. Primò igitur ostenditur peccasse per luxuriam. Secundò per negligentiam. ca. 21. Tertio per superbiam. cap. 24. Circa primū ponitur primò culpæ perpetratio, secundò humilis recognitio cap. 12. tertio punitionis patiens toleratio cap. 13. Circa primum describitur primo ipsius David adulteratio. secundò queritur facti delatio ibi. Misit autem David tertio præcipitur innocentis occisio ibi: Factum est et. Circa primū dicitur: Factum scilicet in principio æstatis, qñ terræ nascentia sunt in campis ad pabulum equorum. Mi-

Ouidius de reme.

Rabbanus. Aggei. 2. b. Psal. 18. b.

Rabbanus.

MORALITER.

1 Factum est. **†** David. Per hoc autem, quod alijs procedentibus ad bellum David remansit in Ierusalem, quæ interpretatur pacifica, vel quieta: & tunc enormia perpetravit peccata, scilicet adulterium, & homicidium, proditorium, vt habetur infra, significatur q̄ illi qui quiescunt otiosi, & se non exercent in prælio contra tentationes, incurrunt frequenter varias peccatorum enormitates. propter quod dicit Seneca, Summa omnium vitiorum otiositas. Demones enim nunquam dormiunt, sed semper insidiantur nobis, & quos otiosos à bonis, inueniunt, ad peccatum inducunt. Propter quod dicit

dicit Hieron ad Rusticum: Semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum.

3 Viditque. per hoc autem quod David sanctus & deuotus ex impudico aspectu peccatum incurrit adulterij, & vltius homicidij proditorie perpetrati, nobis ostenditur, quanta diligentia debeat adhiberi in custodia sensus visus, & etiam quia dicitur Thre. 3. f. Oculus meus deperdatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. Et idem videtur de custodia aliorum sensuum. Ierem. 9. f. Ascendit mors per fenestras meas. Sensus enim exteriores sunt quasi quedam corporis fenestræ per quas tentationes contra latrones ad interiora ingrediuntur bona gratiæ rapietes.

A missus est Ad 49. idest, species septem vnum additur, quoniam vnitas commendatur. Vnde: *Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Dono itaque spiritali, idest, septenario facta est ecclesia putens satietatis. quia factus est in *cafont aquae salientis in vitam eternam, quam qui biberit non sitiet in aeternum.*
 a *Mittensque nuntiavit Dauid: Concupi.*

Ph. 4. b.
Ioan. 4. b.

† vel purifica
t. i. cessante
sunt menstrua
illa feminariū:
id quod est si-
gnum feminas
concepisse.

† de pace Do-
a, & de pace
populi, & de
pace belli. He.

* Chrystostomus. Prægnans facta mulier, vadit ad regem, & dicit: O Rex, perij. Et ille: Quid habes? Prægnans (inquit) sum. Peccati mei pullulat fructus, ac cusatorem intrinsecus habeo: in ventre profero proditorem. Si veniet & viderit vir meus, quid dicam? quid loquar? quæ excusationem præteream? Videte & admiramini fratres, quantum mali sit peccatis obnoxium fieri. Rex militem timet, & formidat subditum. Nomen tu imperator? Nonne gladij potestatem habes? Habeo (inquit) sed conscientiam peccati mei timet formidinis matrem. Quid ergo rex? Pudoris excogitato cõsilio, peccatis adjicit peccatum, & iniquitatẽ scelere vult celare. Quoniam celare non potuit adulterium copulat homicidium.

B Et venit vrias ad Dauid, &c.

Impsal. 50.
† sequenti que
est cum domo
regium.

* Chrystostomus. Venit Vrias de castris, intravit ad regẽ, interrogatusque de apparatu belli, respondit omnia prospera, & victoriam esse paratam. Auduit rex q. miles vicerit, & dolet q. ipse sit victus. Miles aduersarios subdidit, & rex a libidinis concupiscentia superatur. Miles inimicum prostravit, victoriam annunciat, & rex præ confusione sua peccatum timet cõfiteri. Stupebat, & præ confusione peccati, pugnae victoriam victus non sentiebat.

† vitam.

Vide clementiam Dei quomodo immutat cõsilia hominum qui in malis suis celare cupiunt quod admittunt, Dicit militi: *Vade in domum tuam laua pedes,*

C *&c.* Propter quam causam o Dauid, *sollicitus es?* Dic mihi. Ob hoc inquit, plenum pietatis do consilium, si potero quo pacto obumbrare sceleris magnitudinem, & vulnere superducere cicatricem, vt illius esse dicatur quod meum est. Sed inextinguibilis oculus non concessit, parcens ei qui fuerat vulneratus.

Greg. Adhuc carnis corruptibilis pondere grauati nõ valemus sic viuere, vt nulla nos possit culpæ delectatio pulsare. Sed aliud est nolentẽ tangi, & aliud consentientem. Sãcti aut vni tantõ vigilantiori se circũspectione custodiunt, quãtõ se pulsari sinistris motibus vel transitorie dedignantur, vt si quid

Eliam vxor Vriæ Hethæi. Missis itaque Dauid nuntijs tulit eam. Quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea. Statimque sanctificata est ab immunditia sua, & reuerfa est in domum suam concepto foetu. Mittensque nuntiavit Dauid, & ait, Concupi. Misit autem Dauid ad Ioab, & ait, Mitte ad me Vriam Hethæum. Misitque Ioab Vriam ad Dauid. Et venit Vrias ad Dauid. Quæsiuitque Dauid, quomodo administraretur bellum. Et dixit Dauid ad Vriam: Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo regis, & secutusque est eum cibus regis. Dormiuit autem Vrias ante portam domus regis cum alijs seruis domini sui, & non descendit ad domum suam. Nuntiatumque est Dauid a dicentibus: Non iuit Vrias ad domum suam. Et ait Dauid ad Vriam: Nunquid non de via venisti? Quare non descendisti in domum tuam? Et ait Vrias ad Dauid: Arca Dei & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manent, & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea? Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam rem hanc. Ait ergo Dauid ad Vriam: Mane hic etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit Vrias in Ierusalẽ in die

^a id est, menstruali effusione.

^a Post laborem balneis vtire: partem posuit pro toto corpore: non enim tantus vir discalceatus incedebat.

^a Vt refectus delitiosè prouocatus libidine dormiret cum vxore: & sic adulterium lateret.

si quid fortè cor illicitum concupisceret, pressus per disciplinam magisterium oculus videre recusaret. Sicut enim sæpe reatio per oculos trahitur, sic nonnunquam concepta intrinsecus compellit sibi extrinsecus oculus deferre. Plerumque enim quilibet res innocenti mente respicitur, sed in ipso conspectu animus concupiscentiæ gladio confoditur.

Non enim Dauid Vriæ coniugẽ studiosè respexit, quia concupiuerat, sed potius concupiuit, quia incautè respexit. Iusto verò retributionis examine qui exteriori negligeretur vtitur, interiori oculo cæcatur. Sæpe autem iam intrinsecus concupiscentia dominatur, & illecebratus animus ad vsus suos sensus corporeos famulari more tyrannidis exigit, suisque voluntatibus oculos seruire compellit, & fenestras luminis aperit ad tenebras cecitatis. Vnde sancti viri cum sinistra delectatione pulsari se sentiunt, ipsa per que formæ species ad mentem ingreditur, disciplinæ magisterio luminis restringunt ne prauæ cogitationis visio lenocinata famuletur; Que si vniquam subtiliter custodiri negligitur, cogitationis immundicia ad operationem transit.

Grego. Sepe res quælibet per historiam virtus est, per significationem culpa, sicut aliquando culpa in facto, in scripto prophetiæ virtus. Quis enim non detestetur, quod Dauid in solatio deambulans Bethsabæ Vriæ concupiuit vxorem, qui tamen a prelio reuertentem ire domum monet, pedes lauare? Qui protinus respondit dicens: Arca Dei sub pellibus, & ego in domo mea requiescam? Quem Dauid ad mensam propriam suscepit, ei, epulas per quas mori debeat tradit. Tenet ergo Dauid figuram eius de quo

scriptum est: *In sole posuit tabernaculum suum.* Qui Bethsabæ ad se iubet perducere, idest, legem literæ carnali populo cõiunctam spiritali sibi intellectu sociare. Bethsabæ. n. puteus, septem dicitur, quia per cognitionem legis infusione specialis gratiæ perfecta nobis sapiencia ministrat. Vrias verò Iudaicum populum significat, qui interpretatur lux mea Dei. Iudaicus. n. populus qui de accepta legis scientia extollit, quasi Dei luce gloriatur. Sed huic Dauid vxorem abstulit sibi, coniunxit, quia manu fortis redemptor apparens, dũ de se spiritaliter legẽ loqui innotuit, per hoc quod iuxta literam tenebat, hanc a Iudaico populo extraneam demonstrauit, sibi cõiunxit, quia se per

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Statimque. idest, a fluxu menstruorum. non quia tunc pateretur menstrua quando Dauid eam cognouit, quia tunc mulieres sunt turpis coloris & abominabiles ad actum carnalem, & de ipsa dicitur hic, quod erat pulchra valde, dicitur ergo tunc purgata a mensuris suis vsq; ad partum, quia in illo coitu concepit, vt patet in textu. post conceptionem autem cessat fluxus menstruorum, quia sanguis ille cedit in formationem fetus & eius alimentum.
- 2 Misit. Hic consequenter queritur celatio facti, cum dicitur.
- 3 Mitte. Ad hoc enim pro ipso mandabat, vt vxorem suam cognosceret, & sic crederetur puer natus esse suus, & sic peccatum Dauid occultaretur: & mulier a lapidatione quæ secundum legem ei debebatur, præseruaretur.

Oculorum illecebra,

- 4 Quæsiuitque. hoc quæsiuit vt statum sui exercitus sciret, & Vrias causam sui aduentus non perciperet.
- 5 Vade. idest, vt balneo propter fatigationem laboris præcedentis. Et per lotionem pedum designatur ablutio totius corporis intelligendo a parte totum.
- 6 Secutusque. vt sic per balneum & cibum delicatum prouocaretur ad coitum. Cetera patent vsque ibi.
- 7 Nunquid. q. d. in exercitu fuisti in labore, & similiter in via veniendo inde: & ideo indiges recreatione.
- 8 Et ait Vrias, &c. se excusando valde fideliter.
- 9 Arca. quia tunc erat portata ad exercitum, sicut fuerat tempore Saul prout habetur supra 1. lib. 14. c. ad dandum confidentiam bellatoribus. Cetera patent vsque ibi.

4 Quæ-

* Et voca-

se per illam prædicatum declarauit. Vriam tamē ad domū
A monet ire, & pedes lauare, quia incarnatus Iudæis præcipit,
vt ad conscientiam redeant, & sordes operum fletibus ter-
gant, vt specialiter mandata legis intelligant, & post tantam
duritiam præceptorum fontem baptismi inuenientes ad a-
quam postlaborem currāt. Sed

Vrias, qui arcam domini esse
sub pellibus meminit, respon-
det: quia domum suam intra-
re non possit. q. d. Ego manda-
ta Dei in sacrificijs carnalibus
video, & redire ad conscientiam
per spiritualem intelligentiam
non requiro. Quasi enim arcā
Dei esse sub pellibus dicit, q. a
præcepta Dei non nisi exhibē
do ministerium carnalis sacri-
ficii intelligit. Hunc tamen re-
dire domum nolētem, Dauid
ad mensam vocat, quia cū Iu-
dæi ad conscientiam reuerti
contemnant, Christus tamen
spiritualia prædicat di. *Si crede-
ritis Moysi, crederetis forsitan, &
mibi, de me enim ille scripsit.* Le-
gem enim Iudæus tenet, quæ
eius diuinitatem loquitur, cū
credere dedignatur. Vnde &
Vrias ad Ioab cū epistolis ex
quibus occidi debeat, mittit:

quia Iudæus legem portat qua
conuincente moritur. Cum
enim mandata legis retinens
implere nititur, ipse defert iu-
diciū vnde damnetur. Quid
ergo per factum istud Dauid
scelestius? Quid Vria mūdus?
Sed ad mysterium: quid Dauid
sanctius? Quid Vria infidelius?
Quia ille per vitæ culpam pro-
phetiæ signat innocentiam, &
iste per vitæ innocentiam in
prophetia exprimit culpam.
Virtus enim sacri eloquij sic
transacta narrat, vt ventura ex-
primat, sic in facto rem appro-
bat, vt in mysterio contradic-
cat. Sic gesta damnat, vt hæc
mystice gerenda suadeat.

a *Ponite Vriam ex aduerso belli,*
&c. Chrysostomus. O infelici-
tas peccati. Gladium aduersū

se nesciens portabat: qui iniustitiam fuerat passus, epistolam
ferebat sanguine plenam, sicq; perrexit. Stetit in pugna, oc-
cisus est, cecidit. Ecce duo peccata, adulteriū & homicidiū.
Homicidiū adulterij fructus efficitur: & mala cogitatio sce-
leris, crimen est. Hæc dico propter peccatores, qui sibi mul-
torū sunt malorum conscij, vt audientes de sua non despe-
rent salute. Scriptum est enim: *Non machaberis; non homicidiū
feceris.* Duo hæc mandata transgressus est. Grande vulnus,
pessima plaga.

* Theodoretus. Rex conuiuio Vriam excepit, frequenti-
que ac liberali inuitatione ultra modum coegit bibere, vt ir-
rigata cupiditate, vinum cum incitaret ad coniunctionem.

Post

Postquam autem vidit imbecilla, quæ a se callidè fuerant co-
gitata, pudore stimulatulus literas scripsit ad imperatorem e-
xercitus. Ille autem sciens nihil ex his, quæ scripta fuerant
abije ferens gladium suæ cædis.

* Augustinus. Adulterium simul & homicidium non fecit

Dauid cum persecutorem
Saulē pateretur: cum per di-
uersa fugiebat non cupiuit a-
lienam, non adulteratæ vx-
oris occidit virum. Erat in infir-
mitate tribulationis suæ tan-
to in domini misericordia in-
tentior, quanto inferior vide-
batur. Valeat hoc exemplum
ad id, vt timeamus felicita-
tem.

Homil. 21.
lib. 50. hom.

† de offi. de-
lega. c. cum
olim.

Gregorius. Ad hoc in scri-
ptura Dauid & Petri peccata
sunt indita, vt caurela mino-
rum sit ruina maiorum. Ad
hoc penitentia insinuat & ven-
ia, vt spes pereuntium sit re-
cuperatio perditorum. De sta-
tu suo Dauid cadente nemo
superbiat, de lapsu etiam re-
surgente Dauid non desperet.
mirabiliter scriptura eodem
verbo superbos premit, quo
humiles leuat. Vriam namque
rem gestam retulit, & diuerso
modo superbos ad humilitatis
formidinem humiles ad spei
fiduciam reuocauit. Inestimabile
noui generis medicamen-
tum: quod eodem ordine posi-
tum, & premendo rumentia
exiccat, & subleuando arentia
infundit. De maiorum nos lap-
su terruit, sed de reparatione
roborauit. Sic nos diuinæ di-
spensationis misericordia, &
superbiētes reprimat, & ne de
speratione corruamus fulcit.
Sed fortasse lectoris aīus mo-
uetur, cur Deus eos quos eli-
git, quosq; ad donorum spiri-
tualium cultum assumit, a vi-
tijs non custodit? Sed multi p
accepta dona virtutum, p im-
pensam gratiam bonorū ope-
rum in superbiam cadunt: sed
tamen q; ceciderunt nō agno-

Eucherius.
Angelomus.
Rabbanus.
Lib. 33. mo-
ral. c. 10.

E

B

scunt. Contra eos ergo hostis antiquus, qui iam interius do-
minatur, exterius scire permittitur, vt qui in cogitatione
elati sunt, p carnis luxuriam consternantur. Aliqñ autem mi-
nus est in corporis corruptione cadere, quam cogitatione ta-
cita ex deliberata elatione peccare. Sed cum minus turpis su-
perbia creditur, minus vitatur. Luxuriā eo magis erubescunt
homines, quia simul omnes turpem nouerunt. Ideo multi p
vel post superbiam in luxuriam corruētes ex aperto casu ma-
lum culpæ latentis erubescunt & maiora corrigunt, cū pro-
strati in minimis gramibus cōfunduntur. Reos enim se inter
minora conspiciūt, qui se liberos inter grauiora crediderūt.
Pia ergo dñi dispensatione laxatus sæpè malignus spiritus

de

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et vocauit eum, &c. faciens sibi propinari latenter potum ine-
briatum, credens q; per hoc daret obliuioni arcam & exercitum, &
sic vino calefactus cum vxore sua dormiret, per hoc tamen non fuit de-
ceptus. Et sic patet bonitas & perfectio ipsius, qui pro recurrentia Dei,
& afflictione populi existentis in expeditione, etiam à licitis abstinē-
bat. Et ex hoc patet grauitas peccati Dauid, qui militem iam fidelem
& probum non horruit occidere proditoriē.

2 Factum est ergo, &c. hic consequenter describitur innocentis oc-
cisio cum dicitur.

3 Ponite Vriam, &c. id est, vbi aduersarij sunt fortes & audaces.

4 Et derelinqui te eum. retrahendo vos ab ipso.

5 Vt percussus, &c. Sciebat enim eum esse constantem, & quod nō
turpiter

turpiter recederet, sed magis mori eligeret.

6 Igitur cum, &c. credebatur enim, quod regem offendisset, faciens ali-
quid vnde dignus esset morte, et quod Dauid hunc modum moriendi de-
creuisset ad celandum culpam Vria.

7 Et ceciderunt, &c. Ex quo aggrauatum fuit ipsius peccatum, q. a
occasione illius quem volebat mori, fuerunt etiam alij interfecti.

8 Si eum videris, &c. propter interfectionem populi.

9 Et dixerit, &c. quia ex illa parte personæ etiam inualidæ possunt
homines fortissimos interficere, quod patet per exemplum.

10 Nonne mulier, &c. hoc dixit Ioab ad sui excusationem erga
Dauid, vt Dauid cognosceret, quod Ioab non fecerat illum insultum ex
ignorantia artis bellicæ, sed vt impleret mandatum regis. Cetera pa-
tent vsque ibi.

A de culpa ad culpam trahit, & quò plus percutit eum quem ceperat, amittit: & vnde vicisse cernitur, inde superatur. Considerare libet intra munitum gratiæ sinum quantò Deus misericordiam fauore nos continet. Ecce qui de virtute se extulit, per vitium ad humilitatem redit. Qui verò acceptis virtutibus extollitur, non gladio, sed medicamēto vulneratur.

† displiceat in oculis tuis.

Virtus enim medicamentum vitium vulnus. Quia ergo de medicamēto vulnus facimus,

B facit ille de vulnere medicamentum, vt qui virtute percutitur vitio curetur. Virtutum enim dona retorquemus in vsum vitiorum, ille vitiorum illecebras assumit in arcē virtutum, & saluris statum percutit, vt feruet, vt qui humilitatem curantis fugimus ei saltem cadentes hæreamus. Sed plerique quò in multis corruunt, arctius ligantur. Cumque eos antiqu⁹ hostis ex vno

C vitio

etiam seruus tuus Vrius Hethæus mortuus est.

Et dixit Dauid ad nuntium: Hæc dices Ioab:

Non te frangat ista res. Varius enim euentus est belli, & nunc hunc, & nunc illum consumit gladius. Conforra bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos. Audiuit autem vxor Vriæ, quòd mortuus esset Vrius vir suus, & planxit eum. Transacto que luctu, misit Dauid, & introduxit eam in domum suam,

^a † tam obstinatio culpæ occasionem non habet de sensonis: & ideo recte propheta mittitur.

& facta est ei vxor. peperitque ei filium. Et displicuit † verbum hoc quod fecerat Dauid, coram domino.

vitio percutit vt concidant, ex alio ligat ne furgant. Consideret ergo homo, cum quo aduersario bellum gerat, & si iam se in aliquo deliquisset perpendit, saltem ad culpam pertrahi ex culpa pertinescat, & studiosè vitentur vulnera, quibus

frequenter interficit, quia valde rarū est, quod hostis noster electorum saluti etiam vulneribus seruiat. Ad erudiendum enim dominus sæpe electos tentatori subiicit, sicut post paradisi claustra, post tertij celi secreta ne reuelationum magnitudine Paulus extolleretur datus est ei angelus Sathana. Sed hac tentatione disponitur, vt qui elati perire poterant, humiliare seruentur. Secreto ergo dispensationis ordine vnde scire permittitur iniquitas diaboli, inde perficitur benignitas Dei, quia inde obtemperat nutibus supernæ gratiæ vnde exercet iram voluntatis suæ.

G a Misit

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Non te frangat, &c. ab obsidione ciuitatis recedendo.
- 2 Varius enim, &c. quasi dicat, si fortuna nunc fuit contra te, erit postea pro te.
- 3 Audiuit autem, &c. fide tamen & secundum apparitionem: quia bene volebat eius mortem, vt per hoc lapidationem euaderet, & vxor regis fieret, & ad istam intentionem procurauerat Dauid mortem suam.

Ad

Ad cuius intellectum pleniorē sciendum, quod hic dicit Ra. Sa. quod viri procedentes ad bellum dabant vxoribus suis libellum separationis, vt liberè possent contrahere si viri in pralio morerentur: & computabatur tempus a die dationis libelli, & ideo vxor Vriæ conceperat post recessum mariti sui, ideo ipso mortuo cuadebat penam lapidationis.

4 Transactoque luctu, &c. hoc est tempore determinato lugendi, quia post mortem virorum vxores eorum per aliquod tempus portabant vestes lugubres: & istud tempus vocatur tempus luctus.

NICO-

A D D I T I O.

In cap. 11. vbi dicitur in post. Ad cuius pleniorē intellectum sciendum, quod hic dicit Ra. Sa. quod viri procedentes ad bellum dabant vxoribus suis libellum separationis.

Sicut Ra. Sa. & alij Hebr. expositeres sæpe corrumptunt verum intellectum scripturarum, prosequendo literam: plusquam oportet, in quibus verificatur illud: *Litera occidit.* 2. Cor. 3. b. ita, quod quam pluries labuntur in opposito vitioso & extremo, scilicet fabulando multa contraria literæ, & quæ nusquam in scripturis autenticis reperiuntur, & in talibus de eis verificatur illud. Psalmi 118. l. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.* vt patet in hoc passu. Nam hæc assertio Ra. Sa. dependet ex opinione quorundam Talmudistarum afferentium, quod Dauid nunquam fuit adulter cum vxore Vriæ, ad quod fundandum fingunt illud de libello separationis: quod hic ponit Ra. Sa. quod est falsissimum: & maximè contra textus planos huius historiæ. Vnde Dauid reprehenditur a Deo tanquam adulter per prophetam, quod quidem peccatum etiã verificatur per confessionem ipsius Dauid, vt infra 12. & in alijs multis locis. Si autem fictio ista Rab. Sa. & aliorum sequentium esset vera, tunc Dauid nunquam fuisset reus illius adulterij nam vxor Vriæ esset libera a die dationis libelli, quod præcesserat tempus primæ coniunctionis Dauid cum ea, vt patet manifestè. Causam autem quam assignat Ra. Sa. ad dationem

tionem huius libelli repudij dicit, quod hoc fiebat ad finem, quod si viri in bello morerentur, vxores liberè possent contrahere quæ quidem causa est penitus inanis & vacua, nam licet talem libellum repudij nunquam darent, adhuc vxores possent contrahere maritis mortuis. Manifestum est. n. quod in morte alterius coniugis soluitur vinculum matrimoniale, etiam si libellus repudij non præcederet. vnde talia non videntur interponenda inter expositiones sacrarum scripturarum, nisi si forte ad detegendum errorem malè sentiētium, vel in derisionem taliter fabulantium.

REPLICA. In c. 11. vbi postil. allegat dictum. Ra. Sa. de libello dato vxoribus a viris procedentibus ad bella, & cetera, quæ inde sequuntur. Istud dictum Burg. reprehendit sicut reprehensione dignum est, sed quod dicit huiusmodi erronea dicta in expositione non miscenda, non vñ eruditè dictum, quia sancti doctores hæreses & errores in libris suis explicat non vt approbent, sed vt derideant & falsitatem eorum ostendant. Ita & hic Postil. facit, quia & Dauid commisisse adulterium sæpe ostendit, nec eum rigore huius dicti Rab. Sa. ab adulterio excusari permittit. Nec vñ posse excusari stante et dicto Ra. Sa. quia & si talis libellus daretur, ante tamē mortem sui mariti non haberet effectum: quoniam ante mortem coniuncta alteri adulterium commisisset, sicut in proposito casus Bethsabec habet.

CAP. XII.

CAPVT XII.

Misit ergo Dominus, &c. ** Iustinus martyr. Si Dauidem secundum cor suū esse pronuntiauit Deus, qui factum est, vt postea adulterium eademque patrauerit? Et si hæc mala Deo iniusta sunt, cur prophetæ genus ex adultera constituit, effecitque, vt Christi genus ad eam referretur? Dauid pœnitentia delicta sua correxit, propterea inuentus est ex animi Dei sententia, qui non vult mortem peccatoris, sed magis, vt conuertatur & viuat. Ac quem adulterio procreauit Dauid ex vxore Vriæ, necauit Deus, quoniam adulterorum nati sunt imperfecti. Qui verò post eum nati sunt, noui necauit, quoniam Dauid illam duxit vxorem. Ac benignè potentiam honorans Deus, in vxoris Vriæ progenie collocauit genus Dauidis, eademque de causa fecit, vt ex ea Christus genus duceret.*

** Theodoretus. Non finit animarum medicus morbum esse immedicabilem: neque iniustam neglexit eadem: neque propter aliam Dauidis virtutem, inultum finit eum, qui fecerat iniuriam. Missus est ergo Nathan propheta, accusationis decoram induens per sonā, diuitis & pauperis actum componens.*

** Chrysostomus. Propheeta ad prophetam venit. Sicut enim medici quando ægrotant, aliorum medicorum consilio indigent, & infirmitas obliuioni dat artem: sic & in hoc propheta ille, propheta & iste: sed ille sanus, iste graui vulnere*



† Misit ergo dominus Nathan ad Dauid. Qui cum venisset ad eum, dixit ei: Responde mihi iudiciū.

a ¶ Cum prelati ecclesie potentes arguunt, prius quasdam similitudines velut de alieno negotio inducunt.

Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues & boues plurimos valdè, pauper autem nihi habebat omnino, præter ouem vnā paruulā, quam emerat & nutrierat & quæ creuerat apud eum, cum filijs eius simul, de pane illius comedēs, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, erat quæ illi sicut filia. Cum autem ¶ peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ouē viri pauperis, & præparauit cibos homini illi,

a ¶ Post similitudines restam sententiam contra se quasi in alterum proferunt potentes.

qui venerat ad se. Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: ¶ Viuit dominus, quoniam ¶ filius mortis est vir, qui hoc fecit, Ouem reddet in quadruplum, eo quod fecerit ¶ verbum istud, & non pepercerit. Dixit autem Nathan ad Dauid: Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem. Hæc dicit dominus Deus Israel: Ego vnxi te in regem super Israel, & ego erui te de ¶ manu Saul, & dedi tibi domū domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo, dediq; tibi domum Israel & Iuda: & si parua sunt ista, adijciam tibi maiora. Quare ergo cōtempstisti verbum domini, vt faceres

Tandem prelati modis congruentibus de proprio reatu potentes feriant, iam in nulla sui defensione, erectos, quippe sententia proprii oris ligatos.

re fauciatus. Ingreditur ergo, D conspicit regem sedentem in folio, amictum purpura, caput lapide pretioso ornatum, hinc inde vallatum præsidio militum, cū magna gloria exultantē. Dicit, *Sermo mihi ad te o rex.* O sapientia medici. Intrauit portans gladiū, vt secaret vulnus, sed infirmanti non ostendit, ne abhorreret medicinā. Abscondit ferrum, non sub velamento, sed sub velamine narrationis: Statim enim non dixit, O inique, o immunde, o adulter, o homicida, Quid igitur? *Causam habeo. Duo viri erant in ciuitate vna, &c.* Duos homines, Vriam & Dauid addisce personas. Pauper ouē mulierem dixit, quæ in gremio eius cubabat. Considera pauperem in centica pietatis habere fulcimina: in diuitibus autem multā superbiam. Apud pauperes, vxor & ancilla, & ministra est, & procreat filios, & ipsa nutrix, & mater est. Apud diuites non ita: sed cum generauerit filium, eū tradit foris. Erubescit fieri nutrix, quæ facta est mater. Christus autē nutritor noster, propria nos carne pascit, & sanguinē nobis propinauit: Ouis ergo in gremio cubabat. Venit peregrinus, Concupiscentia videlicet, iniqua, & agrestis &c. Dauid iratus aduersus hominem, dicit. *Filius mortis est.* Ouem reddet in quadruplum iuxta legem: & ipse gladio punietur. Tunc propheta iactat oēm vmbra imaginis, i mediū pfert gladiū, percussit, & abscedit vulnus, dicit. *Tu es rex, &c.* O sectura, nō gladio secās sēsū doloris, sē ppedio accusationis.

† 2. q. 7. nos fi. §. item cum Dauid. -Responde mihi iudiciū.

E † vel viator. frem hanc & infra.

† Hebr. pro dignus morte est.

Exod. 22. † domo.

F

a Tuleris

NICOLAUS DE LYRA.

CAPVT XII.

Misit ergo Dominus, &c. *Hic consequenter describitur humilis recognitio peccati. Et primò ponitur peccati reprehensio, secundo reprehensi humilis confessio, ibi: Et dixit Dauid ad Nathan. Prima in duas, quia primò in reprehensione Dauid parabola proponitur, secundo exponitur ibi: Dixit autem Nathan. Circa primum dicitur.*

- 2 Duo viri erant. scilicet, Dauid, & Vriæ.
- 3 Pauper autem, &c. id est, vxorem vnicam. Dauid autem habebat plures, vt patet ex supradictis.
- 4 Quam emerat. dando pro ea dotem.
- 5 Et nutrierat, &c. quia acceperat eam paruulam.
- 6 De pane illius, &c. quia communicabat cum eo in cibo & lecto.
- 7 Cum autem. id est, diabolus, qui alienatus est a communitate ciuium celestium per obstinationem in peccato, cui Dauid fecit conuiuium

uium per consensum in adulterium, & homicidium in opus deductum: quia diabolus in talibus delectatur. Talem autem parabola proposuit Nathan ipsi Dauid, vt ignorans seipsum condēnaret, et sic frontem nō haberet defendendi peccatum suum. Ideo subditur sententia Dauid.

- 8 Filius mortis est, &c. id est, dignus morte propter horrorem facti.
- 9 Ouem reddet, &c. Hoc sententiāuit secundum legem, quæ habetur Exod. 22. a. scilicet, quod pro furto ouis reddatur quadruplum, & sic factum ei est, quia pro morte Vriæ mortui sunt quatuor filii eius, scilicet, primus filius Bethsabee, Absalon, Ammon, & Adonias, vt habetur ex sequentibus.
- 10 Dixit autem Nathan. Hic consequenter hæc parabola prædicta exponitur contra ipsum Dauid. Et patet sententia ex prædictis paucis exceptis, quæ discurruntur.
- 11 Et vxores domini. Licet non legatur, q. Dauid vxores Saulis acceperit, tamen dominus tantam potestatem ei dedit, quod poterat accipere, & forsitan, aliquas accepit: quia nobiles erant. non enim omnia scripta sunt.

i Vriam

MORALITER.

** 1 Misit ergo Dominus, &c.* Per Nathan prophetam potest intelligi bonus prædicator, qui verbum domini habet nuntiare ad modum prophetæ, propter quod sicut Nathan peccata

ta Dauid regis non palliauit, sed efficaciter reprehendit, sic prædicator peccata potentium publica non debet palliare, sed efficaciter contra ea prædicare, exemplo Christi qui peccata scribarum & pontificum efficaciter reprehendit.

Tom. 2.

T 2 * 5 Et dixit

6. n. hunc
100.

A * *Tuleris uxorem Vriæ, &c.* Procopius. Obscurè significatur Deum plus hoc coniugio offensum esse, quam adulterio. Adulterium enim cupiditate velus committit: coniugium autem deliberationis assensum habet. Cumq; propter adulterium & homicidium plangere deberet, ipse in matrimonio contra leges contracto, cum ea vitæ consuetudinem habuit.

† eius.

Rom. 1.

B * *Tollam uxores tuas in oculis tuis, &c.* Procopius. Simile est huic: *Tradidit eos Deus in passiones ignominie.* Dei permissionem significans. Etiam Jacob de Sichem contra animi sui sententiam a filijs euerfata loquitur, *quam ceperunt a meo: facinus filiorum contra voluntatem sua editum, sibi ascribens.*

Genes. 48.

In Psal. 50.

C * *Peccaui Domino.* Chrysostomus. Rediens velociter ad conscientiam, tanquam fidelis & idoneus seruus culpam simpliciter confitetur, dicit *Peccaui.* Non dixit: *ò ille tu, cur non consideras fragilitatem humanam? Cur non temetipsum carnalem intelligis? An nescis jme in culmine constitutum esse regali? Cur mihi audacter impegi sti crimen? Sed, Peccaui Domino.* Statinque propheta. *Dominus transfudit peccatum tuum: non morieris.* O arguta penitencia, ò velox indulgentia: *Dicitu, inquit, prior iniquitates tuas, ut iulli fieris.* Per opera quidem exacerbasti, sed fideli confessione penituiti. Hic ostenditur confessio fidelissimi famuli, & indulgentia clementissimi Dei.

Isa. 43.
† vel contem-
nere.

Isa. 43.

In Psal. 6.
† egrotabat.
Lxx.

* *Idem. Peccauit Eua, peccauit & Adam: non easdem autè pœnas dederunt.* Occidit Cain, & occidit Lamech: & hic quidem misericordiam esse assecutus, ille verò punitus est. Collegit quidam ligna sabbatho, & nullam veniam esse assecutus. Dauid occidit, & adulterium commisit, & salutem esse consecutus. Cur alij quidem puniti sunt, alij minime? Quod illi quidem penitencia ducti sunt: illi perseverauerunt.

In Psal. 143.

* *Idem. Si qui ex his, qui iacent, non surgunt, non in causa est*

est Deus, qui erigit omnes elisos: sed qui nolunt surgere. Nā Iudam quoque cum cecidisset, voluit erigere, & ut surgeret nihil non fecit: sed ille noluit. Dauid certe cum cecidisset, e-rexit. Petrum cum esset casurus retinuit. Est enim varia & multiplex eius cura & prouidentia.

* *Ambrosius. Dauid confessus est culpam, obsecrauit indulgentiam, humi stratus deplorauit ætumnam, ieiunauit, orauit, confessionis sue testimonium in perpetua secula vulgata dolore transmisit: Quod erubescunt facere priuati, rex non erubuit p̄feri. Quod peccauit, p̄dōnis est: q̄ supplicauit, correctionis. Lapsus communis, sed specialis confessio. Culpam incidisse, naturæ est: diluisse, virtutis.*

* *Idem. Si baptizatus defertor violatorq; sacramenti fuerit, peccat, & Deum repellit a se. Si autem agat penitentiam ex toto corde, ubi Deus videt, saluabitur: sicut vidit cor Dauid, quando increpatus a propheta, post Dei comminationes terribiles exclamauit: Peccaui: & mox audiuit: Abstulit Dominus peccatum tuum. Quantū valent tres syllabæ? Tres enim syllabæ sunt Peccaui: sed in trib. syllabis flāma sacrificij eius ad cœlum ascendit.*

* *Theod. Quæst. 25. Dauid duplicem debebat mortem: nā & adulter, & homicida p̄ legē iterimebant. Sed mortis suam soluit peccati cōfessio. Dixitq; Nathan ad Dauid, etc.*

Omnia tamen, quæ pro peccato prædicta sunt ei, post modum tolerauit. Deus delictum delet, sed inultum nō deserit: Aut n. homo in se penitens punit, aut Deus hæc cum homine vindicans percutit. Non igitur peccato parcitur, quia sine vindicta non laxatur. Sic enim Dauid audire post confessionem meruit, *Dominus transfudit peccatum tuum, & tñ multis post cruciatibus afflictus effugiens reatum culpæ quam p̄perauerat*

malum in conspectu † meo? Vriam Hethæum percussisti gladio, & uxorem illius accepisti tibi uxorem, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quamobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eo quod despexeris me, & tuleris uxorem Vriæ Hethæi ut esset vxor tua. Itaque hæc dicit dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti absconditè, ego verò faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis huius, Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: † Dominus quoque transfudit peccatum tuum. Non morieris.

Veruntamen quoniam † blasphemare fecisti inimicos nomen domini propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi morte morietur. Et reuersus est Nathan in domum suam. Percussitque dominus paruulum quem pepererat vxor Vriæ Dauid, & † desperatus est.

Veruntamen quoniam † blasphemare fecisti inimicos nomen domini propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi morte morietur. Et reuersus est Nathan in domum suam. Percussitque dominus paruulum quem pepererat vxor Vriæ Dauid, & † desperatus est.

† *Quia talem regem præfecisset.*

† *Apud gentes scelestum habetur, si quis uxorem alterius per vim sibi vendicauerit, maxime qui p̄ræ est.*

NICOLAUS DE LYRA.

1 Vriam Hethæum, &c. quia ex eius mandato factum fuit, ut p̄ter ex prædictis: & ille facit rem cuius autoritate fit.

2 Quamobrem non recedet. quia frater occidit fratrem, ut Absalom Ammon, ut habetur infra cap. sequenti. & Salomon Adoniam, ut habetur infra 3. lib. 2. cap. Et filius insurrexit contra patrem, scilicet, Absalom contra Dauid, ut habetur infra 15. c. Ideo subditur.

3 Ecce ego suscitabo, &c. scilicet, Absalom filium tuum volentē inuadere regnum.

4 Et dormiet cum vxoribus tuis, id est, manifestè coram omnibus, prout habetur infra 15. cap.

5 Et dixit Dauid ad Nathan, &c. Hic consequenter ponitur ipsius Dauid humilis confessio & penitentiatio, & secundo humana consolatio, ibi: Et solatus est, tertio reaccipitur historia narratio ibi: Igitur pugnabat. Circa primum dicitur: Et dixit Dauid. ore & corde.

6 Peccaui

6 Peccaui domino, &c. non defendens peccatum suum, sed humiliter recognoscens, propter quod sequitur pœnæ temperatio, cum dicitur.

7 Dominus quoque. quantum ad culpam remittendo propter penitentiam tuam, & quantum ad pœnam temperando eam, quia licet sis homicida & morte dignus, tamen.

8 Non morieris. in propria persona, sed in filio tibi nato, cuius causa subditur.

9 Quoniam blasphemare, &c. quia homines ignorantes & mali per hoc blasphemabant iudicia Dei occulta, dicentes eum iniuste egisse reprobando Saul, & eligendo Dauid, q̄ satis peiora fecerat q̄ Saul.

10 Percussitque dominus. infirmitate incurabili simpliciter per naturam, ideo subditur.

11 Et desperatus est. scilicet, Dauid de sanatione pueri per viam naturæ & artis medicinæ, quia tamen Deus poterat eum sanare, ideo subditur.

1 Depre-

MORALITER.

* 5 Et dixit Dauid ad Nathan, &c. Per hoc autem, q̄ Dauid se non excusauit, sed statim peccatum suum tanquam verè penitens humiliter recognouit, exemplum dedit omnibus, & specialiter potentibus, ut peccata sua non defendant, sed humiliter cōfiteantur, ut veniam consequi mereantur sicut ipse

ipse Dauid, cui dictum fuit.

7 Dominus quoque, &c. Per hoc autem factum Dauid ostenditur, quod licet pro vita propinorum languentium quam diu viuunt sit orandum, tamen ipsi defunctis consolatio recipi debet de morte eorum. Vnde dicitur 1. Thef. 4. c. *Nolite vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut & ceteri, qui spem non habent, scilicet, resurrectionis futuræ.*

1 Misit

trauerat, exoluit. Sic nos salutis vnda a culpa primi parentis absoluiur, sed absoluti quoque adhuc carnaliter obimus, quia delicta nostra vel per nos vel per seipsum Deus refecat etiam cum relaxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas i eis perpetuo no vult videre.

a * Deprecatusque est Dauid pro paruulo.

Ambrosius. Filio in agritudine constituto, neq; cibum sumpsit, neque regium thronum, aut cubile conscendit: sed stratus in terra ieiuna ora lacrymis diluebat, non tam filij mortem, quam peccati poenam in illo lauare desiderans.

* Idem. Dauid moriturum filium flebat, mortuum non dolere: flebat ne sibi eriperetur, sed flere desinit ereptum, quem sciebat esse cum Christo. Et vt scias verum esse quod assero, in cestum Amnon filium fleuit occisum, parricidam Absalom doluit interemptum. Innocentem filium non putauit esse lugendum, quia illos sibi perijisse pro scelere, hunc pro innocentia credidit esse victurum.

b Propter infantem dum adhuc viueret, &c. * Ambrosius. Respondit seruis suis, recte se infante viuente, ieiunasse, plorasse, quia iure arbitrabatur dominum posse misereri, nec dubitandum quod vitam posset seruare viuents, qui posset viuifcare defunctos: iam vero obita morte, quid ieiunaret, quod iam non posset

posset reducere mortuum, exanimemq; reuocare? &c. Amnonem & Absalonem mortuos fleuit, & flendum infantem mortuum non putauit. Illos enim sibi perijisse credebat, hunc resurrecturum sperabat.

* Theodoretus. Quamobrem infantem morti tradidit

a Et nos ieiunemus & super terram iaceamus, donec peccati desiderium funditus aboleatur. † Deprecatusque est Dauid dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus † seorsum iacuit super terram. Venerunt autem seniores domus eius † cogentes eum, vt surgeret de terra. Qui noluit, neque comedit cum eis cibum. Accidit autem die septima, vt moreretur infans. Timueruntque serui Dauid nuntiare ei, quod mortuus esset paruulus. Dixerunt enim: Ecce cum paruulus adhuc viueret loquebamur ad eum, & non audiebat vocem nostram, quanto magis si dixerimus mortuus est puer, se affliget? Dum ergo Dauid audisset seruos suos mussitantes, intellexit quod mortuus esset infantulus. Dixitque ad seruos suos; Num mortuus est puer? Qui responderunt ei; Mortuus est. Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus vinctusque est; cumque muisset vestes, ingressus est domum domini, & adorauit, & venit domum suam. Petiuitque, vt ponerent ei panem, & comedit. Dixerunt autem ei serui sui; † Quis est sermo quem fecisti propter infantem? Dum enim adhuc viueret ieiunasti, & flebas. Mortuo autem puero surrexisti & comedisti panem. Qui ait; Propter infantem cum adhuc viueret, ieiunauit & fleui. Dicebam enim; Quis scit si forte donet eum mihi dominus, & uiuat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero reuocare eum amplius? Ego vadam magis ad eum, ille vero non reuertetur ad me. Et consolatus est Dauid Bethsabee vxorem suam. Ingressusque ad eam dormiuit cum ea. Quae genuit filium & vocauit nomen eius Salomon. Et dominus dilexit eum. † Misitque eum in manu

a In Hebraeo. Iedidia, id est, dilectus domini, propter dominum, scilicet, propter gratiam misericordiam qua eum diligere dignatus est, euamuis Manzer esset.

Nathan prophetae, & vocauit nomen eius † amabilis domino, eo quod diligeret eum dominus. Igitur pugnabat loab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat urbem regiam. Misitque loab nuntios ad

a Hieron. Quando cum adiectione, scribitur Rabbath: sicut hic, quando sine adiectione, Rabba.

rum paruul. Est enim Dauid corona conuictus catholici populi: qui caput nostrum, i. Christum fide & conuersione coronat & ambit. Omnis enim sanctorum labor, certamen, & victoria ad honorem eius refertur. Rabbath ciuitas regni Ammon, quae nunc Philadelphia vocat, & interpretatur multitudo. Et in euangelio dicitur, quia multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham Isaac & Iacob, in regno caelorum.

a Vrbs

Quaest. 26.

Deus? Viuus erit futurus argumentum sceleris ac iniquitatis. Pij ergo regis & prophetae cura gerens dominus, non sinit eum viuere.

† 33. q. 2. c. hoc ipsum uer. hic autem. † pernoctauit, &c.

c Misitque loab nuntios, &c. Haec victoria Dauid quam loab inchoauit, & ipse perfecit, significat victoria nostrae regis.

Rabbanus.

E enim contra hostes bellum gerit cum praedicatorum ordo contra mundi potentes scutum fidei opponit. Sed victoria ad Christum refertur, cui omnis potestas & potentia regni ascribitur. Deus est enim, qui operatur in nobis & uelle, & perficere.

E † Quid est hoc quod.

† uel mi serui bicur mei i.

Coronam ergo regis hostilis populi tulit Dauid, & sibi diadema fecit: cum Christus diabolo regnum auferens sibi in igne decorum paruul.

Phil. 2. b.

† Iedidia propter dominum id est, dilectum a domino.

Mart. 8. b.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Deprecatusque est, &c. quia nesciebat si uerbum domini de morte pueri fuisset dictum per sententiam diffinitiuam: quia tunc non orasset pro eius sanitate, aut per comminationem tantum, sicut Iona 3. b. dicitur: Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur. quae tamen non fuit subuersa, eo quod Niniuitae egerunt poenitentiam. propter hoc Dauid interrogatus de fletu pro puero quod iu uiuebat, & consolatione sua ipso mortuo de quo mirbantur homines sui, ut patet in litera, respondit,
2 Dum enim adhuc uiueret, &c. pro eius sanitate impetranda.
3 Dicebam enim. id est, in corde meo cogitabam.
4 Quis scit si forte donet. propter poenitentiam & afflictionem meam.
5 Et consolatus est, &c. Hic consequenter ponitur ipsius Dauid aequalis consolatio, eo quod dominus peccatum suum remisit, quantum ad culpam, & temperauerat quantum ad poenam, ut praedictum est, & ideo

& ideo consequenter consolatus est Bethsabee vxorem suam de morte pueri.

6 Quae genuit filium, &c. qui interpretatur pacificus, & hoc fuit ex ordinatione diuina, fuit enim ipsi Dauid reuelatum, quod post eum regnaret, & in tanta pace, quod templum domini edificaret sicut promissum fuerat Dauid a Domino supra 7. c.

7 Et dominus, &c. dandi sibi gratiam in sua iuuentute, quamuis errauerit in senectute. Vel dicitur quod dominus dilexit eum, eo quod dominus dedit sibi bona naturalia ex parte corporis & animae.

8 Misitque eum in manu, &c. ut per eum sancte nutritur, & bene doceretur, ut sic postea ad regnum aptior efficeretur.

9 Igitur pugnabat, &c. Interposuio peccato Dauid quantum ad adulterium & homicidium, hic reuertitur scriptura ad complendum historiam supra inchoatam 10. cap. de expugnatione filiorum Ammon, cum dicitur: Igitur pugnabat. quae erat ciuitas principalis & regia, propter quod rex & bellatores sui posuerunt se in ea.

* 1 Et

MORALITER.

* † Misitque loab nuntios ad Dauid, dicens; Dimicauit aduersum Rabbath & capienda est. Per hoc autem, quod loab triumphum de filijs

Ammon noluit sibi ascribere, sed magis domino suo Dauid nobis ostenditur, quod nullus victoriam de peccatis vel daemionibus debet sibi attribuere, sed domino nostro Iesu Christo per Dauid figurato.

Tom. 2.

T 3

* 5 Populum

A *Urbis aquarum, &c.* Propter abundantiam, quæ ibi erat aquæ, vel ut quidam dicunt populorum.

Rabbanus. *Et tultit, &c.* In Paralipomenon, ita legitur: *Tultit Dauid coronam Melchou de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & preciosissimas gemmas. Fecitque sibi*

B

A *Dauid dicens: Dimicauit aduersum Rabbath, & t̄ capienda est vrbs aquarum. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem & cape eam, ne cum a me t̄ vallata fuerit vrbs, t̄ nomini meo ascribatur victoria. Congregauit itaque Dauid omnem populum, & profectus est aduersum Rabbath. Cumque dimicasset cepit eam. t̄ Et tultit diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valde. Populum quoq; eius adducens ferrauit, t̄ & circum egit super eos ferrata carpenta. Diuisitq; cultris & transfudit in typo latèrum, Sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon. Et reuersus est Dauid & omnis exercitus in Ierusalem.*

sibi inde diadema. Non est enim nomen proprium Melchou, sed interpretatur rex eorum. Melchou, ut volunt Hebrei, idolum est Ammonitarum, cuius diadematis aurum & gemmas Dauid dicitur confluxisse & purgasse secundum legem, & fecisse sibi diadema.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et capienda est. quia circa eam erant aquæ & paludes in quibus confidebant interiores. Sed his non obstantibus Iob tantum fecerat, & erat in proximo capiendæ.
- 2 Congrega reliquam. Ex quo patet magna fidelitas ipsius Iob erga Dauid: quia victoriam suo labore procuratam voluit sibi ascribi.
- 3 Et tultit diadema. hoc est idoli ipsorum, qui vocabatur Melchou, & interpretatur rex eorum.
- 4 Et impositum. primo tamen conflauit & purgauit metallum secundum purgationem legis, et postea fecit inde sibi diadema. Sed si hoc dicatur, videtur Dauid fecisse contra legem, Deu. 7. a. ubi dicitur: Sculpsit

ptilia eorum igne combure, & non concupisces aurum & argentum de quibus facta sunt, &c. Ad quod dicitur, quod istud præceptum intelligitur tantum de ciuitatibus & populis, qui erant intra terminos terre promissionis: quia de eis loquitur sicut patet ibidem. populus autem Ammonitarum non erat contentus intra terminos terre promissionis.

5 Populur, &c. quod non est intelligendum de toto populo Ammonitarum, sed de illis solum, qui consilium dederant, quod fieret vituperium iuribus suis. quia miserat eos bona intentione ad consolationem regis, & reddiderunt malum pro bono: & ideo voluit contra eos exercere rigorem iustitiæ, ne de cætero aliquis attentaret simile facere.

CAP.

MORALITER.

* 5 Populum. Per hanc penam, quæ fuit valde gravis & inflicta propter iniuriam factam ipsi Dauid, allegoricè significata fuit

fuit grauitas penæ per Romanos Iudeis inflictæ propter iniuriam factam ipsi Christo per Dauid significato, ut prædictum est.

CAP.

CAPVT XIII.

Factum est, &c. *a* Semmaa erat vir prudens valde. Theodor.

Quæst. 29. **C** Etiam seipsum Moyses dixit sapientissimum omnium bestiarum. Non ubiq; igitur scriptura ponit sapientem in laude. Sunt enim sapientes, ut male faciunt. Et elegit Deus stulta mundi, ut pudore afficiat sapientes. Et Salomon fuit sapiens super omnes sapientes Aegypti

CAP. XIII.



Actum est autem post hæc, ut Absalom filij Dauid sororem speciosissimam vocabulo Thamar adamaret Amnon filius Dauid, & deperiret in eam valde, ita ut ægrotaret propter amorem eius, quia cum esset virgo difficile ei videbatur, ut quippiam inhonestè ageret cum ea. Erat autem Amnon amicus nomine Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie, fili regis per singulos dies? Cur non indicas mihi? Dixitq; ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo. Cui re-

gypti: impij autem erant Aegyptij. Itaque sapiens hic non vocauit scriptura consilium Ionadab, sed illius ingenium, ut quod esset aptum ad perspicendum, quid esset agendum: sed non est usus ingenio ad id quod oportebat: imò verò Ammonis libidini opem tulit, & participes fuit nefarij sceleris, quod ipse est ausus.

* Iosephus. Erat vir sapiens, & intellectu nimis acutus.

a Sorbi-

NICOLAUS DE LYRA.

CAPVT XIII.

Factum est, &c. Postquam descripta est transgressio Dauid, & eius punitio occulta per pueri mortem, hic consequenter descripta est eius punitio manifesta, & quia peccata erat per homicidium & adulterium, ideo primo describitur primogeniti sui interfectio, secundo uxorum suarum cognitio, cap. 14. tertio contra eum populi rebellatio. c. 20. Circa primum considerandum: quod primogenitus Dauid occisus est, eo quod sororem suam Thamar violenter deflorauit, & ideo primo describitur, stupratio sororis ab Amnon, secundo conceptio rancoris in corde Absalom, ibi: Porro non est locutus Absalom, &c. tertio vindicatio pudoris, ibi: Factum est autem post tempus, &c.

Circa primum dicitur.

- 1 Factum est autem, &c. Quia in vindictam peccatorum Dauid Amnon primogenitus eius amore illicito exarsit in sororem suam, ita quod infirmabatur propter eam, quia passiones excessiue amoris odij vel timoris & huiusmodi mirabiliter immutant corpus.
- 2 Quia cum. Non quia formidaret inhonestatem, sed quia filia regis virgines clausæ intra domum custodiebantur, ita quod sibi impossibile videbatur, quod posset eius habere presentiam ad exercendum suam luxuriam.
- 3 Erat autem, &c. id est, astutus, quia ad finem malum sciebat inuenire media opportuna, sicut patet per malum consilium quod dedit ipsi Amnon. Et patet lura vsque ibi.

* 1 Ut

MORALITER.

* 1 Factum est, &c. Per Thamar virginem, quæ cubiculum Amnon fratris sui ex patre, sed non ex matre intravit sola cum solo, & ibidem fuit deflorata, significatur quæcumque virgo vel mulier continere præponens, sed de sua securitate nimis confidens. Nam frequenter in tali confidentia ducit

lus cuius habitus prunas ardere facit, ut dicitur Iob 40. id est, quando sola cum solo etiam valde propinquo reperit, ignem concupiscentiæ carnalis accendit, propter quod talis solitudo cauere debet sollicitè. Bernardus super Missus est: Solent virgines, quæ veræ virgines sunt, semper esse pauidæ & nunquam securæ: & ut timendo caueant etiam tuta pertimescere.

* 6 Porro

A Sorbitiunculas. Est quod ad forbendum aptum est.

B Oppressit. Incestus Amnon maioris filij David in sorore sua Thamar & parricidium Absalom in Amnon fratre, monet nos ut semper cautè agamus, ne vitia in nobis dominentur: & princeps peccati (qui falsam pacem periclitantibus spondet) nos imparatos inueniens de improviso trucidet. Absalom enim pater pacis vel patris pax interpretatur. Amnon donans. Thamar amaritudo. Qui enim membra sua donat libidini, & seruit iniquitati ad iniquitatem, in peccati amaritudinem cadit, licet inimicus se quasi patrem pacis ostendat & prospera pro malis factis promittat. Neesse est enim, ut citò ad penitentiam redeamus, ne fortè diabolus per malignos spiritus in necem nostram conspiret, & morti perpetuè tradat.

C Prosper. Quoniam peccata impunita esse non possunt, licet David mortem repentiam euaserit, in his tamen quæ gessit, constat grauiter vindicatum. Iam enim ex ore prophete audierat: *fecisti in abscondito, patieris in sole*. Qua sententia, omnis status domus eius isto ordine perturbatus est. Vnus è filijs ipsius, sororis sue licet ex alia matre, turpi concupiscentia captus, clam oppressit, vitiauitque virginem. Germanus puellæ Absalom, stupratorem interfecit fratrem. Tandem Absalom rebellis effectus, fugat atque insequitur patrem, torum eius in concubinis sceleratè contaminans.

D Theodoret. Quod in Thamar est perpetratum, est quoddam principium & radix calamitatum domus regie.

E *Quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi*. Ioseph. Hæc quidem dicebat, volens ad præsens eius petulantiam declinare.

F R. David. Kimhi. Secundum carnem quidè soror eius, non secundum legem. Nam David videns in bello Maacha matrem

spondit Ionadab: Cuba super lectulum tuum & languorem simula, cumque venerit pater tuus, ut visitet te: dic ei, Veniat obsecro Thamar soror mea, ut det mihi cibum, & faciat tibi pulmentum, & comedam de manu eius. Accubuit itaque Amnon & quasi ægrotare cepit. Cumque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem, Veniat obsecro Thamar soror mea, ut faciat in oculis meis tibi duas sorbitiunculas, & cibum paratum copiam de manu eius. Misit ergo David ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui. Ille autem iacebat. Quæ tollens farinam commiscuit & liquefaciens in oculis eius, coxit sorbitiunculas. Tollensque quod coxerat, effudit & posuit coram eo, & noluit comedere. Dixitque Amnon: Eiecite vniuersos a me. Cumque eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclauem, ut vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem suum in conclauem. Cumque obtulisset ei cibum, apprehendit eam & ait: Veni, cuba mecum soror mea. Quæ respondit ei: Noli frater mihi, noli opprimere me, neque enim fas est in Israel. Noli facere stultitiã hanc. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel. Quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi. Noluit autem Amnon acquiescere precibus eius, sed præualens viribus oppressit eam, & cubauit cum illa. Et exosam eam habuit odio magno nimis, ita ut maius esset odium quo odebat eam, amore quo antè dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge & vade. Quæ respondit ei: Maius est hoc malum quam nunc agis aduersum me, quàm quod antè fecisti, expellens me. Et noluit audire eam, sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit, Eiece hanc à me foras, & claude ostium post eam. Quæ induta erat talarum tunica; huiusmodi. n. filiarum regis virgines vestibibus utebantur. Eiecit itaque eam minister illius foras, clausitque fores post eam. Quæ aspergens cinerem capiti

trem eius mulierem gentile, amore eius captus, priusquam illa Iudæa fieret, impregnauit eam, nataque est Thamar ex illo concubitu. Deinde genuit Absolon fratrem eius. Et quoniam Thamar nata fuit in paganismo, reparatur ad Amnon, qui etiam habebat matrem, quasi mulier extranea, ideo potuit ab eo duci.

D Et exosam eam habuit, &c. Et nos admissum facinus odio habeamus, magis quam ante perpetrationem dilexeramus, & ob hoc citius persequemur veniam, si tamen in alio vitio deum non offendamus sicut Amnon: quia post incestum ebrietatem non vitauit, ob hoc mortem non euasit.

R. David, & R. Salomon. Odium inde ortum est, quod luendo cum ea seipsum, Deinde ipsa acerbissimis conuitijs usa est: Dixerat enim ante: *hab. beris stultus & insanus*.

Quibus verbis cum nihil profecerit, turpiora probra addidit.

E Quæ aspergens cinerem capiti, &c. Iosephus. Illa dolens iniuriam simul & violentiam, disrupto colobio, quo antiquæ virgines utebantur, habente manicas, & ad talos usque profuso, ne facile viderentur, & cinere asperso capite, ibat per mediam ciuitatem, clamans & ingemiscens violentiam sibi met irrogatam.

* Chrysofom. Absalom tyrannidem gestiens, insurgit in patrem, illumque cursum ad fugas erroresque perpetuos, quos perpeffus erat sub Saul, reuocat: imò verò multo illi molestior ea fuit quam prior. Nam prius quidem dux cum esset, ista perpeffus est: nunc autem cum annis plurimis regnasset, hostesque ferè omnes superasset,

est coniuratio valida: populusque concurrens augebatur cum Absalom. Venit igitur nuntius ad Dauid, dicens, Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. Et ait Dauid seruis suis qui erant cum eo in Hierusalem; † Surgite & fugiamus. Neque enim erit nobis effugium à facie Absalom. Festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij Dixeruntque serui regis ad eum; Omnia quaecunque † præceperit dominus noster rex, libenter exequemur serui tui. Egressus est ergo rex & vniuersa domus eius pedibus suis. & dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. Egressusque rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo. Et vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & † legiones Cerethi & Phelethi, & omnes Gethai pugnatores validi, sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Getha pedites, præcedebant regem. Dixit autem rex ad Ethai Gethaem; Cur venis nobiscum? Reuertere & habita cum rege, quia peregrinus es, & † egressus es de loco tuo. Heri venisti, & hodie † compelleris nobiscum egredi. Ego autem vadam quò iturus sum. Reuertere & reduc tecum fratres tuos, & † dominus faciet tecum misericordiam & veritatem, quia ostendisti gratiam & fidem. Et respòdit Ethai regi, dicès; Viuit dominus, & viuit dominus meus rex, quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex, siue in morte siue in vita, ibi erit seruus tuus. Et ait Dauid Ethai; Veni & transi. Et transiit Ethai Gethaem, & rex, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. Omnesque flebant voce magna, & vniuersus populus transibat. Rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam oliuæ, quæ respicit ad desertum.

perasset, migrare ac profugus fieri cogitur.

1 Qui illum profugum agit, non alienus, non hostis est: sed filius ex ipso natus. Et tunc quidem in feruore ætatis ferre vniuersa fortiter poterat: nunc verò quando senectutis suæ solatium, scelestum illum habere debuerat, tunc infestissimum sentiebat.

2 Dixit autem rex ad Ethai Gethaem & cæ.

* Theodo. Dauid reliquit metropolim, optimam expeditionem ratus sugere ad tempus. Eum autem secuta est satellitum multitudo. Secutus est Ethai Gethaem, cum sexcentis viris electis, qui nuper quidem patriam reliquerat, factus autem fuerat cum suis subiectis pro-

selytus. Ei rex persuadere conatus est ut reuerteretur. Iure est admiranda Dauidis lenitas & mansuetudo. Quem cum bello

Quest. 29. † uagus es ad locum tuum. † demigrare faciam te, ut nobiscum eas.

† tecum sit misericordia & veritas,

NICOLAUS DE LYRA.

1 Venit igitur. Non tamen ita citò, eo quod Absalom faciebat custodire vias ne hoc factum nuntiaretur Dauid: donec haberet tantam multitudinem, quod Dauid non posset resistere secundum suam estimationem.

2 Et ait. Hic consequenter describitur ipsius Dauid humiliatio meritoria, quia per eam Deus fuit placatus erga Dauid & contra Absalom pronocatus. Apparuit autem ista humiliatio spiritualiter in duobus, scilicet in humiliter de ciuitate regia recedendo. Secundò arcam domini remittendo, ibi: Venit autem, & Sadoc. Circa primum sciendum, quod cum Dauid esset in bellis expertus & audacissimus, & esset in loco forti, & haberet secum plures & fortissimos bellatores, non recessit de ciuitate timore ipsius Absalom principaliter, sed timore Dei quem timebat se prius offendisse: & propter hoc ex sententia Dei istud malum super eum euenisse, secundum quod dixerat sibi Nathan propheta supra 12. cap. Hec dicit dominus: Suscitabo super te malum de oculo tuo. & ideo ad placandum iram Dei voluit se coram Deo humiliare, qui precos humilium exaudit, & ista humilitas apparuit in còsibili egressu eius de ciuitate, cum dicitur.

Neque enim erit nobis effugium a facie, &c. non propter ipsius

sius virtutem, sed Dei cuius erat flagellum ad punitionem Dauid. Secundò apparuit eius humiliatio in progressu, cum dicitur.

4 Egressus, &c. quia incedebat peditando, cum tamen posset habere equos & mulos, & non solum exiit peditando, sed etiam nudis pedibus incedens, ut habetur infra eod. cap.

5 Et dereliquit rex decem mulieres concubinas ad cust. &c. Qui sciebat quod non interficerentur.

6 Stetit procul a domo. Extra ciuitatem, ut transire faceret totum populum suum ante se, ut poneret se in maiori periculo si Absalom eum insequeretur: quod fecit, eò quod erat in culpa, ut prædictum est, & alii patiebantur propter eum.

7 Dixit autem rex ad Ethai Gethaem, Cur venis nobiscum? Dicunt aliqui quòd iste fuit filius Achis regis Geth, qui adhaesit Dauid propter suam bonitatem & probitatem, et conuersus erat ad Iudæismum, propter quod Dauid magis sibi & sociis suis compariebatur, eo quod dimiserant gentem suam & locum.

8 Ego autem, id est, vagabundus ad locum incertum, quousque dominus sit mihi placatus. Cætera patent usque ibi.

9 Omnesque flebant voce magna, &c. vniuersus populus transibat. Rex quoque transgred. &c. Ipsi regi compatiens, & ad pronocandum Dei misericordiam.

Venit

MORALITER.

4 Egressus est ergo rex & vniuersa domus eius pedibus suis, &c. Per fugam autem Dauid ad campum

A bello persequeretur execrandus filius, non cum nominavit patricidam, non fratricidam sed Regem: & cum multo egeret auxilio, curam gessit salutis Profelyti. Sed quanto maiore eius curam gerebat, tanto ille in eum maiorem ostendebat benevolentiam. Hæc scripta sunt ad doctrinam nostram, ut discamus, q. non oportet in rebus quidem secundis versari cum amicis: & in rebus aduersis eos deserere.

Sabbasius. **Angelus.** **a** Et deposuerunt arcam. &c. Ut ab Abiathar sacerdote confuleretur Deus, quò deberet ire Dauid.

B Sadoc. Iustus is gestat personam sanctorum, qui tempore passionis domini corpore quidem discesserunt, verum dilectione separati non sunt.

Quæst. 30. **f. quo uniuersis.**

& Theodoretus. Sacerdotes & arcam sequi prohibuit, scilicet quid accidisset arce acceptæ, ad opem ferendam iniquis. Nam illi euidem fuerunt interfecti, ipsa autem bello capta data est alienigenis. Si Dominus mihi dixerit, Noli te, Ecce me. faciat mihi quod est gratum coram eo. Audio legem dicentem, Non machaberis, Non occides. Ego autem venerandam cõculcaui legem. Si Dominus priuauerit me sua sollicitudine & cura, est Dominus, ego vero seruus me subiciam eius castigationi. Hæc autem lacrymans dicebat vir diuinus lugubri habitu indutus. Erat enim opertus capite, incedens nudis pedibus: eius autem luctus

C eius erat exercitus.

Venit autem & Sadoc sacerdos, & vniuersi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei,

a & deposuerunt arcam Dei. Et ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus

qui t egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam Dei in urbem. Si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum.

b Si autem dixerit mihi, non places, præsto sum, faciat quod bonum est coram se. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem: Ouidens reuertere in ciuitatem in pace, & Achimaas filius tuus, & Jonathan filius Abiathar, duo filii vestri sint vobiscum. Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo a vobis t indicans mihi. Reportauerunt igitur Sadoc & Abiathar arcam Dei in Hierusalem, & manserunt ibi. potro Dauid ascendebat t eliuum oliuarum, scan-

a dens & flens, operto capite & nudis pedibus incedens. Sed & omnis populus qui erat cum eo operto capite ascendebat ploras. Nuntiatum est autem Dauid, q. & Achitopel esset in coniuratione cum Absalon. Dixitq; Dauid:

c Infatua quæso dñe consilium Achitopel. Cumque ascenderet Dauid summitatē mōtis in quo

venerunt flumina hostium, venti spirant, in meam domū irruerunt, uolentes animam meam a te dimouere: sed fundatus

* Ambro-

supra

NICOLAUS DE LYRA.

1 Venit autem & Sadoc. &c. Hic consequenter ostenditur humiliatio Dauid in remissione arce, cuius primò describitur apportatio, cum dicitur: Venit autem. Quia valebat se associare Dauid in fuga sua, & pro eo consulere dominum tempore debito. Ideo scribitur.

2 Et deposuerunt arcam. scilicet ad vnam partem ad consulendum dominum, ad vnam locum Dauid deberet declinare.

3 Et ascendit Abiathar. scilicet ad consulendum dominum se applicauit, quia erat tunc sacerdos principalis. Sed tunc non habuit respõsum, per quod cognouit Dauid Deum adhuc non esse placatum erga ipsum, propter quod societate arce reputauit se indignum, & ideo eam humiliter remisit ad tabernaculum vnde fuerat assumpta, dicens.

4 Si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me. Et patet litera.

5 Si autem dixerit. scilicet subire fugam, exilium, mortem, vt impleatur diuinum ben-placitum.

6 Et dixit rex ad Sadoc. Hic consequenter ponitur ordinatio consultoria, quia licet Dauid non desperaret de Dei misericordia cõsequenda:

da: noluit tamen omittere illud quod poterat fieri via humana. Et id eo primò ordinauit de statu Absalom sibi renuntiando. Secundo de consilio eius dissipando, sibi: Cumque ascenderet Dauid, Primum autem fecit per hoc, quod duos sacerdotes remittens cum arca ordinauit, quòd duo filii eorum essent nuntii ad reportandum sibi illud quod audiretur de domo Absalom. & esset expediens sibi illud scire. Et patet litera vsque ibi.

7 Infatua quæso domine consilium Achi. Erat enim iste nimis astutus, propter quod erat magis timendus.

8 Cumque ascenderet. Hic consequenter ponitur ordinatio Dauid de consilio Absalom dissipando, remittendo Chusai ad hoc, qui etiã erat valde sapiens & eloquens, vt patebit infra 17. cap. pramittitur tamen hic locus in quo Chusai occurrit ipsi Dauid, cum dicitur. Cumque ascenderet Da. scilicet oliuarum.

9 In quo adoraturus erat Dominum. De loco enim illo videbatur clarè tabernaculum, in quo seruabatur arca in monte Sion ex opposito. & ideo quando Dauid veniebat ad locum illum, solitus erat adorare dominum, sicut homines à longè videntes ecclesiam alicuius sancti solent eam deprecari: & tunc ibi Dauid dominum adorauit.

* Ecce

MORALITER.

campestria deserti nudis pedibus & operto capite, significat

tur patientia boni prælati vel principis in persecutionibus constituti.

* Ecce

supra petram fidei, non cado, sed procumbo, ut dicā Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? Qui ex me genitus est, cōtra me est: sed tu es pro me. Mea mecum viscera bellū gerunt meus populus. Post Absalonē meus cōtra me armatur exercitus. Oves meę, lupi facti sunt: & leones, agni: & canes rabie perciti, agnelli: & tauri cornu percitū, arietes. Non propter me ipsum afficior tristitia, sed illorum dolco exitium.

a Chusai. Amicus David. Chusai interpretatur festinās, qui Hierusalē reuertens consilium Achitophel dissipauit, significat discipulos Domini ex Iudæis occultos Nicodemam, Ioseph, & similes.

* Theodoret. Et bonorum, & malorum examinandus est scopus, & institutum. Hic quidem fuit simulatio, nō propter lucrum pecunię, neque ad damnum alienum, sed propter vitam prophetę, & pij regis.

* Chrysof. Chusi vir probus, & David amicus, suam in eo amicitiam perpetuo conseruauit in hac mutatione tēporum: dirupit amicitiam, asperit se cinere, fleuit acerbe, & miserabiliter. Non enim erat amicus temporis, nec potentię, sed virtutis, & ideo licet David regno exutus esset, non mutauit amicitiam. Dicit ei David. Sunt hæc quidem synceri amici: sed nil nos iuuabūt. Aliquid excogitandū est, ut inueniamus rationem nos liberandi

adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei a Chusai Arachites scissa veste, & terra t pleno capite. Et dixit ei David: Si veneris mecum, eris mihi oneri. Si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom seruus tuus sum rex, patere me viuere: sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus; dissipabis * consilium Achitophel. Habes autem tecum Sadoc, & Abiathar sacerdotes, & omne verbum quodcunque audieris de domo regis, indicabis Sadoc, & Abiathar sacerdotibus. Sunt enim cum eis duo filij eorum, Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar, & mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis. Veniente ergo Chusai amico David in ciuitatem, Absalom quoque ingressus est Hierusalem, & Achitophel cum eo.

randi ab his calamitatibus? Vale ad filium meum, &c. Ille patuit, D nec vllā abiectionem cogitationem suscepit, nec quid ignatum dixit, ut pote: Quid si fuero deprehensus? Callidus Achitophel hoc fortasse deprehēdet, & temere frustra; illic peribit. Horū nil reputās, se in castra tyranni proripuit: vniuersę rei cura in Deum comecta.

Hinc primū discit, ne conturbetur in rebus aduersis, cū videns etiā iustis, id euenire. Ne miteris pro tempore, sed notis leges amicitie. Tertium, ut etiam pericula audeas adire pro virtute. Quartum, ut etiam in rebus dubijs, & afflictis bona spe sis predictus, Deo auxilium expectans, &c. Chusi vtraque partes diiudicabat, & illas quidem inuenit impotentes, & inualidas, has vero (Davidis) firmas, & potentes. Ille enim (Absalom) inutile faciebat, hic vero cum iusto seipsum seruabat. Cum ergo staret non vbi multitudo hominum, sed vbi erat virtutis presidium, opem Dei ad se attraxit. Nos quoque, & si imbecilli a quorū parte statius, illorum partes tueamur: licet sint potentes qui faciunt iniuriam, societatem illorum fugiamus. Vitium enim, & si secum habeat vniuersum orbem terrarum, est omnium maxime imbecillum. Virtus autem, & si sola sit, est omnium potentissima. Habet enim Deum secum titantem, &c.

f super caput tuum.

E militi.

F

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Ecce occurrit ei. Quia erat de Ciuitate Arach.
- 2 Scissa veste. In signum magna tristitia.
- 3 Si veneris mecum. Quia non erat vir bellator.
- 4 Si autem in ciuitatem. Quasi non curans de me.
- 5 Et dixeris. Videtur q̄ David hic peccauerit, inducendo eum ad mentiendum. Dicendum, q̄ licet non sit aliqua necessitas excusandi David, & Chusai de aliquo mendacio officioso, cū ipse David peius fecerit tunc,

tunc, ut patebit cap. sequenti, potest tamen dici q̄ non erat ibi mendacium. Ille enim seruit alicui, qui agit, & agere inuēdit ad bonum ipsius. bonum autē erat Absalom, q̄ a suo intento pessimo frustraretur, & patri traderetur, maxime quia volebat eum interficere, sed magis conseruare ad sui correctionem, ut patet ex his quę habentur infra 18. cap. 6 Dissipabis. Id est, dissipare poteris per tuam sapientiam, & eloquentiam, sicut apparuit per effectum, ut habetur infra 17. cap. Cetera patent in litera.

CAP.

A D D I T I O.

In cap. 15. vbi dicitur in postil. Isti autem quadraginta anni varie computantur.

Licet David fuisset causa occasionalis occisionis sacerdotū, nō tamē culpabiliter ei attribuēdū est. tū q̄a sacra scriptura nō imponit ei huiusmodi culpā: tū quia nō debet p̄sumere in Saule eē tantā malitiā, vt interficeret sacerdotes pp̄ hospitalitatē David q̄ erat gener regis, & nodū publice ab eo eiectus, neq; damnatus: licet in occulto Saul cōcepisset rancorē de eo, quod latebat Achimelech, vt sup. 1. Reg. 21. Tū q̄a p̄uersitas ipsius Doeg nondū erat ipsi David nota: q̄a nihil legit cōtigisse ante illud factū in quo David potuisset hoc p̄sumere de Doeg: nec ipse Doeg hoc reuelauit Sauli sp̄ote, quasi ingerēs se ad hoc: sed post instātē inquisitionē ipsius Saul, vt patet supra 1. Reg. 22. Ex qb. v̄, q̄ hoc gestū nullā hēt cōtinuationē cū facto Abimelech, sed nec rōnabiliter hēt resēdū ad petitionē populi de rege instituēdo, vt Ra. Sa. dicit. Tū q̄a in huiusmodi petitione licet populus peccasset, nō tū David, q̄ p̄tūc erat innocēs: tū q̄a illa mala q̄ Samuel p̄dixerat populo eē v̄tura verisimiliter ex institutione regis, non sunt huic casui Absalom similia: sed oīa pertinebāt ad malū regimen regis, qui ad tyrannidē se inclinaret, quod nullo modo dicēdū est de David, cuius regimen publicū fuit a Deo approbatū, vt c. seq. 18. Vnde cōputatio horū quadraginta annorum melius videtur inchoari a prima vnctione ipsius David in regē, de qua sup. 1. Reg. 16. Quę quidē vnctio in ordine ipis fuit post petitionē populi de institutione regis, & ante occisionē sacerdotū p̄dictā. Rō autē huius cōtinuationis talis est: Nā in prima p̄dicta vnctione legitur: Directus est spiritus Domini in David a tūc illa, & deinceps, qui quidē spiritus Dñi exponitur cōiter de spiritu fortitudinis, & cōstātię, q̄ post vnctionē vigerūt in David: vnde ex tunc incepit David in virtutibus florere, & ad magnos honores ascendere. & exinde cōtinuē fuit in cūctis p̄spere agēs, & famotissimus in oib. actib. virtuosus, & in victorijs bellicis: adeo vt nō solū in Israel, sed

in ceteris nationibus p̄gyrū timeret, & in magna reuerētia haberet tanq̄ dñs p̄cipuus, & strenuus vir bellator, vt patet 1. Reg. 16. & 17. & 18. & 2. Reg. 5. & in q̄ plurimis alijs locis. Cuius tñ oppositū v̄ ei contingere in p̄secutione Absalom, in qua prosperitas sua, & celebritas, seu claritas sue famę fuit multipliciter denigrata, cū ille qui de fructu v̄ctis sui egressus fuit, tā inuerecunde, & audacter illū p̄secutus est vsq; ad eiectionē p̄sonę suę de domo, & ciuitate regia, & deturpationē concubinarū, & huiusmodi. Nec solū hoc, sed eē p̄ vnū simplicē hoīem, s. semel fuit in facie blasphematus, & verbis, & factis grauer in iuriatus, vt patet infra 16. cap. Merito igitur sacra historia accipit cōputationē huius p̄secutionis Absalom a prima vnctione ipsius David. Tū quia opposita iuxta se posita magis elucescunt: tum ad ostendendum, q̄ celeberrima prosperitas ipsius David vigit cōtinuē per quadraginta annos, dū ipse David recte ambulauit cū Deo. & deinde incepit denigrari, seu debilitari per tale infortunū, quod sibi cōtigit ex ordinatione diuina propter peccatum cōmissum. Ex quo fideles p̄nt salubriter erudiri. Quęcumq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ad Rom. 15. & vt in elligamus, q̄ prosperitas ipsius David cum ad cūlim. n. cellitur huius sublimatus fuit ex suo peccato, facilius versa fuit in profundum. iuxta illud: Eiecisti eos cum alleui ventur. Quod totū ē in bonum spirituale ipsius David redundauit, vt ipse dixit infra 16. cap. Fortē videbit Deus afflictionem meam, &c. vnde iuxta sententiam Apostoli: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: ad Roman. 8. c. Nam secundum Doctores Deus tantum dat iustis de bonis, & malis temporalibus, quantum decet eorum salutē spirituali, prout in prima quæstio. vlt. art. vlt. in respondendo ad quæstionem.

REPLICA. In c. 15. vbi d̄ de 40. annis post quos Al. salō cōtra David patrē suū se erexit, postillator dicit, initium illorū 40. annorū a diuersis varie cōputari. Nā B. Hierony. cōputat eos ab occisione sacerdotū in Nobē, cui neci David eam, & occasionē dedit, &c. Burgen. licet in p̄log. sui operis valde

A reprehē. lat ꝑ ostillatorē, q̄a aliq̄n dicta sanctorum præcipue Sancti Tho. ex magnis caulis declinavit, hic ipse sine rōne B. Hieron. ꝑdicit: aſt rēs q̄ ꝑdicta occiſio face. dotū nō ſit ipſi Dauid culpabiliter attribūēda, nec ſacra ſcriptura vt dicit, in ponit ei hmōi culpā. Sed ecce Burgen. nō veret ſe opponere totūdo textui, nō minū igit, q̄ ſe opponat ſāto Doctōri. Dē enim 1. Reg. 22. c. Cūq; Abiathar necē faceret dotū ipſi Dauid nūciaret. Rūdit Dauid, *Sciēbā in illa die q̄ cum ibi eſſ. t. Doq; Idu. m. au. ꝑculau nō annūciaret Sauli, dicēdo: Ego ſum v. uſ oīum aīa. un. panis tui.* Et B. Hieron. dicit, & adūmit in glosſa ord. mar. iō hic quadrageſimus annus ponit, vt monſtretur diuinā vltio. nē ſuſcitari ſup Dauid, eo q̄ Achimelech ſacerdotē Dei te. ſellit, & tāta cedis cauſa fuit. Nec pōt dici q̄ Dauid ex humili. tate ſit mētutus, dicēs: *Ego ſum reus.* Hæc & alia perpendant q̄ Burgen. deliramentā grandipēdūt. Illud aut̄ quod Burgen. quā ſi ſuā cōputationē ſubiūgit nō minus deliramentū v̄. Cōꝑ utat. n. illos quadraginta annos a prima vnctōne Dauid vſq; ad rebellionē filij ſui Abſalō, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis moueant: vt puta quia Dauid ab illa vnctōne 40. annis fuit in cōtinua ꝑſperitate, & poſt cepit rebellio, de qua ꝑſens fermo. Sed de opinione B. Hieron. Rabi. Salomo. Burg. & aliorū circa hāc cōputationē nō faciendo vim. Rō cōputationis Burgē. nihil v̄ valere. Nā prima vnctō Dauid facta fuit primo

primo anno regni Saul, ut uult B. Aug. 17. de ciuit. Dei, c. 7. & dicitur dicitur eius in glosſa 1. Reg. 15. ſup uerbo: *Proiecit te Dñs ne ſiſſer.* Quadraginta autē annis regnauit, ſicut & Dauid, ut dicit idē B. Aug. ibidē. Dauid autē ꝑ tūc nullū ius in regno habuit, licet haberet ius ad regnū, nec habebat executionē ꝑ tūc regie ꝑtatis, ut dicit Burgē. ſup. 1. Reg. 28. c. & tū ut patet ex decurſu primi libri Regū ꝑ totum, uiuēte Saul, & regnāte nulla fuerat ipſi Dauid ſecuritas, neq; ꝑſperitas, ſed neque ſuis, nec anſus fuit q̄ſquā in regno Iſrael eū, aut ſuos recipere in domū ſuā, nec quicquā humanitatis exhibere. q̄a exul coactus eſt ſe trāſſerre ad Achis regē Geth, ut patet 1. Regū 27. & 28. A prima igitur vnctōne Dauid uſq; ad mortē Saul fluxerūt 39. anni, q̄bus fuit ſub cōtinua fuga, & tribulatione. Niſi q̄ illā tribulationē ꝑſperitate dicere uoluerit, q̄a in bonū ſui. pari modo, & rebellio Abſalō dicenda erit ꝑſperitas, q̄a in bonū, ſ. humiliationē Dauid, & cōſequenter exaltationē, ut et̄ dicit Burgē. V̄ igit̄ manifeſtū deliramentū dicere, Dauid fuiſſe i cōtinua ꝑſperitate ante adeptū regnū, q̄n fuit ſecūdo vnctus. Nā talis modus loquēdi eſt oīum ſanctorum Doctōrū, q̄ dicūt Dauid tpe aduerſitatis in uirtutib. creuſſe, ſed tempore ꝑſperitatis turpiter peccaſſe, ſicut patet ꝑ decurſum ſecundi libri, & cæt. Reliqua uſque ad finem libri ſecundi ſtant in difficultate uocah, &c.

C A P.

CAP. XVI.

Cumque Dauid tranſiſſet. Theod. Nonnulli reprehendant Dauidem, quod aures præbuerit, ijs quæ dicebat Siba. Sæpe dixi, quod ꝑphetæ non cognoscebant omnia. Iſte autem, & uerbis uſus eſt probabilibus: nam & ipſe uenit ad diuinum Dauidem, quin etiam dona ei obtulit, ſuam oſtendens beneuolentiam. Poſtea autem auditis ijs quæ dixit Miphiboſeth, utriſque quidem diſtribuit poſſeſſionem; illius autem rurfus eādē quam prius curam geſſit.

Quæſt. 32.

† ſicus ſiccæ

† incuruans ſe



C A P. XVI.

Umque Dauid tranſiſſet paululū montis uerticem, apparuit ei Siba puer Miphiboſeth in occurſum cū duobus aſinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centū alligaturis uæ paſſe, & centū ꝑmaſſis palatariū, & utre uini. Et dixit rex Sibæ. Quid ſibi uolunt hæc? Reſponditq; Siba regi: Domine mi rex, aſini domeſtici regis ut ſedeant, & panes ꝑ palatæ ad uſcendum pueris eius: uinum autem ut bibat ſi quis deſecerit in deſerto. Et ait rex: Vbi eſt filius domini tui? Reſponditq; Siba Regi: Remanſit in Hieruſalem dicens: Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum patris mei. Et ait rex Sibæ: Tua ſint omnia quæ fuerunt Miphiboſeth. Dixitq; Siba: Oro ut inueniam gratiam coram te Domine mi rex. Venit ergo rex Dauid uſque Bahurim. Et ecce egredie-

† Ficos palatas appellat, eo quod per maſſas ꝑcimerentur inter duas tabulas, quas ꝑaras dicunt, a quibus palatæ uocantur.

† Sunt.

† Super eos filij regis.

regi: Domine mi rex, aſini domeſtici regis ut ſedeant, & panes ꝑ palatæ ad uſcendum pueris eius: uinum autem ut bibat ſi quis deſecerit in deſerto. Et ait rex: Vbi eſt filius domini tui? Reſponditq; Siba Regi: Remanſit in Hieruſalem dicens: Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum patris mei. Et ait rex Sibæ: Tua ſint omnia quæ fuerunt Miphiboſeth. Dixitq; Siba: Oro ut inueniam gratiam coram te Domine mi rex. Venit ergo rex Dauid uſque Bahurim. Et ecce egredie-

geſſit. Et cum orta eſſet fames, & Gabaonitæ petiſſent ſeptem ex cognatis Saulis, non dedit Miphiboſeth; ſed impleuit ꝑacta cōuenta cum Ionathan. Procop. Fortaſſis animaduertit Dauid talē aliquam adoleſcentis imaginationē, & ſubſtantiā minuens animū ipſius deiecit, ne regnum affectaret. Sed cum bonus eſſet excuſationē recepit. Alias enim illū qui aduerſus dominum ſuum mendacium dixerat, quem ꝑnitere potius debebat, nequaquam participem cum eo feciſſet. Quid

NICOLAUS DELYRA CAP. XVI.



Umque Dauid. Hic cōſequent̄ oñdit̄ qualiter Abſalō partē ſuā ſedauit ingrediēdo ad eius uxores. Præmittūt̄ tamē hic quatuor, quia primo Dauid a Siba decipitur. Secundo a Semei impetitur, ibi: Venit er. rex. Tertio Chufai ab Abſalom recipit, ibi: Abſ. au. Quarto Abſalom ad uxore ꝑris ingrediē, ibi: Dix. aut. Abſ. Circa primū ſciēdū, q̄ aduſatores intēdētes magis decipe cōſiderāt tps, & locū, & alia ad hoc apta. Et hoc notat̄ cū dē: Cū q̄. q̄a iā erāt fatigati ex itinere, & triſticia. Apparuit, quāſi multum paratus ad ſuccurrendum regi in tali neceſſitate. Vnde ſequitur. Aſini domeſtici. i. ſi aliquis de domo tua fuerit ita fatigatus, quod non poſſit incedere, poterit ſuper aſinum ſedere.

4 Et Palatæ ad uſcendum pueris. Palatæ dicuntur ficus comꝑreſſæ inter tabulas. 5 Vbi eſt. Habebat. n. eius curam ꝑpter Ionathæ amicitia. 6 Rūditq;. Iſte Siba mēticebat, ut patet ex his, q̄ hñt inſ. 19. ca. quia Miphiboſeth de fuga Dauid fuit ualde triſtis, ſicut apparebit ibi. Cogitabat. n. Siba qđ Dauid ꝑ ꝑſapiam ſuam, & bonā militiā finaliter obtineret uictoriā, & iō ſtudebat hñt̄ tatem dñi ſui impetrare a Dauid, qđ & factū eſt. Vñ ſubdit. 7 Tua ſint. qđ fuit malē, & ꝑcipit̄, & iniuſtē dicitur: cum q̄a iſte Siba dixerat falſum: cum quia dato q̄, uerū dixiſſet, tñ Miphiboſeth dñs ſuus non erat condemnandus anteq̄ audiretur, uel anteq̄ ueritas alio modo ſufficienter declararetur. 8 Venit ergo. Hic cōſequent̄ Dauid a Semei impetitur uerbis maledictis, & aliis iniuriis. Et hoc eſt quod dicitur. 9 Et ecce. infra 19. cap. dē q̄ erat de domo Ioseph. Dicēdū q̄ quod

MORALITER.

1 Cumque. Hic duo ſunt notāda. Primū eſt cautela malitiōſa Sibæ detractoris, qui conſiderans Dauid, & ſeruos eius in anguſtia poſitos, & fuga, & fame fatigatos, obtulit pauca reſpectiue, ut ꝑ hoc mendaciter acquireret hæreditatem domini ſui detrahendo ſibi. Et conſimiliter faciunt in curiis magnatorum cupid, & auari. Secundum eſt ꝑiculum ꝑtentum

tentum in uerbis talium detractorum: quia Dauid ſanctus ex uerbis, & dono licet modico huius adulatoris, & detractoris in tantum fuit deceptus, quod ſine uerborum eius examinatione dedit ei hæreditatem Domini, dicens. 7 Tua ſint. Propter quod principes, & ꝑlāti talēs aduſatores, & detractores multum debent abhorrere, & ne ꝑcipitanter rem concedant alienam diligenter ꝑcauere. 9 Et ecce. Per Semei q̄ maledicebat Dauid, & cum lapidibus ꝑ terra

a Quid mihi. Solus Abifai dixerat: *Vadam, & am.* Et David Abifai, & Ioab respondit: *Quid mihi.* Nunquid vultis interficere istum, sicut interfecistis Abner?

b *Dimittite.* Greg. Qui verborum contumelijs pressus virtutem patientie seruare non potest, vel sufficit, factu David ad memoriã reuocet, quẽ cum Semei conuitijs vrgeret, & armati proceres vltrici contenderent ait, *Quid mihi, & vobis filij Saruia, & c.* Et paulo post. *Dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini, & c.* Quibus verbis indicat, quia pro peccato Bethsabee insurgentem cõta se filium pateretur. Fugiensque reduxit ad animum malum quod fecit, & contumeliosa verba non tam conuitia, quã adiutoria esse credidit, quibus se purgari sibi que misereri posse iudicauit. Tunc enim illata conuitia bene toleramus, cum in deserto metis ad mala perpetrata recurrimus. leue quippe videbitur, quod iniuria percucimur, dum conspiciamus quæ pœnis meruimus: sicque fit, vt contumelijs gratia magis, quã ira debeatur, quorum interuentu Deo iudice pœna grauior declinatur.

* Chrysofom. Dum fugeret magnus David parricidæ filij tyrannidem, Semei obuiam factus, cespites, & lapides in eum proiecit, & conuictorijs verbis appetiuit. Sed solita philosophia vtens diuinus David, non solum eum non vlus est, sed etiam vnum ex ducibus prohibuit, dicens: *Sinite, & c.* Peccatum commissum reuocauit in memoriã, cõsiderans quod propter ipsum maledictis appeteretur, & puniretur, & regia expulsus, fuga cogeretur saluti consulere.

* Idem. Qui afflictiones ferunt grato, & patienti animo, non solum multa peccata delent, sed & non paruam apud Deum fiduciam, & loquendi libertatem obtinent.

Theod.

* Theod. Sunt admiratione digna, & quæ aduersus Semei, & Abifai dicta sunt a Dauide. *Dimittite eum, & c.* Est iste lorũ quidẽ Dei, & virga. Nõ video lorũ, sed video eum qui me flagro cardit. Meis iniquitatibus asu rãbo infirmitates. Nõ tãgo virgã, ne eum irriterem qui me percucit. Ille est ex cognatione Saulis, habet veterem in me maleuolentiã. Ego sero, & me contumelijs afflictes, & eadem mihi molientes, vt caratione placeam Dei iram.

D. Quest. 32.

bat vir inde de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera: procedebatq; egrediens, & maledicebat, mittebatque lapides contra David, & contra vniuersos seruos regis David. Omnis autẽ populus, & vniuersi bellatores a dextro, & a sinistro latere regis incedebãt. Ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi: † Egredere, egredere, vir sanguinum, & vir Belial, reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinẽ domus Saul; quoniam inuassisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filij tui, & ecce premunt te mala tua; quoniam vir sanguinum es. Dixit autem Abifai filius Saruie regi; Quare maledicit canis hic † moriturus Domino meo regi? *Vadam** & amputabo caput eius. Et ait rex; † Quid mihi, & vobis est filij Saruie? *Dimittite eum, vt maledicat; Dominus enim*

a *¶ In Heb. non habetur: Dimittite vt maledicat, sed tantum maledicat.*

a *¶ Permittendo.*

† præcepit ei, vt malediceret David, & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et ait rex Abifai, & vniuersis seruis suis; † Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quærit animam meam, quanto magis hic filius Iemini maledicet mihi? *Dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini, si fortẽ respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bo-*

b *¶ Penitendo.*

¶ Quia iuste omnia fecerit.

¶ Promerui enim.

¶ Promerui enim.

¶ Promerui enim.

¶ Promerui enim.

¶ Promerui enim.

¶ Promerui enim.

¶ Promerui enim.

¶ Promerui enim.

imitamur dicentem: *Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis?* An hoc dixit tantummodo, non etiam fecit. Nam cum ei cõuiciatetur Semei, tacebat; & quamuis septus armatis, nõ retorquebat conuiciũ, non vlione quærebat, nec vindicare volentem permisit. Non mouebatur eũ vir appellaretur sanguinis, qui erat conscius propriæ mansuetudinis. Melior est itaque

Apolog. 1. pro David cap. 6.

† De consecr. dist. 1. cap. 1.

Li. 6. Off. c. 5. & 6. infra 20. b.

Psal. 38.

NICOLAUS DE LYRA.

quod erat de domo Ioseph ex parte patris, scilicet de tribu Ephraim, sed ex parte matris erat de cognatione Saul, quia mulieres in hereditate non succedentes poterant contrahere matrimonium cum viris alterius tribus, prout dictum fuit, Numeri 36.

1 Egredere, egredere vir sanguinum. Id est, effusor multi sanguinis innocu.

2 Et vir Belial. Id est, absque ingo disciplina, & legis diuinae. Cætera parent vsque ibi:

3 Quid mihi. Ex hoc patet quod Ioab similiter Semei occidere volebat, & fratrem suum Abifai ad hoc incitabat.

4 Dimittite eum, vt maledicat. Quia eius maledictio est mihi materia ad exercitium patientie.

5 Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Da. Hic occurrit perplexitas: quia si Dominus præcepit ei, non peccauit hoc faciendo, sicut nec minister iudicis de præcepto eius malefactorem interficiendo. David autem peccauerat coram Deo, & dignus erat hac pœna, & maiori: vt patet ex supradictis 11. cap. Sed ad hoc sequitur, quod David peccauit iniungendo Salomoni eius interfecionem: ut habetur infra 3. lib. 3. cap. Cuius contrarium videtur scriptura innuere ibidem. Si autem dicitur, quod Semei maledicendo David peccauit, sequitur inconueniens, scilicet quod Deus præcepit eum peccare, & sic fuit causa peccati per se, & directe quod est impossibile. Dicendum ad hoc, quod David videns Semei solum, & inermem ita constanter, & intrepide sibi iniuriã, & manifes-

feste coram bellatoribus multis fortissimis, & audacissimis, & ad vindicandam regis iniuriam promptissimis, pendit quod hoc non promeiebatur ab ipso Semei tantum, sed a Deo spiritualiter hoc agente, & hoc vocauit præceptum Dei. Et licet Semei in hoc peccauerit volũtate iniuriam maledicens David, non tamen propter hoc Deus fuit causa peccati, in quantum peccatum est. Ad cuius intellectum sciendũ, quod ad peccatum plura concurrunt, scilicet potentia qua peccatur quæ est liberum arbitriũ, & motus liberi arbitrii in consensum, & ad impulsum potentiarũ executiarum, & totum istud est a Deo, qui est actor nature, & operationum eius. Est etiam ibi deformitas in actu quæ est quidam defectus ex quo actus habet rationem peccati, & huius Deus non est causa, sed defectibilitas liberi arbitrii, sicut in claudicatione quicquid est ibi ambulationis, seu motionis, reducit in virtutem motiuã, sicut in causam illud autem quod est ibi deformitatis, & defectus, reducit in causam tibi curuitatis. Et sic patet quod Deus non est causa peccati, licet sit causa liberi arbitrii, & motionis ipsius. Sic igitur potest dici, quod constancia, & audacia quæ fuit in Semei David imperando, & curitas illius actionis totum fuit a Deo: vt per hoc David puniretur. Sed deformitas, seu defectus, scilicet quod iniqua voluntate hoc fecerit, hoc non reducit in Deum, sicut in causam, sed in liberi arbitrii defectibilitatem.

6 Ecce filius, & c. Hoc dicitur pro tanto, quia semen viri quod est principium generationis filii, est de superfluo alimenti, quod in utero digeritur: & ad membra generatiua virtutis fertur. Cætera parent ex dictis.

Abfalom

MORALITER.

† & terra impetebat, significatur quicunque dans afflictionem

tionem iniuste: & sicut Semei ex hoc finaliter incurrit mercedem corporalem, sic talis incurrit mortem culpæ, & finaliter nisi pœniteat, mortem gehennæ.

A itaque qui cor remittit in iuriam, quam qui dolet. Qui enim contumit, quasi non sentiat, ita despicit: qui autem dolet, quasi sentierit, inquietur.

L. 1. Olf. 48. * Idem. Sanctus David in dilectione inimicorum impari Paulo non fuit, ego, ere possumus. Qui primo cum malediceret ei Semei tacet, & humiliter ad eum de expetebat maledicti sibi, quia maledictio illo diuina exquirebat misericordiam. Tertio, etiam lapidantem, & sequentem ille sum reliquit: quoniam post victoriam petenti veniam, libenter ignouit.

L. 2. de interpellat. * Idem. Bonum est conuicium conuicio non referre, ne & nos inter detrahentes adnumeremur. Si nobis aliquid obijciatur, dum nos purgare volumus, acerbamus: dum vlcisci cupimus, confitemur. Tacet David cum Semei malediceret: Iob ridebat: Paulus benedicebat, sicut ipse ait: *Maledicimus, & benedicimus. Audi erat dicentem. Benedicite maledicentes vobis, & orate pro calumniantibus vos.* Quod verbo dixit, exemplo probauit, dum in cruce positus, de persecutoribus, & conuiciantibus ait: *Pater ignosce illis, &c.*

Iob 19. 1. Cor. 4. Match. 5. **a** Semei autem. Hic est Nabath pater Ieroboam, secundum Hebræos, qui filius Iemini dicitur, & in zelo domus Saul maledixit David. Nomen vero aut eius Iemini fuit. Ipse Semei ex tribu Ephraim filij Ioseph extitit. vnde dicit ad David: *Primus veni hodie de omni tribu Ioseph.* sed Semei, vt superius legitur de cognatione Saul fuit. Saul vero de Benjamin. In Esdra Semei filius Cis legitur, quia & Cis, & Gera vocabatur pater eius filius Iemini, id est, Benjamin hic legitur, sed de tribu Ioseph primus venisse dicitur: quia in tribu Ioseph habitauit.

Luc. 23. Rabbanus, Angelomus, 11. Paral. 27. d **c** **sup. co. c. b. 147. dist. 8. necelle.**

† ipsi Davidi, & etiam ipsi Absalom.

b *Ad quem Absalom.* * Hierony. In Hebræo legitur, *Hæc est misericordia tua ad amicum tuum?* Quod non affirmando, sed negando pronuntiandum est. Et est sensus: Misericordia est,

est, aut dici debet, quod David amicum tuum dimisisti, & cum eo non isti?

c *Inite consilium quid agere debeamus.* * Chrysof. Parricidæ furor non minuitur, non frenatur. Ardebat in penis, in manus accenditur. Cupit facinus conceptum festinanter implere, desiderat scelus dispositum instanti, ne perpetrare. Properanti ad nefas tarda sunt cuncta, festinanti ad facinus videntur remorari disposita. Cupit parricidium ante complere, quam gerat: festinat patrem ante intercipere quam occidat. Sicut sanguinem patris, cruorem appetit genitoris, &c.

d *Ingretere.* Concubinas David Absalom polluit. Iudæam plebem Scribæ quoque, & Pharisei superstitionibus corrumpunt, sicque a vero David alienam faciunt.

* Ioseph. Achitophel suadet Absaloni, vt ad concubinas patris accederet, ex hoc enim populum scitutum crediturumque dicebat, quia circa patrem nulla ei iam reconciliatio superesset: ob hoc cum multa fiducia aduersus eum omnis multitudo pugnaret: hætenus autem apertas inimicitias eos habere metuere, credentes posse patrem cum filio quoquo tempore concordari.

e *Achitophel.* Interpretatur ruina fratris. Iudas de ruina Christi agens, consilium dedit Iudæis aduersus Christum, vterque suspendio interijt.

* Procop. Quomodo David hoc consiliario usus est? Certum est Achitophelē se rebus presentibus accommo-dasse, & pro vtriusque ingenio, & moribus consilia dedisse: erga bonum malitiam celans, erga prauum autem ostendens. Festinabat autem ad tollendum Dauidem, metuens ne natura vtriusque conciliaret, & ipse proditoris pœnas daret. Nihilominus pœnam non effugit, sed cum filium in patrem armasset, sibi ipsi manus attulit.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Absalom autem, &c. Hic consequenter Chusai ab Absalom recipitur. Et patet licet vsque ibi.
- 2 Hæc est, inquit, gratia ad amicum tuum. Scilicet ad Dauid, quasi dicat, non ostendisti te ei esse fidelem, hoc autem dicebat Absalom, vt exploraret mentem ipsius Chusai.
- 3 Responditque Chusai ad Absalom: Nequaquam. Scilicet debui ire cum Dauid.
- 4 Quia il. &c. quem ele. Dom. In hoc mentitus est Chusai, quia Absalom non erat a Deo electus, sed dixit hoc Chusai, vt Absalom eum reciperet citius, nec oportet eum excusari de mendacio officioso.
- 5 Dixit autem Absalom ad Achitophel. Hic ultimo Absalom ad uxores patris sui ingreditur de consilio Achitophel. Cuius causa subditur:
- 6 Vt cum audierit omnis Israel, &c. Perpenderat enim Achitophel

tophel quod multi erant cum Absalom vacillantes, eo quod timebant ne pater eius, & filius reconciliarentur, & sic herent odiosi vtrique, eo quod fuissent Absalom in malo, ex quo timebant postea grauius puniri, & ideo a se remouendum hunc timorem, & vacillationem Achitophel consuluit Absalom, vt patenter sedaret patrem suum eius uxores cognoscendo carnaliter: vt per tale vituperium ipsi Dauid illatum crederetur a populo dilectam reconciliationem non posse fieri, & sic firmiter starent cum Absalom. Illud autem consilium licet fuerit ad malum finem ordinatum, tamen erat valde accommodum, ad finem intentum, Ideo subditur:

7 Consilium. Ista similis ratio non tenet in omnibus, quia consilium Dei non potest ad malum ordinari, sed tenet quantum ad hoc quod consilium Dei est accommodum ad finem intentum. Dicitur autem aliqui quod Achitophel dedit hoc consilium, eo quod Bethsabee neptem suam David polluerat per adulterium.

CAP.

MORALITER.

† Ingretere. Per Absalom qui cognoscendo concubinas patris sui manifeste ipsam sedauit, significatur quicumque labitur rebus suo superiori, cuius famam studet denigrare per suspecta mulierum confortia, & alia mendacia, que

que in appellationibus contra superiores bonos solent poni. Per Achitophel autem qui dedit Absalom hoc consilium, significatur aduocatus qui causam promouet taliter appellantis, & sicut Achitophel suspendit seipsum, sic talis aduocatus sibi procurat inferni patibulum.

† Et

C A P. XVII.

Ixit igitur Achitophel.

* Chryfostomus. Proposito de bello consilio, cū alii alia dicerent, an statim inuadere, an parum differre oporteret, Achitophel qui consilio plu-

rimum ualebat, & in dicenda sententia prudēs erat, dixit. Afflictum nunc & perturbatum patrem tuum inuadamus. Nam si ei respirandi nullum tempus dederimus, ita eum de medio tollemus. Imparatum aggrediamur, et res citra laborē a nobis transigetur.

b Cumque fugerit omnis populus, &c.

* Hier. Sicut reuerti solent q̄ amisso in p̄lio rege reuertuntur: sic vniuersus populus Israel reuertetur ad te.

c Vocate, & Chusai Arach. & ceter.

* Chryf. Tyrannus facit Chusai consilii participem, quod non erat humanæ rōni consentaneum, vt eum qui recenter venerat tāto honore afficeret, & fide dignū existimaret. Sed q̄ Deus est ductor, et q̄ sunt difficilia, euadūt facilia. Quid vero Chusai? Nunquam errauit Achitophel, nosti uiri prudentiam. Nō reprehendit statim eius sententiam, sed cum laude. Eum enim



C A P. XVII.

Ixit igitur Achitophel ad Absalom. Eligam mihi duodecim milia virorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte, & irruens super eum (quippe qui lassus est, & solutis manibus) † percutiam eum.

Cumque fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem † desolatūm, & reducam vniuersum

populum, * quomodo † vnus homo reuerti solet. Vniūm enim virum tu quæris, & omnis populus erit in pace. Placuitque sermo eius Absalom, & cunctis maioribus natu Israel. Ait autem Absalom. Vocate, & Chusai Arachiten, & audiamus quid etiam ipse dicat. Cumque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum. Huiuscemodi sermonem locutus est Achitophel: facere debemus, an non? Quod das consilium? Et dixit Chusai ad Absalom. Non est bonum consilium quod dedit Achitophel hac vice. Et rursus intulit Chusai. Tu nosti patrem tuum, & viros qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat. Sed & pater tuus vir bellator est, nec † morabitur cum populo. Forsitan nunc latitat in foveis, aut in vno quo voluerit loco. Et cūm ceciderit vnus qui-

libet in principio, audiet quicumque audierit, & dicet: Facta est plaga in populo, qui sequebatur Absalom: Et fortissimus quisque cuius

enim admiratus quod opportunum antea consilium dedisset, ita præsentem vituperat sententiam. Miror quod nunc errauerit, non enim mihi videtur esse utile consilium Tu nosti patrem tuum, & c. Hæc autem dicebat, uolens Dauidi dare tempus, vt se parum recrearet, ac respiraret, & cogeret exercitū.

d Et fortissim.

In Hebræo, Hiero.

Fortissimus ipse

cuius est cor quasi

leo. ps. sol. sub-

audis nō fortis-

simus iste

Dauid intelli-

gitur. Vnde.

Scit enim.

Isid. Secundū

allegoriā con-

siderari oportet

quod Absalom

parrici da patrem in-

sequitur. Pri-

mo pater fugit

de uictoria securus, &

interitum parrici

deplorabat, quem

peritū sciebat.

Scribitur

.n. fugisse Dauid

a facie filii. Et de

populo Hierusalem

dicit dominus: Filios

enutriu, et exal-

tavi, ipsi autem

spreuerunt me.

Filius autem

eius, populus

Iudaicus, qui tradidit eum. Absalom autem patris pax interpretatur. Quod in historia mirum videtur, quomodo scilicet pax patris intelligatur, vel dicatur qui patrem persequitur. Sed Absalom Hierusalem significat, quæ visio pacis dicitur, a cuius facie fugit Christus quando eam deseruit, & ad gentes transijt.

Abalom

NICOLAUS DE LYRA
C A P. XVII.

Dixit igitur. Hic consequenter ostenditur qualiter Absalom de morte patris sui tractauit. Et primo circa hoc consilium tractatur. Secundo huiusmodi tractatus ipsi Dauid renunciatur, ibi. Et ait Chusai. Circa primum præmittitur consilium Achitophel. Secundo ipsius Chusai, ibi. Ait autem Absalom. Circa primum dicitur.

1 Dixit igitur. uolens absorbere Dauid ex causa prædicta.
2 Eligam mihi. Tot enim videbantur sufficere ad debellandum Dauid, & eius exercitum, qui erant fugitiui, & stupefacti de hoc quod acciderat.

3 Et consurgens per se. Antequam possit aliquod fortalium intrare, & ibidem populum sibi fauentem recolligere.

4 Et irruens super eum. idest ex itinere fatigatum.

5 Et solutis, idest, destitutis uiribus.

6 Percutiam eum. Tanquam facilem ad debellandum.

7 Et reducam vniuersum. Ad obedientiam tibi.

8 Et omnis. idest, eo interfecto omnes obedient tibi pacificè.

9 Placuitque sermo eius. Tanquam valdè accommodus ad finem intentum, licet malum.

10 Ait autem Absalom. Hic consequenter ponitur consilium ipsius Chusai. Et primo dissipat Achitophel consilium. Secundo dat suū ibi. Sed hoc mihi rectum uidetur esse consilium. Circa primum dicit sic.

Non

11 Non est. q. d. licet sit sapiens homo, & consuetus dare bona consilia, tamen defecit ista vice. Hoc autem dixit Chusai. ne videretur contra Achitophel inuidia moueri, & ideo licet de sapientia cum commendauerit generaliter, non tamen in hoc facto, secundum illud. Quandoque bonus dormitat Homerus. Rationem autem huius defectus ostendit ex tribus rationibus. Prima accipitur ex fortitudine Dauid, & voluntate se vindicandi, & similiter aliorum qui cum eo erant quod notatur, cum dicitur.

12 Tu nosti. q. d. peticulosum est inuadere eum, & maxime modo, quia ex amaritudine animi ponet totum pro toto ad se vindicandum. Secunda ratio accipitur ex prudentia bellica, quæ erat in Dauid ex multis experimentis, hoc notatur cum dicitur.

13 Sed & pater. Modus enim est ducum exercitus, qui timent inuadere personaliter, quod de nocte quiescentibus aliis se cum paucis solent absentare, maxime quando timet a suis tradi. quia dicebat Chusai ipsum Dauid de hoc probabiliter timere, vt tradentes cum haberet gratiam Absalom. q. d. Chusai sic faciet pater tuus. Et ideo si percutitur totus eius populus, non habebis intentum, quia non morabitur cum eis in castris, sed alibi, vt poterit ad eum postea populus aggregari. Tertia ratio accipitur ex parte virorum. Absalom, quia communiter in talibus inuasionibus cadunt aliqui de inuadentibus, & ex festuca fit trabs, quia ex modica percussione fit rumor magna occisionis, & sic expauescunt insequentes, & dissolunt, & fugiunt. Et hæc ratio notatur, cum dicitur. Et cum ceciderit vnus quilibet in principio, & cetera.

1 Sed

M O R A L I T E R.

† Et dixit. Per Chusai qui interpretatur silentium, vel arcum, significari potest quilibet homo deuotus qui in abscondito

dito orat Deum, & talis per orationis suæ meritum frequenter dissipat consilium malignorum, quod ordinatum fuerat ad destructionem bonorum.

Tom. 2.

V 3

Ionathan

A *Abfalom.* Alii Abfalom Iudam traditorem accipiunt, quē Christus pertulit tanquam eius cogitationes ignorauerit, & conuuium participauit ei, in quo corporis, & sanguinis figuram discipulis commendauit. In ipsa vero traditione ab ipso osculum accepit, ideo Abfalom pax pacis dicitur, quia pacem pater habuit, quam ille non habuit.

Rabbanus. **b** *Achitophel.* Qui recedēs a Dauid ad Abfalom migravit, haereticos significat qui relinquunt veritatem, & sequuntur errorem. Interpretatur Achitophel, frater meus cadens. Silonites vero transfugati, contra quos dicitur. *In domino confido, quomodo dicitis animam meam, &c.* Et merito tales laqueo diaboli malitia suae vitam finiunt, qui alienam prauis persuasionebus corrumpunt, sicut Achitophel in propria domo suspendio interijt, qui in aliena vitā Dauid insidiatus est. *Qui enim fodit foueam incidit in eam. Et insidiis suis capiuntur iniqui.*

Pfal. 10. **B** *PROCOPE.* Scriptura docuit quemadmodum Deus fecerit cum Chusi. Bonum autem consilium appellat, quod tyrannidi expediebat. Quapropter Dauid dixit in Psalm. *Ecce parturit iniquitatem, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & incidet in foueam quam fecit.*

Prou. 25. d. **Ibid. 11. a.** **Rabbanus.** **c** *Chusai.* Arachites antiquus amicus Dauid, significat credentes de gentibus, qui licet cum Abfalom aliquando fuisse visi sunt, tamen operibus eius non communicantes, nec prauis suggestionibus. Achitophel consentientes, cum Dauid fideliter permanserunt. Interpretatur Chusai, Aethiops, Arachites longitudo mea. vnde: *vertit Aethiops pellem suam.* Et alibi. *Aethiopia praeueniet, vel festinet manus eius dare Deo, quia Gentilis populus postquam se in nigredine peccatorum exiit, nunquā a tergo dñi recessit, Quod autē Abfalom concubi-*

Hier. 13. d. **Pfal. 97.**

cor est quasi leonis, pauore soluetur. Scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes, qui cum eo sunt. Sed hoc mihi rectum videtur esse consilium. Congregetur ad te vniversus Israel a Dan vsque Bersabee, quasi arena maris innumerabilis, & tu eris in medio eorum, & irruemus super eum, in quocunque loco inuentus fuerit, & operiemus eum sicut cadere solet ros super terram, & non relinquemus de viris qui cum eo sunt ne vnū quidem. Quod si urbem aliquam fuerit ingressus, circumdabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in tor-

rentem, vt non reperiatur, nec calculus quidem ex ea. Dixitque Abfalom, & omnes viri Israel. Melius est consilium Chusai Arachite consilio Achitophel. Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus super Abfalom malum, & videretur consilium Chusai bonum coram Abfalom. Et ait Chusai Sadoc & Abiathar Sacerdotibus. Hoc & hoc modo consilium dedit Achitophel Abfalom, & senioribus Israel, & ego tale, & tale dedi consilium. Nunc ergo mittite citò, & nuntiate Dauid, dicentes. Ne moreris hac nocte in campestribus deserti, sed absque dilatione transgredere, ne fortē absorbeatur rex, & omnis populus, qui cum eo est. Jonathan autem & Achimaas

stabant iuxta fontem Rogel. Abiit ancilla, & nuntiauit eis, & illi profecti sunt, vt referrent ad Regem Dauid nuntium. Non enim poterant videri introire ciuitatem. Vidit autem eos quidam puer,

concupinas Dauid ad custodiendam domum dimissas stuprando corrupit, significat quod apostata Angelus quosdā qui videntur regere, & custodire populum Dei, haeretica prauitate seducit. Ad quas tamen Dauid ultra non ingreditur, sed in custodia politici alimenta praebet, quae in viduitate viuentes clausae sunt vsque ad diem mortis suae: quia cum haeretici a via veritatis aberrantes redire se simulant, non sunt digni cohabitatione Christi, sed clausi, & separati a confortio eius debent alienari. Ille tamen, qui *solem facit oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos,* non reuinit talibus pactum in hoc mundo praebere, vt conuertantur beneficiorum occasione.

d Jonathan autem.

*** AMBROSIVS.** In mendacijs officiosis nō solum iniusti, sed & iusti saepe delabuntur. Et propter hoc Psal. mihi dixisse videtur, *Omnis homo mendax.* Nonne melius fuit obstetricibus Aegyptiorum pro mendacio pueros Hebraeorum referuare, quam vera dicendo, tot homicidia perpetrare? Raab pro mendacio quo exploratores Ioſue a persecutoribus liberauerat, cum tota cognatione a mortis periculo liberata, a Beato Paulo Apostolo pro hoc facto laudatur. Exploratores missi a Dauide fugientes, ingressi sunt domum cuiusdam viri, absconditi in puteo, posito desuper operimento. Persecutoribus requirentibus mulier respondit. Transierunt statim gustata paululum aqua. Verum dicendo potuisset perdere, quos mentiendo seruauit. Taliū itaque mendaciorum macula, a charitate ex qua

procedunt, delentur: quia *charitas operit multitudinē peccatorum.*

RABA. Quod autem Jonathan qui interpretatur columbē donum, & Achimaas frater eius ad explorandum factum

NICOLAUS DE LYRA.

1 Sed hoc mihi rectum videtur. Hic consequenter Chusai dat suum consilium, dicens.

2 Congregetur ad te vniversus Israel a Dan vsque Bersabee, & caetera. id est, in tanta multitudine, quod nullus possit tibi resistere.

3 Et tu eris in medio eorum, sicut rex potentissimus, & gloriosissimus, & sic attribuetur tibi victoria de Dauid, & non Achitophel, vel cuiusque alteri ad hoc misso.

4 Et operiemus. id est, in tanta multitudine quod non poterit se protegere.

5 Quod si urbem aliquam fuerit ingressus, & caetera. te fugiendo.

6 Circundabit omnis Israel ciuitati illi. Loquitur Metaphoricē, & est sensus, ita destruemus totam illam ciuitatem quod non erit aliqua resistentia. Vnde in Hebræo habetur. Circundabit omnis Israel ciuitati illi societates, scilicet armatorum ad totum populum destruendum.

7 Dixitque Abfalom. itaque dissipatum fuit consilium Achitophel. Cuius causa subditur.

8 Domini autem. quia Dominus humiliationem Dauid, & eius patientiam respexerat oculari misericordia, & Abfalom reddere vole-

bat pœnam suae malitiae. Totam autem praedictam concionem narrauit Chusai, vt Dauid haberet tempus se recolligendi in aliquo fortalio, & congregandi populum sibi deuotum, & ordinandi eum ad pugnam contra Abfalom.

9 Et ait Chusai Sadoc, &c. Hic consequenter tractatus consilij praedicti renuntiatur ipsi Dauid. Et primo describitur huius consilij renuntiatio. Secundo ipsius Achitophel digna punitio, ibi. Porro Achitophel. Tertio pugna contra Dauid praeparatio, ibi. Dauid autem. Sententia primae partis patet usque ibi.

10 Et nuntiate Dauid. Hoc autem dixit Chusai, timens ne in eius absentia Achitophel suaderet Abfalom executionem sui consilij. Vnde ubi translatio nostra habet.

11 Ne forte. id est, Dauid. In Hebræo habetur. Ne consulatur regi. scilicet Abfalom, quod faciat consilium. Achitophel, & sic inueniretur Dauid, & eius exercitus lassus, & fatigatus, & sic de facili posset capi rationibus praedictis in consilio Achitophel.

12 Jonathan. Expectantes extra ciuitatem rumores de domo Abfalom.

13 Abiit an. Ad hoc enim fuit missa, vt magis lateret negotium, quia ibat quasi ad lauandum pannos ibidem.

14 Non enim poterant videri introire ciuitatem. Vidit autem eos quidam. Iam n. sciebat Abfalom quod erant coniuncti ipsi Dauid, & ideo iussisset interfici.

* Qui

et cum Absalom, & David renunciandum decreti fugientes Absalom declinauerunt in domum cuiusdam Bahurim qui habebat puteum in vestibulo, & descenderunt in eum, &c. non sine mysterio credendum est. Significant enim hi duo eos, qui per gratiam spiritus sancti sunt renati, & in numero fratrum sunt as-

cripti, qui credentes ad Absalom fugiunt, cum malignos spiritus euadere quærunt. Hi stant iuxta fontem Rogel, qui interpretatur tristis, uel deorsum, cum luctum, & despectum in mundo appetunt propter celestis regni desiderium. Declinat in domum viri in Bahurim, qui locus interpretatur, electus, vel viuens, cum adolescentiæ tēpora in memoriam reducunt. Descendunt in puteum qui erat in vestibulo cum penitentia se humiliter subiiciunt, quæ cunctis necessaria est ante finem presentis vitæ. Expandit mulier velamen super os putei, cum ecclesia precū assiduitate delicta iuuetur, & ignorantia filiorum abscondit, quali siccais prifanas, cum carnis lasciuam per continentia rigorem stringit, & sic rei later transgressio, i. humanæ uitæ, quia per assiduitatem precū in compun-

& indicauit Absalom. Illi vero concito gradu ingressi sunt domum cuiusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & descenderunt in eum. Tulit autem mulier, & expandit velamen super os putei quasi siccais prifanas, & sic latuit res. Cumque venissent serui Absalom in domum ad mulierem, dixerunt Vbi est Achimaas, & Ionathan? Et respondit eis mulier. Transiuerunt festinanter gustata paululum aquæ. At hi qui quærebant, cum non reperissent, reuersi sunt in Hierusalem. Cumque abissent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nuntiauerunt regi Dauid, atque dixerunt. Surgite, & transite citò fluuium, quoniam huiuscemodi dedit consilium contra vos Achitophel. Surrexit ergo Dauid, & omnis populus qui cum eo erat, & transierunt Iordanem donec dilucesceret, antequam denudaretur verbum, & ne vnusquidem residuus fuit: qui non transisset fluuium, porrò Achitophel videns quod non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suum, surrexitque & abiit in domum suam, & in ciuitatem suam. Et disposita domo sua suspendio interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid autem venit in castra, & Absalom transiuit Iordanem, ipse & omnes viri Israël cum eo. Amasam vero constituit Absalom pro Ioab super exercitum. Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Ietra de Iezraeli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas sororem Saruiæ, quæ fuit mater Ioab. Et castrametatus est Israel cum Absalom in terra Galaad. Cumque venisset Dauid in

compunctiōne lachrymarum, & per castigationem corporis omnia delicta absconduntur, & homines a persecutiōne hostis protecti liberabuntur.

a Dauid autem venit in castra, & cætera.
* Iosephus Dauid transiens Iordanem, venit in castra optima, & munitissimam ciuitatem, suscepitque cum libentissimè primores pronincia, & fugam illius referentes, & honorem ei pristinae felicitatis exhibentes.

D
L.7. Antiqu. cap.9.
E
In psal. 3 inuenissent
F
†Mithanaim

chirurgi manum coram omnib. passus est, propter Deum qui dixerat. Tu fecisti absconditè, ego autem faciam in aperto. Cū ergo didicerimus, & domestica, & intestina, & seruilia bella & morbos etiam corporis saepe fieri propter peccatum, peccatum fontem malorum reprimamus.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Qui habebat. Id est, in curia sua, seu atrio.
- 2 Quasi sic. Id est, hordeum decoricatum.
- 3 Transierunt se. In Hebræo habetur, Transierunt riuum aquarum: quod exponunt Hebræi de Iordane qui dicitur riuus aquarum, eò quod riuus fontium illius terræ descendunt in eo, sicut in flumino principali. Est igitur sensus, Transierunt flumina aquarum. id est, iam sunt ita elongati, quòd transierunt Iordanem, propter quod nuncij Absalom desperati reuersi sunt in Hierusalem. Cætera patient.
- 4 Porrò. Hic consequenter ponitur ipsius Achitophel digna punitio, quia propter nimiam iniquitatem suam permissus est a Deo interficere seipsum. Et hoc est quod dicitur:
- 5 Videns. De hoc fuit valde indignatus, eò quòd consilium Chusai approbatum fuerat, & suum reprobaturum.
- 6 Et disposita domo sua. Quia filijs suis diuisit bona sua.
- 7 Suspendio. Per seipsum, quod fecit non solum propter indignationem prædictam, sed etiam quia stultitiam Absalom, & populi qui

- qui erat cum eo percipiebat, & ex hoc si miter timebat, quod Dauid præualeret, & in regnum rediret, propter quod timebat ab eo occidi morte turpi, & dolorosa, ideo voluit magis præuenire mortem suam per aliam viam.
- 8 Dauid autem. Hic consequenter describitur belli præparatio, quia Dauid transito Iordane venit ad quendam locum fortiter munitum, propter quod vocabatur Manaim, id est, castra: quia Iacob ibi obuiauit Angelus, vt habetur Genes. 33. Et ibi Dauid populum ad se venientem recollegit, & ipsum ordinauit ad resistendum Absalom, vt plenius habetur infra.
- 9 Et Absalom. Vt caperet Dauid, confidens de multitudine populi cum eo existentis.
- 10 Amasam verò constituit. Ex quo patet, quòd proponebat Ioab occidere cum Dauid, quod patet ex hoc quod sequitur de patre eius.
- 11 Qui ingres. Id est, Isai patris Dauid, qui vocatus est Iesse Isai, & Naas.
- 12 Cumque. Hic reuertitur scriptura ad ostendendum qualiter Dauid fuit ibi receptus, cum dicitur:

Sobi

Pater Dauid trinomi fuit.

MORALITER.

† Ionathan. Per Ionathan autem, & eius socium qui denunciauerunt Dauid, Achitophel, & Chusai consilium ad præmonitionem ipsius Dauid, & virorum suorum, significantur consolationes Spiritus sancti datæ diuinitus afflictis iniuste per orationes hominum deuotorum. Et interpre-

terpretatio nominis ad hoc congruit, quia Ionathas columbæ donum interpretatur: per quam Spiritus sanctus significatur.
12 Cumque venisset. Per istos qui Dauid, & viris eius fame, & labore afflictis ministrauerunt charitatiuè necessaria, significantur illi, qui afflictis iniuste, consolationes, consilia, & auxilia subministrant.

A

^a Filius. f. Naas regis cum quo pugnavit Saul. Naas quoque fecit misericordiam cum David, quando fugiebat a facie Saulis. Interempto vero a David Anon qui servos eius deivi pauerat, constitutus est ab eodem David in loco fratris ille Sobi.

castra, Sobi filius Naas de Rabath filiorum Ammon, & Machir filius Ammihel de Lodabar, & Berzelli Galaadites de Rogelim, obtulerunt eis stratoria, & tapetia, & vasa fictilia, frumentum, & hordeum, & farinam, & polen-

† lectum, & crateres, uel pelues.

^a Lectorum.

^a Puram farinam.

^a Genus leguminis.

^b Decoctum, vel nouum.

tam, & fabam, & lentem, & † fruxum oleo ci-

^a Christus postquam ludæos reliquit, spiritualibus honoratur muneribus apud gentes.

cer, & mel, & butyrum, oues, & † pingues vitulos: dederuntque David & populo qui cum eo erat, ad vescendum. Suspicati enim sunt populum fame, & siti fatigari in deserto.

NICOLAUS DE LYRA.

^B ¹ Sobi filius Naas, & cætera. Iste Naas fuit Rex Ammon, qui fecit David misericordiam, ut dictum est supra 10. cap. Cuius filius Anon detrapauit nuntios David, propter quod fuit ab eo interfectus, & Sobi frater eius pro eo rex constitutus, quia illud vituperium non fuit

fuit factum per ipsum, & quia tunc David misericorditer egit cum eo, ideo vice versa ipse David fugienti præbuit auxilium contra Absalom, & necessaria prout potuit, ministravit. Et similiter Ammihel, & Berzellai.

² Stratoria, & tapetia, id est, necessaria pro lectis. Cætera patent.

ADDITIO I.

In cap. 17. vbi dicitur in postill. Circundabit omnis Israel civitati illi funes, & c. loquitur metaphorice.

^C Imo in Hebræo habetur proprie funes sicut in translatione nostra, & est intelligendum metaphorice, quasi dicat, sic attrahemus illam civitatem usque ad torrentem, ac si esset aliqua

aliqua res mobilis quæ per funes posset attrahi, & cæter.

ADDITIO II.

In eodem cap. 17. vbi dicitur in postill. Ne consulatur regi. s. Absalom, & c.

Imo in Heb. habetur. Ne absorbeat regi. expresse, & c.

CAP. XVIII.

L. 7. Antiqu. cap. 10.

^I ² **I**gitur considerato. IOSEPHVS. Cumque numerasset David eos qui secum erant & inuenisset usque ad quatuor milia armorum, noluit expectare quando super cum Absalom veniret, & c. Cumque vellet ad bellum simul exire,



nu Ethai, qui erat de Geth. Dixitque Rex ad populum:

CAP. XVIII.

^I ² ³ ⁴ **I**gitur † considerato David populo suo, constituit super eos tribunos, & centuriones, & dedit populi tertiam partem sub manu Ioab, & tertiam sub manu Abisai filii Saruix fratris Ioab, & tertiam sub ma-

^a Iste filius illius Achis putatur cum quo David amicitiam habuit

re, amici non per miserunt, dicentes. Si cum eo de uincerentur, omnem spem amitterent, si vero vna parte victa, ad eum reliqui remearent, posset denuo prælium reparari, quando etiam hostes arbitrentur alium exercitum manere cum rege.

Theod.

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. XVIII.

^I ² ³ ⁴ **I**gitur considerato. Hic consequenter ostenditur qualiter Absalom Dei iudicio in bello interyt. Et primo ex parte David describitur ordinatio populi. Secundo congressio belli, ibi: Itaque ingressus. Tercio denunciatio facti, ibi: Achimaas autem. Quarto

to lamentatio filii, ibi: Contristatus itaque. Circa primum sciendum, quod secundum Vegetium libro de re militari, Pauci bene ordinati, & constantes sunt dispositi ad victoriam: multitudo vero inordinata non est nisi victima parata ad eadem. propter hoc David expertus in rebus bellicis populum suum qui parvus erat comparatiue diligenter ordinavit. Et hoc est quod dicitur:

² Constituit su. Quorum quilibet præerat mille bellatoribus.

³ Et Centuriones, & c. Præsidentes centum.

⁴ Et dedit populi. Quia de toto populo fecit tres acies.

Egrediar

MORALITER.

^I Igitur considerato David populo, & c. Moraliter per David, qui manu fortis interpretatur, significatur homo virtuosus, qui contra vitia fortiter præliatur, de quo prælio dicit Seneca, Habeto pacem cum hominibus, & cum vitij bellum. Igitur virtuosus disponit exercitum suum, scilicet congeriem actuum bonorum in tres partes, sicut David suum exercitum disposuit. Prima pars est interiorum meditationum respectu Dei. Secunda pars consistit in actibus charitatis respectu proximi per elemosynas corporales, & spirituales. Corporales continentur in hoc versu.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Qui sic intelligitur. Visito infirmum, poto sitientem, cibo famelicum, redimo captivum, tego nudum, colligo hospitem, condo, id est, sepelio mortuum. Istæ sunt septem elemosynæ corporales. Spirituales autem elemosynæ

synæ continentur in hoc versu.

Consule, castiga, remitte, solare, ser, ora.

Qui sic intelligitur. Consule, sub quo verbo intelligitur consilium, & doctrina: ideo sic accipitur, consule dubitanti, & doce ignorantem: & sunt duæ elemosynæ spirituales, castiga delinquentes, remitte offensam, solare, id est, consolare tristem. ser, id est, supporta infirmum, scilicet in moribus. ora, pro omnibus, & sic sunt septem elemosynæ spirituales. Tercia pars exercitus virtuosus est gestuum, & verborum modestia respectu sui. Per istas tres partes, seu acies debellantur exercitus vitiorum. Princeps autem exercitus istius est superbia, sicut dicitur Eccles. 10. b. Initium omnis peccati superbia. Superbus autem excellenter dici potest superbia in abstracto, sicut excellenter liberalis dicitur liberalitas: & talis superbus per Absalom figuratur, qui nimia superbia contra patrem rebellavit, & contra ipsum tanquam princeps mouit exercitum.

Mulus

A * Theod. Regem volentem esse belli sociū, prohibuit dux exercitus, & veritus ne ei aliquid accideret. (Erat. n. verissimi le aduersus eum solum processuros maleuolos,) & anxius ne si vicisset, miseretur tyranni.

* Procop. Tu solus infinitis partibus nobis omnibus, excellis, Hoc etiā Symmachus ostendit dicēs. Et tu vt decem milia nostrum.

* R. David. Quasi decem milia virorum nobiscum essent, rā bonum iudicamus, si tu propter nos manseris in ciuitate, & hinc nobis auxiliaris.

a *Seruate mihi puerum Absa. &c.*

* Chrysof. Bellum instruebatur, bellis omnibus quæ vnquā contigerunt peregrinijs, significationi quam veritati similis. Eum enim qui causa fuerat malorum omnium, & quo mor tuo aduersa omnia finiebatur, hunc ducibus suis tota cura Dauid commendabat, ista illis iugiter replicans: Parcite filio meo Absalom. Quid ea miseratione miserabilius? Suscipere bellum cogebatur, in quo & vincere & vincique illi molestum erat.

* Ambros. Christo lucebat propheta, cum de eo qui patris salutem parricidalibus praelijs appetebat, pius pater diceret ad praelium profecturis: Parcite filio meo Absalom. Tacebat impietatis scelus, pietatis autē gaudū & nomē necessitudinis præferebat, vt pugnaturi nō aduersarium regis, sed filium cogitantes, dolorem læsæ pietatis inhiberent.

* Idem. Augebat incrementa pietatis, qui & insidiatori pepercit, & parricidæ salutem rogauit.

* Idem. Securus erat uictoriæ, qui rogabat ut parceret, nec pietatis alicuius, qui perire deberet, etiam impium filium non putabat.

* Chrysof. Disponitur propere bellum, acies dirigitur, pugna parat, cognatæ classes in semet ardescunt. Inde parricida exercitum p̄ patrem inflammat, huic David, ut par cāt filio, abeuntes duces exorat. Inde dementia cōtra genitorē exurgit: hinc clemētia, ut parricidæ parcat, expōcit. Inde furor, hinc pietas operatur. Parricida nō lēsus insanit: David lēdit & mitescit. Parricida nec rōne frangit, nec imminenti interitu deterret. Obduratur in penam, in suppliciū cogitur, nec salutē in aliquo iā meretur, qui patrem salute spoliare nititur. Respice scelestissime, respice parricida, in te cuncta conuerti, respice contra te ab ipsa natura repugnari, &c.

* Idem. Vbi iam solatiū patres, vbi præsidium inuenient, si filios senserint parricidas: Aut qñ externa tuta sunt, si domestica obsistunt? Innocentem perimere, ne fas est: patrē occidere,

dere, scelus: prophetam iugulare, facinus inauditum. Cessa iā D ab isto scelere, cessa, cessa inquam, ne te boni oēs semper exhorreant, ne audaces ex te, quod non nouerant discant, &c.

* Idem. Vos, vos inquam, exercitus infelices admonco, vos affectu pietatis exhorror. Cur in alienum facinus ruitis? Cur

furentis insaniam adiuuatis? Si f 1

deseritis, cessabit: qui ut aude- 1 ret, uester numerus prouocauit. Solus pereat, qui nature iura debeat. Solus cōcidat, qui pietatem patris impugnat.

b *Casus est populus Israel, &c.*

* Chrysof. Commissio bello, prosternuntur hostes, aduersarij cadūt, inimici vincuntur, nudatur hostis, deserit parricida: iam suam in suis conspiciat penam: iam supplicium debitum sibi, suorum interitu recognoscit timet, iam formidat, iam proprium meditatur interitum. Denique animal

petit, mulum conscendit, dat

se in fugam præcipitem. Pa-

ratam propere festinat ad arborem, cui est traditus, & icu

violento immisus, animali

subducto & subter in campos

elapso, inseritur ramis, obligatur lignis. O nefandum meritum parricidæ. Injuriam patris vindicant ligna, arbor vl-

ciscitur, rami defendunt.

* Idem. Absalonis scelus nō

ei ad finem vsque processit: & merito, ne parricidæ hoc fa-

cinus tenerent pro lege parricidij. Cum enim tanquam

lictor deseruisset, interfectus est, vt qui esset damnatus. In alto

ligno suspensus est qui aduer-

sus patrem erigebatur: ab arbore detinebatur, qui cum radice

pugnabat: vincus erat a ramo, ramus a paterna affectione alienus: capite tenebatur, qui genitoris caput auferre cō-

tendebat: tanquam fructus pendebat ab arbore, qui naturæ

agricolam volebat abscindere: & in corde iaculis confossus

est, ubi cadem parabat. Spectaculum admirabile. Ex pilorū

coma, a coma arboris tenebatur: & coma tenebat coma tyrannum, illic eum contundens, vbi diadema paternum gestare contendebat. Videbatur Absalom suspensus in medio cæli & terræ. Cælum eum non admittebat, e quo pri-

mus insurrector diabolus eiectus est. Terra eum aduersabatur, non ferens pollui passibus parricidæ. Si Dathan deuorauit, qui cōtra Mosē erat locutus, quomodo tulisset pedes currentis aduersus genitorem? Pulchrum ei Epitaphium David cecinit. *Vidi impium super exaltatum & elatum tanquā cedros libani, & transiui, & ecce non erat.*

c *Accidit autem vt occurreret Absalom seruis David sedens mulo.* Rabbanus. Absalom mulo fugiens in quercu per cæsariæ capitis suspensus est, quia Iudæi stultitiæ carnalis sensus

incun-

† Egrediar & ego vobiscum. Et respondit populus: Non exhibis. Siue enim fugerimus, non † magnopere ad eos de nobis pertinebit, siue media pars ceciderit è nobis

non satis curabunt, † quia tu vnus pro decem milibus cōputaris. Melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio. Ad quos rex ait. Quod vobis videretur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam. Egrediebaturque populus per turmas suas cēteni & milleni. Et præcepit rex Ioab & Abisai & Ethai, dicēs: † Ser-

uate mihi puerum Absalom. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom. Itaque egressus est populus in campum contra Israel. Et factum est prælium in saltu Ephraim. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu David, factaque est plaga magna in die illa viginti milium. Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ, & multo plures erāt

quos saltus consumpserat de populo, quam

hi quos vorauerat gladius in die illa. Accidit autem vt occurreret Absalom seruis David

a *† Non ætate, sed paruitate sensus.*

b *† Bestiæ, scilicet, quæ in saltu erant, vel ipse saltus asperitate.*

c

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Egrediar, quia volebat esse de primis ad laborem & pericula.
- 2 Non exhibis. Cuius ratio subditur: Siue enim fugerimus, &c. quasi dicat, parum curant de nobis, quia te solum querunt.
- 3 Melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio. vt si debellati fuerimus possimus ibi habere refugium, vt possit ibi iterum exercitus congregari.
- 4 Stetit ergo rex iuxta portam. vt videret qualiter exirent ordinate, & eos animaret ad fortiter praeliandum.
- 5 Seruate mihi, scilicet viuum si ei praeualebitis: hoc dicebat David ne moreretur in peccato mortali persequendo patrē proprium, & sic æternaliter damnaretur.
- 6 Et omnis, hoc faciebat rex vt nullus eum interficeret.
- 7 Itaque. Hic consequenter describitur congressus belli, & notatur locus,

locus, cum dicitur.

8 In saltu. Id est, prope saltum illum, quia pugnabat in campo plano, non in nemore. Sed querit hic quomodo vocabatur saltus Ephraim, cū non esset in sorte Ephraim, sed vltra Iordanem, vt patet ex p̄dictis. Dicendum quod erat ex opposito sortis Ephraim, ita quod Iordanis fluius tamen erat intermedius: & ex hoc sortitus est istud nomen.

9 Et multo. Quia ibi erant foueæ magnæ, vt patet ex hoc quod infra dicitur, quod Absalom fuit proiectus in foueam magnā, & in foueis illis fugientes de exercitu Absalom, ceciderunt & mortui sunt. Dicunt etiā Hebræi, quod in illo saltu erant ferae terribiles quæ multos de illo exercitu fugientes & intrantes saltum, occiderunt.

10 Accidit autē vt occurreret Absalom seruis David sedens mulo. Cumque ingressus fuisset mulus subter condensam. Quia fugientes de praelio vagantur incerti, & frequenter incidunt in illos quos fugere intendant.

Adhæsic

A incumbentes propter superstitionē Pharisaorum legē cor-
rumpentes, per ipsam quam ad correctionē vitę perceperat
Ioan. 5. 8. mortis occasione habuerunt. Vñ: *Et qui accusat vos Moses, in
quo speratis.* Ioab verò in cor Absalō tres lanceas figit, cū dia-
bolus auaritiā, superbiam, & inuidiam vel perfidiā in cor Iu-

daici populi mittit, q̄ illis ma-
xime sunt causa perditionis. Ex
superbia enim in contemptum
Dei idola fabricauerunt. Ex cu-
piditate res trāitorias virtutib.
præposuerunt. Ex perfidia &
inuidia non solum dicta legis &
prophetarum, sed etiam ipsius
Saluatoris præsentiam spreue-
runt. vnde: *Non habemus regē nisi*

Ioan. 19. c. *Cæsarem, &: Si hunc dimittis non es
amicus Cæsaris.* Absalō post mor-
tem in foueam grandem mitti
tur, & quisque iniquus post obi-
tum carnis in lacum inferni, su-
per quem acruus lapidum cō-
geritur, dum duritia mētis ex-
probratur. Dauid extinctū Ab-
salom plorauit, & ppter inter-
itum Iudaici populi Christus vi-
dens ciuitatem fleuit, cuius mi-
seriæ cōpatiēs in eruditionem

B & curam salutis eius vsque ad
Lncz 19. b. mortē crucis permāsit. Scribæ
& Pharisæi, principes Iudaorū
in ligno crucis in quo dominū
suspendunt, occulto iudicio
damnati sunt: & qui carnali seu
su velut irrationabili mulo præ-
sistere videbantur, in disper-
sionem gentium pertransiunt, ip-
si principatum pariter, & popu-
lum amiserunt.

† non sic expe-
ctabo. i. nō est
bonum v. mo-
ter coram te,
& expectē, vt
eas ad occidē-
dum eum.

† Ioan. 7. d.
In psal. 7.

† monumentū
illatū & inf.

† vocarum est
illud locus.

C *Vidi Absalom pendentem, &c.*
† Chrysostrōmus. Absal-
om nō statim de medio subla-
tus est, sed tanquam in iudicio,
prius suspēsus est, & ligno af-
fixus, & Deo ferente senten-
tiam longo tpe pependit, a cō-
sciētia deinceps flagellatus. Et
vt sciat quod factū est, nō fuisse
humanæ industrię, sed diuini
iudicij, capilli ad lignū eum alli-
garunt, & brutum animal eum
tradidit, & pro fune quidem co-
ma, pro ligno autem arbor ex-
stitit: pro milite autem adduxit
eum mulus. Cōsidera quod est
admirabile. Nemo suorum ad
eum accedere ausus est, cū tan-
tum fuisset spatium. Hoc autē
Deus prouiderat, vt neque de-
traheretur, nec vincētus ad patrem afferretur: qm̄ paterna vi-
scera ei parcere velle indicauerant. Et quod est admirabilius,
qui patrem ei reconciliauit, is ipsum interfecit.

sedens mulo. Cumq; ingressus fuisset mulus
subter condensam quercum & magnam, ad-
hæsit caput eius quercui. † Et illo suspenso in-
ter cælum & terram, mulus cui infederat per-
transiuit. Vidit autem hoc quispiam, & nun-
tiauit Ioab, dicens. Vidi Absalō † pendentem
de quercu. Et ait Ioab viro qui nuntiauerat
ei: Si vidisti, quare non confodisti eum cum
terra, & ego dedissem tibi decem argenti si-
clos, & vnum baltheum? Qui dixit ad Ioab:
Si appenderes in manibus meis mille argen-
teos, nequaquam mitterem manum meam
in filium regis. Audientibus enim nobis præ-
cepit rex tibi & Abisai & Ethæi, dicens: Cu-
stodite mihi puerum Absalom. Sed & si fe-
cissim contra animam meam † audacter, ne-
quaquam hoc regem latere potuisset. & tu sta-
res ex aduerso. Et ait Ioab: † Non sicut tu vis,
sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo Ioab
tres lanceas in manu sua, & infixit eas in cor-
de Absalom. Cumq; adhuc † palpitarer herēs
in quercu, cucurrerunt decem iuvenes armi-
geri Ioab & percutientes interfecerunt eum.

† Cecinit autem Ioab buccina, & retinuit po-
pulum ne persequereur fugientem Israel, vo-
lens parcere multitudini. Et tulerūt Absalom
& protecerunt eum in saltu in foueam gran-
dem, & comportauerunt super eum acruum
lapidū magnum nimis. Omnis autē Israel fu-
git in tabernacula sua. Porro Absalō crexerat
sibi cū adhuc viueret † titulum qui est in valle
regis. Dixerat enim. Nō habeo filium, & hoc
erit monumentum nominis mei. Vocauit-
que titulum nomine suo, & appellatur ma-
nus Absalom, vsque ad hanc diem. Achimaas
autem filius Sadoc, ait. Curram & nun-

quia etiam filiis eius morientibus, nomen eius in statua re-
maneret.
d Non habeo filium, &c. † Theod. Quomodo superius dicitur
habuif-

Tulit

NICOLAUS DE LYRA.

1 Adhæsit caput. Quia videns suos deuictos ad fugiendū expeditus
deposuerat galeam, & sic per capillos suos qui multi erant, vt dictū est,
supra 14. cap. retentus est frondibus quercus. Cetera patent vsque ibi.

2 Non sicut tu vis. Absalom seruabatur viuus.

3 Sed aggrediar coram te. interficiendo.

4 Et tulerunt Absalom. Ex quo patet quod dictum eo, quod in illo
saltu erant foueæ magna.

5 Et comportauerunt super eum acruum. Hoc fecerunt secū-
dū legem Deut. 21. vbi præcipitur filius contumax a populo lapidari.
Iste autem non solum erat contumax, sed etiam manifestè persequēbat
patrem, & ideo non solum erat dignus a gladio periri, sed etiam a popu-
lo lapidari.

Porro

MORALITER.

† Mulus cui infederat pertr. Iste mulus sup quē fedet supbus
est gloria mundana, q̄ cito trāsit 1. Ioan. 2. c. *Mundus transiit &*
con-

b Tulit ergo Ioab tres lanceas, &c. † Theod. Dux exercitus si-
nens p̄m misereri, in cor execrandissimū tria confixit tela. Quis
† Chrysostr. In cor excordis tres sagittas infixit, illic eum fe-
riens, vbi erat receptaculum iniquitatis.

† Clemens. Rom. Attendamus ò dilecti, quæ sit seditiofo-
rū gloria, & qui euentus. Nam
si reges inuadens supplicio dig-
gnus iudicatur, quamuis filius,
vel amicus sit, quāto magis qui
sacerdotib. insultat? Qui aduer-
sus regnū temere insurgit, ne-
mo impune perit. Nam nec Ab-
salō, nec Beddā (ipse est Seba)
impuniti manserunt, nec Core
& Dathan.

† R. David Kimhi. Absalom
primum furatus fuerat cor re-
gis, deinde cor Sanhedrim, id-
est, ducentorum Senatorum, q̄
simplici corde iuerat cū eo, ter-
tio totius Israelis: ergo triplici
ictu confossum est cor eius. De-
cem concubinas patris constu-
prauerat, igitur decē armigeri
eum percutiunt.

c Et tulerunt Absalō & proiecerunt
eum, &c. † Theod. Deiecto Ab-
salonis cadauere in prope sitā
vallem profundam, iussit Ioab
toti populo vt lapidibus obrue-
ret, adeo vt supplicium ei esset
sepulchrum.

† Ambros. Parricida Absalō
in valle regis titulum statuit,
& in fossam proiectus est, cum
esset interemptus. Ergo sancti
ascendūt ad dñm, flagitiosi ad
vitia descendunt.

† Hieron. Tradunt Hebraei
quod depositus de quercu pe-
tierit sibi inducias antequā pe-
rimeretur, vt taceret sibi titulū
ob memoriam sui, eo quod nō
haberet filiū talem qui regno
dignus esset. Putabat. n. filios
suos nō solum regno indignos
verum etiā ob peccatum suum
quod in patrē gesserat, presenti
vita indignos. In hoc autem ti-
tulo manū dicitur defixisse, &
figuram manus suę expressisse,
& ob hoc, titulum hoc modo
vocari.

† Iosephus. Absalom consti-
tuerat sibi statuam regiam in
valle, quæ duobus stadijs ab
Hierosolymis aberat, quam ap-
pellauit manum suam, dicens,
quia etiam filiis eius morientibus,
nomen eius in statua re-
maneret.

d Non habeo filium, &c. † Theod. Quomodo superius dicitur
habuif-

habuif-

habuif-

6 Porro Absalom crexerat, &c. Dicit Iosephus quod fecerat sta-
tuam marmoream ad sui memoriam in posterum. Alij dicunt, quod fece-
rat quoddam edificium notabile & altum ad eundem finem.

7 Dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monumentū
nominis mei supra 14. c. dictum est, quod habuit tres filios. Et ideo di-
cendum est, quod erant mortui, vel inepti ad regnandum post ipsum.

8 Et appellatur manus Absalom, usque ad hanc diē. opus eius
memoria dignum. Manus. n. est organum organorum, vt habetur. 3. de
Anima, & ideo per eam signantur opera, & maxime solennia & me-
moriam digna.

9 Achimaas autem filius Sadoc. Hic consequenter describitur
denuntiatio facti, quia Achimaas zelans pro Dauid desiderabat villo-
riam suorum nuntiare, sed Ioab impediēbat, dicens Non eris nun-

Sed

concupiscentia eius. Et superbus per Absalom figuratus reman-
et suspensus in arbore, per quam significatur patibulū ge-
hennæ, & conficitur tribus lanceis, scilicet p̄na ignis, &
p̄na vermīs, & p̄na carentiē visionis.

in

tiabo regi, quia iudicium fecerit ei Deus de manu inimicorum eius. Ad quem Ioab dixit: Non eris nuntius in hac die, sed nuntiabis in alia. ¹ Ho die nolo te nuntiare, filius enim regis est mortuus. Et ait Ioab Chusi: Vade, & nuntia regi que ² vidisti. Adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab: ³ † Quid impedit si etiam ego currā post Chusi? Dixitque ei Ioab: Quid vis currere fili mi? † Veni hic. Non eris boni nuntij baiulus. Qui respondit: † Quid enim si cucurrero? Et ait ei: Curre. ⁴ Currens ergo Achimaas per viam † compendij trāsiuit Chusi. Dauid autem sedebat inter duas portas. Speculator verò qui erat in fastigio portæ super murum, eleuans oculos vidit hominem solum currentem, & exclamans indicauit regi. Dixitque rex: Si solus est, bonus est nuntius in ore eius. Properante autē illo, & accedente propius, vidit speculator hominem alterum currentem, & † vociferās in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currens solus. Dixitque rex: Et iste est bonus nuntius. Speculator autem, cōtemplor, ait, ⁵ cursum prioris quasi cursum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex: Vir bonus est, & nuntium portās bonum venit. Clamans autē Achimaas dixit ad regem: † Salue rex. Et adorans regem coram eo pronus in terrā, ait: Benedictus Dominus Deus

tuus, qui † conclusit homines qui leuauerunt ^D manus suas contra Dominum meum regem. ^{† ut tradidit}
Et ait rex: Est ne pax puero Absalom? Dixitque Achimaas: Vidi tumultum magnum cū mitteret Ioab † seruus tuus, ^{† seruum regum, &} rex, me seruum tuum: ^{† Nuntiatum Domino meo regi, quod iudicauit.}
⁶ Nescio aliud. Ad quem rex, transi, ait; & sta hic. Cumque ille transisset, & staret, apparuit Chusi, & veniens ait, † Bonum apporto nuntium, ^{† Nuntiatum Domino meo regi, quod iudicauit.}
⁷ mine mi rex. Iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te. Dixit autem rex ad Chusi; Est ne pax puero Absalom? Cui respondens Chusi; Fiant, inquit, sicut puer, inimici Domini mei regis, & vniuersi qui cōsurgunt aduersus † eum in malum. [†] Cōtristatus itaque [†] rex, ascendit cœnaculum portæ, & fleuit, & sic loquebatur vadens; [†] Fili mi † Absalom, Absalom fili mi. † Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Absalom fili mi, fili mi Absalom. [†]

NICOLAUS DE LYRA.

¹ *Sed nuntiabis.* Scilicet, de alia victoria futura, quæ magis placebit regi. Sciebat enim Ioab Dauid de morte Absalom turbari, & ideo nolebat istum quem diligebat rumores istos portare, propter quod misit alium, scilicet Chusi. Sciendum tamen quod iste Chusi non erat ille, de quo dictum est cap. præced. quod erat amicus, & consiliarius Dauid, tum quia tantus homo ad hoc non mitteretur, sicut cursor: tum quia non fuerat in bello: sed fuit alius eiusdem nominis, & de humili plebe.

² *Rursus.* Quia omnibus modis volebat currere ad Dauid, propter eius importunitatem permisit hoc Ioab, maxime quia credebatur probabiliter, quod Chusi præuenisset, & mortem Absalom nuntiasset.

³ *Si solus.* Illi enim qui reuertuntur de prælio fugitiui, non veniunt soli, sed turmatim: victores autem remanent, quia sunt intenti ad rapiendum spolia deuictorum, & ideo ex hoc quod erat solus bene coniecit Dauid, quod erat euentus prosperi nuntius, & eodem modo de alio ipsum sequenti.

⁴ *Contemplor.* Iam enim erat ita prope, quod poterat personam currentis discernere. Cætera patent vsque ibi.

⁵ *Vidi tumultum.* Aliqui libri habent *tumulum*, & malè: quia Hebraica veritas, & libri correcti habent *tumultum*. Et accipitur hic *vidi*, pro audiui, sicut Exod. 20. c. *Cunctus autem populus videbat* v. id est, audiebat, quasi diceret, tantus erat

ibi tumultus, quod ego nō potui audire, seu percipere, quid esset factum de Absalom, seu mentiebatur, ne regem offenderet, quia viderat ipsum mortuum, denuntiavit tamen victoriam, quæ erat bonum nuntium.

⁶ *Transi ait, & sta hic.* Donec audiamus, quod dicet cursor alius.

⁷ *Iudicauit enim.* Tuos aduersarios debellando.

⁸ *Fiant, inquit.* Per hoc intellexit rex Absalom esse mortuum, quia per talem modum loquendi mors alicuius nuntiabatur communiter.

⁹ *Contristatus.* Hic vltimo ponitur lamentatio filij, cūm dicitur.

¹⁰ *Ascendit cœnaculum portæ.* Id est, solarium, vt in loco sequestrato ab alijs fleret, & plangeret filium suum, dicens.

¹¹ *Fili mi.* Plangebat enim mortem eius spiritualem, quia mortuus erat in peccato mortali actualiter persequendo patrem, & propter hoc, verbum istud.

¹² *Absalom.* Ponitur hic sex vicibus quater in hoc capitulo, & bis in sequenti, propter sex conditiones pœnæ gehennæ, quia ibi est pœna damni, & pœna sensus, stridor dentium, & fletus, exteriores tenebræ, & duratio sine fine.

Moral. Exponendo, Absalom persequens Dauid, & viros eius, tyrannum significat simplicium oppressorem, cuius caput adhæret quercui mundi sublimia appetendo. Tribus lanceis configitur, triplici concupiscentiæ assentiendo. In foueam projicitur ad inferos descendendo.

CAP.

A D D I T I O.

In cap. 18. vbi dicitur in postilla. Sciendum tamen quod iste Chusi non erat ille, de quo dictum est præcedenti capitulo.

In Hebræo nomina istorum sunt diuersa. Nam ille amicus

cus Dauid vocatur Chusi. Et ex vitio translatorum, seu scriptorum vocatus est vterque Chusi. Chusi autem in Hebræo est æquiuocum. Vno modo significat idem quod Aethiops. Alio modo est nomen proprium, quo istorum modorum accipitur in hoc cap. non bene ex litera comprobatur.

Moraliter.

CAP. XIX.

A *N*untiatum est autem Iobab, & Ioseph. Exercitus autem, & Iobab audientes, quia rex filium ita lugeret, reueriti sunt triumphali schemate ingredi ciuitatem, sed deiectioni, & flentes, & quasi deuicti potius intrauerunt.

B *V*enit vniuersa multitudo, & Hieronym. Vniuersus populus, qui coram rege venisse legitur, ij sunt qui cum Dauid permanserunt. Quod vero ait, *Israel fugit in tabernacula sua*, ij intelligendi, qui cum Absalom perduelliones extiterant.

C *O*mnis quoque populus cert. & Iosephus. Qui de praelio fugerant, reuerentes ad semetipsos, singuli mittebant per ciuitates cunctas, Dauid beneficia commorantes, & liber-

- quia dixerat rex: Hæc dicetis ad populum meum Iuda. Hæc ne cetera quidem exemplum habent.

C A P. X I X.



Nuntiatum est autem Iobab, quod rex fletet, & lugeret filium suum, & versa est victoria in die illa in luctum omni populo suo. Audiuit enim populus in die illa dici: Dolet rex super filio suo. Et declinavit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare solet populus versus, & fugiens de praelio. Porro rex operuit caput suum, & clamabat voce magna Fili mi Absalom, Absalom fili mi. Ingressus ergo Iobab ad regem in domum, dixit: Confudisti hodie vultus omnium seruatorum tuorum, qui saluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. Et ostendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & de seruis tuis. & verè cognoui modò, quia si Absalom viueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. Nunc igitur surge, & procede, & alloquens satisfac seruis tuis. Iuro enim tibi per Dominum, quod si non exieris, ne vnus quidè remansurus sit tecum nocte hac: & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ venerunt super te ab adolescentia tua vsque in præsens. Surrexit ergo rex, & sedit in porta. Et omni populo nuntiatum est, quod rex sederet in porta. Venitq; vniuersa multitudo coram rege, Israel autem fugit in tabernacula sua. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israel, dicens: Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluauit nos de manu Philistinorum, & nunc fugit de terra propter Absalom. Absalom autem quem vniximus super nos, mortuus est in bello. Vsquequo filetis, & non reducit is regem? Et consiliu totius Israel venit ad regem. Rex verò Dauid misit ad Sadoc, & ad Abiathar sacerdotes, dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes: Cur venistis nouissimi ad reducendum regem in domum suam? Sermo omnis Israel peruenerat ad regem, vt reducerent eum in domum eius, quia dixerat rex: Hæc dicetis ad populum Iuda: Fratres mei vos, os meum, & caro mea vos. Quare nouissimi reducit is regem? Et Amasæ dicite:

bertatem quam **D** cis, resistendo multis hostibus, præbuerat edicentes: culpantesque semetipsos, quia eum expulisse viderentur a regno, & alium ordinasset: & quia nunc defuncto principe, qui ab eis fuerat ordinatus, rogare deberent Dauid, vt ab indignatione quiesceret, eisq; faueret, & recepto regno illis suam prouidentiam non negaret. Hæc itaq; Dauid crebro nuntiabatur. *Amasæ dicite, &c.* Theod. Cur pollicitus est Amasæ, eum futurum ducem exercitus, cum Iobab multos labores, & pericula pro eo subiisset? Iobab audaciam perpetuo odio habuit. Tolerabat autem, propter eius ingenium, ac prudentiam, & respectum eum habens, ne quid noui in eum moliretur.

Et

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. X I X.

Nuntiatum. Hic consequenter ostenditur qualiter Dauid in regnum suum rediit, ubi primò describitur ipsius Dauid consolatio, secundo consolati reuocatio, ibi: Omnis quoque populus. tertio reuocati reductio, ibi: Miseruntque ad regem. quarto reducendum concertatio, ibi: Omnis autem populus Iuda. Circa primum dicitur: Nuntiatum est. ab illis qui formidabant redire ad domum regis propter eius luctum. vnde subditur.

2 Et declinavit. Et ideo imminerebat periculum, ne populus indignatus contra Dauid faceret sibi alium regem, quod aduertens Iobab reprehendit eum acriter, dicens.

3 Confudisti. Cum tamen deberes eos honorare, & congaudere de victoria, in qua exposuerunt se periculo pro te.

4 Diligis odientes te. Id est, tu ostendis hoc per signum lugendo Absalom aduersarium tuum.

5 Nunc igitur surge. De luctu.

6 Et procede. Ad recipiendum debellatores tuos honorifice.

7 Et alloquens sat. Promittendo eis honores, & premia pro victoria.

8 Iuro enim tibi per Dominum. Quasi de re certa.

9 Quod si non exieris. Ad satisfaciendum eis modo predicto.

10 Ne vnus. Quia illi qui pugnaverunt pro te contra Absalom recedent a te, & iungentur aliis ad faciendum regem super totum populum, & tu remanebis solus ab omnibus derelictus.

11 Surrexit ergo. De luctu, acquiescens rationabili reprehensione.

12 Et sedit in porta. In loco patenti, & communi, vt posset oes venientes amabiliter recipere, & grato alloqui, & sic recollegit populum.

Israel

13 Israel autem. Scilicet, illi qui erant cum Absalom.

14 Omnis quoque. Hic consequenter describitur ipsius Dauid reuocatio, quia populus qui fuerat cum Absalom videbat se deceptum, ideo dicebant.

15 Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum. scilicet, Dauid, qui populum Israel de inimicis suis existentibus per circuitum liberauit, vt patet ex supradictis 8. cap.

16 Et nunc fugit de terra propter Absalom. i. de vrbe regia propter Absalom, cuius mala reducebant ad memoriã in sedatione patris, & eius persecucione, quasi dicat, indignum est, quod pro ipso fugiat.

17 Vsquequo filetis. A recognitione culpæ, & petitione veniæ.

18 Et non reducit is regem. Ad locum suum honorifice.

19 Et consiliu totius Israel venit ad regem. Quia per nuntios certos, & solennes significata fuerunt sibi ista, quibus auditis rex misit ad viros Iuda qui fuerant cum Absalom, vt essent de primis ad ipsum reducendum. Ex hoc enim quod erant de tribu Dauid vererunt apparere in conspectu eius, quia plus sibi forte fecerant quàm extranei, & ideo Dauid hoc aduertens mandauit pro eis, vt venirent secure, quia paratus erat remittere, cuius rationem tangit.

20 Os meum, & caro. Quasi diceret, non possem vos odire, quia hoc esset contra me.

21 Et Amasæ. Iste inter omnes plus peccauerat contra Dauid, quia fuit princeps exercitus Absalom, vt habetur supra 17. cap. cum tamen esset nepos Dauid, & ideo ipsum specialiter nominauit. Sicut & Christus post resurrectionem suam per Angelum expressit specialiter Petrum, dicens: Dicite discipulis suis, & Petro. Mar. 16. b. Quia propter Christi negationem non fuisset ausus inter discipulos comparere, nisi fuisset specialiter nominatus.

Hæc

M O R A L I T E R.

1 Nuntiatum est autem Iobab quod rex. Per Dauid lugentem mortem filij sui, significatur bonus prælatus lugens mortem culpæ

culpæ subditi, maxime quando probabiliter estimatur, quod comiteretur mors inferni, sicut Dauid probabiliter estimabat de filio qui mortuus fuerat in persecucione patris actuali. 17 Vsquequo. Per reditu Dauid ad regnum suum, de quo fuerat expulsus

a Et omnis Iuda venit, &c. * Ambro. Neque Iob cum esset in stercore, a domino derelictus est, quem in angelorum cō-

mino, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus? **D** Idem. Satis idoneus patienter sequetur Deus si iniuriam depolueris penes eum, ultor est, si dimum, retractor est, si dolorem, in eum, si mortem, resuscitator est. Quantum

pulo imparet electo, quem parricidalib. p̄gulis appetitum, regni sui depulsum finibus, victoria iure restituit.

Nonne os meum es, & caro mea es? Hęc faciat mihi Deus, & hęc ad-

Deū habeat debitorum, &c.

b Neque memineris iniuriarum serui tui, &c.

Et inclinavit cor omnium uirorum Iuda quasi viri vnus. Miseruntque ad regem, dicentes. Reuertere tu, & oēs serui tui. Et reuersus est

In Psal. 38

a Tertull. Respicere dictum. Cum vos maledixerint, gaudete, Dñs ipse maledictus in lege est, & tamen solus est benedictus. Igitur Dominum serui cōsequamur, & maledicamur patienter, ut benedicti esse possimus.

rex, & venit vsque Iordanem. Et omnis Iuda venit vsque in Galgala, vt occurreret regi, & traduceret eum Iordanem. † Festinauit autem Semei filius Gera filii Iemini de Bahurim, & descendit cum viris Iuda in occursum Regis Dauid cū mille viris de Benjamin, & Siba puer de domo Saul, & quindecim filij eius, ac viginti serui erant cum eo.

† 3. Reg. 2. b

a Idem. Nulla in maleficio ordinis ratio est, nec locus fecerit, quod similitudo coniungit. Absolutē itaque precipitur malum malo non rependendum. Par factum, par habet meritum. Quomodo id obseruabimus, si fastidientes in fastidio ultionis non erimus? Quem honorē litabimus Domino

Et irrumpentes Iordanem ante regem transierunt vada, vt traducerent domum regis, & facerent iuxta iussionem eius. Semei autem filius Gera prostratus coram rege cum iam transisset Iordanem, dixit ad eum. Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui in die qua egressus es domine mi rex de Ierusalem, neque ponas rex in corde tuo. Agnosco enim seruus tuus peccatum meum, & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph, descendique in occursum domini mei regis. Respondens vero Abisai filius Saruiz, dixit. Nunquid pro his verbis non occidetur Semei, qui maledixit Christo domini? Et ait Dauid. † Quid mihi & vobis filii Saruiz? Cur efficimini mihi hodie in Sātan? ergo ne hodie interficietur vir in Israel? An ignoro hodie me factum regem super Israel? Et ait rex Semei. Non morieris. Iurauitq. ei. Miphiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus, & intonsa barba vestesque suas non lauerat a die qua egressus fuerat rex vsque ad diem reuersionis eius in pace. Cumque occurrisset regi dixit ei rex. Quare non venisti mecum Miphiboseth? Et respondens ait: Domine mi rex, seruus meus † contempsit me. Dixique ei ego, famulus tuus: vt sterneret mihi asinum, & ascendēs abirem cum rege.

† 3. Reg. 2. b
patietia licet, ut Deū habeat debitorum, &c.
† 3. Reg. 2. b
Cum Dauid datus in opprobrium fuerit, nudis pedibus domino satisfecerit, in maledicentem non punierit vindicari, & post hęc regno suo integro restitutus sit, liquet quia, & opprobrium a Domino sit, prolix magis illud sustinere, quam refellere.

c Quid mihi. Timebat Dauid si interficeretur Semei, quod reliqui, qui similiter regem offenderant nollēt eum sibi facere regem.

d Illotis. In Hebræo, infestis. Fecerat. n. sibi Miphiboseth ligneos pedes secundum Hebræos quibus pro naturalibus utebatur, erat enim claudus.

b Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui in die qua egressus es domine mi rex de Ierusalem, neque ponas rex in corde tuo. Agnosco enim seruus tuus peccatum meum, & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph, descendique in occursum domini mei regis. Respondens vero Abisai filius Saruiz, dixit. Nunquid pro his verbis non occidetur Semei, qui maledixit Christo domini? Et ait Dauid. † Quid mihi & vobis filii Saruiz? Cur efficimini mihi hodie in Sātan? ergo ne hodie interficietur vir in Israel? An ignoro hodie me factum regem super Israel? Et ait rex Semei. Non morieris. Iurauitq. ei. Miphiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus, & intonsa barba vestesque suas non lauerat a die qua egressus fuerat rex vsque ad diem reuersionis eius in pace. Cumque occurrisset regi dixit ei rex. Quare non venisti mecum Miphiboseth? Et respondens ait: Domine mi rex, seruus meus † contempsit me. Dixique ei ego, famulus tuus: vt sterneret mihi asinum, & ascendēs abirem cum rege.

c Quid mihi. Timebat Dauid si interficeretur Semei, quod reliqui, qui similiter regem offenderant nollēt eum sibi facere regem.

d Illotis. In Hebræo, infestis. Fecerat. n. sibi Miphiboseth ligneos pedes secundum Hebræos quibus pro naturalibus utebatur, erat enim claudus.

e Quare non venisti mecum Miphiboseth? Et respondens ait: Domine mi rex, seruus meus contempsit me. Dixique ei ego, famulus tuus: vt sterneret mihi asinum, & ascendēs abirem cum rege.

NICOLAUS DE LYRA

- 1 Hęc faciat mihi Deus. id est, maiora mala, quam sustinuerim in persecutione Absalom.
- 2 Si non magister militiae, Aliqui libri habent, post Ioab, id est, sub Ioab, dicitur. n. Hebraica tachath, quæ ibi ponitur aliquando significat, pro, aliquando sub, tamen est eadem sententia, quia Dauid non intendebat amouere Ioab de suo officio, sed quod iste suppleret uices eius pro tempore, & loco, ubi videretur expedire.
- 3 Et inclinavit ad se per suum benignum mandatum.
- 4 Miseruntq. hic consequenter describitur ipsius reuocati reduclio ubi interponitur benignitas Dauid in Semei obuiatione, secundo eius in aequalitate in hereditatis Miphiboseth diuisione, ibi. Miphiboseth quoque tertio eius curialitas in Berzellai licentiatione, ibi. Berzellai quoque circa primum dicitur, Miseruntq. ad regem. s. viri Iuda.
- 5 Et omnis. i. trib. Iuda, vt occurreret regi, & traduceret eum Iordanem in nauib. ad hoc paratis ab ipsis, vt dicunt aliqui. Alii autē dñt, q̄ ista traditio intelligitur, per hoc quod viri Iuda transierunt Iordanem ante regem in equis: ad explorandū ubi aqua esset bene vadabilis.
- 6 Festinauit, vt apud Dauid inueniret misericordiam.
- 7 Et irrum. transientes ad ripam oppositam in qua adhuc erat Dauid, vt sibi seruirent in transitu. Cetera patent vsque ibi.
- 8 Nunquid pro. q. d. magnum malum esset si viuus euaderet, quia incurreret crimen læsæ maiestatis.
- 9 Cur effi. mihi ho. quia si Dauid eum statim occidi permisisset, alii qui cum Absalom fuerant in persequendo Dauid dimisissent sibi, & illi qui

qui nondum venerant retrocessissent, & forte aliqui qui iam venerant occulte recessissent, & sic eius occisio potuisset esse occasio magnæ scissionis, & magni mali contra Dauid.

10 Non morieris. Iurauitq. ei. Sed videtur quod Dauid istud inramentum fregerit, quia inuixit filio suo Salomoni de morte eius, vt habetur inf. 3. lib. 2. cap. Dicendum quod Dauid non iurauit nisi quod non moreretur tunc, & pro illa causa tantum, sed quia erat homo seditiosus, monuit Dauid filium suum, vt contra hoc poneret cautelam, dicens. Vir autem sapiens es, vt scias quæ facies ei, vt ibidem habetur, propter quod Salomon inhibuit ei sub pœna mortis, ne exiret Ierusalem præcludendo sibi viam faciendi colligationes, & propter transgressionē huius præcepti fuit mortuus. Dauid etiam bene cogitabat, quod cautelam sibi impositam non seruaret, & sic mortem de nouo incurreret.

11 Miphiboseth. Hic ostenditur in aequalitate Dauid in hereditatis Miphiboseth diuisione, cum dicitur. Miphiboseth quoque filius, i. nepos. Alii libri habent filius Saul. Sed veritas Hebraica, & libri correcti non habent, Dauid. n. non fuit tunc recordatus amicitie Ionathan patris Miphiboseth. Si. n. fuisset recordatus, medietatē hereditatis suæ seruo suo non dedisset.

12 Intonsa. In Hebræo habetur. Incomposita barba. Quia illo tempore non tondebant barbam filii Israel, prout habetur sup. x. c. de nuntiis Dauid.

13 Vestesque. in signum tristitiæ propter fugam Dauid. Ex quo patet verum quod dicitur est sup. 16. c. f. quod Siba seruus suus falso difsamauit eum apud Dauid, Cetera patent vsque ibi.

MORALITER.

† expulsus per Absalom propter Vrię peccatū, sicut dixerat sibi Dñs per Nathan Prophetā, supra 12. c. Ecce ego suscitabo sup̄ te malum de domo tua, signi ficatur peccator verē penitēs, & ad bonum regimen vitæ suæ rediens, & sic est in via vitæ per quam venitur ad regnum cœlestē. Ipsum autem comitatur Berzellai valde senex, per quem significatur sapientia, de quad̄ Prouerb. 8. c. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis.

5 vsque Ior. Id est, vsq; ad mortē, quæ p̄ Iordanē significat, eo quod Iordanis iudicium iuris interpretatur, & in morte est hominis iudiciū particulare. Eccl. 38. c. Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie. Per hoc autem quod in transitu Iordanis occurrerunt Dauid viri Iuda, & Israel, significatur quod bene morienti occurrunt Angeli sancti, qui dicuntur viri Israel, quia vident Deum clare: & viri Iuda, quia laudant eum continuē. Psal. 83. a. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.

I Accidit

A Tu & Siba. In Heb. d. vi. tu & siba tu dicitur. Quid dicitur in morte dicitur, & tu a manu quod fecerat cu' Ionath in tam inuasiu' propulsiu' in robam, & Ieroboam dicitur ferant regnu' eius. Miphibosech. n. in libro Samue- lis legitur, & interpretat' os verecundia. In Paral. ve- ro Miphibosech Meribai legitur, litigans cu' altissimo, quia Dauid. i. reduxisset cum pace. Et quod ait, cum etia' accipiat postquam reuersus est dicitur in aonum suam pacifice, indignando, & uerba obliquando pro- tulit contra altissimum. b. Est autem in Hebraeo. Ecce seruus tuus, Hebraice legitur Chameham Chanaan, Chanaan in terpretat' suscipiens, quadiu cum patre fuit suspirans uocatus est, postquam vero ad doctrinam Dauid transiit, non Chanaan, sed Chamaam

Claudus enim sum seruus tuus. Insuper, & accusauit me seruum tuum ad te dominum meum regem. Tu autem domine mi rex sicut angelus Dei es: fac quod placitum est tibi. Neque enim fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia domino meo regi. Tu autem posuisti me seruum tuum inter conuiuas mentis tuae. Quid ergo habeo iuste querelae, aut quid possum ultra vociferari ad regem? Ait ergo ei rex. Quid ultra loqueris? Fixum est quod locutus sum. Tu & Siba diuidite possessiones. Responditque Miphibosech regi. Etiam cuncta accipiat postquam reuersus est dominus meus rex pacifice in domum suam. Berzellai quoque Galaadites, senex valde, descendens de Rogelim traduxit regem Iordanem, paratus etiam ultra fluuium prosequi eum. Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, id est, octogenarius. Et ipse praebuit alimenta regi cum moraretur in castris, fuit quippe vir & diues nimis. Dixit itaque rex ad Berzellai. Veni mecum & ut requiescas securus in Ierusalem. Et ait Berzellai ad regem. Quot sunt dies annorum vitae meae, ut ascendam cum Rege in Ierusalem? Octogenarius sum hodie. Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suauem vel amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus, & potus, vel audire possum ultra vocem cantorum, atque cantatricum? Quare seruus tuus sit oneri domino meo regi? Paululum procedam famulus tuus ab Iordane tecum. Non indigeo hac vicissitudine, sed obsecro, ut reuertat seruus tuus, & morietur in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei, & matris meae. Est autem seruus tuus Chamaam, ipse vadat tecum domine mi rex, & fac ei quicquid tibi bonum videtur. Dixit itaque ei rex. Mecum transeat Chamaam, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne quod petieris a me impetrabis. Cumque transisset vniuersus populus, & rex Iordanem, restitit, & osculatus est Rex Berzellai, & benedixit ei. Et ille reuersus est in locum suum. Transiit ergo rex in Galgalam, & Chamaam cum eo. Omnis autem populus Iuda traduxerat regem, & media tantum pars affuerat de populo Israel. Itaque omnes viri Israel concurrentes ad regem, dixerunt ei. Quare te furati sunt fratres nostri uiri Iuda, & traduxerunt regem, & domum eius Iordanem, omnesque viros Dauid cum eo? Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel, quia mihi propior est rex. Cur irasceris super hac re? Nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt? Et respondit uir Israel ad viros Iuda, & ait. Et primogenitus ego sum, decem partibus ego maior sum apud regem, & magis que ad me pertinet Dauid quam ad te. Cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum est priori, ut reducerem regem meum? Durius autem responderunt viri Iuda uiris Israel.

Heronymus. In 1. Reg. 18. a. & ceteris. 2. Reg. 11. f. & ceteris. 2. Reg. 9. b. 1. Paral. 9. d. & ceteris.

† discernere p. ill. in inter- iudice, & ama- ritate potest- temus. trus- eum, & pot- tum?

† propior.

† vilipendisti me.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Quid ultra. q. d. pro nihilo, quia dictum meum non re tractabo rotaliter, retractauit tamen in parte dicens.
 2 Tu & Siba. iniuste concedens seruo suo medietatem hereditatis suae, propter quod regnum eius fuit postea diuisum tempore Roboam nepotis sui, prout dicitur plenius in lib. 3. c. 12. Huius autem aduertendum quantum adlatores, & detractores sunt periculosi principibus, quia Dauid tam factus, & in istis uerbis Siba adulatoris, & detractoris, ut patet ex praedictis, fuit ita captus, & insoluitus, quod hereditatem Miphibosech domini sui ei concessit in absentia Miphibosech, & eo non audito, & quod petens est postquam audiuit Miphibosech se vere excusauit, ut patet per praedicta, non retractauit dictum suum iniustum totaliter, sed seruum suum pessimum fecit equalem domino, quem tamen debuisset suspendisse propter falsam accusationem domini sui de crimine lese maiestatis.
 3 Berzellai. Hic consequenter ostenditur gratitudo Dauid erga Berzellai, qui sibi necessaria pro parte ministrauerat, ut patet ex praedictis & cum usque ad Iordanem conduxerat, cui Dauid obtulit praemia, & honores si uellet ire Ierusalem secum: sed excusauit se propter senectutem dicens.
 4 Quot. q. d. tempus est quod ego cogitem de morte, non de honoribus diuitibus. Quod est contra senes se ingerentes curiis magnatorum. Misit tamen filium suum cum Dauid, dicens.
 5 Lib. autem. n. a. quod debet scribi per, in medio, & in fine. Ipse

Contra adu- latores, & de- tractores.

6 Ipse va. Ipse est. n. iuuenis, & poterit addiscere quae sunt uirtutis & honoris. Notandum est hic, quod in curia Dauid erant cantores, & cantatrices instrumentis, & uocibus humanis, talibus. n. licitum est uti moderatè, quia sicut membra corporis indigent quiete, & recreatione, ita & uires animales, ad quod multum facit melodia.
 7 Et osculatus est. in signum magnae amicitiae.
 8 Et benedixit ei. Imprecans ei bona uiae praesentis, & futurae.
 9 Omnis. Supra posita est ipsius regis reductio, hic consequenter post interpositionem praedictorum describitur reducentium concertatio, cuius causa exprimitur cum dicitur, omnis autem, & cetera. Iordanem fluuium modo supra dicto.
 10 Et media. Et ideo in hoc reputabant se de honoratos, tu quia plures erant, tum quia primo nuntios miserant ad Dauid pro eius reuersione, ut praedictum est, propter quod dixerunt regi.
 11 Quare te. q. d. id clanculo factum est antequam ueniremus in contemptum nostrum.
 12 Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel, superbe.
 13 Quia mihi propior est rex. id est, de tribu, & cognatione mea.
 14. Decem partibus. q. d. licet non sit de tribu nostra, tamen multo plus ualeamus sibi in subsidium temporale, & adiutorium contra aduersarios.
 15 Durius. tum quia erant uiri bellicosi, & animosi, tum quia erant homines de tribu regis, ex quo praesertim in superbiam erigebantur.

nam uoca- tus est, id est fidelis. c. Et primo- genit' is ego sicut decem partibus. maior, & cetera. Theodor. Cum fuisset Is, & contem- tuo aliarum tribuum cu' tribu Iuda, causantes qd ea regi primo occur- risset, & re- spondissent regem esse eorum tribule dixerunt a- lii, se decem manus hie in rege. Na trib. Benia- mitica con- iuncta erat tribui Iuda. Addiderunt etiam se ha- bere priuile- gia primo- genitoru', & pp Ruben- tura primo- genitum, & propter Io- seph, cu' pp uirtute hac fors obtigit. Primogeni- ti. n. accipie- bant dupli- paterna lre re- dicitatis. Et ideo patriar- cha dicebat Iosepho. E- phraim, & Manasses tan- quam Ruben, & Simeon e- runt mihi. Ma- gnus itaque CAP.

C A P. XX.

Seba cecinit buccina, & cecit. Hier. Ideo cecinit buccina, ut eius sonitu attoniti, tace

1 eut. Quibus tacentib. dixit. Non est nobis, & c. Ioseph. Vir quidam iniquus, & seditione præcipuus, stans in medio populi, cum magno clamore dixit. Nō habet aliquis nostrum & cæter. Et post hæc verba tuba canens, bellum significauit fieri contra Regem, omnesque secuti sunt eū, relicto Dauid, sola tribu Iuda cum eo remanente.

ANGELOMVS. Seba uir belial, qui Itracliticum populum a domo Dauid diuidere conatus est, figuram gestauit hæreticorum: qui plebem Dei scindere uolentes, in ipsa sua praua intentione prius damnati ab Ecclesia, moriuntur, quam hoc quod cœperant, implere possunt.



Tulit

b Tulit decem mulieres concubinas. Theodoretus. Existima uic impium, cum eis habere concubitudinem, post execrandum filii sui concubitum. Nā lex hoc apte prohibuit. Cum alio autem eas nō coniunxit, ne hoc quoque esset occasio, & prætextus tyrannidis. Nec fuisset quidē hoc matrimonium, uiuente enim marito appellatur adultera, si sit alterius uiri, ut dicit diuinus Apostolus.

C A P. XX.

Ccidit quoque, ut ibi esset vir Belial nomine Seba filius Bochri vir gemineus, & cecinit buccina, & ait. Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel. Et separatus est oīs Israel a Dauid, secutusq; est Seba filiū Bochri. Viri autē Iuda adhæserunt regi suo à Iordane vsque Ierusalem. Cumque uenisset rex in domum suam in Ierusalem, tulit decem mulieres concubinas suas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit in custodiam eas, alimenta eis præbens, & non est ingressus ad eas, sed erant clausæ usque in diem mortis suæ in uiduitate uiuentes. Dixit autem Rex Amasæ. Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. Abiit ergo Amasa, ut conuocaret Iudam, & moratus est extra placitum quod ei constituerat rex. Ait autem Dauid ad Abisai. Nunc magis afflictorus est nos Seba filius Bochri, quam

a Damnati ab ecclesia in sua prauitate moriuntur, priusquam quod cœperant, implere possunt.

b Conuoca mihi omnes viros Iuda, & cetera. Iosephus. Constituit Amasam principem militiæ, & dedit ei locum, in quo Ioab fuerat, iussitque ut quantum colligere posset congregaret exercitum ex tribu Iuda. Hæc cum rescuisset Ioab, inuidiæ stimulo percussus cædem ei postea intulit, simulans beneuolentiam, & amicitiam.

quoque esset occasio, & prætextus tyrannidis. Nec fuisset quidē hoc matrimonium, uiuente enim marito appellatur adultera, si sit alterius uiri, ut dicit diuinus Apostolus.

c Conuoca mihi omnes viros, & c.

Constituit Amasam principem militiæ, & dedit ei locum, in quo Ioab fuerat, iussitque ut quantum colligere posset congregaret exercitum ex tribu Iuda.

Hæc cum rescuisset Ioab, inuidiæ stimulo percussus cædem ei postea intulit, simulans beneuolentiam, & amicitiam.

D

E

Quæst. 27.

† ultra tempu.

F

Et

NICOLAUS DE LYRA C A P. XX.

Accidit. Postquam descripta est punitio Dauid ratione homicidii Vriæ, & ratione adulterii cum Bethsabee, hic cōsequenter ponitur eiusdem punitio ratione proditiōis, quia Vriam occidit proditoriē, ut patet ex supradictis 11. ca. & de hoc ponitur hic rebellio populi contra ipsum ad instinctum Seba filii Bochri. Circa quod sic proceditur, quia primo describitur huius rebellionis ortus, secundo punitiōis, ibi. Dixit autem rex Amasæ. Prima in duas, in partem principalem, & incidentalem, secunda, ibi. Cumque uenisset rex. Circa primum dicitur.

- 1 Accidit quoque. scilicet, in contentione aliarum tribuum contra tribum Iuda.
2 Vir Belial. id est, absque iugo disciplinæ, & legis diuinæ.
3 Nomine Seba filius Bochri. Et sic debet scribi ubique per e, sed communis usus non habet.
4 Vir gemineus. id est, de stirpe gemini, & sic patet quod erat de cognatione Saül, propter quod odiebat Dauid propter translationem regni de domo Saul ad ipsum, & ideo uidens populum dispositum ad rebellandum ipsi Dauid.
5 Cecinit buccina. Ut ex repentino sonitu omnes tacerent, & sic daretur ei maior audientia.
6 Et ait. Voce magna.
7 Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai. Quasi diceret, ex quo contempsit nos debemus cum dimittere, & alium regem eligere.
8 Et separatus est omnis Israel a Dauid. Ad tempus, ut sic Dauid de proditiōe contra Vriam puniretur, & Seba propter suam malitiam occideretur.
9 Cumque uenisset rex in domum suam in Hierusalem, tulit decem mulieres concubinas suas. Hæc est pars incidentalis, quia Dauid ueniens in Hierusalem reperit se esse fœdatum in uxoribus suis per Absalom, ut dictum est supra decimo sexto capitul.

capitul. & id eo reclusit eas, prouidens eis de victu, & vestitu duplicitatione. Primo, quia prohibetur Leuitic. decimo octauo b. Turpitudinem uirus tuæ non discooperies. Licet autem istæ mulieres non fuerint uxores Absalom filij Dauid secundum veritatem, fuerant tamen secundum apparentiam propter concubitum carnalem, ideo non erat decens, quod Dauid ultra ad eas accederet, nec etiam aliquis alius, & ideo fecit eas recludi. Secundo, quia si viderentur in publico, rememorarentur factum Absalom, quod in uitu perium Dauid redundabat.

10 In uiduitate uiuentes. Dixit autem Rex Amasæ. Conuoca mihi omnes viros Iuda, & cetera. Ex hoc patet quod prædictum est, scilicet, eas fuisse uxores Dauid, aliter non dicerentur hic uiuere in uiduitate. Ista tamen uiduitas intelligitur quantum ad separationem thori, non quantum ad mortem mariti, quia Dauid adhuc uiuebat, Absalom autem nūquam fuit earum maritus, quia non poterat accipere uxorem patris, maxime eo uiuente.

11 Dixit autem Rex Amasæ. Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. Abiit ergo Amasa, ut conuocaret Iudam, & moratus est extra placitum quod ei constituerat rex. Hic consequenter describitur punitio Seba de rebellionis commotione. Vbi primo describitur ipsius insecutio. Secundo eius occisio, ibi: Venerunt itaque; Tertio repetitur regni Dauid ordinatio ibi. Fuit ergo Ioab. Prima in duas, in potestatem principalem, & incidentalem, Secunda, ibi. Cumque ibi essent. Circa primum sciendum, quod Dauid habebat bellatores ex tribus partibus, una erat tribus Iuda, quæ sibi adhæserat, ut dictum est, & congregationem istorum commisit Amasæ, quia erat princeps militiæ illius tribus, quia licet Ioab esset super totum exercitum generaliter, tamen in qualibet tribu erat unus princeps militiæ specialiter, & ideo congregationem militiæ tribus Iuda melius poterat facere Amasæ quam alius. Alia pars erat bellatorum qui erant de domo Dauid tanquam famuli eius, & stipendiarii speciales, & istos commendauit Abisai, dicens.

Diuisio.

Tolle

MORALITER.

1 Accidit quoque. Per istum qui cum sonitu buccinæ mouit seditionem in populo contra regem, significatur quilibet sediciosus in regno, vel principatu, ciuitate, ecclesia, vel cœnobio turbans communis pacem.

11 Dixit autem rex Amasæ. Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. Per hoc autem quod Dauid Sebam persequi iussit, significatur qđ superior in regno, principatu, ciuitate, ecclesia, & cœnobio det sediciosum hominem per se, & per suos persequi, ne per eum corrumpantur alii, sicut & caput Seba fuit abscissum, ut dicitur infra, sic talis

Dixit

Angelomus
A

a Et tenuit, &c.
Dextera metum
tenere, est quasi
ex benignitate
blandi. Sed li-
nistrum ad gla-
dium mittit, qui
latenter ex mali-
tia percussit.

† tunica vesti-
menti sui
(Chald. in-
terpr. cingulo
v. l. m. t. i. i.)
Lxx. tunica,
velle sua su-
per se.
† in quinta co-
l. a.

b Et exclamavit
mulier sapiens, &
cetera.

* Hieronymus.
Hanc mulierem
Iudæi Zaran, fi-
liam Azer, filii
Jacob, intelli-
gunt, & quod
se matrem dixe-
rit, quia multo-
rum annorum e-
rat.

B

* ANGELO-
MVS. Ac si a-
pertè diceretur.
Hec ciuitas vrbs
consilii exitit,
& qui aliquod
consilium requi-
rebant, hic in-
terrogabant. Et
tu quæris tan-
tam destruere ci-
uitatem, & ma-
trem consilii e-
uertere in Is-

† & omnia lo-
ca Berim: con-
gregati que ve-
nerunt etiam
post Ioab.

C

Abfalon. Tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, ne
fortè inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. Egressi sunt ergo

Dux legiones.

cum eo viri Ioab, Cerethi quoque & Phelethi, & omnes robusti exie-
runt de Ierusalem ad persequendum Seba filium Bochri. Cumque
illi essent iuxta lapidem grandem qui est in Gabaon, Amasa ueniens

Idem Iosua

occurrit eis. Porrò Ioab vestitus erat † stricta tunica ad mēsuram lia-
bitus sui, & desuper accinctus gladio, dependente vsque ad ilia in va-
gina, † qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percussit. Dixit
itaque Ioab ad Amasam. † Salue mi frater. Et tenuit manu dextera
mentum Amasæ, quasi osculans eum. Porrò Amasa non obseruauit
gladium quem habebat † Ioab. Qui percussit eum † in latere, & effu-
dit intestina eius in terram, & mortuus est. Nec secūdam uulnus ap-
posuit. Ioab autem & Abisai frater eius persecuti sunt Seba filiū Bo-
chri. Interea quidam uiri cum stetissent iuxta cadauer Amasæ de so-
ciis Ioab, dixerūt. Ecce qui esse uoluit pro Ioab comes Dauid. † Ama-
sa autem conspersus sanguine iacebat in uia media. Vidit hoc qui-
dam uir quod subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amo-
uit Amasam de uia in agrum, operuitq; eum vestimento, ne subsiste-
rent transeuntes propter eum. Amoto igitur illo de uia transibat
omnis uir sequens Ioab ad persequendum Seba filium Bochri. Porrò
ille transierat per omnes tribus Israel vsque in Abelā, & in Bethmaa-
cha, omnesq; uiri electi congregati fuerunt ad eum. Venerunt ita-
que, & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaacha, & † circun-
dederunt munitionib. ciuitatem, & oblecta est vrbs, Omnis autē tur-
ba quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. Et exclamauit

rael?

* CHAL D.
Paraph. Ait mu-
lier. Recordor
nunc quod scri-
ptum est in li-
bro legis, ut ro-
garetur ciuitas in
primis: sic quo-
que fuerat tibi
interrogandum
pro Abela, num
pacem uellent.

* R. I. E. V. I.
Ecce qui uene-
runt cum Seba,
primum locuti
sunt cum habi-
tatoribus Abel
interrogantes,
num, & ipsi cu-
pant conspirare
contra regem.
Tu igitur pro-
pterea desines
ciuitatem, quæ
semper pacifi-
ca, integra, &
fidelis inuenta
est; etiam si qui-
dam, non autem
omnes, abierint
in sententiam Se-
bæ?

Non-

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, &c.
Quia de facili non posset ibi capi. Tertia pars erat bellatorum de diuer-
sis tribubus Israel, quia licet multitudo cuiuslibet tribus recessisset a
Dauid, excepta tribu Iuda, tamen de qualibet tribu erant uiri bellato-
res robusti, qui coniuncti fuerant ipsi Dauid a tempore quo fugit a fa-
cie Saul, ut habetur 1. Paral. 12. c. & isti uolebant in uia ipsi Da-
uid, & ad hos congregandos exiit Ioab, quia erat difficilissimum nego-
tium, propter quod in eius absentia dum esset dicto modo occupatus, &
periculum esset in mora persequendi Seba, Dauid commisit Abisai bel-
latores de domo sua, qui erant assueti exire cum Ioab, & obediunt ei, ve-
runtamen Ioab, & Abisai cum suis societatibus conuenerunt in unum,
sicut erat conditum, & secundum ista patet littera.
- 2 Cumque. Hæc est pars incidentalis, in qua agitur de interfectione
Amasæ, qui occurrit Ioab in dicta interfectione Seba.
- 3 Qui fabricatus. In Hebræo habetur. Et exiit, & cecidit, quod
exponens Rab. Sal. dicit quod Ioab a proposito sic disposuit, ut caderet
ad terram de vagina, ut sic Amasa crederet, quod Ioab liuaret de ter-
ra ad reponendum in vagina, & non ad percipiendum ipsum, ideo
subditur.
- 4 Porro. idest, non se obseruauit a percussione gladii, & interfecit
eum proditorie sub signo pacis, & amicitia, dicit, Salue mi. Erat. n.
eius cognatus germanus, quia erant de duabus sororibus, ut patet ex
predictis, 17. c. & ideo uocauit eum fratrem. Occidit autem eum ex in-
uidia, timens ne ei aequaretur, quia Dauid ei iurauerat. Hoc faciat mi-
hi Deus, & hoc addat, si non magister militiae fueris coram
me omni tempore pro Ioab, ut dictum est ca. præc. propter quod
alii qui de am. cis Ioab uidentes eum mortuum, dixerunt insultando.
- 5 Ecce qui. q. d. propter suam ambitionem reportauit mortem. Cæ-
tera patet vsque ibi.
- 6 Porro. scilicet, Seba filius Bochri.
- 7 Per omnes. soluendo eas, ut constituerent eum regem.
- 8 Vsq. in Abelam. Nomen est ciuitatis fortis, & muratæ.
- 9 Et in Bethmaacha. Nomen est territorii in quo ciuitas illa est
iuta.

Om-

10 Omnesque uiri electi. Istud exponitur dupliciter. Vno modo
quod fuissent congregati ad Sebam filium Bochri. Alio modo, quod es-
sent congregati ad Ioab, ueruntamen qualitercūque accipiantur: ly on-
nes, accipitur pro multis, quia multi congregati sunt, & ad istum, &
ad al. um. Veruntamen uidetur, quod fortior pars congregata fuit ad
Ioab, quia Seba obsessus non audebat exire.

11 Venerunt. Hic consequenter describitur ipsius Seba occisio, qui
ciuitas obsessa erat in periculo destructionis, quod notatur cum dici-
tur. Omnis autem, & ideo excogitata fuit uia saluationis ciuita-
tis per modum qui sequitur.

12 Et exclamauit. Dicunt Heb. quod ista mulier fuit Sara filia Aser, qui
descendit cum Iacob in Aegyptum, ut habetur Ge. 46. & quod habuit
spiritum prophetia per quem reuelauit Iacob, cum iugeret filium suum
Ioseph: astimans eum mortuum quod ipse uidebat, licet non crederet
donec uidit plaustra, & munera sibi missa a Ioseph, de quibus habetur
Gen. 45. Dicunt etiam, quod ipsa ostendit Mosi sepulchrum Ioseph, qui
filius Israel egressus fuerunt de Aegypto, & secundum hoc exponunt qui
sequitur postea. Nonne ego sum quæ respondeo ueritatem
Israel? reuelando Iacob, & Mosi quæ dicta sunt. Sed istud uidetur
non scilicet, quia secundum predicta, ista mulier ante descensum Iacob
in Aegyptum habebat spiritum prophet. & per consequens ad min-
habebat 20. annos, uel circiter. Item a descensu Iacob in Aegyptum
vsque ad exitum filiorum Israel de Aegypto fluxerunt anni 210. sic
patet ex his quæ dicta fuerunt Ex. 12. Itē ab exitu de Aegypto usque
fundationem templi quarto anno regni Salomonis fluxerunt anni 48
ut h. 4. Re. 7. qui simul iuncti faciunt annos 710. Sed tunc uero exiit
per Seba filium Bochri fuit circa finem uitæ Dauid, quia iā erat senex
cum igitur Salomon fuerit coronatus ipso adhuc uiuente, ut habet
3. lib. cap. 1. & templum fundauerit quarto anno regni sui, ut habet
infra 3. libro 6. capitu. oportet dicere: quod ista mulier tunc haberet
præterea annos, uel circiter, quod est inconueniens pro illo tempore
quo uita humana protendebatur vsque ad 100. annum ad plus con-
muniter, & ideo dicendum, quod fuit alia mulier, & dicitur sapie-
non propter spiritum prophetia, sed propter industriam natu-
lem, & eloquentiam sicut dictum est supra 24. capitul. de mul-
Thecrite.

Dicite

MORALITER.

† talis feditiosus priuari debet, capite, idest, uita corporali p-
potentiam secularem, si pertineat ad eius iurisdictionem, si
autem ad forū pertineat ecclesiæ, priuari debet capite, idest,
liuo

suo gradu, & potestate, & sic arceri quod non possit tales
litas exercere. Per hoc autem quod mulier sapiens de
consilium de Sebæ decapitatione, significatur quod tales
nitiones fieri debent cum magna discretionē.

Fin

A Nonne. Ra. Iste est sermo legis, in qua iubet vt filij Israel ingressi terram Chanaan prius pacē offerāt, & eos qui pacē susceperint tributarios faciāt, eos vero q non susceperint, de leant. ideo mulier sapiens exclamasse dicit Nonne. Quare de fruis hanc ciuitatē antequā pacē offeras secun dū legē? cur nō seruas legem in Itaelitis, quæ olim seruata est alienigenis?
b Qui abscis. Rab. Reditus populi ad Dauid post interfectionem Absalon, reditū prioris populi ad Christum post mortem prauorū magistrorū significat, qui in synagoga Iudeorum diu regnabat, & veritatis auditu populū subuertebat.

bat. Interpretatur autē Seba secta a secando, non a sectando. **D** Bochri uero primogenitus me⁹, Israel, de quo dī, *Filius meus* **Exod. 4. f.**
 primogenitus Israel. Sebam. i. errorē secutus. seperauit se a domo Dauid, idest, ecclesia. sed ad mulieris sapientis, idest, spiritualis doctrinæ suggestionem caput Sebæ. idest, diabolum a corde suo absceidit, & ad Dauid, idest Christū filium Dei redijt.
 * **c** Ira autem Iairites &c. Theodoretus. Sadoch & Abiathar habebant, dignitatem sacerdotale, Iste autem cum esset sacerdos, degebat intra regiam arcæ diuinæ semper affidens, & regia sacrificans sacrificia. **F**

mulier sapiens de ciuitate, Audite, audite, dicite Ioab. Appropinqua huc & loquar tecum. Qui cum accessisset ad eam, ait illi: Tu es Ioab? Et ille respondit, ego sum. Ad quem sic locuta est. Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit. Audio. Rursumque illa. Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio. Qui interrogant, interrogent in Abela, & sic perficiant. Nonne ego sum + quæ respondeo veritatem in Israel, & tu quæris subuerrere ciuitatem, & euertere matrē in Israel? Quare + præcipitas hæreditatem domini? Respondensque Ioab ait. Absit, absit hoc a me, non + præcipito neque demolior, non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba filius Bochri cognomine, leuauit manum suam contra regem Dauid. Tradite illum solum, & recedemus a ciuitate. Et ait mulier ad Ioab. Ecce caput eius mittetur ad te per murum. + Ingressa est ergo * ad omnem populum, & locuta est eis sapienter. Qui abscisum caput Sebæ filij Bochri proiecerunt ad Ioab, & ille cecinit tuba, & recesserūt ab vrbe vnusquisque in tabernacula sua Ioab autem reuersus est Ierusalem ad regem: + Fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israel. Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethæos & Phelethæos. Aduram vero super tributa. Porro Iosaphat filius Ahilud a commentariis. Sina autem Scriba. Sadoch autem & Abiathar Sacerdotes. Ira autem Iairites erat + sacerdos Dauid.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Dicite. Quia volebat loqui cū eo secrete quantum poterat fieri.
- 2 Ser. &c. i. ve. Vetus prouerbiū supra accipitur pro lege sicut dictū fuit sup. 1. li. 24. ca. in qua præcipitur filiis Israel, vt venientes, ad expugnandum ciuitatem primo offerrent ei pacem vt hētur Deut. 20. Et hoc est quod dicitur hic.
- 3 Qui interro. i. filiis Israel qui expugnando ciuitatem dēt primo interrogare de pace, sic debent facere in hac ciuitate.
- 4 Et sic: quia implerent legis mandatum & haberent intentum.
- 5 Nonne &c. in Israel. Loquitur in persona ciuitatis, quasi dicat ista ciuitas semp tenuit veritatē & fidē regi. Vnde in Heb. habetur sic, Ego pacificatum veracium Israel. i. una de numero pacificarum ciuitatum & ueracium regi.
- 6 Et tu quæ, quasi dicat, malum facis.
- 7 Et euertere. Quia quælibet ciuitas est mater populi ibidē nati & nutriti. In aliquibus libris interponitur ciuitatum, sed nō est de textu quia non est in Hebr. nec in libris correctis.
- 8 Absit. hoc uerbum duplicauit Ioab ad maiorē assertionē, uel ut dicit Ra. Sa. semel pro rege, & semel pro se, quasi dicat, nec rex querit hoc,

- hoc, nec ego, ideo subditur.
- 9 Sed. Quia commouit seditionem contra regē illum solum quærimus.
- 10 Ingressa. i. ad maiores ciuitatis, in quib. populus uirtualiter continetur. Sic enim uolebat loqui, ut lateret ipsum Seba.
- 11 Et locuta. Quia autem dixerit non exprimitur. Sed dicunt aliqui & probabiliter, quod ipsa respōdit eis bona ipsius Dauid et mala ipsius Sebæ, & quod tota ciuitas erat propinqua exterminio propter eū. Ex his concludens, quod melius erat ipsum solū occidi, quam ipsum & omnes alios propter ipsum, & sic factum est.
- 12 Fuit er. Hic consequenter post reductionē Dauid in regnū & sedationem commotionis exortæ per Seba, conuenienter repeit ordinatio domus Dauid, & patet sententia ex dictis sup. 8. ca. in fine, his exceptis.
- 13 Aduram. Quæ reddebantur ipsi Dauid a nationibus seruentibus sub tributo, prout dictum fuit sup. 8. cap.
- 14 Ira autem. Dicitur Iairites a ciuitate de qua erat.
- 15 Sacerdos. i. magnus apud eum, sicut dictum est sup. 8. c. quod filii Dauid sacerdotes erant. Dicit autem Ra. Sa. quod Dauid fecerat istum principem & iudicem, idest, magnum inter principes et iudices.

CAP.

MORALITER.

12 Fuit er. Per hoc autē quod decapitato Seba ordinatio domus Dauid recolitur, significatur q subtractis de medio seditionis

ditiosis quātum ad regnum, principatum, ecclesiā, vel cœnobium, quodlibet istorum ad bonum statum & dispositionem reformatur.

ADDITIO.

In c. xx. vbi dicitur in post. Qui interrogant, interrogent in Abela, &c. Veritas Hebraica sic habet, Interrogare interrogant in Abela, & sic perfecerunt seu consummauerunt. Ego pacificarum & ueracium Israel, quare subuertis ciuitatem & matrē in Israel? Ad cuius sensum proprium dicendum, quod cum Ioab uenisset persequendo Seba, gentes suæ per viam querebant pro ciuitate Abela, eo quod audissent ipsum Seba ibidem esse reclusum, & non cessabant interrogare pro hac ciuitate donec ad eam peruenerunt. Idcirco hæc mulier in persona ciuitatis dicebat ipsi Ioab, Audiui quod tu seu gentes tuæ per

per viam interrogastis pro ista ciuitate continue, donec ad eam peruenistis. & hoc est quod dicitur. Interrogare interor. id est, gentes tuæ. In Abela. idest, pro Abela. & sic perfecerunt viam suam. donec accesserunt ad eam. Et quia ipse Ioab ueniebat cum exercitu dispositus ad bellum, & ciuitas illa non perturbabat pacem regni Israel, neque subtrahebat veritatē fidelitatis ipsius regni Israel, idcirco non apparebat causa aliqua quare princeps militiæ regis ipsam ciuitatem debuisset debellare. vnde consequenter querebat ab ipso Ioab causam quare sic ueniebat interrogando pro ciuitate in bellico apparatu, quasi ad destructionem eius, & hoc cum dicit, Ego pacificarum & ueracium Israel, quare subuertis, &c.

C A P. XXI.

A *Acta est.* Rabbanus Fames facta in Israel propter Gabaonitas sterilitatem bonorum operum significat in subditis propter negligentiam doctorum, qui non procurant eis partem verbi Dei dum inferunt terrenis. Necantur ergo Gabaonitæ, cum studium rectæ conuersationis, & reformatio penitentiae post lapsum subtrahitur incautis per hæreticos, scilicet vel spiritus malignos. Gabaon enim collis meritoris interpretatur. Gabaonitæ interpretantur, cū desideria post perpetrata scelera vani spe securitatis a diabolo deludunt, qui dicunt, *Faciemus mala ut veniant bona*, quorum dānatio iusta est. Sed Respha que interpretatur curfus, filia Ahia, qui interpretatur pater eius, *tollēs ciliciū substravit supra petrā, &c.* quia pia sollicitudo sanctorum talibus succurrēs, rigore ieiunij & instantia precū incumbit, donec misericordiā Dei de cælo impetret super eos, cōpescēs prauos homines & malignos spiritus, ne vitā eorum prauè suggerendo corrūpant ulterius.

† faciem
† Locutus est

Roma. 2. b.
B

Quæst. 34.

† Quicquid dixeritis.
C

ac

C A P. XXI.



FACTA est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter, & consuluit Dauid *†* oraculum Domini. *†* Dixitque Dominus; propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis rex dixit ad eos. porro Gabaonitæ non erant de filiis Israel, sed reliquiæ Amorrhæotum. *†* Filij quippe Israel iurauerant eis, ne perimerent eos, & voluit Saul percutere eos *†* zelo quasi pro filiis Israel & Iuda. Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas. Quid faciam vobis, & *†* quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hæreditati Domini? Dixeruntque ei Gabaonitæ. Non est nobis super auro & argento quæstio, *†* sed contra Saul, & contra domum eius, neque volumus vt interficiatur homo de Israel. Ad quos rex ait. *†* Quid

Deo immisere, iustū rogauit iudicē, & is qui iniuria affecti fuerāt vsus est iudicibus.

b Et no. Dicens. f. Iosue gratias Gabaonitas viuere permisisse, & filijs Israel & Iuda prædā eorū iniuste abstulisse. Huius vero vltionis causam in Gabaonitas Achimelech sacerdos fuit.

c & Vt benedicatis hæreditati Domini. Theodoretus. Hæc verba non exaudiunt Iudæi, quod semen Abrahæ opus habuerit benedictione Chanaanorum. Sed de suis maioribus sibi placent, & magnos sumunt spiritus, nec volunt intelligere, quod virtus est longe illustrior nobilitate maiorum, & quod ex fide præputium legem seruans, te iudicabit qui per literā & circuncisionem es transgressor legis. Ceterum, nos docet oratio, ne transgrediamur fœdera quæ sunt adhibito Dei iureiurando, etiam si fiat transgressio in aliorum utilitatem.

a Tullit.

NICOLAUS DE LYRA.

FACTA est. Post punitionem Dauid de peccato luxuria, hic consequenter ponitur puniatio pro peccato negligentia, & primo naturæ factum, secundo explicatur quod duplex bellum, ibi, Factum est autē. Circa primum scindunt, quod Iosue & principes Israel iurauerunt Gabaonitis, quod non interficerentur, prout habetur Iosue. 9. cap. Saul autem cum regnaret, multos eorum interfecit contra præiuramentum, quod obligabat non solum Iosue & principes Israel illius temporis, sed etiam posteros eorum, factum autē istud erat notorium, ideo debuit puniri per Dauid qui successit Sauli, & quia circa hoc fuit negligens secuta est vltio diuina cogens ad vindicandum istud factum. Sic igitur proceditur, quia primo ponitur afflictio populi, secundo vindicatio delicti ibi, Vocatis ergo. Primum ponitur cū dicitur, Facta est. scilicet in terra Israel.

2 In die. Eo quod negligens fuerat de iustitia faciēda modo prædicto.

3 Tribus; si continue se habentibus.

4 Et consul. Ra. Sa. dicit, quod primo anno non consuluit, eo quod credit, quod sterilitas terræ contigisset ex cursu naturali temporis. Secundo anno credidit, quod contigisset propter idolum Michæ, quod adhuc erat in tribu Dan, ut dicit Ra. Sa. propter quod illud idolum destruxit, sed quia sterilitas terræ per hoc non cessauit, tunc consuluit dominū de causa sterilitatis. Secundo ponitur reuelatio peccati: propter quod dicta sterilitas acciderat, tunc dicitur.

5 Dixit Dominus. Domus Saul vocatur domus sanguinum, id est, digna sanguinis sui effusione.

6 Vocatis. Hic consequenter ponitur vindicatio delicti. Circa quod primo describitur pœnæ taxatio. Secundo exequutio, ibi, Tullit itaq; rex. Tertio mortuorum tumulatio, ibi, Et nuntiata sunt. Circa primum dicitur.

7 Porro Ga. Hic introducit duplici cā. Vna est vt sciretur propter quam causam seruati fuerant a filiis Israel ceteris interfecis, quæ notatur cum dicitur.

8 Filij quippe. scilicet quod non interficerentur, vnde aliqui libri sic habent. Ne perimeret eos. Sed non est in Hebræo, nec in libris correctis, subintelligitur tamē, propter quod aliquis posuit per modum glossæ, & postea insertum est textui per imperitiā scriptorū. Iuramentum autem

autē factū Gabaonitis & modus obligationis, plene habetur Iosue. ix. c. Alia causa est, vt dicit Ra. Sa. quia si Gabaonitæ fuissent de filiis Israel, fuissent magis misericordes, & indulgissent factū Saulis contra eos. sicut indulserant sacerdotes qui remanserant post mortē Achimelech & aliorum qui fuerunt interfecis cum eo, vt habetur supra. 1. libr. 22. c. & sic populus non fuisset fame punitus.

9 Et voluit. Dicunt aliqui, quod non interfecit Gabaonitas, sed quia interfecit sacerdotes, vt dictum est, et Gabaonitæ habebant ab eis victum & vestitū, eo quod seruiebant eis pora idola ligna & aquas ad locū cultus diuini, prout determinatum fuerat per Iosue & principes Israel, vt habetur Iosue. ix. propter quod loquitur scriptura ac si Saul interfecisset Gabaonitas. quia illa quodammodo dicitur hominē interficere qui auferi sibi victum, sed licet non concordat huic expositioni, quæ dicitur, Voluit eos percutere zelo quasi pro filiis Israel & Iuda. Saul autem non interfecit sacerdotes hoc zelo, sed quia dederant panes & gladium ipsi Dauid vt habetur supra lib. 1. 22. c. Et ideo dicunt alij, quod iste zelus intelligitur, quia Saul cupiens possessiones Gabaonitarum, eo quod erant in tribu Benjamin & occupabant vna ciuitatem notabilem, dicebat quod melius esset & deo acceptius, quod filij Israel ipsimet aquas & ligna ministrarent in loco diuini cultus, & illi delerentur, per hoc pallians cupiditatem suam. Sed hoc non est verisimile, quia illa cōportatio a perarū et lignorū fuit Gabaonitis imposta tanquā seruus & motus civilis, prout dictum fuit Iosue. 9. cap. & ideo non erat pro filiis Israel, sed contra ipsos hanc seruitutem ad eos transferre. Propter quod dicunt alij, quod Saul motus cupiditate prædicta, dicebat quod Iosue & principes tribuum male fecerant dimitendo Gabaonitas, quia partem hæreditatis Israel occupabant, & quod debebat hoc corrigere, cū esset tanta potestatis & maior in regimine populi quā Iosue et principes tribuum, qui non habuerunt regiam potestatem.

10 Quod erit vestri piaculum. id est, emenda vobis sufficiens.

11 Vt benedicatis hæreditati Domini. id est, vt Deus placatus emenda vobis sufficiens, benedicat terræ Israel dando pluiam ad terræ fœcundationem.

12 Non est nobis super auro & argento quæstio, sed. Erant enim pauperes, et ideo verisimile est quod Dauid eis obtulerit primo emendam pecuniariam, sed ipsi renuerunt, dicentes.

Virum

MORALITER.

1 Facta est, &c. Quæ facta a deo immissa pro peccato Saulis ex Gabaonitarū occisione. Et per hoc ostenditur quanta sit peccati grauitas in innocētum depressione, & maxime ei quod tenetur eos custodire. Nam pro hoc peccato tribus annis totus populus afflictus fuit fame. Sunt. n. tria genera peccatorum

torum, quæ pro grauitate dicuntur ad deū clamare. Primum est, innocentis occisio, Ge. 4. b. Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Secundum, est peccatum contra naturam, Ge. 18. c. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum venit ad me. Tertium, est defraudatio pauperū Iac. v. b. Ecce merces operariorū vestrorū qui fraudati sunt a vobis, clamat & clamor eorum in auri

a Tulit rex itaque duos. Qui cū Doeg Idumęo adhuc pueri sacerdotēs & Gabaonitas occiderunt, Armoni scilicet & Miphiboseth.

b Filios Michol filia, &c. Quos, scilicet, Michol uxor Dauid quę & Egla dicitur, adoptauit sibi inter filios, quos Merob, soror eius de filio Berzellai suscepit.

c * Qui crucifixerunt eos, & cetera.

* Theodoretus. Sursum de eis supplicio, placatus, fuit Dominus, & effecit ut nubes parturientes parerent & iussit terrę ut more solito produceret fructus. Nos autem per hęc discimus, quod Dominus nō nouit differentiam generis, sed eos qui sunt iniuria affecti uisceratur, etiam si sint alienigenę.

* Chryf. Vocat Dauid Gabaonitas ex Deo iussu, & eis tradidit illos, & ex Saule descēderāt, & abscon-

abscondit filios Ionathę, quoniam iurauit ei uiuenti se non deleretur eius semen, & non iurauit in dolo proximo suo. Si ergo, post sexcentos annos Deus iurandū vindicauit,

ergo uultis faciam uobis? Qui dixerunt regi, uirū quī attriuit nos, & oppressit inique, ita delere debemus, ut ne uous quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. Dentur nobis septem uiri de filiis eius, ut crucifigamus eos domino in Gabaa Saul quondam electi domini. Et ait rex. Ego dabo. Pepercitque rex Miphiboseth filio Ionathę filij Saul propter iusurādū domini, quod fuit inter Dauid & inter Ionatham filiū Saul. Tulit itaq; rex duos filios Respha filia Aia, quos peperit Saul, Armoni, & Miphiboseth, & quinque filios Michol filia Saul quos genuerat Hadrieli, filio Berzellai, qui fuit de Molathi, & dedit eos in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram domino. Et ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primę, incipiente messe hordei. Tollens autem Respha filia Aia cilicium, subtrauit sibi supra petram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cęlo, & non dimisit aues lacerare eos per diem, neque bestias per noctem, & nuntiata sunt Dauid quę fecerat Respha filia Aia concubina Saul, & abiit Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathę filij eius a uiris Iabes Galaad, qui furari fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philistij, cum interfecissent Saul in monte Gelboe, & asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathę filij eius. Et colligentes ossa eorum qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul & Ionathę filij eius in terra Benjamin, in Latere in sepulchro Cis patris eius. Feceruntque omnia quęcunque pręceperat rex, & repropitiatus est Deus terrę. Post hęc factum est rursum prę-

1 & cum alij iurassent, alij qui iusurandum, violarāt, penas dederunt, quid patiemur qui peieramus?

2 3 d * Tollens autem Respha filia Aia Ciliciū, &c.

4 5 Epist. ad Innuarium, de recip. lapsis.

6 Bacharius. Melior, fuit concubina Saulis Respha,

7 quę corpora defunctorum, quos Dauid, pro Gabaonitarum, ultione percusserat, eo usque accincta, facco, hoc est, cilicio, custodiuit, donec eis roraret aqua de cęlo id est, Donec pro uenia eorum, misericordię, cęlestis stilla deflueret.

8 9 Purgatorium.

10 11 F scla (nomen est loci.

12 13 14 F Commen. in hunc locum.

* Rabbanus, & Angelomus. Pia sollicitudo sanctorum

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Virum qui attriuit nos & oppressit inique. ita quod primo perierunt occisionem omnium qui erant de domo Saulis, sed quia Dauid eis successit quod nimis periebant, fuerunt finaliter coeui de septē uiris.
- 2 Ut crucifigamus eos domino in Gabaa. id est, ad declarationem iniustitię diuinę.
- 3 Et ait rex, ego dabo. Tum quia sciebat uoluntatem Domini quę factum Saulis puniretur, ut patet ex p̄dictis, tum quia magis erat descendendum toti populo qui affligebatur fame, quousque hoc factum uindicaretur.
- 4 Tulit itaque rex duos. Hic ponitur pena taxata executio, cū dicitur, Tulit itaq; rex duos filios Respha filia Aia quos peperit Saul, Armoni & Miphiboseth. Dicit Ra. Sa. quę isti duo specialiter nominantur, quia fuerunt in occisione sacerdotum cum Doeg.
- 5 Et quinque, filios Michol filia Saul, quos genu. &c. Isti fuerunt filij Merob sororis Michol naturales, sed Michol eos nutriuit & adoptauit postea, eo quod non habebat filios naturales, ideo dicitur eius filij, & secundum hoc dicitur eos genuisse Hadrieli, nō quia fuerit eius uxor, sed Merob soror eius, ut habetur sup. 1. lib. 18. ca.
- 6 Qui crucifixerunt. Id est, in loco patenti.
- 7 Coram domino. Id est, ad declarationem diuinę iniustitię.
- 8 Tollens aut. quia corpora illa dimissa fuerunt in patibulis, uolens ea seruate intacta ab auibus, & feris, ideo parauit sibi locū iuxta ea. Nec tamen erat sola, quia uo posset sic custodire, quia aliquādo oportebat eam dormire, tamen sola nominatur, quia erat principalis in hoc facto. Sed uidetur quod Dauid fecerit contra legem Dent. 21. ubi pręcipitur, quod adiudicatus morti & appēsus in patibulo deponatur eadē die & sepeliatur. Dicendum quod illud erat sciendum de communi lege.

- ge. Sed in hoc facto fuit principaliter reuelatum ipsi Nathan propheta, & per Nathan denunciatum Dauid, quod uoluntas Dei erat quod remaneret in patibulis donec uideretur signum propitiacionis diuinę per dationem pluię, quia dicta sterilitas per sicciatē contigerat, & ideo subditur.
- 9 Donec stilla. mades faciens terram, super eos. Nominantur isti suspensi specialiter, quia descensus pluię erat signum, quod tunc deberent dari sepultura. Ra. Sa. assignat etiam aliā causam morę ipsorum in patibulo, quia erant iuxta uiam communē in qua multi Gentiles transibant, & cum peterēt quales homines fuissent, uidebatur eis, de genere regio, & cū quærerēt ultra causam suspensionis, uidebatur eis, quod erat propter occisionē Gabaonitarum, qui de Gentilitate conuersi fuerant ad Iudaismum, quia tempore Iosue fuit ista conuersio, ut dictum fuit Iosue. 9. ca. & per hoc multi Gentiles mouebantur ad hoc quod transirent ad fidem & ritum Iudæorum.
- 10 Et nuntiata sunt. Hic consequenter ponitur istorum uenerabilis tumulatio, cū dicitur, Et nuntiata sunt Dauid quę fecerat. Respha, custodiendo corpora.
- 11 Et abiit Dauid & tul. ossa Saul, &c. quę erāt sepulta in nemore Iabes, ut habetur sup. 1. lib. 3. 1. c. qui nō erat locus solennis pro talibus personis.
- 12 Et colligentes ossa eorum, qui. i. in terra Benjamin, de cuius tribu erant.
- 13 In Latere in sepulchro Cis. i. iuxta latus sepulchri Cis patris sui.
- 14 Factum est. Hic consequenter ponitur quadruplex bellum, & primo ostenditur qualiter Dominus protexit Dauid in illis periculis, secundo gratiarum actio redditur pro his et aliis beneficiis c. 22. Circa primum dicitur

MORALITER.

† aures Domini Sabaoth introiuit. † Dentur. Sicut dicit Greg. homili. 24. Quoniam totum tēpus septē diebus comprehenditur, recte septenatio numero uniuersitas designatur. Per septē igitur uiros crucifigēdos pro peccato expiando, ut Deus terrę repropitiaretur significat uniuersitas hominū carnem suam crucifigentiū cum uitijs & con-

& concupiscentijs pro peccatorum suorum & aliorū expiatione, propter quod isti dicuntur crucifigi corā Domino ad differentiam hypocritarū, qui carnem suam crucifigunt corā mundo. Mat. vj. c. Exterminant facies suas, ut uideantur hominibus ieiunantes. ideo subditur. † Et non. per aues autē significantur demones, ut habetur Matth. 14. in parabola seminantis. Similiter per bestias. ut habetur Tom. 2. X 2 betur

Grum, talibus succurrēs rigore ieiunii, atq; instantiæ precum
A incūbit, donec misericordiā Dei impetret sup eos de celo.
 a * *Deficiente autem David &c.* Theodoretus. Erat senex, vi-
 cebat autem corpus animi alacritate. Cum autem in con-
 flictu multum, sustinisset laborem, erat enim primus pu-
 gnans in acie, de
 fessus est non fe-
 rens laborem.

Rabban. **b** *Gob.* Quod
 interpretatur lacus, quia sicut in
 lacu leonum quis
 mittitur, ita seme-
 tipsum misit Da-
 uid contra Go-
 liath.

L. 7. ant. c. 12. **c** *Tertium.* Rab.
 Iosephus de ter-
 tio prælio ita di-
 cit, Post hanc ve-
 ro compassionem
 Palæstini denuo
 pugnaverunt, su-
 per quos exerci-
 tum mittente Da-
 uid, fortissimus
 apparuit Ephan
 cognatus eius.
 Nam contra sin-
 gulos fortissimos
 Philisthinorum,
 solus pugnando,
 peremit eos, alios
 conuerit in fu-
 gam, quorum etiā
 multi in prælio ce-
 ciderūt. Vtrum autem Ephan Adeodatum appellauerit, vel
 quemlibet alium, etiam incertum est.

1. Para. 20. **d** *Quartum* Goliath, iteratur, quod egit David primitus tē-
 pore Saulis. Nam in Para. non nisi tertio principaliter pu-
 gnasse contra Philisthæos legitur.

lium Philisthinorum aduersum Israel, & descendit David & serui
 eius cum eo, & pugnabant contra Philisthijm. deficiente autē Da-
 uid Iesbibenob, qui fuit de genere Arapha, † cuius ferrum † hastæ
 trecentas uncias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nisus est
 percutere David: præsidioque ei fuit Abisai filius Saruix, & per-
 cussum Philisthæum interfecit. Tunc iurauerunt viri David, dicen-
 tes. Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernā

b Israel. Secundum bellum quoque fuit in Gob contra Philisthæos.
 † *Locus est.*

Tunc percussit Sobbachai de Husathi Saph de stirpe Arapha, de
 genere gigantum. Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Phi-
 listhæos, in quo percussit Adeodatus filius Salsus, polymitarius

d Bethlehemites, Goliath Gethæum, cuius hastile hastæ erat quasi
 liciatorium textentium. Quartum bellum fuit in Geth, in quo vir

fuit excelsus, qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, id
 est, vigintiquatuor, & erat de origine Arapha, & † blasphemauit Is-
 rael percussit autem eum Ionathā filias Sammaa fratris David. Hi

quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu Da-
 uid, & seruorum eius.

Rab. Quatuor bella David & seruorum eius, contra
 Philisthæos Christi bellum significant, quod omni tem-
 pore huius vite in membris suis contra persecutores & ne-
 quitias spirituales continuatur, licet enim fastus mundi
 vel proferitas malignorum spirituum se erigat contra ec-
 clesiam Dei, om-
 nis tamen prin-
 cipatus aduersa-
 riorum vero Da-
 uid imperante, &
 prælio seruorum
 suorum disponē-
 te cedit, & ad ni-
 hilum reduciur.
 unde, *Vana salus
 homin. In Deo fa-
 ciemus virtutem, &
 Ipse ad nihilum re-
 ducit, tribulantes
 nos.*

† *De Bethlehem exiit.*
 † *Quia de saltu ubi pascebat oues accepit eum Deus.*
 † *Quia de genere Bezeleel mater eius.*
 † *De Bethlehem exiit.*
 † *Hanc dicunt Iudæi matrem gigantum fuisse Orphan, Noemi nurum.*
 † *Angelom. Quatuor ista bella contra Palæstinos, bellum
 significant Christi, quod omni tempore istius vite, in mem-
 bris suis, contra perfidos quosque huius seculi, & contra spi-
 ritales nequitias, incessanter agit. Licet enim fastus munda-
 nus se erigat contra Ecclesiā Christi, omnistamē vero Da-
 uid*

† *Angelom. Quatuor ista bella contra Palæstinos, bellum
 significant Christi, quod omni tempore istius vite, in mem-
 bris suis, contra perfidos quosque huius seculi, & contra spi-
 ritales nequitias, incessanter agit. Licet enim fastus munda-
 nus se erigat contra Ecclesiā Christi, omnistamē vero Da-
 uid*

Rab.

NICOLAUS DE LYRA.

* dicitur, factū est. Dicunt aliqui, quod illud acciderat an̄ famem
 prædictā, quia iam ante in persecutione Absalom serui David non per-
 miserant ipsum ire cum alijs ad prælium, ut habetur sup. c. 18. Sed hoc
 non videtur verum, per hoc quod dicitur, hic, Post hæc, &c. & sic
 videtur referri ad factum narratum ante immediate, aliter non habe-
 tur aliquid certum ad quod referretur. Præterea illud bellum videtur
 contigisse, quando vires David iam debilitate erant senectute, ut osten-
 dunt circumstantiæ literæ. Nec valet istud quod induciur de bello con-
 tra Absalom. Quia enim serui David non permiserunt ipsum ire ad præ-
 lium, fuit ex causa speciali, scilicet, quia David principaliter et singula-
 riter quasi ad mortem querebatur, ut patet ibidem. et ca. 17. Dixit A-
 chitophel de David, Vnum enim virum tu queris, &c. et ideo il-
 lud impedimentum fuit singulare. Sed in isto bello videntes serui David
 ipsum uirib. debilitatum, ordinauerunt et iuramento firmauerunt, quod
 de cætero non iret ad prælium in propria persona.

1 Iesbibenob. Dicunt aliqui quod sunt tres dictiones, ita qd de, est
 præpositio, & Nob nomen loci, Sed patet hoc falsum. Tum qa iste non
 fuit de Nob, sed de Geth, ut patet in fine huius c. Tum qa in Hebræo ly
 de, non potest esse præpositio, & ideo totum est una dictio.

2 De genere. Idest, giganteo, ut dicunt Hebræi.
 3 Et accinctus. In Hebræo bêtur, Et accinctus erat de nouo,
 ita quod ly ense, non est de textu. Dicunt. n. Hebræi & est uerisimile, q
 illa die fuerat factus miles de nouo, & ideo nitēbatur facere probatio-
 nem euidētem in percussione regis, Cætera patent ex dictis.

4 Secundum bellum quoque fuit in Gob. Ly secundum. non
 significat hic ordinem temporis, quia hoc mo non narratur hic ista bel-
 la quod patet ex hoc quod illud bellum quod dicitur hic tertium, fuit
 simpliciter primum ut patet, illud autem quod dicitur hic primum, fuit
 simpliciter ultimum, qa post illud David nō iuit ad prælium. Nar-
 ratur

ratur tamen hic primo propter continuationē ad præcedentia, imme-
 diate, quia contigit post famem supradictā in senectute David, & iō
 nō est ordo temporis, sed narrationis, quia istud bellum immediate nar-
 ratur post præcedens, & ita dicendum de alijs sequentibus.

5 Tunc. nomen est proprium militis. 6 De Hu. i. de tali loco.

7 Saph. Alias Ziph. nomen est gigantes ab eo perentis.

8 Tertium quoque. Istud fuit bellum in quo David interfecerat
 Goliath, ut patet ex sequentibus, propter quod dicendum quod Gob est
 nomen loci specialis qui erat in ualle Terebinthi, in qua fuit illud bellū
 sicut habetur sup. l. 1. c. 17. sicut in ualle Sueffionensi sunt multa lo-
 ca particularia, & sic istud bellum quod fuit in Gob tanquam in loco
 particulari fuit etiam in ualle Terebinthi sicut in loco communi.

9 In quo. i. David qui fuit a Deo electus & ad regimen populi ut
 patet ex dictis, sup. l. 1. c. 21.

10 Filius. Quia longo tēpore habitauit in nemoribus fugiens a facie
 Saul, ut patet ex prædictis, sup. l. 1. c. 23.

11 Polymitarius. quia descendit de genere Bezeleel qui fuit princi-
 palis in opere polymitario tabernaculi, ut habetur Exo. 31.

12 Bethlehemit. Quia ibi fuit natus, ut patet ex dictis, sup. l. 1. c. 16.

13 Goliath. Cum quo pugnauit David ad singulare certamen. Et ex
 hoc patet, quod dictum est. f. quod istud bellum ordine temporis fuit
 primum, quia ante bellum illud non fuit David in aliquo bello, imo domi
 remanserat alijs fratribus suis ad bellum post Saul euntibus, tanquam
 nimis iuuenis.

14 Quartum &c. in quo. idest, magnitudine excedens communem
 staturam hominum.

15 Qui se. Hoc ponitur ad ostendendum, quod sicut erat excessiua
 magnitudinis, ita etiam erat terribilis in alijs.

16 Et blasphem. idest, vituperauit prouocando eos ad prælium sicut
 de Golia dicitur supra. l. 1. c. xvij. c.

Locu-

MORALITER.

† betur in plurib. sac. & scripturæ locis. Igitur per aues ad alta
 volantes signantur demones de uana gloria tentantes, per
 bestias de nocte circumuehentes, signantur demones de nimia
 carnis afflictione tentantes. Sicut in collationib. patrum dī
 de abbate Iohanne, quem diabolus induxit ad immoderatū
 ieiunium, per quod impediuit bonorū actuum exercitium.
 Carnes igitur se crucifigentium coram Domino modo præ-
 dicto, non lacerantur ab aibus, quia sibi cauēt de uanitate

te gloriæ, nec a bestijs, quia sibi cauēt ab indiferectione.
 † *Post hæc fa. est præliū.* Hic describunt quatuor bella David
 & seruorū eius cōtra aduersarios, per quæ signantur quatuor
 bella Christianorū cōtra infideles & iniquos. Primum fuit contra
 principes Iudeorum. Secundum contra imperatores Roma-
 norū. Tertium contra uersutias hæreticorum in quib. habue-
 runt uictoriā per patientiam, sapientiā, & operationē mira-
 culorum. Quartum bellū erit contra Antichristum, de quo
 uictoria habebitur per Iesum Christum. Nam ipsum interficiet
 spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, ut dī. 2. The. 2.
 Locu-

uid, hoc est, rege Christo imperate, ac praelia feruorū suorū disponere, cedit, & oēs aduersarij vincuntur. Vnde Psalmita ex persona Ecclesie cōfidenter dicit, *In Deo faciemus virtutem, &c.*

C A P. XXII.

Locutus est, &c. Iosep. Expeditus itaque Dauid a periculis & periculis, cum pace iam altissima frueretur, cantica in Deum hymnosque vario metro composuit, alios quidem trimetros, alios quinque metros, diuersaque faciens organa, docuit vt Leuitae secundum ea Deo hymnos edicerent per sabbathorum diem, aliasque festiuitates. Organorum autem species huiusmodi est. Canora quidem est decem cordis coaptata, hae plestro percutitur. Nabra vero duodecim sonos habens, digitis tangitur. Erant. n. & cymbala aerea, & grandia & lata.

Theodoretus. Post bella, Dauid hymnum Deo composuit epinicion. Consonat autem cum psalmo 17. vel potius idem est. Ego autem cum alijs psalmis hunc quoque interpretatus, superuacaneum existimauit secundam componere interpretationem.

Rab. Solus decimussseptimus psalm. in libris Regum reperitur quia

C A P. XXII.



Locutus est autem Dauid Dño verba carminis huius, in die qua liberauit eum Dñs de manu omnium inimicorū suorū, & de manu Saul, Et ait, Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus Deus Dñs fortis, meus, & sperabo in eum. Scutum meū & cornu salutis meae, & eleuator meus, & refugium meū, saluator meus, de iniquitate liberabis me. Laudabilem inuocabo dominū, & ab inimicis meis saluus ero. Quia circūdederunt me cōtritiones mortis, torrētes Belial terruerunt me. Funes inferi circūdederunt me, praeuenerunt me laquei mortis, In tribulatione mea inuocabo dominum, & ad Deum

quia regnum illud significat vbi aduersarium nō hēbimus. Titulus enim eius est, *In die qua eripuit eum Deus de manu inimicorum eius, & de manu Saul.* Dauid enim significat eum, qui natus est ex semine Dauid fm carnem, qui in corpore suo qđ est ecclesia adhuc patitur inimicos. vnde, *Saule, Saule quid me persequeris,* Eripietur autē omnino corpus eius, cum nouissima destruetur mors, vt perueniatur ad regnum Dei. Psal. iste non potest conuenire vni personae. Primo enim propheta loquitur gratias agens, quade graui periculo diuina pietate liberatur, hic, *Circūdederunt me gemitus mortis, &c.* Secundo loquitur ecclesia quae ante aduentum Domini innumeras pertulit calamitates. Posteaque miserus Deus medicinam sanctae incarnationis indulgit, & baptismatis beneficio Christianum populum de orbis vniuersitate collegit, ibi, *Deus qui accinxit me virtute,* Tertio nūre misericordie vox saluatoris illabitur, vbi pulcherrimis allusionibus virtus eius describitur, ibi, *Viuit Dominus, & benedictus Deus meus.* Quarto iterum ecclesiae catholicae dicta proferrantur, & cum magna exultatione diuinitatis concessa munera laudantur.

Act. 9. 2. 1. Cor. 15.

Psal. 17. 2.

E Psal. 17. 2.

Impii. Dolores vel implierunt.

Cervus

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XXII.

- 1 **L**ocutus est. Post liberationem Dauid a periculis, hic consequenter ponitur canticum gratiarum actionis, & primo ponitur gratiarum actio pro praeteritis. secundo varicatio de futuris cap. 23. Circa primum praemittitur quaedam praefatio, secundo subditur gratiarum actio, ibi, Dominus petra mea. Circa primum dicitur, Locutus est au. scilicet, quod sequitur postea. Et dicitur carmē quia ps. iste in Hebraeo compositus est metrico, & per modum laudis diuinae.
- 2 **I**ndie. Ex quo patet, quod iste psalmus fuit factus a Dauid post omnes persecutiones eius & sedatis aduersariis, ipso existente in quiete contemplationis.
- 3 **E**t de ma. Ista persecutio specialiter exprimitur, quia fuit diuturnior alijs & periculosior.
- 4 **D**ominus petra. Hic consequenter ponitur canticum pro gratiarum actione, vbi primo ponitur cantici narratio, et secundo intenta conclusio, ibi, Viuit Dominus. Canticum autem istud factū fuit a Dauid pro sua liberatione a periculis muliis, vt patet ex dictis, & ideo primo exprimitur Dei ipsum liberantis efficacia, secundo suae liberationis materia, ibi, Saluator me. tertius modus siue forma, ibi, Misit de excelso. Circa primum dicitur, Dominus, id est, fundamentum me stabiliciens contra multiplices impulsus.
- 5 **E**t robur meum. me fortificans contra hostiles insultus.
- 6 **Scutum meum.** muniens me contra hostium ictus.
- 7 **E**t cor. sa. repellens & deiciens aduersariorum incursus.
- 8 **Saluator.** Hic consequenter exprimitur materia huius liberationis

videlicet multa mala et pericula de quib. liberatus fuit uirtute diuina. Circa quod primo describitur sua liberatio. secundo subditur liberatio populi de Aegypto quasi pro exemplo, ibi, Cominota est. Circa ea quae sunt dicenda in hoc cantico, considerandū quod factū fuit metrico, vt dictum est, & ideo rone metri hic ponuntur aliqui modi loquendi qui non ponuntur communiter in oratione prosaica, quia frequenter accipit praeteritū pro praesenti vel futuro, et e conuerso, et aliquādo de figuratiua locutione transit ad planā, & e conuerso. Dicit igit, Saluator meus. i. liberasti. Et nota hic iniquitas Dauid in facto Bethsabee, de qua fuit liberatus quantum ad culpam per veram contritionem & confessionem, et quantum ad pēnam per diuinam ultionem vt patet ex super praecellis.

- 9 **L**audabilem inuocabo. id est, dignum omni laude.
- 10 **E**t ab ini. scilicet ab inimicis inuisibilibus, qui sūt maligni spiritus, sicut iam liberatus sum ab inimicis visibilibus.
- 11 **Q**uia circūdederunt me, &c. Post mala spiritualia a quib. liberatus fuit, enarrat corporalia ex persecutione Saulis, in hoc qđ dicitur Circūdederunt me contritiones mortis, quia Saul & viri eius cingebant Dauid in modum coronae, ita quod Dauid desperabat se posse euadere, vt habetur sup. lib. 1. 23. ca.
- 11 **T**orrentes Belial. id est, impetus persecutionis Saul, qui erat absque iugo discipline & legis diuinae.
- 13 **F**unes inferi. In Hebraeo habetur. Societates inferni. i. demones incitantes Saulem ad me persequendum.
- 14 **P**raeuenere me laquei mortis. scilicet Ziphai et alij insidiatōres, qui querebant tempus et locum quomodo Dauid caperetur, vt habetur sup. 1. lib. 23. cap.
- 15 **I**n tribulatione mea inuocabo dominum & ad Deum meum clamabo. id est, inuocauit.

Et

M O R A L I T E R.

- 1 **L**ocutus. Dauid figura Chři fuit, propter quod Christus Dauid nominatur Osce. 3. vbi dicitur, *Et quarent dominum Deum suum & Dauid regem suum.* Et translatio Chaldaica sic hēt, *Et obediens Dauid Messia suo.* Propter quod iste psal. exponit mysticē de Christo homine, qđ liberatus fuit ab aduersarijs suis in sua resurrectione, propter quod tunc dixit Matt. vlt. d. *Data est mihi potestas in caelo & in terra.* Igitur in eius persona dicitur.
- 4 **D**ominus petra mea. id est, fundamentum meum. nam humana Christi natura in diuino supposito sustentabatur.
- 5 **E**t robur. Nam opera miraculosa fecit uirtute diuina.
- 8 **E**t saluator me. Hae verba sunt Christi secundū quod homo, sic enim minor est patre. & secundū hoc dicit pater & saluator eius, & Deus eius, & hoc mō exponatur in sequētib.

- bus, in quibus est talis loquendi modus.
- 1 **D**e iniquitate liberabis me. Laudabilem inuocabo. id est, de manibus Iudeorum, qui dicuntur hic iniquitas in abstracto, propter excessum malignitatis eorum.
- 11 **Q**uia circūde. me con. &c. in angustia mee passionis.
- 12 **T**orrentes Belial. id est, impetus tribulationis a diabolo excitatē.
- 12 **T**erruerunt. mi. Sic dicitur Marci. 14. c. *Cepit Iesus panem & tadere.* & hoc fuit ad declarandū in eo veritatē humane naturę.
- 13 **F**unes inferi circūdederunt me. praeuenere. Et loquitur de funibus, quibus fuit ligatus per precurationem demōnis, qui vocatur hic infernus.
- 15 **I**n tribulatione inuocabo dominum. Nam in angustia crucis orauit patrem, dicens, *Pater in manus tuas commende spiritum meum,* Luc. xxij f.

Deum meum clamabo. Et exaudiet de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures eius. Commota est & contremuit terra, & fundamenta montium concussa sunt, & commota, quoniam iratus est eis dominus. Ascendet fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit: Carbones succensi sunt ab eo. Et inclinavit caelos, & descendit caligo sub pedibus eius. Et ascendit super cherubim & volavit, & lapsus est super pennas venti. Posuit tenebras in

regli commota.

cherub.

appavit.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et exaudiet de tem. i. de caelo, quod est templum gloriae suae.
 2 Commota est & contremuit terra, &c. Hic inducit exemplum de liberatione populi Israel de Aegypto, ut dicit Rab. Sal. quia modus fuit Hebraeorum in liberationibus particularibus. facere mentionem de liberatione Aegyptiaca, quae fuit generalis toti populo, ut patet in pluribus locis sacrae scripturae. Dicit igitur. Commota est & contremuit terra, quia propter plagas inflictas Aegypto a domino omnes habitantes terram Aegypti fuerunt commoti, & contremuit, ut habetur in Exod. Et etiam ad litteram inter plagas illas Aegypti fuerunt factae conuulsiones, & tonitrua horribilia, ut habetur Exo. 8. ita quod videbatur tremere tota terra, & montium fundamenta commoueri.
 3 Ascendet fumus de naribus. Loquitur de Deo more hominis irati, de cuius naribus exit fumus, quia ira est accensio sanguinis circa cor. & inde ascendunt spiritus ad superiora, & ideo ira maxime apparet in facie, ut in oculis & naribus. Sciendum tamen quod ira, & aliae passiones in Deo non habent locum, nisi secundum quendam modum. Dicitur enim Deus irasci, quando punit peccatores, quia admodum hominis irati se habet.
 4 Et ignis de ore eius vorat. Quia ignis & grando mixta pariter ferebantur ad punitionem Aegyptiorum, ut habetur Exo. 9. c. Et dicitur hic processisse de ore Dei, quia de voluntate & precepto eius fiebat talis punitio.
 5 Et inclinavit caelos. non per loci mutationem, sed per effectum exhibitionem, scilicet ad punitionem Aegyptiorum, & liberationem Hebraeorum.
 6 Et caligo. quia fecit tenebras palpabiles tribus diebus in Aegypto, ut habetur Exo. 10.
 7 Et ascen. super che. Per hoc designatur velocitas divini subsidii ad liberationem populi de Aegypto, quia omnes filios Israel eadem die simul eduxit, cum tamen essent in numero maximo, ut habetur Exo. 12.
 8 Posuit tene. hoc colligitur de nube existente inter filios Israel, & exercitum Aegyptiorum super mare rubrum, quae erat obscurissima & densissima ex parte Aegyptiorum, ita quod non poterant accedere ad filios Israel, ut habetur Exo. 14.

Cri-

MORALITER.

1 Et exaudiet de templo sancto. Sicut dicitur Heb. 5. c. Qui in diebus carnis suae preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere a morte cum clamore valido et lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.
 2 Commota est. scilicet in passione, Matth. 27. f. Mota est terra et petra scissae sunt.
 † Fundamenta motium. Deus enim in vindictam mortis Christi hominis venire fecit exercitum Romanorum contra principes Iudaeorum, qui dicuntur hic montes propter status eminentiam, & eorum corda quae dicuntur hic fundamenta, concussa fuerunt timore in Romanorum adventu, & conquassata in tempore populi & civitatis interitu.
 3 Ascendet fumus de naribus eius. scilicet Dei, de quo loquitur ad modum hominis irati, de cuius naribus exit fumus.
 4 Et ignis de ore eius. Nam Romani ex instinctu Dei templum & civitatem incenderunt.
 5 Et inclinavit ca. &c. per effectum iustitiae suae quem ostendit.
 6 Et caligo. Nam Iudei remanentes erroris caligine sunt involuti.
 7 Ascen. id est, super apostolos quos replevit scientia, propter quod cherubin nominantur.
 8 Et lv. Nam Christus in caelum ascendit velocius, quam moveatur ventus.
 8 Posuit. Nam ipso ascendente nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act. 1. b.
 9 Cribrans. i. aquas sapientiae salutes per praedicationem apostolorum, qui dicuntur nubes Esa. 60. b. Qui sunt isti qui ut nubes

circumitu suo, & latibulum, cribrans aquas de nubibus caelorum. Prae fulgore in conspectu eius & nubes succensi sunt carbonem ignis. & Tonabit de caelo dominus, & excelsus dabit vocem suam. Misit sagittas suas & dissipavit eos, fulgura & consumpsit eos. Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamenta orbis. Ab inspiratione domini, ab inspiratione spiritus furoris eius. Misit de summo, & assumpsit me, & extraxit me de aquis multis. Liberavit me ab inimico meo potentissimo, & ab his qui oderant me, quoniam niam robustiores me erant. Praevenit me in die

9 Cribrans aqu. quia ex densitate illius nubis stuebant pluviae grossae ad maius impedimentum Aegyptiorum. Veruntamen quia illa nubes illuminabat noctem ex parte filiorum Israel, ut ibidem dicitur, ideo subdit.
 10 Prae fulgore. Et quia ex nube illa generata fuerunt fulgura & tonitrua, quibus rota currum ferebantur in profundum, sicut dictum fuit ibidem. ideo subditur, Succensi.
 11 Misit sagit. id est, fulgura & conuulsiones, quibus territi dixerunt, Fugiamus Israel, Dominus enim pugnat pro eis contra nos, quia tamen sicut ibidem dicitur, fugientibus Aegyptiis occurrerunt aquae. ideo subditur.
 12 Et apparue. Aegyptios submergentes.
 13 Et reuela. quia superficies terrae quae erat in profundo maris fuit discooperata, ita quod filii Israel transierunt per medium maris, ut habetur Exo. 14. Dicitur autem terra, quae est sub aquis maris fundamentum orbis, ad similitudinem fundamenti domus, quod est pars inferior. Similiter terra, quae est in profundo maris habet super se elementum aquae, & postea aeris, & consequenter alias partes orbis. Consequenter ostenditur a quo talis punitio Aegyptiorum facta sit, cum dicitur. Ab increpatio.
 14 Misit de. Hic describitur forma, sine modo liberationis ipsius David, qui modus factus est virtute divina, & primo describitur modus suae liberationis per modum evasione de manu adversariorum. secundo per modum infestationis & destructionis eorum, ibi, In te enim curram accinctus. prima in duas: in partem principalem, & incidentalem, secunda ibi, Cum sancto. Circa primum dicitur.
 15 Liberavit. scilicet, Deum suam gratia & virtute.
 16 Ab inimi. id est, Saul.
 17 Et ab. Absalom & suis sequacibus.
 18 Quoniam. Et in hoc confitetur David se liberatum virtute divina, non sua.
 19 Praevenit. quia cum desperaret se non posse evadere a facie Saul, ut habetur supra 1. li. cap. 23. venit nuntius ad Saul dicens, Festina & veni, quoniam Philistini insuderunt se super terram. quod factum fuit ordinatione divina, ut Saul omitteret persequi David.

bes volant, ipsi vero post ascensionem Christi ad praedicationem per orbem fuerunt dispersi.

10 Prae fulgore. Nam ad praedicationem apostolorum fulgore miraculorum confirmata Gentiles qui erant quasi carbonem extincti per infidelitatem, succensi sunt ad amorem Christi per fidem charitate formatam.

† Tona. per apostolos aliosque discipulos praedicantes.

11 Mi. sa. i. sacras scripturas per praedicationem & doctores

† Et dis. scilicet contradicentes evangelicam veritati.

† Fulgura. id est, miraculorum signa.

† Et con. nam per evidentia miracula impugnatores evangelii fuerunt confusi.

12 Et ap. id est, multitudines credentium, Esa. 1. a. Mirabitur & dilata. cor. tuum, quando conversa fuerit ad te multitudo maris, sortitudo gentium venerit tibi.

13 Et re. id est, regna quatuor orbis principalia. scilicet, Babilonicum, Persarum, Graecorum, Romanorum, quae per lapidem abscisum sine manibus, id est, Christum, sunt contrita, & imperium Christi manet in secula seculorum, ut habetur Dan. ij.

14 Misit de. Loquitur hic Christus pro suo corpore mystice de aquis tribulationum per Iudaeos & imperatores Romanorum divinitus liberato.

15 Libe. me. hoc dicitur propter imperium Romanum, quod fuit potentissimum & multipliciter attentavit destruere corpus Christi mysticum. 17 Et ab. i. a Iudaeis. 18 Quoniam r. scilicet, in primitiva ecclesia, ut patet Act. viij. & ix. 19 Praevenit. scilicet Deus dans suis fidelibus virtutem patientiae.

bes

afflictionis meæ, & factus est dominus † firma-
† Charitatem.
 mentum meum. Et eduxit me in latitudinem, †
 liberauit me, quia complacui ei. Retribuet mi-
 hi dominus secundum iustitiam meam, & se-
 cundum munditiam manuum mearum reddet
 mihi. Quia custodiui vias domini, & non im-
 pie egi a Deo meo. Omnia enim iudicia eius †
 in conspectu meo, & præcepta eius † non amo-
 uia me. Et ero perfectus corā eo, & custodiam †
 me ab iniquitate mea. Et restituet mihi domi-
 nus secundum iustitiam meam, & secundum
 munditiam † manuum mearum in conspectu
† O Deus.
 oculorum suorum. Cum † sancto sanctus eris, †
 & cum robusto perfectus. Et cum † electo ele-
† Quia ei non faues, peruersus vidēris.
 ctus eris, & cum peruerso † peruerteris. Et po-

† Vel humilem.
 13 pulum pauperem saluum facies, oculisque tuis
 14 excelsos humiliabis. Quia tu lucerna mea do-
 15 mine, † & tu domine illuminabis tenebras †
 16 meas. In te enim † curram accinctus, in Deo †
† cōteram exer-
 citum.
 17 meo transiliam murum. Deus † immaculata via †
† Peccatorum, qui est inter Deum & homines.
 18 eius, eloquium domini igne examinatum, scu-
 19 rum est omnium sperantium in se. Quis est deus †
† perfecta id est
 facta ibi incor-
 rupta.
 20 præter dominum, & quis deus fortis, præter
 21 Deum nostrum? Deus qui accinxit me fortitu-
 22 dine, & † complanauit perfectam viam meam
† fortitudo me
 a in exercitu
 vel fortificauit
 me fortitudine
 † soluit. i. expe-
 ditam fecit.
 23 coæquans pedes meos cervis, & a
† a Cervis.
 24 super excelsa mea statuens me. Cervi spiritua-
 25 † Docens manus meas ad præ- les viri pp ala-
 26 lium, & † componens quasi ar- critatē, vepres,
 27 cum æreum brachia mea. Dedi- id est, implica-
 28 sti mihi clypeum salutis tuæ, & mentā seculi trā-
 29 filientes. CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Eduxit me in lati. quia David qui a Saul & viris eius erat cir-
 cundatus in modum coronæ, ut ibidem dicitur, recedente Saule liber po-
 tuit, ire quo voluit.
 2 Retribuet mihi Dominus secundum, &c. Ex hoc enim quod
 Sauli pepercit, cum tamen posset eum occidere, ut habetur sup. lib. I. c.
 24. & 26. & quia Absalom se persequentem saluare voluit, ne in pec-
 cato mortali moreretur, prout dictum fuit, supra ca. 18. ex misericor-
 dia sui dispositus ad hoc, quod Deus esset sibi misericors & propitius
 in dando sibi gratiam in presenti, & gloriam in futuro, secundum illud
 Mat. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi mise. confc.
 3 Omnia enim iudi. eius in con. ut caneā ab eorū transgressione.
 4 Et ero perfectus cor. quia in coniunctione ad Deum per charita-
 tem consistit essentialiter perfectio vitæ.
 5 Et custodiam me ab iniquitate. cauendo diligenter de cætero a
 reciduo.
 6 Cum san. Hæc est pars incidentalis, quia David locutus fuerat de
 sua liberatione propter suam innocentiam, ideo hic incidentaliter ostē-
 dit Dei misericordiam & benignitatem generaliter erga bonos, dicens
 ipsi Deo, Cum sancto sanctus eris. quia sanctus te sanctū confitebi-
 tur a quo sua sanctitas derivatur.
 7 Et cum. ad tolerandum aduersa patienter.
 8 Perfectus. scilicet eris, dando sibi gratiam tolerandi aduersa nō so-
 lum patienter, sed etiam suscipiendi gaudenter, sicut martyres gaude-
 bāt in passionibus, quod est maxime perfectionis in virtute fortitudinis
 9 Et cum. ad vitam beatam ex tua liberalitate.
 10 Electus eris. quia eliget te, omnibus alijs contemptis.
 11 Et cum peruerso, &c. reddendo ei penam secundum peruersita-
 tem suam, iuste tamen ex parte tua. Vel aliter. Cum per. scilicet secū-
 dum iudicium suum erroneum, quia homines peruersi cum ab eo pu-
 niuntur iuste, dicunt Deum cum eis peruersi agere.
 12 Et populum. id est, abiectum & humilem.
 13 Saluum. quia secundum quod dicitur Iaco. 4. b. Deus superbis
 resistit, humilibus autem dat gratiam.
 14 Quia tu. quod potest intelligi dupliciter. Lucerna. n. est lumen in
 testa, & ideo lumē naturale intellectus humani positū in corpore ter-
 reo

reo bene dicitur lucerna Domini, quia lumen naturale rationis est qua-
 dam impressio diuini luminis, secundum illud Ps. 4. b. Signatū est su-
 per nos lumen, &c. Item Deus præsens homini per gratiā suam di-
 citur eius lucerna, quia omnis creatura ad Deum comparata tenebra
 est, ideo subditur.
 15 Et tu. Potest etiam dici, qđ tenebræ hic vocantur opera meritoria
 per peccatū mortale superueniens extincta, quæ viuificantur & illumi-
 nantur recuperata gratia.
 16 In te. Hic ponitur liberatio David per modum insecutionis & de-
 structionis aduersariorum suorū, cū dicitur, In te. id est, in tua virtute.
 17 Curram. id est, ad prælium expeditus.
 18 In Deo meo. capiendo aduersarios intra suum fortalitiū.
 19 Deus inma. via eius. Via ista est lex diuina, in qua non est ali-
 qua immunditia concessa tanq̄ licita, licet aliqua mala fuerint pmissa
 propter maiora mala euitāda, sicut libellus repudiij permissus fuit in le-
 ge ve. & vsura cum extraneis, ne vxores occiderent, et ne fratres suos
 vsuris grauarent, prout dictum fuit plenius Deut. 23. & 24.
 20 Eloquium Domini igne exa. i. purum & mundum, sicut me-
 tallum in fornace probatum.
 21 Scu. est. scilicet ipse Deus.
 22 Quis est. q. d. nullus, quia alij sunt dii participatiue, scilicet homi-
 nes sancti, secundum illud Ps. 81. b. Ego dixi, dii estis. Vel dii falsi,
 sicut idola gentium.
 23 Deus qui ac. corporali contra hostes visibiles, & spiritali cōtra
 inuisibiles.
 24 Et compla. perfectam viam meam. auferēdo offendicula cor-
 poralia & spiritalia.
 25 Coæquans. dando mihi agilitatem ad insequendū hostes meos su-
 gientes, & est locutio hyperbolica, quia non habuit tantā velocitatem
 currēdi sicut cervus, sicut dī, talis mulier est albius niue, ad designan-
 dum excellentiam suæ albedinis, quamuis non sit ita alba sicut nix.
 26 Et super excel. id est, stabilis in regia dignitate.
 27 Docens manus. quia artem praliandi me docuit.
 28 Et compo. quasi at. id est, fortitudinem ad hoc conuenientem mi-
 hi dedit. in hebraeo habetur, venichath. id est, & concussus est arcus
 æreus brachijs meis: quasi arcū arcū facilius tēdebat, ut dicit. Ra. Sa.
 29 Dediti mihi clypeum &c. quasi dicat fortitudo mea parū ef-
 set

MORALITER.

1 Et edu. fidem Christi diffundendo per orbem.
 2 Retri. Hic exprimitur ecclesie meritum & sequēs premiū
 quātum ad illos qui numero & merito sūt de corpore Chri-
 sti mystico, & isti sunt qui cauent ab immūditia peccatorū,
 & student ad impletionem mandatorū diuinorum, & p hoc
 patent sequentia vsque ibi.
 6 Cum san. id est, Christo.
 6 Sanctus. conformando te ei quantum ad præcepta.
 7 Et cum. id est, Christo, cuius virtus est infinita.
 8 Perfectus. cōformando te ei quātum ad euāgelica cōsilia.
 9 Et cum. id est, Christo.
 10 Ele. translatus ad gloriam electorum.
 Et cum. id est, diabolo qui totaliter auersus est a Deo.
 11 Peruerteris. ipsum insequendo.

14 Quia tu. nā in vita cōtēplatiua Deus est lucerna ecclesie.
 17 Curram accinctus. in actiue vitæ operibus.
 18 In Deo meo transiliam murum. i. tentationis impedimentū.
 20 Eloquium Domini examinatum. quia non habet aliquid im-
 puritatis vel falsitatis admistum.
 20 Scutum est omnium sperantium in se. contra inuasiones pote-
 statis malignæ.
 21 Et complanauit perfectam viam meam. omnia offendicula au-
 ferendo.
 25 Coæquens pedes meos cervis. dans mihi promptitudinem vo-
 luntatis ad currendum post ipsum in bonis.
 26 Et super. id est, me firmando in consiliorum obserua-
 tione.
 27 Docens manus. id est, operationes meas.
 27 Ad prælium. contra incentiua vitiorum.

A mansuetudo mea multiplicauit me. Dilatasti
 † declinauerunt. gressus meos subtus me, & non deficient tali
 † Chritus infidels, electus vitia.
 mei. Persequar inimicos meos & conteram, &
 non reuertar donec consumam eos. Consumam
 † insurgentes in me, & intr.
 eos & confrigam, vt non consurgant, ca-
 dent sub pedibus meis. Accinxisti me fortitu-
 dine ad praelium, incuruasti resistentes mihi
 † Vnde, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
 subtus me. Inimicos meos dedisti mihi dor-
 sum, odientes me, & † disperdam eos. † Clama-
 † uerunt illi mihi inimicos in pugnam.
 bunt, & non erit qui saluet, ad dominum, & non
 † uel excidi uel respiciet.
 exaudiet eos. Delebo eos vt puluerem terrae,
 quasi lutum platearum comminuam eos, at-
 † distenda eos.
 que † confringam. Saluabis me a contradic-
 tionibus populi mei, custodies me in caput gen-
 † Iudaeorum.

11 tium. Populus quem ignoro seruiet mihi, filij
 † Iudaei ex patre diabolo nati.
 12 alieni † resistent mihi, auditu auris obedient mi-
 13 hi. Filij alieni defluerunt, & † contrahentur in
 14 angustijs suis. Viuit dominus, & benedictus
 15 † Deus meus, & exaltabitur Deus fortis salutis
 16 † In iudicio, cum reddam malis iuxta merita.
 17 meae. Deus qui das vindictam mihi, & deiecis
 18 † populos sub me. Qui educis me ab inimicis
 † A diabolo.
 19 † meis, & a resistentibus mihi eleuas me, † a viro
 † Ecclesiam meam.
 20 iniquo liberabis me. Propterea confitebor tibi
 21 domine in gentibus, & nomini tuo cantabo.
 22 † Magnificans salutes regis sui, & faciens miseri-
 † Saluatoris.
 23 cordiam Christo suo Dauid, & femini eius usque
 † a Electis.
 24 in sempiternum.

CAP

NICOLAUS DE LYRA.

* set, nisi adesset protectio tua.
 1 Et man. &c. mul. me. Est. n. dispositio ad hoc quod homo multi-
 plicetur in bonis temporalibus & spiriualibus, secundum Matth. 5. a.
 Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. In Hebraeo ha-
 betur, sanotheca, id est, mansuetudo tua multiplicauit me, & est sen-
 sus, et ex benignitate tua promerui mihi multiplicatio in bonis tempo-
 raliibus & spiriualibus & prole, & non ex merito meo.
B 2 Dilatasti gres. meos, &c. In Hebraeo habetur. Passus meos, quando
 enim pedes sunt coniuncti adinuicem, tunc homo est dispositus ad cadē-
 dum, sed quando sunt conuenienter elongati, tunc stat firmitus. Per hanc
 igitur similitudinem intelligitur, quod firmitas in statu regio increpat ip-
 si Dauid a Deo. Cetera patent ex dictis usque ibi.
 3 Inimicos meos dedisti mihi dorsum. id est, uertentes dorsum
 coram me fugiendo.
 4 Clamabunt. ad idola.
 5 Et non erit qui sal. quia in eis nulla uirtus est saluandi. Vel aliter.
 Clamabunt, inuocando auxiliū humanum, & non erat, qui auderet
 inuare.
 6 Ad dominum, conuertent se humano auxilio deficiente.
 7 Et non. exau. eos. &c. quia talis clamor pcedit ex seruili timore.
 8 Saluabis me. &c. id est, saluasti.
 9 A contradictionibus populi mei. id est, in rebellionē populi mei cō-
 tra me excitata per Seba filium Bochri, vt dictum est sup. 20. ca.
 10 Custodies me in ca. id est, in statu regni.
 11 Populus quem. quia Philistini, Ammoniti & Moabiti & idu-
 mei seruibant ei sub tributo, vt patet ex pdictis. c. 8. & 12. qui tamen
 erant Gentiles & idololatri, & sic erant ignoti ipsi Dauid notitia ap-
 probationis.
 12 Filij alie. id est, illi qui deberent esse filii mei, per malitiam suā a-
 lienati resisterunt mihi, vt patuit supra in rebellionē Absalom & aliorū
 existentium cum eo, qui tamen debebant obedire Dauid sicut patri.
C 13 Auditū auris obe. id est, simulatorie & non vere, quia Absalom
 & sui sequaces qui simulabant se Dauid obedientes, de facto fuerunt
 rebelles.

Filij

14 Filij alieni. quia debellati fuerunt, & mortuo Absalom fugerūt,
 vt dictum est sup. 18.
 15 Et contra. In Hebraeo habetur, In clausuris suis. quia Seba cum
 fauorib. suis p̄ timore reclusit se in Abela, ubi fuit decapitatus, vt
 dictum est sup. 20.
 19 Viuit do. Hic ponitur huius cantici intenta conclusio, vt 3 diui-
 ni nominis magnificatio pro pdictis bñficiis, & hoc est quod dicitur.
 Viuit. quia est ipsa uita per essentiā, & omnia uiuunt in eo, secundum
 quod dicitur Io. 1. a. Quod factum est. scilicet, omnis creatura, in
 ipso, uita erat, quia creatura antequā crearetur nō est nisi ipsa crea-
 trix essentia, quae est idem quod intelligere diuinum, siue intelligentia
 diuina, & quia intelligere est supremus gradus uita, vt hētur 2. de A-
 nima, & Deus solus unico actu intelligendi p̄fecte se cōprehēdit & om-
 nia, qui quidem actus est sempiternus, ideo dicit Philosoph. 12. Metaphy-
 sica. Quod Deus uiuit uita nobilissima, sempiterna & optima.
 17 Et benedi. ex beneficiis mihi collatis.
 18 Et ex. non in se, cum sit magnitudinis infinita, sed in creaturis ip-
 sum laudantibus.
 19 Deus. vt patet ex p̄cedentibus. propter quod concluditur.
 20 Propterea. in psalmis laudi tuae.
 21 In. genti. quia psalmi facti a Dauid deriuati sunt ad gentes conuer-
 sas ad fidem Christi in diuersis partibus orbis.
 22 Magnificans. id est, mei, qui sum constitutus rex ab eo.
 23 Et faciens. qui de mandato Dei vnctus fuit a Samuele, vt habet
 sup. primo lib. 16. cap.
 24 Et femini. quia filii Dauid regnauerunt usque ad captiōē Baby-
 loniam, & post reuersionem de Babylone Zorobabel, qui descendit de
 Dauid, habuit ducatum super populū, & alij consequenter de tribu Da-
 uid usque ad Herodem alienigenam, sub quo natus est Christus de semi-
 ne Dauid s. cū dum carnem, cuius regnum & imperiū manet in secula
 seculorum amen. Et ista fuerunt diffusius tractata Gen. 69. & Matth.
 2. in quadam quaestione de quolibet, quam de hac materia diffusius di-
 sputauit.

CAP.

MORALITER.

1 Et mansuetudo mea multiplicauit me. meritorie & dispositiue.
 Nam mansuetudo est quaedam tractabilitas mētis ad omne
 bonum.
 2 Dilatasti gres. meos subtus me, &c. ad ambulandum sine casu
 in uita morum.
 † Persequar inimicos meos & conteram. &c. id est, vitia & diabo-
 lum.
 † Incuruasti resistentes mihi, i. motus sensualitatis inclinando
 sub obedientia rationis. Potest & hoc aliter exponi de impu-
 gnatoribus ecclesie, qui facti sunt ei obidentes, vt Saulus &
 contumiles.
 3 Inimicos meos de. mihi dorsum. id est, obstinatos in Iudaismo,
 qui fugati sunt, & dispersi per mundum.
 † Quasi lutum platearum comminuam eos. quia contemptibiles
 sunt omnibus alijs gentibus.
 8 Saluabis me a contradictionib. populi mei. quia contra ecclesiam
 non audent modo loqui.
 11 Populus quem ignoro seruiet mihi. quia Gentiles qui a Deo uide-

debantur ignorati, eo quod erant in idololatria derelicti, de
 uote seruiunt in ecclesia Christi.
 12 Filij alieni resistent mihi. id est, Iudei a ueritate alieni quan-
 tum potuerunt resisterunt ecclesie Christi.
 13 Auditū auris obedient mihi, &c. & non auditu cordis, quod
 dicitur propter illos qui fide conuertuntur de Iudaismo, pro-
 pter quod subditur.
 14 Filij alieni defluerunt. a uia ueritatis.
 15 Et contrahentur in angustijs suis, &c. in gehennę p̄ctis.
 16 Viuit Dominus & benedictus Deus, &c. Hęc sunt uerba cuius-
 libet membri Christi uniti per gratiam.
 18 Et ex. ad me protegendū ab impulsu omnis potestatis ad-
 uersarię.
 19 Deus qui. contra mundum, carnem, diabolū.
 † Deiecisli po. id est, motus meos interiores & exteriores subiu-
 ciens rationi rectę.
 † Qui edu. scilicet, mundo, diabolo, & carne.
 † A viro. scilicet ab Antichristo, qui erit iniquissimus.
 20 Propterea. gr̄as agēdo magnifice de bñficiis supradictis
 Hęc

C A P. XXIII.

Hæc sunt autem. Hierony. Nouissima sunt, quia post psalterium, & cetera metra, hoc composuisse metrum dicitur, in quo ait: Dixit Dauid filius Isai. Dixit vir, cui constituta est scala Christo Dei Iacob. Rab. Quia ultimam confessionis laudem signant; quam superato hoste & peracta victoria mortis sancti cantabunt in æternum.



C A P. XXIII.

AEC autem sunt verba nouissima, † quæ dixit Dauid filius Isai: Dixit vir cui † constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel: † Spūs Dñi locutus est per me, & sermo ei⁹ p † linguā meā. Dixit Deus Israel mihi locutus est fortis Israel. Dominator hominum iustus, dominator in timore Dei. Si-

b Egre. quia luculentissime de Christo Dei & de incarnatione eius ac redemptione humani generis prophetauit.
c In timo, qui in timore Dei dominationem in subditis exercet, lucis opera per solem iustitiæ illuminata profert, nec in eis aliquid obscurum remanet, sed umbra cælestis gratiæ irrigatus germina virtutum in carne viuens fructificat.
† 66. di. e. quæ ecclesiasticis. §. ecce.
Nec est.

NICOLAVS DE LYRA. C A P. XXIII.

Hæc autem. Posita gratiarum actione de præteritis, hic consequenter describitur prophetia Dauid de futuris. Et primo ponitur huiusmodi vaticinium. secundo catalogus sortium, ibi: Hæc sunt nomina. Circa primum præmittitur prophetia Dauid de præmiatione bouorū. secundo de punitione malorum, ibi: Præuaricatores autem. Circa primum primo ostenditur excellentia prophetia Dauid verbo. secundo exemplo, ibi: Sicut lux auroræ. Circa primum sciendum, quod excellentia prophetiæ maxime accipitur ex duobus, scilicet, ex materia reuelata, & ex modo reuelationis. Primo ergo ostenditur excellentia prophetiæ Dauid ex primo. secundo ex secundo, ibi: Spiritus domini. Circa primum sciendum quod quanto aliquod futurum est excellentius, tanto reuelatio facta de illo sine prophetia est excellentior, quia cognitio notabilitatem sortitur ex obiecto, ut habetur. 1. de Anima. Tempore autem vet. test. illud quod fuit futurum excellentissimum, fuit incarnationis mysterium: quod fuit reuelatum ipsi Dauid, non solum quantum ad futuritionis certitudinem, sed etiam quantum ad eius progeniem, videlicet quod Christus de semine suo esset nasciturus, & per eum mundus esset saluandus, sicut Dauid a persecutionibus inimicorum suorum fuerat virtute diuina saluatus, & hoc est quod dicitur.
1 Hæc. & ideo præceteris memoriter retinenda, secundum quod dicit Greg. homil. 19. Idcirco dominus tunc discipulos increpauit, cum eos corporaliter reliquit, ut verba quæ recedens diceret, arctius in corde audientium impressa remanerent.
2 Dixit vir. id est Dauid.
3 Cui con. id est, firmiter promissum absque retractatione.
4 De Christo Dei Ia. id est, de Christo quem Iacob Spiritus sancto inspiratus prædixit venturū ad salutem hominum, secundum quod dicitur. Gen. 49. b. Nō auferetur sceptrum de Iudā, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium tanquam saluator earum. Vbi notandum est quod translatio Chaldaica habet. donec veniat Messias. id est, Christus Græcè, & vnctus Latinè, quæ quidem prophetia fuit impleta in domino nostro Iesu Christo vncto præceteris plenitudine gratiæ, ut habetur Io. 1. b. Vidimus eum quasi vnigenitum a patre, plenum gratiæ & veritatis. quia natus fuit de virgine tempore Herodis regis, sub quo fuit translatus sceptrum regni ad alienigenā, ut dictum est ca. præced. quia pater eius fuit Idumæus. ut aliàs est diffusius declaratum.
5 Egregius. quia cantica quæ cantabantur in templo, erant de psalmis Dauid.

Spiritus

6 Spiritus. Hic ostenditur excellentia prophetiæ Dauid ex modo reuelationis sibi factæ. Circa quod sciendum, quod licet reuelatio prophetica fiat multis modis, ut plenius declaravi super Da. & super li. T. salmorū. tamen duo modi sunt magis generales quos accipio quantum ad præsens. Vnus est quando menti prophetiæ fit reuelatio alicuius futuri supernaturaliter cognati, & cum hoc in virtute imaginatiua prophetiæ virtute diuina formatur aliqua visio imaginaria, in qua tanquam in speculo inspicitur veritas intellectualis, sicut in cognitione naturali cognitio quidditatiua inspicitur in phantasmatibus in virtute imaginatiua formatis. secundum quod dicit Philof. 3. de Anima: Intelligentibus nobis necesse est phantasmata speculari. Et hoc modo Ieremias propheta vidit destructionem civitatis Ierusalem futuram per intellectum in visione imaginaria. Ollæ succensæ & virgæ vigilantis. ut habetur Hic. 1. Alio modo fit reuelatio veritatis supernaturalis absque tali uisione imaginaria. & iste modus prophetiæ altior est primo. sicut melioris intellectus iudicatur ille in cognitione naturali qui veritatem intelligibiliter sibi propositam statim caput absque exemplo ad hoc manuductiuo, quam ille qui non potest eam copere, nisi sibi proponatur exemplum sensibile manuductiuum. & similiter ille qui conclusiones Geometricas intelligeret absque descriptione alicuius figuræ: quam ille qui non posset hoc capere absque tali descriptione. Isto autem secundo modo fuit cognitio prophetica ipsius Dauid: ut habetur in prologo super Psal. & hoc est quod dicitur: Spiritus. id est, spirituali uisione instruxit me absque uisione imaginaria.
7 Et ser. quia non solum illuminauit intellectum meum ad intelligendum, sed etiam linguam meam speciali modo direxit ad loquendum, quia prophetias suas locutus est per modum laudis diuinæ magis quam alij propheta.
8 Dixit. scilicet Dauid.
9 Deus Israel. licet enim sit Deus omnium generaliter, tamen dicitur Deus Israel per ueram fidem & cultum patriæ specialiter.
10 Fortis. id est, ad protectionem Israel, sicut patuit in eductione Israel de Aegypto in signis mirabilibus.
11 Dominator. reddens unicuique propria merita.
12 Dominator in timo. quia a subditis suis uult timeri timore filiali, non timore seruili.
13 Sicut lux. Hic inducit exempla ad prædicta. & primo ad ultimum dictum. de prophetia & uisione spirituali absque imaginaria. Ad cuius intellectum sciendum, quod sol dupliciter uidetur. Vno modo testus aliqua nubecula. Alio modo in sua claritate sine tali nube, & certum est, quod ille est acutioris usus, qui potest eum uidere sine tali nube, quam ille qui non potest uidere absque nube excessum claritatis solis suo uisio

contem-

MORALITER.

1 Hæc sunt. Per Dauid qui in glo. super psalmum dicitur eximius prophetarum, significatur homo perfectus in vita contemplatiua. Nam & antiquitus prophete appellabantur uidentes. 1. Reg. 9. b. Qui hodie dicitur propheta, olim appellabatur uidens. Vita uero contemplatiua consistit in oratione deuota, & in meditatione sanctorum scripturarum diuinitus reuelata. Et talis contemplatiuus bene dicitur filius Isai, id est, Dei: nam Isai interpretatur salus mea. & de Deo dicitur Psal. 26. Dominus illuminatio mea, & salus mea, &c. Talis autem contemplatiuus modo speciali assimilatur Deo, propter quod dicitur eius filius. Et quoniam recognoscit sicut gratus Dei beneficia, debet regratiando dicere, & maxime circa finem uitæ suæ.
2 Dixit vir. Id est, dicat, loquens de seipso sicut de alio: nam hic est modus loquendi sanctorum de seipsis. Vnde Moyfes Num. 12. a. dixit: Erat autem Moses mansue. &c. Et Ioānes euangelista:

gelista: Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet, &c.
3 Cui consti. est de Christo &c. Id est, promissum est ei quod sit æternaliter cum ipso. Io. xij. d. Vbi ego sum, illic & minister meus erit.
5 Egregius psaltes Israel, &c. quia talis contemplatiuus in diuinis laudibus componendis, & dicendis est precipuus. Et quia talia non attribuit sibi, sed gratiæ Dei, subditur:
6 Spiritus domini. locu. &c. in diuinis laudibus & doctrinis.
8 Dixit. Id est, dicat regratiando.
9 Deus Israel. id est, angelorum Deum clarè uidentium.
† Mi. lo. Nam per angelos fiunt communiter illustrationes hominum.
10 Fortis Is. nam angeli sancti habent ab ipso uirtutem.
11 Dominator ho. Quos regis per angelos tanquam per medios inter homines & Deum.
12 In timore Dei, scilicet, filiali: qui semper coniungitur charitati.
13 Sicut. Verba sunt cōtēplatiui Dei beneficia recognoscē-

† tis,

A Nec est. Rab. Qui in lege domini meditatur die ac nocte, fit tanquam lignum quod plantatum iuxta aquas dat fructum suum in tempore suo, & quaecunque faciet prosperabuntur.

b Et si quis. Qui scilicet comunicans peccatis alienis propter cordis sui duritiam iniquitatum podere premitur, & iaculis peccatorum confoditur, eiusque opera aeternis ignibus digna, ad nihilum redigentur.

tae vero videntes Palaestinos in fugam conuersos : descēdētes de montib. persecuti sunt eos, & peruenit Israelitis famosa victoria. Tertius fuit Semgias filius Heli, qui in loco maxillae cum Hebraei fugerent exercitus Palaestinatorum, solus portauit alios proflernens, alios in fugam conuertens.

e Ipse. Rabb. Virga de radice Iette abique nuptiali opere florem protulit, qui de vno homine typum gentium preferente, vno impetu. i. sermonis imperio legionem expulit daemōnū.

f Tenerimus ligni. Rabb. Virtus viri bellica & modesta significatur : quia sicut vermiculus ligni tener quidem, & fragilis & modicus apparet : fortissimum tamen lignum teret brat & consumit (vnde a teredo teredinis nomen accepit) sic ille domi omnibus affabilis, quietus, & humilis. in certamine publico robustum se & intolerabilem hostibus exhibebat. Hunc tamen principem fortium Hebraeus suspicatur esse Dauid, de quo dicitur: *sedens in cathedra sapientissimus princeps inter.* cuius sapientia ostenditur in sapientissimo, humilitas in vermiculi exemplo, in interfectione octingentorum fortitudo.

Hebraica sic habet ad verbum. Et sicut lux matutina oriēte sole est mane est absque nubibus nunc a splēdore, nūca pluuia, herba de terra, (sub. ori-

tur) sic nō erit domus mea cū Deo (ubandi obnubiata, sed temper luens) quia patētum aeternū aut meū dī spōsitum in vniuersis, & seruātū (uel firmum) Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas, ut nō germinet (id est,

vt non sit sicut gerimen agri quod arefcit) impu autē tanquā ipicē amouebuntur vniuersi, quae manu nō mouentur. Sed si quis tangere.

c Haec sunt nomina. Iid. Textitur catalogus virorum fortium in figura sanctorum, qui quamuis virtutū sublimitate prodeant: tñ vsq; ad excellentiam diuinae Trinitatis non attingunt. Hoc est enim quod scriptum est: Vsq; ad tres primos non peruenit. Quis enim in nubibus equabitur domino in filijs Dei?

d Fortium. De his fortibus ait Iosephus: Primus omnium erat Eusebius filius Achimae, qui aciem hostiū frequenter irruens non cessauit donec nōgenos occideret. Post hunc erat Eleazar filius Dodo, qui cum rege fuerat in Sarpha. Hic Israelitis formidatibus Philistinorum exercitum & fugientibus solus restitit, & multos occidit, vt sanguine occisorum gladius eius haereret, vt dextera. Israelite vero

cut + lux aurorae oriente sole mane absque nubib. rutilat, & sicut pluuia germinat herba de terra.

Nec tanta est domus mea apud Deū, vt pactum sempiternum iniret mecum.

firmum in omnib. atque munitum. Cuncta enim salus mea, & oīs volūtas, nec est quicquā ex ea quod non germinet.

Præuaricatores autem quasi spinæ euellentur vniuersi, quae non tolluntur manib. Et si quis tangere voluerit eas, armabit ferro & ligno laceato, igneq; succensē comburent vsq; ad nihilū.

Haec sunt nomina fortium Dauid. Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres. Ipse ē quasi tenerimus ligni vermiculus

NICOLAUS DE LYRA.

contemperante. Et ideo istud pro exemplo inducitur ad ostendendū excellentiā prophetiae Dauidi, quae sunt sine imaginib. vt predictū est, quae sunt quasi quaedā nubes contemperantes veritatem intelligibilem acibilitati intellectus humani, vt patet ex predictis. & hoc est quod dicitur.

- 1 Absq; nu. id est, absq; imaginibus visione intellectu. ali me illustrat. Secundo inducit exemplum ad aliā dīctū, s. de reuelatione facta ipsi Dauid de Christo nascituro de semine suo, qd factū est ex diuina liberalitate, & non merito humano, & hoc est quod dicitur in exemplo.
- 2 Et sicut plu. Terra enim quae de se est arida non habet aptitudinē ad preferendū herbam, sed eā profert ex humore pluuiae desup descendētis. sic Christus natus est de beata virgine perfusa plenitudine gratiae, secundum illud Esa. 45. b. Rorate celi desuper & nubes pluāt iustum, aperiatur terra & germinet sal. vnde subditur.
- 3 Nec tanta est do. &c. id est, tanti meriti.
- 4 Vt pa. semp. ineret. de Christo nascituro de domo mea, cuius regnum stabit in aeternum, secundum quod dicitur Esa. 9. b. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia a modo & vsque in sempiternum, ideo subditur.
- 5 Cuncta enim. supple dependet & expectatur ab eo.
- 6 Et om. vol. i. omne desiderium meum supple tendit in ipsum. Et est modus loquendi qui apud Hebraeos vocatur decurtatus, scilicet quando loquens non exprimit totum conceptum suum, quod maximē contingit quando loquitur ex excessu deuotionis, sicut erat in proposito.
- 7 Nec est. Quod fit quando ex voluntate nihil procedit deliberatē quod nō ordinetur ad Deum, secundum qd dicit Apost. 1. ad Cor. 10. g. Omniam gloriam Dei facite, & in statu tali erat Dauid in fine viuae suae, quando dixit ista verba.
- 8 Præuaricatores. Hic ponitur prophetia Dauid de punitione malorum. & primo quantum ad pēnam temporalem. cum dicitur: Præuaricatores autem q. & hoc impletum fuit quando Iudaei per Titum & Vespasianum propter præuaricationem in Christum fuerunt de terra Israel euulsi.
- 9 Quae non. Quia correctionem Christi & apostolorum mansuetam non

non accipiunt, seu contra eos inuarexerunt, & ideo omīssa est correctio dura Romanorum, quae notatur cum dicitur.

- 10 Et si. quia Romani venerunt super Iudaeos cum exercitu magno, & bene armato.
- 11 Igneq; . quia Romani combusserunt ciuitatem & templum, & magnam partem populi ibidem existentem. Secundo tangitur pēna aeterna. cum subditur.
- 12 Combu. quia mortui in infidelitate descenderunt ad ignem gehennae. Potest etiam hoc intelligi de punitione malorum in generali in iudicio extremo.
7 Et ædificauit ibi altare do. Da. scilicet ille locus est in quo A-
 braham voluit immolare Isaac filium suum, vt dictum fuit Genes. 22.
 & Iacob vidit ibi scalam, vt dictum fuit Genes. 28. & ibi postea
 fundatum fuit templum per Salomonem, vt habetur infra, 3. libro,
 5. cap. & 2. Paral. 3.

MORALITER.

† Vertatur obsecro ira tua con. me. Ostenditur q. princeps per-
 fectus in bonitate paratus est exponere se morti pro populi
 sui

fui saluatione. exēplum huius dedit nobis dñs nř Iesus Chri-
 stus, dicens Ioh. 10. c. Ego sum pastor bo. us, & animam pono pro
 ouibus meis. Hoc er fecit Codrus rex Atheniensium, qui præ
 e legit occid. propter salutem populi sui, vt s. dictum est.

LIBRI SECUNDI REGVM FINIS.

LIBER REGVM TERTIVS
SECVDVM HEBRAEOS
PRIMVS MALACHIM.

C A P. I.

T rex David sen. Hiero. Nonne tibi videtur si occi-
dentem sequaris literā, figmentū esse vel Atelana-
rum ludicra? Frigidus senex obuoluitur vestimen-
tis: & nisi cōplexu adolescentulæ non tepescit. Vi-

uebat adhuc Bethsa-
bee, supererat Abi-
gail, & reliquæ vxor-
es, & concubinæ: omnes quasi frigida
repudiantur, & in
vnius tantum gran-
dæuus calefcit am-
plexibus. Abraham
multo David senior
fuit, & tamen viuen-



T rex David senuerat, habebatq; ætatis
plurimos dies: cumq; operiretur vesti-
bus, non calefciebat. Dixerūt ergo ei ser-
ui sui: † Quæramus domino nostro regi
adolescētulam virginem, & ster coram
rege, & foueat eum, dormiatq; in sinu

C A P. I.

bus ætate marcescit. Sed q; adolescētia multa corporis bella
sustinet, & inter incētia viciorū & carnis titillationes quasi
ignis in lignis viridibus suffocet, & suū nō possit explere ful-
gorē. Senectus verò eorū qui adolescētia suā honestis actib⁹
instruxerūt, & in lege dñi meditati sunt die ac nocte, ætate fit

doctior, processu tē-
poris sapientior, &
veterum studiorum
dulcissimos fructus
metit. Ipsumq; no-
men Abisag sapien-
tiā senū indicat am-
pliolem. Interpretat-
ur enim pater meus
superfluous id est abū-
dans, vel patris mei

Psal. 1. 2.

te Sara aliā non quæsiuit vxorē: Isaac duplices David annos
habuit, & cum Rebecca iā vetula nūquā refraxit. Tacebo de
prioribus ante diluuiū viris, qui post annos quingentos, non
dico senilibus, sed penē cariosis artibus nusquā puellares q̄-
sire amplexus. Moyses dux Israelitici populi centū viginti
annos habuit, & Sephorā nō mutauit. Quæ est ergo ista Suna-
mitis vxor & virgo tā feruēs, vt frigidū calefaceret: tā sancta
vt calētē ad libidinē nō prouocaret: Exponat Salomō patris
delicias, & pacificus bellatoris amplexus. Posside sapiētiā,
posside intelligētiā. *Ne derelinquas iam apprehendet te: ama il-
lam, & seruabit te.* Omnes penē virtutes corporis mutantur in
senibus, & crescente sola sapiētia decrescunt cetera: ieiunia,
carnenā, huc illucq; discursus, peregrinorū susceptio, defen-
sio pauperū, instantia orationū, visitatio languētū, labor ma-
nuū vnde præbentur elemosynæ: & cuncta quæ per corpus
exercentur fracto corpore minorā fiunt. Nec hoc dico quod
in iuuenilibus & adhuc solidioris ætatis, qui s. labore & ardē-
tissimo studio, vitæ quoq; sanctimonia & orationis frequētia
sciētiā cōsecuti sunt, frigeat sapiētia, quæ in plerisq; seni-
bus

rugitus. Verbū superflui ambignū est: sed hic significat, q; sa-
pientia amplior sit in senibus & redundans. Alibi autē super-
fluous, quasi non necessarius ponit. Abisag autē & rugitus pro-
priē nuncupatur, quod maris fluctus resonat: & (vt ita dicā)
de pelago veniēs fremitus auditur. Ex quo ostenditur abun-
dātissimū, & vitrā humanā vocē in senibus diuini sermonis
tonitruū cōmorari. Sunamitis verò coccinea dē, vt significet
calere sapiētiā, & diuina lectione feruere. Qd licet dñici san-
guinis indicet sacm, et feruorem ostendit sapiētiæ. Vnde
obstetrix illa in Gen. coccinū ligauit *in m. in Phares*, q; ab eo
q; parietem diuiserat duos populos ante separatē diuisoris
nomen, id est, Phares sortitus est. Et Raab meretrix in typo
ecclesiæ reticulam mysteriū sanguinis cōtinentē, vt Iericho
pereunte domus eius saluaretur, appendit. vnde de sanctis di-
citur: *Hi sunt qui venerunt de calore domus Rechab.* & alibi: *Ignē
veni mittere in terram, &c.* qui. s. in discipulorum corde succen-
sus cogebat eos dicere: *Nonne cor nostrum ardens erat?*

E

1. Para 2. g.
Luc. 12 f.
Ibi. 24. c

b Cumq; operiretur, & c. David nūquā frigus pertulit, vel qa
de senioribus natus est parentibus, vel quia multū in prælio
sanguinem

F

INCIPIIT POSTILLA VENERABILIS
magistri Nicolai de Lyra super libro
primo Malachim.

C A P. V T I.

T rex David senuerat, & c. In præcedentibus libris actū
est de regno filiorum Israel vnito, hic consequēter
agitur de regnō eius diuiso. propter quod apud He-
bræos duo libri præcedentes sunt vnus liber qui vocatur Sa-
muel, & duo sequentes sunt, vnus alius liber qui vocatur Ma-
lachim, id est, regū in plurali. Primò igitur de duplici regno
agitur prout floruit. Secūdò prout cadere cepit. s. quarto lib.
quia ex tunc gentes subditæ Hebræis cepērunt rebellare, &
tandē dominari eis, & finaliter eos captiuare. Circa primum
sciendum, quod ubi vnum regimen terminatur, sequens in-
choatur. idē primò agit de regni vnitate sub Salomone in
principio regni sui. secūdò de regni diuisione circa finem
vitæ 11. c. Prima in duas: quia primò describitur ipsius Salo-
monis regis institutio. secūdò instituti confirmatio cap. 2.
Prima in tres. quia primò describit ipsius Dauid senilis cōdi-
tio. secūdò Adoniæ ambitio, ibi: *Adonias aut.* tertio Salomo-
nis promotio, ibi: *Dixitq; Nathan.* Circa primum dicitur.

1 *Et rex David senuerat, & c.* & tñ non habebat nisi 70. annos
ad plus, quia 30. annorum erat qñ cepit regnare, & 40. annis
regnavit, vt habetur supr. 2 lib. 5. cap. Sed ad sensum patet,
quod aliqui citius senescunt & alij tardius secundum diuer-
sitate complexionum, & laborum, & curarum.

2 *Cumq; & c. ve. non.* quod fuit satis mirabile de tanta frigi-
ditate in homine bene complexionato. Cuius vna causa assi-
gnatur, quia à iuuentute fuit bellicosus, pp qd multos ictus
& plagas sustinuit, ex quib. plurimus sanguis emanauit, pp
quod

quod citius senuit & infrigidatus fuit. Alia et causa additur,
quia ex visione angeli tenentis gladiū euaginatū super Hie-
rusalē, vt dictū est supr. 2. lib. 24. cap. supramodū territus fuit.
Timor autē infrigidat, & maxime excessiuus, pp quod timē-
tes palefcunt & tremunt, & ideo ex tunc Dauid notabiliter
infrigidatus fuit. Alia et causam assignat Ra. Sa. dicēs, q; hoc
fuit in pœnā peccati quo abscidit orā vestis Saul, vt hñ supr.
1. lib. cap. 24. Quod. n. in hoc peccauerit, vt. quia ibidē subdi-
tur. *Post hæc percussit cor suū Dauid, eò q; abscidisset orā chlamidis
Saul.* quamdiu. n. Saul in regno tolerabatur à Deo, Dauid de-
bebat eū reuereri, & quia in hoc irreuerēter se habuit ad ip-
sum, fuit punitus pena correspondente. s. vt vestibus nō cale-
fieret in senectute. secūdū illud Sap. 11. c. *Per quæ peccat quis,
per hæc & torquetur.* 3 *Dixerunt ergo & c.* s. medici qui & c.

4 *Quæ. do. no.* Glo. Hier. sup locū istū dicit sic. Nōne tibi vñ, si
occidētē literā sequaris, figmentū ēē, vel Atelanarū ludicra, q;
frigidus senex obuolutus vestimētis, nisi cōplexu adolescē-
tuatū non calefcit, & c. Et ideo dē, q; hæc est locutio parabo-
lica, ita q; per Abisag virginem intelligitur sapiētia, quæ est
incorrupta, quæ coniungitur senibus, s. in quod dē Iob 12. b.
In antiquis est sapiētia. Et hoc maxime fuit in Dauid, in quo
in senectute maxime viguit, spiritus prophetiæ, prout dictū
fuit supr. 2. lib. cap. 23. Et hæc sapiētia calefciebat regē Dauid,
ipsum ad amorē diuinū accendendo, & talis modus loquēdi
parabolicus frequenter hñ in scriptura, sicut hñ Iudicū 9. b.
Ierunt ligna vt v. gerent super se regē, & c. sicut fuit expositū ibi-
dē. Sed salua reuerentia Hier. istud dictū stare nō pōt, vt vñ,
quia circumstantia literæ ostendit manifestē, q; Abisag fuit
quædam puella ad literam adducta ipsi Dauid in remediū.
frigiditatis corporalis. Quod etiam patet ex hoc, q; Adoniæ;
qui

M O R A L I T E R.

1 *Et rex David se.* Sicut frequenter dictū est, per Dauid figu-
ratur dñs noster Iesus Christus, qui senex dē, eò q; æternus
est in deitate. Hebr. 13. b. *Iesus heri & hodie, ipse & in secula.*

2 *Cumq; operiret.* Per vestes significant veteris legis obseruā-
tiæ ceremoniales, eò quod magna pars earum in vestibus
con-

consistebat, scilicet in vestibus singularibus summi sacer-
dotis, & in vestibus specialibus minorum sacerdotum, &
Leuitarum, & generaliter in vestibus populatium, qui ha-
bebant fimbrias in suorum angulis palliorum. Dauid igitur
vestibus non calefciebat ex se, quia ceremoniarum obserua-
tio domino non placebat. Psal. 39. b. *Sacrificium & oblationem
noluisti, aures autē perfecisti mihi. Holocaustū & pro peccato nō postu-*
Tom. 2. Y † lasti

A sanguinem fuderat. vel potius ex quo angelum cedentem populum vidit, pauore vehementi contabuit unde: In incommo-
 commoditate frigoris vsque ad mortem permansit.

Comm. in
hunc locum.

* Procop. Hæc vestimentorum natura est, vt corporis calorem conferuent, & inuentum calorem augeant, nihil verò frigidum corpori conferant. Caro autē calida de suo calore quē habet, in rem quę suscipiendo calori idonea est, transmittit.

Rabbanus.
Angeloimus.

B *Ad niaz autem.* Iudaicum populum significat, qui maior filius esse videtur: quia prior legē suscepit: & Gentilem populum qui per gratiā Dei posterior vocatus est spernens, se solum cū domino regnare putauit. Adonias enim

+ fortes Dauidis non erant.

C

suo, & calefaciat dominum nostrum regē Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Suna-

mitidem, & adduxerunt eā ad regem. Erat autem puellā pulchra nimis. Dormiebatq; cum rege, & ministrabat ei. Rex verò non cognouit eam.

† Dormiebatq; cum rege, & ministrabat ei. Rex verò non cognouit eam. Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Fecitque sibi currum, & equites, & quinquaginta viros qui ante eū currerēt. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde, secundus natus post Absalom. Et sermo eius cum Ioab filio Saruix, & cum Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adonix. Sadoc verò sacerdos & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei, & Rehi, & omne robur exercitus Dauid non erat cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus, & vitulis, & vniuersis pinguibus iuxta lapidem Zoheleth, qui erat vicinus fonti Rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios regis, & omnes viros Iudaferuos regis. Nathan autem prophetam & Banaiam, & robustos quosque, & Salomonem fratrem suum non vocauit. Dixit itaque Nathan

enim dominator dñs interpretatur. Sed ecclesie populus eū vero Salomonem pacifico nostro cuius ipse corpus est, per diuinam ordinationem in regnum substituitur, de quo merito perfidie maior filius, id est, prior populus præcipitur.

b *Dixit Nathan.* * Procop. Quidam stultē & ineptē suspicati sunt, Nathā doloris impatientia, eo quod ad conuiuium vocatus non esset, hæc fecisse. Caterum propheta diuini decreti & consilij gnatus (per hūc enim regi aperuit: Non tu edificabis mihi domum, sed ecce filius nascetur tibi, cui nomen erit Salomon, hic edificabit nomini meo domum) cū vidisset Adoniā cōtra voluntatem & consiliū Dei, regnum occupare, regi

NICOLAUS DE LYRA.

* qui erat iuuenis petiuit eam pro vxore mortuo Dauid, vt hñ infr. 2.c. Et ideo oportet dicere ad veritatem literæ, quod fuerit puella corporalis. secundum hoc igitur exponitur cum dicitur.

3 *Dixerunt ergo serui sui.* scilicet medici qui erant solliciti de eius vita prolonganda propter suam sanctitatem.

4 *Quaramus do. no.* Dicunt. n. medici, quod optimum remediū contra frigiditatem mēbrorū & paralytin imminentē est amplexus mulieris, maximē iuuenilæ & virginis. & iō talis fuit adducta ipsi Dauid. Nec ex hoc peccauit: quia cū ea cōtraxit matrimoniū, vt magis patebit ex sequentibus. Senes. n. quātumcunque, possunt contrahere, licet non possint generare. Et sicut dicunt doctores, si mulier scienter contrahat cū frigiditate non potente eā cognoscere, nihilominus tenet contractus. & sic fuit in proposito. & ideo vt amplexibus huius virginis in statu matrimoniali non videtur fuisse illicitum ipsi Dauid, maximē cū hoc esset ei in remediū tātæ frigiditatis.

1 *Adonias autem.* Hic consequenter describitur ipsius Adonix ambitio, cū dicitur.

2 *Eleuabatur di. Ego re.* Hoc non dicebat in palam, sed secretarijs suis qui ei fauebant, vt postea habetur.

3 *Fecitq; sibi.* ad ostentationē & quādā dispōnē ad regnādū.

4 *Nec corripuit.* Videtur quod ex hoc Dauid peccauerit grauiter sicut Heli, vt dictum est supra 1. lib. 2. c. Dicendum quod non est simile: quia peccatum filiorū Heli fuit directē contra Deū, factum autem Adonix quantū exterius apparebat, non erat nisi quadam vanitas vel ostentatio, quæ satis cōiter permittuntur filijs regum: & forte Dauid qui iacebat in lecto, nesciuit quod in hoc excederet: & si sciuit, tamen ignorauit quod ad regnum aspiraret. quod patet ex hoc: quod quando sibi innotuit, quod tanquam rex festum faciebat, statim Salomonem regem instituit, vt habetur infra eod. cap.

5 *Erat autem & ip. pul.* Ex pulchritudine enim ista, & ex hoc quod erat primogenitus inter filios Dauid viuentes, & quia patrem videbat impotentem, fuit elatus ad vsurpandum sibi honorem regum absque licentia patris.

6 *Et sermo eius, & c.* cuius causa fuit ex parte Adonix, vt per ipsum Ioab qui fuit magister militiæ habebat militiam sibi fauentē. Ex parte autē Ioab causa fuit: quia bene perceperat, quod

quod Dauid habebat cordi vindictam occisionis Abner & Amasa: & quod Dauid hoc imponeret filio suo regnatura. & ideo quarebat vt per eius auxilium Adonias institueretur, & sic sibi parceretur.

7 *Et cum Abia.* Cuius causa fuit ex parte Adonix, vt per Abiathar qui erat summus sacerdos populus ad ipsum inclinaret, & ab ipso inungeret. Ex parte verò Abiathar cā fuit, quod descenderat de Heli: cui dictum fuerat ex parte Dei, quod filij eius essent à summo sacerdotio deponendi, prout dictū fuit supra 1. lib. 2. c. Item quia sicut dicunt Hebræi, à tpe quo surgit Dauid de Hierusalem pp Absalom, dñs nō dedit responsum per Abiathar, sicut tactum fuit supra 2. lib. 1. cap. licet in alijs faceret officium summi sacerdotis & ideo quarebat habere regem sibi fauorabilem, ne à statu suo deiceretur.

8 *Immolatis ergo Ado.* id est, in signum regix dignitatis.

9 *Iuxta la. Zobe. & c.* Zoheleth erat lapis magnus extra ciuitatē, in cuius motione & tractatione viri fortes experiebant vires suas. & ideo Hebræi dicunt hic: *Iuxta lapidem tractum.*

10 *Qui erat vicinus.* Hebræi dicunt fonti Fullonis: quia prope fontem illum erat locus vbi fullones parabant pannos. Et huic consonat quod habetur infra 4. lib. 18. c. de Rabface & focijs eius: *Steterunt iuxta aquaductum piscine superioris que est in via agri Fullonis.* & sic secundum Hebræos Zoheleth & Rogel non sunt nomina propria, sed appellatiua.

11 *Nathan autem,* quia non fauebant sibi, sed Salomoni.

12 *Dixit itaque Nathan.* Hic consequenter describitur ipsius Salomonis promotio. & secundò Adonix confutatio, ibi *Adhuc illo loquente.* Circa primum primò ponitur matris petitio. secundò regis concessio ibi: *Respondit rex.* & tertio concessionis executio, ibi: *Dixit quoque rex.* Petitio autem matris facta fuit de consilio Nathan qui zelabat pro Salomone quia ipsū nutrierat & docuerat, vt dictū fuit sup. 2. lib. 12. ca. Et quia ex reuelatione dñi dixerat ipsi Dauid, quod Salomon esset regnatura post eum, secundū quod Dauid refert. 1. Paral. 21. verba Nathan ad ipsum, vbi subditur: *Ob hanc cām pacificus vocabit.* In Hebræo habetur: *Nomen eius Salomon.* Et 29. cap. dixit. *Salomonē filium meū elegit dñs.* Et postea eod. cap. *Salomon quoque filio meo da cor perfectum, & c.* Et hoc est quod dicitur hic: *Dixit itaque Nathan.* Et patet litera vsque ibi.

MORALITER.

† *Assi: tunc dixi, ecce venio.* Nā Christus veniens in mundum ceremoniale cultum corporalem mutauit in spirituale: quod significatur Ioan. 4. c. *Venit hora quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis patrem, sed veri adoratori crunt, qui adorabunt patrem in spiritu & veritate.* Et subditur: *spiritus est Deus, & eo qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare.* Ideo dicit Aug. in Ench. Fide, spe, & charitate colunt Deus. Ideo subditur, quod Abisag virgo pulcherrima: per quam significatur ecclesia que virgo est sine macula & ruga, calefaciebat Dauid, quia spiritualis cultus ecclesie consistens in fide, spe, & charitate, est Deo & placidus, & dilectus.

1 Adonias

1 *Adonias aut, & c. Ego re.* Per istū significat dignitatis ambitiosus, cum tamen sit indignus: & ideo quantum potest prætendit se sufficientem. quod notatur cum dicitur.

3 *Fecitq; sibi cur.* Tanquā potēs ad agendū regni vel dignitatis negotia, quarit et ad consequendū propositū, quantum potest potētum auxilia, quod notatur per hoc quod subditur.

6 *Et sermo eius, & c.* Sed quia talis ambitiosus frequēter à suo proposito defraudat, & sui cōplices confundunt. ideo sequitur.

12 *Dixit itaque Nathan ad Bethsabec, & c. Num aut.* Per prece enim eorum deiectus fuit Adonias cum suis complicibus. Per quod significatur, quod frequēter ambitiosi per prece bonorum vtriusque sexus à suis conatibus repelluntur.

† imponi.

per Bethsabeā, Dei vaticinium in memoriam reuocauit. Postea ad regem ingressus, sermones illius confirmauit.

a *Bethsabee* interpretatur filia iuramenti. significat autem antiquam Ecclesiam quæ fuit sub lege, de cuius stirpe verus Salomō nasci promissus est. Natham interpretatur donum, & figurat veterem prophetiam.

b *Nonne tu domine mi rex, iurasti, &c.*

* Hieronymus. Iurasse illi Dauid dicitur, quādo eam consolatus est post mortem filij, sicut in libro Samuelis legitur: *Et consolatus est Dauid*

ad Bethsabee matrem Salomonis. Num audisti quōd regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noster Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe à me consilium, & salua animam tuam filiique tui Salomonis. Vade & ingrede-
re ad regem Dauid, & dic ei. Nonne tu domine mi rex iurasti mihi ancillæ tuæ, dicēs, quōd Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? Quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos. Ingressa est itaque Bethsabee ad regem in cubiculo. Rex autem senuerat nimis, & Abitag Sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se Bethsabee, & adorauit regem. Ad quam rex. Quid tibi (inquit) vis? Quæ respondens, ait: Domine mi, tu rex iurasti per dominum Deum tuum ancillæ tuæ; Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo, & ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex ignorante. Mactauit boues & pinguia quæque, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem, & Ioab principem militiæ; Salomonem autem seruum tuum non vocauit. Veruntamen, domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo, domine mi rex, post te. Eritque cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores. Adhuc illa loquente cum rege, Nathan propheta venit; et nuntiauerunt regi, dicentes; Adest Nathan propheta. Cumque introisset ante conspectum regis, & adorasset eum pronus in terram, dixit Nathan; domine mi rex, tu dixisti, Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronū meū? Quia descendit hodie, & immolauit boues & pinguia, & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis & principes exercitus, Abiathar quoque sacerdotē. Illisque vescentibus & bibentibus corā eo & dicentibus; Viuat rex Adonias, me seruum tuum & Sadoc sacerdotem & Banaiam filium Ioiadæ, & Salomonem famulū tuū non vocauit. Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbū, & mihi non indicasti seruo tuo quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eū? Et respondit rex Dauid, dicens; Vocate ad me Bethsabee. Quæ cum fuisset ingressa corā rege, & stetisset ante eū, iurauit rex, & ait; Viuit dominus qui eruit animam meam de omni angustia, quia sicut iuravi tibi per dominum Deum Israel, dicens; Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me, sic faciam hodie. Submissoque,

uid Bethsabee D
uorem suā.
C *Er mus ego*
& *filius meus*
peccatores.

* Hieronymus. Id est, manzeres. Inde misericordiam fecisse Deū cum Dauid Salomon dicit in subsequētib; eō quod filium, qui secundum legem manzer erat, successorem illi fecit.

* Augustinus. lib. 17. de ciuit. cap. 20.
E
† prophetas.

Hic bonis in initiis malos exitus habuit. Quippe secundæ res quæ sapientum animos fatigant magis ei obfuerunt, quā profuit ipsa sapientia, et nunc, & deinceps memorabilis, & tunc longè lateque laudata. F

Tollite

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Et salua, &c.* Timebat enim probabiliter, quōd si Adonias in regno confirmaretur, quōd mortuo Dauid puniret Bethsabee de crimine adulterij, & contra Salomonem quæreret mortis occasionem. Sed hic occurrit dubium quomodo propheta de hoc timebat: cum (sicut dictum est) ex reuelatione dixerat Salomonem regnaturum post ipsum? Ad quod dicendum, quōd istud fuit quedam promissio facta ipsi Dauid de futuro. Tales autem promissiones diuinæ intelligendæ sunt sub conditione, scilicet si ex parte hominum non ponatur impedimētum, sicut diffusius fuit declaratum supra primo libro cap. secundo. Et ideo propheta poterat timere, ne per aliquod peccatum ipsius Dauid vel Bethsabee, seu Salomonis aliquod impedimētum perueniret.

2 *Ingrede ad regem Dauid, & dic ei: Nonne domine mi rex iurasti mihi.* Hoc autem iuramentum sciebat Nathan per reuelationem Dauid, vel Bethsabee, vel fortè quia fuerat præsens.

3 *Complebo sermones tuos.* Præmisit enim matrem ad petendum pro filio, vt cor Dauid inclinaretur: & sic inueniret regem dispositum ad perficiendum negotium.

4 *Inclinauit se Bethsabee & adorauit regem.* Ad, &c. adoratione dulci.

5 *Domine mi.* Hic format petitionem suam, in qua quinque exprimit quæ faciunt ad regis animum inclinandum. Quia primò humiliter petit dicens: *Domine mi.* Secundò iuramentum ad memoriam reducit dicens: *Tu iurasti per dominum.* Tertio superbiam Adoniæ exprimit dicens: *Et ecce nunc Adonias*

regnat te vi. &c. Quartò deuotionem populi ad contrarium proponit dicens.

6 *Veruntamen domine, &c. in te oculi re. to. Is.* quasi dicat populus non approbat Adoniæ ambitionem, sed expectat tuam determinationem. Quintò periculum personæ suæ & filij sui inducit dicens. *Eritque cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis.*

7 *Erimus ego & filius meus Salomon peccatores.* id est, Adonias imponet nobis crimina ad priuandum nos vita, vt prædictum est.

8 *Adhuc illa loquente.* ad complendum negotium. Non tamen statim intrauit cubiculum regis, sed stetit aliquantulum extra, quousque de voluntate regis vocaretur, vt patet in littera.

9 *Domine mi rex tu dixisti.* Non dixit hoc propheta affirmatiuè, sed magis interrogatiuè, quasi dicat, mirabile est quōd talia fecerat sine scitu tuo. & in hoc notat eum de presumptione & contemptu patris quōd ipso viuente & nesciente vellet regnare. vnde subditur.

10 *Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbum.* quasi dicat non.

11 *Et mihi.* qui sum secretarius tuus & tibi reuelauit voluntatem domini de regno Salomonis post te. & ideo si fuit aliqua causa mutationis huius ex alia reuelatione tibi facta, debuisti vti que dicere mihi.

12 *Et respondit, &c.* Hic consequenter ponitur petitionis concessio, cum dicitur.

13 *Vocate ad me.* Loquente enim Nathan cum rege, ipsa exiuerat regis cubiculum: sicut in talibus fieri est consuetum. Cætera patent vsque ibi.

A a Tollite seru.

† Hieron.
Seruos hic di
cit Cerethi &
Pheleri, id est,
septuaginta
fenes iudices.

† 78. Antiq.
cap. 15.

† Ios. ph.
Iussit Dauid,
vt sup̄o Na-
than propheta,
& armatis
qui circa aulā
regiā reside-
bāt, imponē-
tes Salomonē
in iumēto re-
gio, ducerent
ad fontē qui
dicitur Gion,
& vngentes
oleo sancto,
cum consti-
tuerēt regem
& per mediā
ciuitatē tuba
canerent, cla-

B mātēs in ceter
nū viuere re-
gē Salomonē
& federe in
regio folio
cōstituerent,
vt agnosceret
omnis popu-
lus, quod ei
traditum a pa-
tre fuerit im-
perium.

† Profectō do-
minus noster.

Quert. 2. in
lib. 3. Reg.

† Theod.
Cognominat
autem Siloen
Geon, vel tā-
quam valde
paruū, ironi-
cē licet eum vo-
cans: vel quo-
niam exit ex
obscuris sub
terra meatib⁹
sicut Nilus.

Angelomus.

b *Mulā meā.*
Dauid. alij ec-
clesiam, alij
synagogam
propter infec-
cunditatē di-
cunt.

† incuruauit
le regi.

C c Subli-

Bethsabee in terram vultu adorauit regem dicens. Viuat dominus meus rex

Dauid in aeternum: Dixit quoque rex dauid; Vocate mihi Sadoc sacerdotem & Nathan prophetam & Banaiam filium Ioiadae. Qui cum ingressi fuissent coram rege, dixit ad eos; Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gihon, & vngat eum ibi Sadoc sacerdos & Nathan propheta in regem super Israel, & canetis buccina, atque dicetis; Viuat rex Salomon. Et ascendetis post eum, & veniet in Hierusalem, & sedebit super folium meum, & ipse regnabit pro me, illique praecipiam vt sit dux super Israel & super Iudam. Et respondit Banaias filius Ioiadae regi, dicens, amen. Sic loquatur dominus Deus domini mei regis. Quomodo fuit dominus cum domino nro rege, sic sit cum Salomone, & sublimius faciat folium eius, a folio domini mei regis Dauid. Descendit ergo Sadoc sacerdos & Nathan propheta & Banaias filius Ioiadae, & Cerethi, & Pheleri, & imposuerunt Salomonem super mulam regis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon. Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem, & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus. Viuat rex Salomō. Et ascendit vniuersa multitudo post eum, & populus canērium tibiis, & lātantium gaudio magno, & insonuit terra a clamore eorum. Audiuit autem Adonias & omnes qui inuitati fuerāt ab eo. Iamque conuiuium finitum erat, Sed Ioab audita voce tubae, ait. Quid tibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? Adhuc illo loquente, Ionatham filius Abiathar sacerdotis venit. Cui dixit Adonias. Ingredere, quia vir fortis es & bona nuntians. Responditque Ionathan Adoniae: † Nequaquam. Dominus enim noster rex Dauid regem constituit Salomonem. Misitque cum eo Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadae, & Cerethi & Phelēthi, & imposuerunt eum super mulam regis, vnixeruntque eum Sadoc sacerdos & Nathan propheta regē in Gihon. Et ascenderunt inde lātantes, & insonuit ciuitas. Hæc est vox quam audistis. Sed & Salomon sedet super folium regni. Et ingressi serui regis benedixerunt domino nostro regi dicentes Amplificet deus nomen Salomonis super nomen tuū, & magnificet thronum eius super thronum tuū. Et adorauit rex Dauid in lectulo suo, insuper & hæc locutus est; Benedictus dominus Deus Israel, qui dedit hodie sedentem in folio meo, videntibus oculis meis. Territi sunt ergo & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnusquisque in viam suā. Adonias aut timēs Salomonē, surrexit & abiit in tabernaculū dñi, tenuitque cornu altaris. Et nuntiauerūt Salomoni, dicētes. Ecce Adonias timēs regem Salomonē tenuit cornu altaris, dicēs. Iuret mihi rex Salomon, q̄ non interficiat seruū suū gladio. Dixitque Salomon. Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram. Sin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari. Et ingressus † adorauit regem Salomonem. Dixitque ei rex Salomon. Vade in domum tuam.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Viuat dominus. Deus, scilicet, vita beata, que est æterna.
2 Dixit quoque. Hic ponitur prædictæ concessionis executio. & patet litera vsque ibi.
3 Imponite. in signū regis dignitatis, quia illa mula erat appropriata regi Dauid, vt populus manifeste videat q̄ volo eū regnare post me.
4 Et ducite eū. Fōs est Siloe, vt dicit Hebræi. Cetera patet vsq; ibi.
5 Et respōd. i. fideliter seu veraciter. & est dictio Heb. & iō subdit.
6 Sic loquatur dom. id est, compleat verba tua, quæ sunt fidelia.
7 Quō fuit. id est, tecum te dirigendo, & in regno stabilendo.
8 Et subli. non est enim inuidia patris ad filium, si excedat eum in gloria & honore, quia pater manet quodammodo in filio, & ideo bonū filii est etiam bonum patris. & ideo sicut nullus trahatur de bono proprio, sic nec de bono filii sui, nisi ex maxima peruersitate.
9 Descendit. quia ciuitas Dauid vbi manebat, erat in alto.
10 Sumpsitque Sadoc. id est, vñsculum plenum vñctione.
11 De tabernaculo. Vñctio. n. facta ipe Moysi ad inungendū reges & potēfices, seruabat reuerētē in tabernaculo in vase magno: & inde accepit

accepit aliquā portionē, & vnxit Salomonē. Dicit Rā. Sa. q̄ ista vñctio fiebat in fronte regis inter palpebras p̄ modū coronæ. Ceter. pat. vsq; ibi.
12 Quid tibi. Hoc autem quæsiuit Ioab, quia ad eius officium spectabat sedare tumultum & commotionem in ciuitate orientem.
13 Adhuc illo. Hic consequenter describitur Adoniae confutatio audita institutione Salomonis per Ionatham filium Abiathar. Et patet litera paucis exceptis.
14 Nequaquam. s. sum bona annuntians tibi, sed magis aduertit.
15 Territi sunt. quia timuerunt ne rex Salomon calumniaret eos pro crimine læsæ maiestatis sicut aliquos eorum postea calumniat est, vt habetur infra cap. sequenti.
16 Et iuit vnus. &c. in vi. su. dimittentes totaliter Adoniam.
17 Adonias autem. s. holocausti, ad quod etiā laici poterāt ingredi. Ad altare enim thymiamatis soli sacerdotes intrabant. Ex hoc etiam patet, quod ibi erat refugium in aliquibus casibus: & multo fortius bet esse in ecclesia, cuius tabernaculum in re. te. erat solum figura.
18 Si fuerit. n. q̄rēs machinationes de cetero ad obtinendū regem.
19 Et ingressus. faciens ei debitam reuerentiam sicut domino s.

MORALITER.

3 Imponite. Per Sadoc sacerdotem lex significatur, & per Nathā propheta. Per hoc ergo q̄ vnixerunt Salomonē in regē, significatū fuit, q̄ vnctio veri Salomonis Iesū Christi in regem

regem regū, fuit figurata in scriptura legis & prophetarū † Illique praecipiam. Nam homo Christus super angelos, & super homines qui per Iudam significantur, rat in gloria sublimandus.

c. Sublimius
faciat foliū.
† Theod.
Sciebāt hi
p̄cipies q̄
nemo q̄ pa-
ternam hēt
dilectionē,
amulatiōe
prosequit
filios: & q̄
est propriū
patrū velle
videt filios
seculariores.
Arius. n. &
ei⁹ filij soli
hac laborāt
amētia. Da-
uid at adeo
letat⁹. ē his
q̄ dicta fue-
rāt a princi-
pibus, vt et
cū senectus
veraret ne
surgeret, in-
clinat⁹ Deū
adorauerit,
q̄ p̄missi si
nē dderat.
† Ambros.
Docet n̄ p̄-
ripiendū ec-
regnū, et si
debeat, sed
expectādū
vt suo tēpe-
re deferat.
Iō eō vsque
p̄cauit, vt
cū Adoniā
fil iū regni
sibi vsurp-
re cōperit
let, & fere
cōuētus: nē
cū qui pri-
pere gestit
bat, sed eū
expectaret
eligeret.
† Ange-
Qd̄ at Ad-
nias filius D-
uid maie-
in regnū,
patre succ-
dei

A dere voluit, per fastū superbiæ, non per virtutem disciplinæ, significat quod Iudaicus populus cum prior legem suscepit, gentilem populū postērius vocatum spernēs, solum se cum

D Domino æstimaba regnaturum. Sed ecclesiæ populus cum vero Salomone, id est, pacifico nostro, in regnum substituitur.

C A P.

A D D I T I O I.

In cap. primo vbi dicitur in postilla. *Cumque operiretur vestibus non calefiebat.* quod fuit satis mirabile de tāta frigiditate, &c.

Licet David bellicosum fuisse pluries legatur, nunquam tamen de eo habetur in scripturis, quod vulneratus fuisset seu plagatus sic vt à corpore suo sanguinis copia efflueret, quod tamen non esset verisimile, vt scriptura de eo talia si contigissent tacuisset. Sed verius potest alia causa huius frigiditatis assignari, scilicet quod David à iuuenture fuit libidinosus, & in actibus venereis excessiuè implicatus, vt patet ex toto processu suæ historiæ, scilicet in multitudine vxorū & concubinarum. Sed constat quod vsus venereorū excessiuus naturaliter calorem consumit naturalem, & eius subiectum, scilicet humidum radicale. vnde Prouer. 31. a. *Ne dederis mulieribus substantiam tuam.* Substantia enim vitæ corporalis in calore naturali & humido radicali præcipuè cōsistit, iuxta Philosophorum sententiam. Sicut igitur deficientibus istis mors naturaliter sequitur, sic ex eorum notabili diminutione seu consumptione frigiditas, quasi irreparabilis subsequi habet.

A D D I T I O I I.

In eod. cap. 1. vbi dicitur in postil. *Quæramus domino nostro regi adolescentulam,* &c. Glo. Hieron. super locum istum, &c. Glossa Hieron. non est sic reprobanda: sed potius ad bonū trahenda sensum. Pro cuius declaratione sciendum, quod sequentes literalem sensum si generaliter considerentur, sunt in duplici differentia. Quidam enim tenent, quod tantum sensus literalis est verus & solus intentus ab autore, ceteri vero sensus qui dicuntur spirituales creduntur ab eis esse ficti & nullius autoritatis. Et hanc opinionem seu errorem principaliter tenent Saducæi, qui solum literam sequuntur. vnde & negant resurrectionem, & alia quæ ad pedem literæ prima facie non apparent. Alij vero tenent, quod sacra scriptura sub vna litera habeat plures sensus, licet omnes fundentur super vnum, scilicet literalem. & est communis sententia catholicorum, vt patet per Grego. in 3. moral. & per August. contra Vincen. & in pluribus alijs locis. Error autem primorū conuincitur multipliciter præsertim duobus modis: quorum primus est, quando secundum sensum literalem eorum error detegitur, sicut patet Mat. 22. vbi saluator volens confundere Saducæos negantes vitam futuri seculi, eo quod in litera ve. te. sic palpabiliter non habetur, confundit eos per sensum literalem allegans illud, *Deus Abraham, Deus Isaac, &c. non est Deus mortuorum, sed viuentium.* Secundo modo conuincuntur tales, scilicet qui literalem sensum tantummodo cōsequuntur, cū contingit quod aliqua historia literaliter tantum intellecta, non inducit aliquam vtilitatem in fide nec in moribus, nec etiam ad humanam conuersationem. Et illo modo allegat Apostolus illud Deute. 25. a. *Non alligabis os bo ui trituranti.* vbi dicit quasi arguendo. Nunquid est cura Deo de bobus. q. d. Si hoc præceptum solum ad pedem literæ intelligatur, nullam producit vtilitatem. Et isto modo secundo arguit Hieron. in hoc loco contra sequentes literam occidentem, dicit quod si hæc historia de Abisag tantummodo literaliter intelligitur, non referendo eā ad aliquem sensum spirituale vtiliorem videtur quasi Atellanarum ludicra sint seu fabulationes, quæ minimè proficiunt. Et ideo istam historiam pulcherrimè & commodè Hieron. exponit, vt patet intuenti. qui quidem sensus Hieron. est in hoc loco literalis, eo modo quo Apostolus in autoritate prædicta tanquā à sensu literalis sumit argumentum ex sensu accepto secundum mysticam expositionem: vt patet intuenti. Huic etiam consonat autoritas quedam beati Greg. quæ allegatur & exponitur in quadam questione addita supra in prologo super Gen. in responsione ad 7. arg. vide ibi. Quod autem inducit postil. pro fulcimēto planæ expositionis literæ de autoritate medi-

medicorum dicentium, quod optimum remedium contra frigiditatem membrorum, &c. est amplexus mulieris iuuenulæ, non facit pro eo. Licet enim dicant medici, quod calor naturalis alicuius hominis seu animalis confortet ex suo cōtactu calorem naturalem hominis debilitati, non tamen faciunt differentiam in hoc de calore iuuenulæ, seu virginis, seu corruptæ, pulchræ vel incompositæ. Et ideo ista in hoc loco ad literam, potius sunt intelligenda secundum mysticā significationem terminorum, quam hic autot sacre scripturæ qui Deus est, ad nostram doctrinam intendit.

Replica. In primò c. 3. lib. Reg. vbi postil. admirans, quod David cum esset homo bene complexionatus: sic in senectute potuit infrigidari, vt *coopertus vestibus calefieri non potuit,* &c. huius infrigidationis ponit plures honestas rationes. Sed Bur. de optimo rege suæ gentis rationem reddit minus honestam, videlicet quod quia à iuuentute fuit libidinosus, & immoderatus coitus consumit calorem naturalem & eius subiectum, scilicet humidum radicale. Sed Bur. potuit honestius loqui. Nam eum à tempore primæ vnctionis vsque ad continuos 40 annos valde cōmendat, & hic de incontinentia à tempore iuuentutis vituperat, quam cōstat esse vitium mortale. Nec hoc vituperium fundat Bur. in aliqua scriptura. Quamuis enim legatur David plures vxores habuisse, nō tamen de eo reperitur sicut de Salomone, quod cor eius per mulieres deprauatū fuisset. Potuisset igitur de suo rege sentire, sicut beatus August. de Abraham, quem dicit vsum coniuge temperanter, ancilla contemperanter, nulla intemperanter, vt dicit 16. de ciuitate Dei. cap. 25. Multi leguntur habuisse vxores & ancillas: quos tamen Burgen. incontinentes non iudicat. Nec valet obiectio Bur. contra primam rationem assignatam à postil. nam ipse ponit plures concurrentes ad eundem effectum. Non enim sequitur vnus non potest trahere nauem, igitur nec duo vel tres, sic est in proposito. Nec sequitur prout Bur. putat non legitur David in bellis vulneratum esse nec sanguinem effudisse, igitur non est verum. Non est enim consuetudo scripturæ vulnerum facere memoriam, nisi sint ad mortem, qualiter David vulneratus nō fuit. In eo. c. passum de Abisag Sunamitide cum postil. exponeret literam, declinans beatum Hierony. qui quasi videtur reprobare sensum illum literalem tanquam figmentum & Atellanarum ludicra. Bur. qui supra lib. 2. ca. 16. se opposuit & literæ & beato Hieron. hic pro eo certamen assumit, putans postil. excludere sensus scripturæ allegoricos & alios. quod quam falsum sit patet in postil. morali, quam fecit super rotam Bibliam. Obiectio etiam Burg. contra rationem postil. non valet cum dicit, medicos non facere differentiam fomentum caloris inter iuuenem bene complexionatum & pulchrum. falsum est enim & contra omnem rationem. Nam in iuvene calor est magis intensus, in pulchro & complexionato magis incorporatus, in virgine magis mundus. qui calor secundū huiusmodi qualitates maioris est virtutis quam in corrupta turpi, veteri & malæ complexionis. Ratio igitur recta cum medicis facit magnam differentiam. & fortassis vt sensum literæ huius Burgen. reddat absurdum, vt secundū sanctos doctores ad mysticum oporteat habere refugium cū beato Hierony. Ipse turpiter sentit de sancto rege suo, quasi vt lasciuus ex consuetudine fomentū puellæ exegerit. Quod verum non videtur: Nam serui eius ex consilio medicorum scientes huiusmodi fomentum ualere pro caloris naturalis excitemento & vitæ prolongatione, non iussi disposuerunt. Argumentum huius quod non ex lasciuia petijt, habetur ex litera cum dicitur: *Erat puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege & ministrabat ei: rex vero non cognouit eam.* Ex quo sensu literalis potest trahi & utilitas & moralitas: quomodo, scilicet subditi curam habere debent tam sancti senis, ut etiam omni diligentiam infirmo prouideant de necessarijs, non modo perenti, sed etiam non perenti, imò renitenti. Sciunt ut plurimum sani plus quam infirmi quid infirmo opus est & expediens.

C A P. II.

A *Quæst. 3.* **P**ropinquauit, &c. Theodoretus. Primum, communcem ostendit finem, Ego inquit, ingredior viam vniuersæ carnis, &c. Deinde regni successori filio iussit vt integram conseruaret pietatem. Hanc enim signi-

† Deut. 21. b. Iosue 1. b.

lib. 7. Antiq. cap. 16.

† 1. Reg. 3. c.

ficant exacte iustificationes eius, & iudicia eius, & mandata eius, & testimonia eius. Et statim ostendit lucrum quod inde oritur, *Vt reseruet succedant omnia que facies.*

✱ Iosephus. Dauid egritudine & senectute cōfectus, sciens se moriturum, vocauit Salomonem, & hæc ei locutus est: Ego quidem o fili, iā ad vniuersorum debitum ad patres proce-

do meos, commune gradiens iter omnium qui nunc sunt, qui que futuri sunt: illuc pergēs, vnde non licet ulterius remeare. Quapropter te moneo, vt sis quidē iustus circa subiectos, pius autē erga Deū, qui tibi dedit imperium, &c. *b Tu quoq;*. Dauid præcepit Salomoni de iusta retributione eorum qui sibi solatio fuerunt, vel iniuste nocuerūt, quos ipse patienter



C A P. II.

Propinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, præcepitque Salomoni filio suo dicens; *† Ecce ego ingredior viam vniuersæ terræ. † Confortare & esto vir fortis, & obserua vt custodias mandata domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & custodias † ceremonias eius, & præcepta eius & iudicia & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi, vt intelligas vniuersa quæ facis, & quocumque te verteris, vt confirmet dominus sermones suos quos locutus est de me dicens; Si custodierint filij tui viam meam, & ambulauerint coram me in veritate in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel. † Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruia, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & Amasæ filio Iether, quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem prælij in baltheo suo qui erat circa lumbos eius, & in calceamento suo quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces canicem eius pacificè ad inferos. Sed & filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in*

a Alias belli.

patienter tolerauit. Et prophetia indicat quid mali in futuro fieri oporteat vel boni, quod verus Salomon implebit. Interim tamen patientia Dei sepe bonos tribulati, reprobos delictijs vt concedit.

✱ Theodor. Quare cum ipse non punierit Ioab, iussit filio vt hoc faceret?

Primū quidē cum est reuerentus, vt qui fuerit laborum & periculorum socius. Deinde etiam suspectam habuit eius audaciam. Accedit, quod cum resciuisset cum Adoniam stueret tyrannidem timuit ne solita vtens malitia despiceret iuuentutem Salomonis: & duorum faceret alterum, nempe aut persona vtens benevolentia cum interimeret vt Abner & Amasan: aut aperte aduersam stueret aciem, & diuideret Israel.

✱ Ambrosius. Nihil minus quā cruentus affectus, sancto propheta ascribi potest, qui vita decedens, suprema voce cōuenit Salomonem, vt innocētē sanguinem a se tolleret, quem fuderat dux eius exercitus Ioab, quando Abner insidijs occubuit, quē fleuit.

✱ Maledi-

NICOLAUS DE LYRA. C A P. II.



Propinquauerunt, &c. Hic consequenter ponitur regni Salomonis confirmatio. o. & primò per remotionem impediētium. secundò per accumulationem expediētium: cap. 3. Illa quæ maximè impediunt stabilitatē aliquis regis sunt personæ machinantes contra eū, de quorum morte hic agitur. Et ne Salomon in hoc videretur procedere zelo propria vindictæ, ideo circa hoc quantum ad aliqua præmittitur ipsius Dauid ordinatio, secundò subditur ipsius Salomonis executio, ibi: Salomon autem. Circa primum Dauid primò iniungit filio suo Salomoni vt sit sollicitus de cultu Dei, dicens.

- 2 Obserua vt cu, id est, illa quæ præcepit custodiri. & quæ sint illa, subiungit, dicens.
- 3 Et custodias ce. &c. quantum ad præcepta ceremonialia.
- 4 Et præcepta eius. quantum ad moralia.
- 5 Et iudicia. quantum ad iudicialia, de quorum conditione & distinctione dictum fuit in Exod.
- 6 Et testimonia, quantum ad ea quæ promissa sunt in lege de Christo venturo & alijs bonis populo Israel promissis.
- 7 Vt intelligas vniuer. quia per considerationem legis diuinæ dirigitur homo in agendis. Si custo. fi. Sequitur.
- 8 Non auferetur. Ex quo patet quod supra dictū est, scilicet quod promissiones diuinæ, de bonis futuris intelliguntur sub conditione, scilicet quod non ponitur impedimentum a parte hominum.
- 9 Tu quoque no. Hic consequenter ponitur ordinatio Dauid de punitione aliquorum malorum, quos non poterat conuenienter punire in vita sua, & primò de punitione Ioab, cum dicitur: Tu quoque no. Dicit Ra. Sa. quod per hoc intelligitur malum quod fecit Ioab contra personā Dauid ostendendo alijs literas quas sibi secretè miserat Dauid de morte

de morte Vria, & sic regem scandalizauit. Quod enim istud secretum fuerat reuelatum, patet ex hoc quod habetur. supr. 2. lib. 12. d. quod Nathan dixit ad Dauid: Fecisti inimicos blasphemare nomen domini. sicut fuit ibi expositum. n. et istud factum fuit reuelatum: per Dauid, neque per Bethsabee, quia celabant crimen suum quantum poterat, & ideo verisimile est quod per Ioab fuit reuelatum ad excusandum se erga alios milites de morte Vria, quod non fuisset mortuus per incautam suam, sed per regis mandatum.

- 10 Quæ fecerit duobus princ. &c. Sequitur.
- 11 Et effudit sang. belli in pace. id est, sanguinem humanum, qui non dēt effundi nisi in bello, effudit tempore pacis, quia qñ occidit Abner, non habebat bellum iustum contra eum, nec rōne regis, nec ratione fratris sui interfecit sicut dictū fuit supra secundo lib. ca. 3. Similiter occidit eum sub specie pacis, reuocans eum quasi ad loquendum cū eo de federe inter eum & Dauid vt ibidem dictum fuit. Similiter quando interfecit Amasam non habebat contra eum aliquod bellum & ipsum occidit sub specie pacis salutando eum tanquam fratrem & osculando, sicut dictum fuit supra libro 2. cap. 20.
- 12 Et posuit cruorem prælij. quia percussit eos in inguine, vt habetur ibidem: & sic cruor exiens de plagis eorum ponit cruentare baltheum Ioab & calceamenta eius, non autem partes superiores. & in hoc designat Dauid modum percutiendi proditorium, quia non eleuabat brachium ad percutiendum eos in parte superiori, ne auerterent iētum & cauerent.
- 13 Et non deduces. Hebræi dicunt ad fossam. non erat enim intentionis Dauid quod Ioab descenderet ad infernum damnatorum: imò vna causa quare voluit eum puniri in hac vita, fuit ne puniretur in futuro in gehenna, vt dicit Ra. Sal. sicut & de Acham dictū fuit 1os. 7.
- 14 Sed & filijs Berz. Hic tertio ponitur informatio Dauid de re compensatione beneficij sibi exhibiti, quod quidem beneficium plenus expi. sum est supra 2. lib. 17.

✱ 1 Habes

M O R A L I T E R.

1 *Appropinquauerunt autem.* Dauid autem ante mortem suā Salomoni filio suo primò recommēdauit cultum diuinum, secundò Berzellai beneficiū, tertio Ioab & Semei suppliciu. Per hoc autē significatur, quod bonus rex uel princeps filios suos primò & principaliter debet inducere ad debitam Dei venera-

tionem, secundò ad bonorū remunerationem & promotionem. tertio ad malorum repressionem & punitionem. Allegoricè verò per hoc quod Dauid filio suo recommēdauit Ioab & Semei punitionem, significatur quod Deus pater omne iudicium dedit filio, vt habetur Ioan. 5. & Act. 10. dicitur de Christo, *Ipse est qui constitutus est a Deo iudex viuorum & mortuorum.*

† E.

a *Maledixit mihi maledictione.* * Hieronymus. Pessimam Hebraice Nimrezeth dicitur, quod quinque literis enunciat, id est, nun, mem, res, zade, thau, In nun, Noeph, id est, adulter: mem, id est, Moabita: res, rafa, id est, impius: zade, zara, id est, leprosus: thau, thoaba, id est, abominatus.

* Theodor.

Sed cum dedisset illi veniam, cur Salomoni iussit, ut ipsum puniret? Vnum nouerat tyrannicum, & valde audacem: & filij sui prouides salutis, eum docuit quæ ausus sit, ut viti caueret prauitatem. Sciebat etiam, ut propheta, fore ut periret transgrediens mandata Salomonis.

b *Dormiuit Dauid, cum patribus, &c.*

* Ambrosius. Non otiose scriptum est, sed perpense atque examine, *Appositus est ad patres suos.* Intellegi enim datur, quod patris similitudo fuerit fide. Unde claret non ad sepulturam corporis, sed ad consortium vitæ relatum.

c *Sepultus est in ciuitate Dauid.* * Procopius.

Sion hoc modo scriptura appellat, quæ vrbis arx erat, in qua Iosephus Dauidem, & qui post eum fuerunt reges, sepultos esse

esse tradit, & in monumentum multum auri cum eo inter-

d *Salomon autem.* Salomon Christi figuram gestat, hic enim templum ædificat sicut Christus Ecclesiam, hic pacem habuit secundum nomen suum, sicut & ipse dominus rex pacis est di-

ctus: faciens pacem his qui prope. In sapientia quoque & diuitijs & gloria saluatoris typum gestasse non dubium est.

e *Venit ergo Bethsabee ad regem.* Adonias Bethsabee interueniente (quæ interpretatur filia saturicatis)

Abisag Sunamitidem corrumperere gestauit, quia Iudæus populus per obseruantiam ceteronarum legum, quassatur & plenissimus erat, spiritualementem intelligentiam vel ecclesiam

quæ est virgo incorrupta, Dauid nostro coniunctam temerare voluit: confortium cuius quia non meruit mortem incurrit quam meruit.

Nec Bethsabee apud Salomonem pro Adonia interueniens quicquam profuit nec lex quam

Iudæi sibi adiutricem apud Deum esse opinantur.

f *a* *Misitque*

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Habes quoque apud te Semei, &c.* Hic quarto ponitur ordinatio Dauid de Semei, qui maledixit Dauid: ut plenius dictum fuit supra 2. libro 16. cap.

2 *Iurauit ei per dominum.* Istud autem iuramentum non fuit transgressus Dauid ista imponendo Salomoni: sicut dictum fuit supra 2. lib. 19. capit. & ideo sententia huius partis patet ex supradictis.

3 *Dormiuit igitur.* Hic omittuntur illa quæ ordinauit Dauid de ampliatione diuini cultus & ædificatione templi, quæ exprimentur 1 Paral. 23.

4 *Salomon autem.* Hic consequenter ponitur Salomonis executio: præmittitur tamen Adoniae interfectio. & secundo Abiathar eiecchio, ibi: *Abiathar quoque.* Tertio prædictorum executio, ibi: *Venit autem nuntius.* Circa primum dicitur: *Salomon autem sedit super thronum Dauid pat. sui. pacificè & quietè.*

5 *Et firmatum est regnum.* ita quod potestas eius fuit maior potestate patris sui Dauid: & ideo securè punire potuit illa quorum punitionem Dauid ex causa rationabili distulerat sicut fuit dictum supra 2. lib. 3. cap. de Ioab & 19. de Semei.

6 Pa-

6 *Pacificus ne est ingressus tuus?* Timebat enim ne aliquid machinaretur contra se, eò quod Dauid instituerat Salomonem in regem ad petitionem suam, ut haberetur cap. præcedenti.

7 *Tu inquit nosti, quia meum erat regnum.* ratione primogenituræ. Hoc non erat verum, quia ordinatio diuina præuaret primogenituræ, quæ erat pro Salomone, ut dictum est cap. præcedenti.

8 *Et me præposuerat omnis Israel sibi.* Hoc similiter est falsum, quia robur exercitus Dauid non erat cum eo, nec communitas populi, quæ in hoc expectabat sententiam Dauid, ut patet ex supradictis. Sed talia dicebat Adonias, ut magis posset impetrare quod quærebat.

9 *A domino enim constitutum.* quasi diceret, non intendo de cetero aliquo aliter aspirare ad regnum, quia agerem contra Deum, unde subditur.

10 *Vt det mihi Abisag Sunamit.* Illa enim fuerat vxor Dauid, & per consequens regina: & sic per eam habebat viam veniendi ad regnum per auxilium Ioab & Abiathar & aliorum sibi fauentium. Quod auertens Salomon, qui erat perspicacioris ingenij quam mater sua, respondit.

11 Postula

MORALITER.

† *Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee.* Per Adoniam qui primo adorauit regem Salomonem, ut haberetur in fine capi-

ne capituli præcedentis, & hic per matrimonium cum Abisag, malitiosè voluit regnum obtinere, significatur ambitio sus malitiosus, qui quod non potest obtinere per potestatem, studet habere per malitiam fraudulentam.

Tom. 2.

Y 4 7 Abiathar

Quæst. 7. **A** *Misitque rex Salomon per manum Banaia, &c.* * Theod. Qui dam reprehendunt Solomonem, quod fratrem suum occiderit. Diuersa est hominum vita. Nam alij quidem summam exercent philosophiam: alij virtutem politicam ac civilem, alij regiam aut imperatoriam. Oportet ergo vnumquemque;

examinare ex vita quam sequitur ratione. Non est itaque a Solomone exigenda prophetica neque apostolica perfectio: sed ea quæ conuenit regibus. Sciebat autem ipsum

B Adoniam affectare tyrannidem: conatus enim erat regnum arripere. In priori ergo sermone ei ignouerat, & salutem dederat, promittente Adonia fore ut sapienter & modestè se gereret. Postquam autem petijt patris coniugem, non ei quidem concessit postulatam, ut qui viam strueret ad tyrannidem: sed eum iussit interfici.

Angelomus.

b *Abiathar quoque, sacerdoti, &c.* Abiathar sacerdotio expulsus, non

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Postula ei & regnum, &c. quasi diceret, per hoc intendit venire ad regnum.
- 2 Contra animam. Tum quia machinabatur contra regem: tum quia petebat uxorem contra legem Leui. 18. ubi prohibetur contractus matrimonij cum uxore patris. Cetera patent in litera.
- 3 Abiathar. Hic ponitur abiectio Abiathar de summo sacerdotio & de ciuitate regia, cum dicitur.
- 4 Vade in Anathoth. i. ad possessionem tuam locum. Licet enim sacerdotes non haberent possessiones rurales, habebant tamen ciuitates assignatas pro sua habitatione, & suburbana ad nutriendum animalia, ut patet Num. 35. & Iosue 21.
- 5 Es quidem id est, morie dignus pro conspiratione contra me, & ordinatione Dei & patris mei.
- 6 Ut implere sermo. scilicet, quod exeretur a sacerdotio, ut habetur supra 1. lib. cap. 2.
- 7 Venit autem. Hic consequenter ponitur executio ordinationis David. & primo quantum ad punitionem Ioab. secundo ipsius Semei, ibi: Misit quoque rex. Circa primū dicitur: Venit autem nuntius, &c. per modum accusationis, quod Ioab declinasset post Adoniam. non solum ante institutionem Salomonis. sed etiam post, ut predictum est.
- 8 Et post Salom. non declinasset. In Hebræo habetur: Venit autem nuntius ad regem, quod Ioab declinauerat post Adoniam, & post Absalom non declinauerat. Nuntiatum enim fuit Ioab, quod Salomon hoc sciebat, & ideo sibi periculum imminabat. quia quamuis Ioab multum diligeret Absalom, ut patet ex supradictis 2. lib. 14. tamen non declinauit post eum, quando voluit obtinere regnum, imò interfecit eum, ut habetur 2. lib. cap. 18. Cum ergo post Adoniam & non Salomonem declinauit ad obtinendum regnum, signum fuit quod habebat multum cordi istud negotium, scilicet, machinando contra Salomonem pro Adonia, & ideo Ioab audiens quod Salomon sciebat hoc, merito timuit: & ideo pro refugio fugit ad tabernaculum.
- 9 Egredere. Qui ait, quia reformidabat eum in loco sacro interficere.
- 10 Non egrediar sed hic moriar. Renuntiauit, &c. Dixit Ra. Sa. quod Ioab dixit Banaia: Non egrediar nisi sub conditione.

f. quod

non tamen occisus, significat Iudæos, quorum licet sacerdotium sit abolitum: ipsi tamen propter eos qui in fine mundi ex eis credituri sunt, deleti non sunt.

* Theodor. Abiathar fuit socius & conscius tyrannidis Adonia, ut etiā ostendunt verba Solomonis: Tu es filius mor-

ris, &c. Erat ergo ipse quoque obnoxius crimini tyrannidis, ut qui operatus esset Adoniam audaciter. Diuina quoque predictiois administrator fuit Solomon. Heli enim prædixit Deus generis ignominiam, quod historia ostendit, dicens: Et eiecit Salomon Abiathar, &c. c. Fugit er. &c. Ioab qui ad altare fugiens iu- bente Salomone ibidem interfectus est, si- gnificat magistros peruersi dogmatis, qui ob hoc ecclesiasticos per insidias perimunt sicut Ioab Abner & Amasa, ab altari fidei expulsi perpe-

Abisag Sunamitidem Adoniae? postula ei & regnum; Ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar sacerdotem & Ioab filium Saruia. Iurauit itaque rex Salomon per dominum, dicens; Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc viuit dominus qui firmavit me, & collocauit me super solium David patris mei, & qui fecit mihi domum sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias. Misitque rex Salomon per manum Banaia filij Ioiadae, qui interfecit eum, & mortuus est. Abiathar quoque sacerdoti dixit rex; Vade in Anathoth ad agrum tuum. Es quidem vir mortis, sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam domini Dei coram David patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus in quibus laborauit pater meus. Eiecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos domini, ut impleretur sermo domini, quem locutus est super domum Heli in Silo. Venit autem nuntius ad Salomonem, quod Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset. Fugit ergo Ioab in tabernaculum domini, & apprehendit cornu altaris. Nuntiatumque est regi Salomoni, quod fugisset Ioab in tabernaculum domini, & esset iuxta altare. Misitque Salomon Banaia filium Ioiadae; dicens. Vade interfice eum. Et venit Banaias ad tabernaculum domini, & dixit ei. Hæc dixit rex. Egredere. Qui ait. Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiauit Banaias regi dicens. Hæc locutus est Ioab, & hæc respondit mihi. Dixitque ei rex. Fac sicut locutus est, &

tua morte punientur.

* Theod.

f. quod Salomon recipiat super maledictiones quas David imprecatus fuit super me pro interfectione Abner: scilicet lepram, debilitatem, gladium & famem, ut dictum fuit supra 2. lib. cap. 3. allegans quod non debebat dupliciter puniri scilicet occisione in sua persona, & maledictionibus diæis in semine suo. Et quia hoc videbatur habere aliquem colorem iustitiae, ideo Banaias non interfecit eum, sed rediit ad Salomonem referens ei verba Ioab: & tunc Salomon respondit quod sequitur.

11 Fac sicut locutus est & interfice eum. dicendo ei. f. quod recipio illas maledictiones super semen meum, & sic interfice eum. Vnde etiam subdit Ra. Sa. quod maledictiones prædictæ venerunt super semen Salomonis: quia Ozias rex fuit leprosus, ut habetur infra 3. lib. cap. 15. & 2. Paral. 26. Et Asa doluit pedesita quod non poterat ire sine baculo, ut habetur infra 2. Paral. 16. & Ioachim interfectus gladio, ut habet Hierem. 22. e. Sepultura asini sepelietur. quia interfectus proiectus fuit extra Hierusalem. Et Ezechias indigens pane in obsidione per Sennacherib. Vnde tunc sibi dictum fuit: Secundo anno pomis vescere, Esai. 37. id est, fructibus arborum propter panis defectum. Sed hæc exceptio non consonat literæ. quia hic dicitur: Non egrediar, sed hic moriar: nullam conditionem apponendo. Similiter non consonat literæ præcedenti: quia David qui erat sanctus illas maledictiones sciebat quæ illas fecerat, & tamen cum hoc imposuit Salomoni punitionem Ioab pro interfectione Abner & Amasæ, ut prædictum est, absque aliqua retractione dictæ, um maledictionum. Item dato quod illæ maledictiones sufficerent pro interfectione Abner, adhuc remanebat Ioab dignus morte pro interfectione Amasæ. & ideo nullo modo est verisimile quod Salomon maledictiones patris sui receperit super se, vel super semen suum. Quod autem inducitur de quatuor regibus de Salomone descendentibus non valet ad propositum, quia illæ pænæ fuerunt eis inflictæ pro alijs causis, ut patebit in locis suis domino concedente. Et ideo quod dicitur hic: Fac sicut locutus es, &c. no refertur nisi ad illud quod dixerat: Hic moriar. Credendum tamen est, quod violenter auulsus fuit ab altari, & sic interfectus, sicut præcipit Exod. 21. b. Si quis de industria occiderit proximum suum & per insidias, ab altari meo auelles eum ut moriatur. sic autem occiderat Ioab Abner & Amasam, ut patet ex supradictis.

1 Sepul-

MORALITER.

3 Abiathar quoque, &c. Per abiectioem Abiathar de summo sacerdotio & substitutionem Sadoc allegoricè significata fuit abiectio

abiectio veteris sacerdotij secundum ordinem Leuiticum, & substitutionem secundum ordinem Melchisedech, qui obtulit panem & vinum: Genesis 14. d. Et hanc figuram deducit Apostolus Heb. 7.

† Et

* THEODO-
RET V S. Cur
Joab Deum al-
loquentem oc-
cidit? Lex Dei
iussit hoc fie-
ri. Sanxit enim,
vt interimere-
tur homicida, q.
ad altare confu-
gerat.

a *David autem*
hoc est abolitis
Christi inimi-
cis, thronus Da-
uid, id est, eccle-
sia, aeterna pace
fruens maneat
in aeternum.

b *Et non egredie-
ris, &c.* Praecipit
nobis vetus Sa-
lomon habitan-
tibus in Ierusalē
ne vnquā egre-
diamur. Quod si
fugerint nos no-
bis ante subie-
cti, non ideo
egrediamur, vt
sequamur fugi-
tiorum vesti-
gia, ne dum vo-
luimus saluare fu-
gientes ipsi pe-
reamus, quin po-
tius mortui se-
peliāt mortuos,
& scandalizan-
tem oculū, ma-
num, pedē, dum
licet cruamur,
& abscindamus
à nobis.

* IOSE-

interfice eū, & sepeli. Et amouebis sanguinem innocentē, qui effusus est à Iob, à me, & à domo patris mei, & reddat dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos melioresque se, & occidit eos gladio patre meo Dauid ignorante: † Abner filium Ner principem militiae Israel, & Amasam filium Iether principē exercitus Iuda. Et reuertetur sanguis illorum in caput Ioab, & in caput feminis eius in sempiternum. Dauid autem, & femini eius, & domui, & throno illius sit pax vsq; in aeternum à domino. Ascendit itaque Banaias filius Ioiaðæ, & aggressus eū interfecit. Sepultusque est in domo sua in deserto. Et constituit rex Banaiam filium Ioiaðæ pro eo super exercitum, & Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar. Misit quoque rex, & vocauit Semei, dixitque ei: Aedifica tibi domum in Ierusalem, & habita ibi, & nō egredieris inde huc atque illuc. Quaecunq; autem die egressus fueris, et transferis torrentem Cedron, scito te interficiendum. Sanguis tuus erit super caput tuum. Dixitque Semei regi: † Bonus sermo. Sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet seruus tuus. Habitauit itaque Semei in Ierusalem diebus multis. Factum est autem post annos tres, vt fugerent serui Semei ad Achis filium Maacha regem Geth. Nuntiatumque est Semei, quod serui eius issent in Geth. Et surrexit Semei, & strauit asinum suum, iuitque ad Achis in Geth ad requirendū seruos suos, & adduxit eos de Geth. Nuntiatum est autem regi Salomoni, quod issent Semei in Geth de Ierusalem, & rediisset. Et mittens vocauit eum, dixitque illi: Nonne testificatus sum tibi per dominum, & praedixi tibi, quaecunq; die egressus fueris huc atque illuc, scito te esse moriturum? Et respondisti mihi: Bonus sermo quem audiui. Quare ergo non custodisti iusiurandum domini, & praecipitum, quod praeeperam tibi? Dixitque rex ad Semei: Tu nosti omne malum, cuius tibi conscius est cor tuum, quod fecisti Dauid patri meo: Reddiditque dominus malitiam tuam in caput tuum, & rex Salomon benedictus, & thronus Dauid † erit stabilis coram domino vsque in sempiternum. Iussit itaque rex Banaia filio Ioiaðæ. Qui egressus percussit eum, & mortuus est.

* IOSEPHVS. Li. 8. anti. c. 8.

D
Cognoscēs rex Salomon, quod Semei, & mandatum eius, & iusiurandū spreuisset, grauitur hoc tulit. Eoque vocato, inquit. Non effugies in risurandū ultionem, sed etiam pro quibus patrem meum fugientem iniuriis affecisti, dabis nunc poenas, vt agnoscas; quia nihil lucrantur, qui non repente pro sua iniusticia puniuntur sed omni tempore quo se putant nihil patiēdo sine timore consistere, crescit eorum poena, & causa maior efficitur, quia peccasse noscuntur.

E
* iuravi tibi &
Tunc Banaias iussu regis Semei interfecit.

* AVGVST. Lib. de amicitia c. 13. to. 4.

† malum tuū 2. Paral. 1. 4.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1. Sepultusque est in domo sua in deserto. Et constituit rex Banaiam filium Ioiaðæ, &c. Dicit enim Ra. Sa. quod fecerat ibi hospitale ad recipiendum pauperes, & peregrinos transeruites. Vnde dicunt Hebraei ipsum esse saluatorem, & quod mors temporalis sibi inflicta fuit in expiationem peccatorum suorum.

2. Et constituit rex Banaiam, &c. quia erat vir fortis, & prudēs, propter quod Dauid fecit eum sibi secretarium, vt habetur supra lib. 2. cap. 23.

3. Et Sadoc sacerdotem posuit pro Abia. &c. Et sic reductum est sacerdotium ad debitā lineam. Aaron. n. qui ex electione Dei factus fuit summus sacerdos, vt habetur Exod. 28. habuit duos filios, scilicet, Eleazar, & Ithamar, qui remanserunt sibi, alijs duob. mortuis coram domino,

domino, vt habetur Leu. 10. & de voluntate domini sacerdotium transfuit ad Eleazar, & filios eius, vt habetur Num. 20. c. de quo descendit iste Sadoc. Heli autem descendit de Ithamar, & cum esset iudex populi assumpsit sibi sacerdotium, hoc autem fuit ex diuina ordinatione, sicut dictum fuit 1. Reg. 2. & ab ipso descendit Abiathar quem eiecit Salomon ponendo Sadoc loco eius.

4. Misit quoque. Hic consequenter agitur de punitione Semei, cui Salomon imposuit legem de remanendo in Ierusalem sub poena mortis, eo quod erat seditiosus, & hoc accepit dicens. Bonus est sermo quem audiui, vt habetur infra, quem transgressus est, & sic punitus est morte, sicut meruerat, & absque transgressione iuramenti ipsius Dauid, sicut plenius dictum fuit supra 2. lib. c. 19. ex quo loco, & alijs supradictis patet sententia huius partis.

Confir-

MORALITER.

* Et surrexit. Per Semei, qui clausuram intra Ierusalem acceperat, & postea exiuit, significatur p̄fessus clausurā religionis

gionis, qui postea egreditur per tentationes diaboli mundi, vel carnis. Et sicut Semei mortem incurrit corporalem, sic iste mortem culpæ, & nisi verē poeniteat, mortem gehennę.

1 Confir-

ADDITIO.

In cap. 2. vbi dicitur in postil. Contra animam suam locutus est Adonias, &c.

Licet prohibitū sit q̄here matrimoniū cū vxore p̄ris, petere tñ illā in vxorē non est prohibitū, neq; s̄m legem, qui talem petit in vxorem est puniendus capitaliter, si eam nō habeat, & ideo hæc secunda rō non v̄ valere, sed sufficit prima

REPLIC. In c. 2. super verbo: Contra animam suam locutus est Adonias, Postil. dicit, quia q̄ regē machinabat, & q̄ legem

gem petebat vxorē patris sui. Bur. secundā rōnē dicit non valere, quia petere vxorē talē non fuit prohibitū, & per consequens non fuit capitaliter puniendus. Sed q̄ aut petiuit, vt haberet, aut non. Si primum, talis voluntas reputatur pro facto, & per q̄ns punienda. Si s̄m detur, tunc nec per hoc infidiabatur regi, sicque prima non valeret ad occidendum Adoniam, & ideo si altera sola, nec sufficit, sufficiat vtraque simul, vt quia petitio Adoniae fuit q̄ legem, & q̄ regē meruit audire. Contra animam suam locutus est Adonias.

CAPVT III.



Confirmatum. LACTANTIVS. Salomonem patreque eius David, potentissimos reges fuisse, & eisdem prophetas, etiam ijs fortasse sic notu, qui diuinas literas no attigerunt, quorum alter, qui

posterior regnavit, Troianq vt bis excidium cetum, & quadraginta annis anteceffit.

Cap. 16.

* IDEM. A Salomone, q multa de Chro cecinit, vsq; ad tep quo res, (i. perpestio) gesta est, mille ac decem anni fuerunt. b. Accep. Filia Pharaonis, qua si bi Salomō in pūgio copulauit, ecclesiā ex gētibus significauit

HEBRAEI. Lex prohibet cognationē cum gentili muliere, quandiu manet in paganismo, nō potest duci in vxorem, alioquin p̄selyta facta, duci potest. Salomon autem erudit fecit filiam Pharaonis in lege domini, licet temporum successū ab ea recesserit, & regem quoque ad idolorū culturam inclinauerit.

c. Attamen populus. Maxime populus in montibus immolabat, vel Deo, vel dæmonibus.

CAPVT III.



Confirmatum t est igitur regnū in manu Salomonis, & affinitate coniuictus est pharaoni regi Aegypti. Accepit namque filiam eius, & adduxit in ciuitatem David, donec compleret edificans domum suam, & domū dñi, & murum Ierusalē per circumitū. Attū populus immolabat in excelsis. Non enim edificatum erat templum nomini domini vs que in diem illū. Dilexit autē Salomō dominum ambulans in præceptis David patris sui, excepto q̄ in excelsis immolabat, & accēdebat thymiana. Abiit itaque Salomon in

* THEODORETUS. Quod autem Deo vniuer forum, non

NICOLAUS DE LYRA CAP. III.

Confirmatum. Post remotionē inpedientiū stabilitatem regni Salomonis, hic conse p̄ter agitur de accumulatione expediētū ad vanc stabilitatē, qua sunt deuotio erga Deum, sapientiā in iudiciis, magnificētia in familiis, sanctimonia in cultu Dei, & edificis, & opulentiā in diuitiis. Veruntamen quia deuotio est aliorū meritoria, ideo præmittitur eius deuotio, secundo aliorum concessio, ibi. Apparuitq; dñs, Prima in duas, quia primo continuantur dicta dicendis, secūdo exprimitur deuotio Salomonis ibi. Dilexit autem Salomon dominum. Circa primum dicitur. 1 Confirmatū. Istud concluditur ex dictis c. p̄ced. vbi actū est, de morte machinantiū contra Salo. quibus mortuis confirmatū istregnū Salo. interius. Consequenter oñditur eius confirmatio exterius, cū dicitur. 2 Et affinitate, qui erat potens, et regno eius propinquus, & ideo cū eo contrahit affinitatē, & regni sui firmitatem. 3 Et adduxit in ciuitatem. Cuius ratio subditur.

4 Donec compleret, &c. de cuius adificatione postea habetur 7. c. 1. 5 Et murū. quā dicitur triplici muro, ita q̄ i interiori clausura erat tēplū dñi, & palatū regis, in exteriori erat vulgus, & manu artifices, in medio vero habitabāt prophete, & nobiles. vnde inf. 4. li. 2. c. dicit quod Oida propheta manebat in Ierusalē, in secunda, s. clausura. 6 Attamen. Sicut dictū fuit sup. Deu. 12. & 1. Reg. a destructione Silo vsq; ad adificationē tēpli arca dñi non habuit stabilē mansionē, & iō licitū fuit offerre, & immolare oblationes votiuas, & sacrificia alibi, q̄ vbi erat arca, secūdu deuotionē offerentis, post adificationē vero templi non licuit, nisi ex speciali mandato Dei, vel eius in sinctū, sicut Helias immolauit in monte Carmeli, vt habetur 3. 18. c.

Quæritur hic vtrum Salomon peccauit accipiēdo in vxorē filiam Pharaonis? Et arguitur primo, quod sic, quia prohibitū erat Iudæis contrahere matrimonium cū mulieribus alienigenis, vt habetur Deu. 7. c. ergo, & c. Itē inf. 11. vbi reprehenditur Salo. de mulieribus alienigenis, specialiter exprimitur filia Pharaonis. Contrariū arguitur per hoc, q̄ dominus illo tēpore apparuit Salomoni dicens ei. Postula quod vis, &c. Itē edificato templo orationem Salomonis exaudiuit, & templū nebula impleuit, ad denotandū specialem præsentiam suam, vt habetur 2. Paralip. 5. quā dominus non fecisset si Salomon cum offendisset.

Responsio. Dicendū, quod quantū videtur tex. sonare non peccauit, quia statim subditur. Dilexit autē Salo. dñm ambulās in p̄ceptis David patris sui excepto, q̄ in excelsis immolabat, & tū illud erat licitum, vt dictū est, pro illo tēpore, tamen minus bonū, vt videbitur. Si igitur Salomō peccasset accipiēdo filiā Pharaonis, scripura illud multo fortius excepisset. Sciendū igitur, q̄ mulieres alienigenæ, erant in duplici gradu, quia aliquæ erant de populis habitantib. terrā promissionis antequā filii Israel intrarent, quarum aliquæ cum eis in terra remanserunt, vt patet in li. Iosue, & Iudi. & cū illis non poterāt filii Israel licite contrahere matrimonia, nisi ex speciali casu, vt dicit. Cum aliis vero mulieribus alienigenis poterant contrahere maxime ex rationabili cā, Gentilitate tñ prius relicta, vt sic Booz contraxit cum Ruth Moabitide, prout habetur Ruth 4. Et hoc mo Salomō cū filia Pharaonis ad confirmationem regni sui, vt prædictum est, contraxit.

* HIERONY. Hinc patet, q̄ Salomon quatuor annis cū- & itō est edificare domū dñi, eo q̄ ait, immolabat in excelsis.

* AVTHOR. Seder olam R il b1. In medio iubilei edifi- a tū est templum anno quarto hebdomadæ, itēque quarto Salomonis. Nam sic scriptū est: Cepit autem edificare men-

se secundo, anno quarto regni sui domum domini.

* THEODORETUS. Quomodo est intelligendum. Et p̄- pulus erat adolens in excelsis? Non hic eos reprehendit, quod sacrificarent idolis, sed quod præter legem in locis excelsis Deo offerrent sacrificia. Lex enim iussit Deum colere in vno loco. Veniam tamen est adeptus, quoniam diuinum templum nondum fuerat edificatum.

d Abiit itaque Salomon. In Gabao erat excelsum maximū, vbi erat tabernaculum, quod fecit Moses, & altare aneum, super quod Salomon offerens mille hostias diuinum meruit oraculum.

* THEODORETUS. Quod autem Deo vniuer forum, non

Et credendū est (licet nō sit expressum) quod ipsa reliquerit Gētilitatē antequā cognouerit eā, quia tunc Salomon diligebat dñm, & econuer- so, vt ostenditur inf. Ad primū igitur argumentū dicunt aliqui, quod vxores alienigenæ de genere Chananaeorū tantū erāt prohibite Iudæis, non autē de aliis nationib. Sed hoc patet falsum. 1. Esdr. 9. dicitur, q̄ filii Israel reuersi de captiuitate acceperunt vxores de genere Ammonitarū, & Moabitarū, & Aegyptiorū, quæ non erant de Chananaeis, & tamen Esdras, qui optime sciebat legē determinauit hoc esse illicitū, pp q̄ ordinatū fuit tunc, q̄ illis eucerent. Propter quod dicendū, q̄ mulieres Chananae fuerūt magis interdite, quā aliæ, iō cū illis non erat licitū contrahere, nisi relicta Gētilitate, & cū hoc pro aliquo magno facto in speciali, pp fidem vniuersi Dei, & Salomon contraxit cū Raab, q̄ erat de illis, quia ex fide saluauit natiōes Hebræorū, vt dicit. Apost. ad Heb. 11. Cū alius autē alienigenis licitū erat contrahere ex minori cā, relicta Gētilitate, vt dicitur Deu. 21. q̄ si aliquis Iudæus debellatis aduersarijs de illis nationib. videret inter captiuos mulierū pulebrā, relicta Gētilitate poterat eā accipere vxorē. Et hoc mo contraxit David cū Tholomai filia regis Gessur, vt habetur 2. li. 3. c. illas, autē quas Esdras iussit eiici, fuerunt acceptæ a filiis Israel ex mala cā. s. quia vxores Iudææ, q̄ cū eis venerant de captiuitate ex labore itineris erant deturpate, et pp hoc erant a maritis suis abiectæ, & quasi repudiate. Præterea illæ alienigenæ docebāt filios suos aliqua ad ritū Gētilitatis pertinentia. Ad secundū dicendū, q̄ ibi inf. 11. c. duo dñr de Salomone. Primū est, q̄ ardētissimo amore copulatus est alienigenis mulierib. Aliud est, q̄ ad satir faciendū eis coluit deos earū, & ad hoc edificauit tēplū, & quantū ad primū nominatur ibi filia Pharaonis, q̄ fuit dilecta p̄ omnib. vt dicunt doctores Hebræi, & Catholici, nō autē quantū ad secundū, quia reliquerat idololatricā cultū, vt dictū est, alia vero quib. edificauit tēpla nō reliquerāt, et istis idololatriis mulierib. cōiūctus fuit Salomō in senectute vt ibidē dicitur. Si autē dicatur, q̄ codē mo fecit pro filia Pharaonis, eo q̄ ibidē subditur. Atque in hunc modū fecit Salomō vniuersis vxorib. suis alienigenis. Pōt rñderi per illud, quod immediate subditur. Quæ adolebāt thura, &c. et per hoc determinat pro quibus mulieribus alienigenis fecit hoc, s. pro illis, q̄ nō reliquerāt idololatricā vt dictū est. Et si dicat, q̄ tunc filia Pharaonis rediit ad idololatricā vidēs Salomonē idololatrare cū aliis vxorib. suis, per hoc nō colligitur quin matrimonium cū ipsa a principio licitū fuerit. 7 Dilexit autē Salomon, &c. Hic consequenter oñditur Salomonis deuotio erga Deū & primo in cultu interiori, qui potissime cōsistit in actū dilectionis, secundū, quod dicit Aug. in Ench. Fide, spe, & charitate colitur Deus, et hoc notatur cū dicitur: Dilexit autē Salomō dñm. Secundū in cultu exteriori cū dicitur. Ambulās in p̄ceptis David. Veruntamen quia in hoc ad perfectionem eius non peruenit, ideo subditur. 8 Excepto quod. Licet enim hoc effectū licitū illo tempore, vt prædictum est, tamen melius erat talia offerre in loco vbi erat arca Dei. David autem non legitur alibi immolasse, nisi ex speciali mandato Dei in arca Arcana Iebusæ, vt habetur sup. 2. lib. vit. c. sicut & Helias post adificationem templi obtulit in monte Carmeli, vt dictū est. 9 Abiit itaque Salomon. cuius causa subditur,

Diuisio.

Qualis.

Et

1 Illud

MORALITER.

2 Et aff. con. Per coniunctionem matrimonialem Salomonis cum filia regis Aegypti alleg. fuit significata communio Christi cū ecclesia de gentib. collecta, nec in hoc facto peccauit

cavit Salomon, sicut plenius dixi in expositione literæ, & textus etiam ostendit, quia sequitur.

7 Dilexit aut. m. Propter quod non potest dici, quod hic per peccatum significetur Christi, & ecclesiæ mysterium.

Postula

A non idolis tunc offerret hecatombas, nos aperte docet histo-
ria. Et visus est dominus noctu Salomoni. Si autē obtulisset
idolis, Deus nō esset eum remuneratus omne genus donis.
Dedit autē ei sapientiam quantam capiebat natura, diuitias-
que, & potentia; pacēque supra omnes, q̄ tūc fuerunt reges,
& gloriam, quæ
peruasit orbem
terræ.

a * Et ait Salo-
mō. Tu fecisti, & c.
Digna sunt ad-
miratiōe verba
eius orationis.
Nā cum in me-
moriā reuocaf-
set bona, quæ
fuerāt patris, &
eum laudasset,
qui suppedita-
rat, obtulit pro
se supplicatio-
nem. Ego autem
sum paruus, & c.
Per hæc docuit,
& naturæ imbe-
cillitatem, & æ-
tatis finē, & da-
re potestatis ma-
gnitudinem, &
mysterij neces-
sitatē, & peti-
tionis prudenti-
am.

b * Dabis seruo
tuo cor docile, & c.
AMBROSIVS
Sapientiam po-
stulauit, vt quā
non habebat ac-
ciperet: Chri-
stus ipse sapien-
tia est, naturali-
ter i vniuersum
habens, quod in rebus humanis Salomon accepit per gratiā.

^a Interpretatur sublimis collis, vel excelsus.

Gabaon, vt immolaret ibi. Illud quippe erat excelsum maximum.

Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in
Gabaon. Apparuit autem dominus Salomoni per somnium nocte,

^a Dei gratia liberum hominis exquirat arbitrium.

a dicens. Postula, quod vis, vt dem tibi. Et ait Salomon: Tu fecisti cum
seruo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit
in conspectu tuo in veritate, & iustitia, & recto corde tecum. Custodi-
sti ei misericordiam istam grandem, & dedisti ei filium sedentem su-
per thronum eius, sicut est hodie. † Et nunc domine Deus tu regnare
fecisti seruum tuum pro David patre meo. Ego autem sum puer
paruulus, & ignorans egressum, & introitum meum, & seruus tuus
in medio populi est quem elegisti, populi infiniti, qui enumerari, &

Vel supportari.

b supputari non potest præ multitudinem. † Dabis ergo seruo tuo cor
docile, vt iudicare possit populum tuum, & discernere inter malum
& bonum. Quis enim potest iudicare populum istum, populum tuum
hunc multum? Placuit ergo sermo coram domino, quod Salomon re-
huiuscemodi postulasset. Et dixit dominus Salomoni: Quia postula-

^a Huiusmodi querunt reprobi.

sti verbū hoc, & non petisti tibi diēs multos, nec diuitias, aut animas

^a Talis oratio apud Deum non frustatur.

inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiā ad discernendū iudi-
cium, ecce feci tibi secundum sermones tuos. Et dedi tibi cor sapiens,

& intelligens, intantum, vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te

c surrecturus sit. Sed, & hæc, quæ non postulasti dedi tibi, diuitias, scilicet

& gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus cūctis retro diebus. Si †

a autē ambulaueris in viis meis, † & custodieris præcepta mea, & manda-

gos dies, id est, beatitudinem.

* IDEM

In Ps. 118.
Ost. 3.
D

Ibid. Octo. 19.

distantiam, sed
gratiam eius in-
telligendæ ora-
uit a domino.
Quod enim sci-
re diuinū est, a
domino, vt pos-
sis cognoscere
promerendū est.
Si petisset Adā,
vt petiuit Salo-
mon, nequaquā
in illos inextri-
cabiles erroris
laqueos incidis-
set, quibus om-
nis eius heredi-
tas stragulat.

E
† 1. Par. 28. b.
2. Par. 1. b.
Sapient. 9. b.

TER TV L L.
Quia permissa
sibi optione ma-
luit ea postula-
re, quæ sciebat
Deo grata, sa-
piētiā, meruit
etiā diuitias cō-
sequi, quas non
magis voluit.

d Si autem am-
bulaueris in viis
meis, & c. Ab-
que obseruatio-
ne mādatorum
Dei, adipisci
nemo potest lō-

Lt 4. aduer.
Mirc. c. 15.
† 36. distin. c.
quo ecclesiā-
sticis. §. ecce.

vt custodias.

F

3 a Tunc

NICOLAUS DE LYRA.

1 Illud quippe. non magnitudine molis, sed reuerentiæ, & honoris,
quia ibi erat tabernaculum, & altare holocausti, quæ fecerat Moses, vt
habetur 1. Para. 21. d. Arca tamen domini erat in Ierusalem vbi ad-
duxerat eam David, vt habetur sup. 2. lib. cap. 6.

2 Mille hostias. Ex quo apparet effectus suæ deuotionis.

3 Apparuit. Hic consequenter ostenditur quid deuotio Salomonis
meruit, & primo circa hoc ostenditur Dei concessio. Secundo in effectu
ostensio, ibi. Tunc venerunt. Circa primum dicitur. Apparuit autē
dñs Salomoni, propter deuotionem prædictam. Et ex hoc patet, qđ
supra dictum est, scilicet, quod licitum erat offerre sacrificia alibi, quā
vbi erat arca, & non solum licitum, sed etiam meritorium, licet non
tantum, sicut in presentia arcæ, sicut continentia coniugalis meritoria
est, minus tamen, quam vidualis, & virginalis.

4 Per somnium nocte dicens. quia illa hora anima intellectiua
magis disposita est ad illuminationes diuinas percipiendas, vtpote ces-
santibus tumultibus, & quiescentibus sensibus exterioribus, per quæ di-
strahitur intellectus.

5 Postula quod. Hoc non dixit Deus tantum ex merito Salomonis,
sed principaliter ex merito David, qui pro eo orauerat, & ideo Salo-
mon in responsione sua primo fecit mentionem de patre suo dicens.

6 Tu fecisti cum seruo. & patet litera ex prædictis vsque ibi.

7 Ego autem. Id est, procedendi modum in tanto regimine, ideo
subditur.

subditur.

8 In medio populi est quem. hyperbolice est locutus, ad denotan-
dum magnitudinem multitudinis, quamuis esset finita, & numerabilis
simpliciter.

9 Dabis ergo seruo tuo cor. id est, illustratum à te.

10 Quis. n. pot. quasi diceret nullus sine tua speciali illustratione.

11 Placuit ergo. quia petitio erat ordinata ad diuinum honorem,
ad propriam salutem, & ad bonum populi regimen.

12 Et dedi tibi cor sapiens, & intelligens, intantum, vt nullus.
Hoc est intelligendum respectu regum, qui fuerunt ante eum, & post. de
alys autem hominibus plures fuerunt sapientiores, sicut Adā, qui fuit
creatus in plenitudine scientiæ, prout dictum fuit Gen. 3. & Moses cui
Deus loquebatur, sicut solet loqui homo ad amicū suum, vt ha-
betur Exo. 33. & sanctus Paulus ceterique apostoli, & Ioannes, qui
scripsit Apocalysim, qui omnes fuerunt magis illuminati, quam aliqui
in veteri testamento.

Salomon quo
modo sapien-
tissimus.
Diuisio.

13 Diuitias, scilicet. Paralip. 1. c. dicitur: Substantiam, & glo-
riam dabo tibi, ita vt nullus in regibus, nec ante, nec post si-
milis fuerit tibi. hoc est intelligendum istis tribus simul concurren-
tibus, scilicet sapientiæ, gloriæ, & diuitiis, quia aliqui fuerunt eo potentiores,
& magis gloriosi, sicut Alexander magnus, & plures imperatores Ro-
mani, qui dominabantur toti orbi, & aliqui ditiores, sicut Octavianus,
& Cræsus, deficiebant tamen à Salomone in sapientia.

1 Igitur

MORALITER.

3 Postula quod. Per hoc, quod Salomon à domino petijt sciē-
tiam ad regendum populum secundum honorem Dei, &
communem vtilitatem, & dominus sibi dedit, & cum hoc
addidit diuitias, & gloriā, q̄ decent regiā maiestātē, signifi-
catur, quod petentibus illa, q̄ sunt ad honorē Dei, & bonū
communis

communis populi, non solum petita à Deo dantur, sed etiā
alia, quæ ad decentē statū petentiū suffragantur, Matth. 6. d.
Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adii-
cientur vobis.

† Si autem ambulaueris. Per hoc patet, quod dicta promissio,
& consimiles sunt conditionatæ, quod homo debeat in bo-
no perseuerare.

4 Tunc

1a. c. 11. Luc.

A *a Tunc venerunt, &c.* * AMBROSIVS. Duæ sceminae et si iam partus dolore absolutæ, adhuc tamen confirmatorum pignorum metu nutabant, quia per temulentiam nutrienti somnus obrepserat, paruulum mater oppressit, negat suum, querit alienum. Sed, & illa, quæ filium non peremit, pichitat suo, quia iudicij heret incerto.

Lib. 8. moral. cap. 17. Angelomus. Eucherius.

GREGORIUS. Postquam dñs erroris nostri tenebras luce suæ cognitionis illustrat, mox tētationis aculeo visitādo probat, quia accendēdo corda nostra ad virtutes prouehit, & recedendo concuti tentatione permittit. Si enim post virtutum munera nulla tentatione cōcutitur, hoc se habere animus ex se gloriatur. Vt ergo firmitatis habeat dona, & infirmitatem suam agnoscat, per accessum gratiæ ad alta suscollitur, & per excessum quid ex se sit probatur. Vnde Salomon post acceptam diuinitus sapientiam meretricum quæstione pulsatur.

B Quia sepe cum mētem nostrā concessis virtutibus respectus itimæ largitatis illuminat, mox eam lubricæ cogitationes turbant, vt quæ subleuata immenso munere exultat, & tētatiōe pulsata quid sit inueniat. Sic & Helias visitatus desuper sermo

1. Reg. 17. a. & 19. a.

2. Cor. 12. a.

Rom. 7. d.

Hiero. tom. 3. Epist. 131. Angelomus. Rabbanus. Osee. 1. a.

Eze. 7. c. Zach. 11. b. Lucæ. 7. f.

ne cęlos aperuit, & subito probatus infirmus per deserta fugiens vnā mulierē expauit. Sic Paulus vsque ad tertium cęlū paradisi penettans secreta considerat, & ad se rediens cōtra carnis bellū laborat. Legē aliā in membris sustinet, cuius in se rebellione fatigati spiritus legē dolet. Post dationem ergo muneris Deus hominem probat, quia & collato munere subleuat, & abstracto paululū ipsum sibi demonstrat. Quā iō patimur, vt ad pmissæ incorruptionis subam reformemur.

Quidā autem super synagogam, & ecclesiam hoc eisofentiendū, & ad illud tēpus referendū, quo post crucem, & resurrectionē tam in Iudæis, quam in gentibus verus Salomō idest, pacificus regnare cępit. Osee. n. accepit vxorē fornicariā, deinde adulteram. Ideo enim Christus venit, vt meretrices donaret matrimonio, & de duob⁹ gregibus faceret vnū ouile. Hæ sunt duæ virgæ, quæ in Ezechiele iunguntur, & de quibus per Zachariā dicitur: *Et assumpsit mihi duas virgas, vnā vocaui decoram, & alteram vocaui funiculum.* Mulier quæ illa in euangelio, quæ pedes Iesu lachrymis lauit, crine deterlit, & cui omnia peccata dimissa sunt, significat ecclesiā de gentibus congregatā. Ecclesia tñ non habet maculā, neque rugam, nec dicimus eam meretricem permansisse, sed fuisse, secundum quod dicitur. *Cum esset Iesus in domo Simonis leprosi.* Non qui tunc leprosus erat, sed qui ante fuerat. Notā dum quoque quid dicat ecclesia contra synagogam.

Ephef. 5. f. Matthæ. 14. a.

C *a Tunc venerunt, &c.* Quia post resurrectionē saluatoris vna de vtroq; populo pgregata est. Eleganter verò adiunxit. *Peperi apud eā in cubiculo.* Ecclesia. n. de gentibus, quæ non habebat legem

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Igitur euigilauit.* i. intellexit, quod significaret, & q. esset verum. Vnde magis proprie fuit visio, vel reuelatio diuina, quæ frequēter fit in somnis, vt patet in multis locis sacre scripture. 2 *Ste. it coram.* scilicet, ad adorandum. 3 *Et oblit.* quia iste locus erat conuenientior ad sacrificia, quam Gabaon, vt dictum est, & ideo post apparitionem domini sibi factam ibi obtulit.

4 Tunc

MORALITER.

4 *Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regē, steteruntq; coram eo. Quarum vna.* ALLEG. Per eas significantur Iudæa, & Gentilitas, quæ per idololatriam fornicatæ fuerunt, vt patet sacra scripturā inspicienti, & de vtraque venerūt aliqui p fidē ad Christū verum Salomonem etiam in ecclesia primitiua. Per puerū aut viuum de quo duæ mulieres contenderunt, significatur

legē, & pphetas, peperit in domo synagoge, nec egressa est de cubiculo, sed ingressa. Vñ. *Introducit me rex in cubiculū suū. Et. Introducā te in domū matris meæ, et in cubiculū eius, q. cōcepit me.*

R A B B A. Si consideres Pilatū lauante manus, & dicentem: *Mundus ego sum à sanguine iusti huius,* & Centurionē confitentē. *Vere hic erat filius Dei.*

Et eos, qui ante passionem p Philippū dominū videre desiderant, non ambigis primā peperisse ecclesiā, & post natum populū Iudæorū p quo dñs precabatur. *Pater ignosce illis, etc.* & crediderūt vna die tria milia, & alia quq; milia.

GREGOR. Per matres lactantes ordo doctorū, p filios earū signatur persona discipulorū. Nam magistri scientia vigilātes, sed vita dormiētes, auditores suos quos per vigilias p dicationis nutruūt, dū quod dicunt facere negligūt, per somnū torporis occidūt, & negligēdo opprimūt quos alere verborū lacte videbantur. Vñ dū reprehensibiliter viuūt, & hēre discipulos laudabilis vitæ nequeunt, alienos sibi attrahere conant vt dū bonos se habere sequaces ostēdūt, apud iudicia hominū excusent mala, q. agūt,

& subditorū vita mortiferam tegant negligentia. Vnde mulier, quæ filiū extinxit propriū, quæsiuit alienū, sed matrem veram Salomonis gladius inuenit, quia cui fructus viuat, vel intereat extremo examine ira iudicis demonstrabit. Et notandum, q. viuens filius prius diuidi præcipitur, vt soli postmodū matri reddatur, quia in hac vita quasi partiri conceditur vita discipuli, dum ex illa alter apud Deum meritum, alter apud homines laudē habere permittitur. Sed falsa mater quæ non genuit, occidi non timuit, quia arrogātes magistri, & charitatis ignari in plenissimū nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt, eorum vitā crudeliter insequuntur. Inuidia enim successi nolunt alijs viuere, quos se cōspiciunt non possidere. *Vnde, nec meus sit, nec istius.* Quos. n. sibi obsequi non vident ad gloriā tēporalē, eos alijs inuidēt viuere per veritatē. Sed vera mater satagit, vt eius filius saltem apud extraneū sit, & viuat. Quia cōcedunt veraces magistri, vt ex eorum discipulis alij magisterij laudē habeant, si tñ integritatē vitæ non amittant. Per quæ pietatis viscera hæc eadē vera mater agnoscit, quia omnino magisterium in examine charitatis approbatur. Sola totū recipere meruit, quæ quasi totū concessit, quia fideles præpositi pro eo, quod ex bonis discipulis, non solum alijs laudē non inuidēt, sed etiā vtilitatem profectus exorant. Ipsi integros, & viuētes filios recipiunt, quando in supremo iudicio ex eorum vita perfectam retributionem assequuntur.

c Mortuus. R A B B A. Dū. n. legis sequitur obseruantiam, & gratiā euāgelij copulat legi, tenebrarū errore coopra est.

a Tulit

4 *Tunc venerunt.* Hic qñr oñdit impletio promissionis factæ Salomoni, & primo quantū ad sapientiā, scdo quantū ad gloriā c. 3. tertio quantū ad opulentia c. 10. Ista tñ tria sunt ita p iuncta, q. vnū perficit aliud, & econuerso. Iō nunc distinet, tunc mistim agit de ipsis. Primū oñdit per verū iudiciū, quæ esset mater vera, & quæ ficta, p hoc, q. vbi deficiebat humana probatio, sapiēter recurrit ad inclinationē naturalem, quæ vera mater efficitur ad filiū, & patet licet a paucis exceptis.

1 Et

1 Diuidite

a Tulit filium. Viuum; scilicet, non vt possideret, sed vt occideret. Non enim fecit hoc filij amore, sed odio amulæ.

b Quis diligentius inueniens, &c. RABBA. Longum est ostendere quò per Paulum, & alios ecclesiasticos intellexerit ecclesia non esse filium suum, qui renebatur in lege, & in luce cognouit quem in tenebris non videbat. Dux mulieres quatù vna dilectione ardebat, i altera simulatio furrepebat, ecclesia figurant, & synagogam, idue hæreticam prauitatē, quarū vtraque, & suos nequiter nutriēdo interimit, & alienos quousq; perdat alliciendo per suadet. Inter duas mulieres dñs dum id, quod iustum est spiritu oris sui dirimit, vnicuique, quod debetur restituit.

c Dixit ergo. HIERONYM. RABBA. Simulās ignorant. a humanos p dispensatione carnis meretur affectus, sicut, & ibi: Vbi posu. eam? & alibi: Quis me tetigit?

d Diuidite. HIERO. RABBA. Tentat naturam naturæ dñs, & vult secundum vtriusque voluntatem viuētem filiu in legem gratiamque diuidere, non quod probet, sed ad arguendam synagogę calumniā hoc se velle dicit.

* AMBROSIVS. Nobile illud Salomonis iudiciū, & fraudem in ipsis cogitationibus occultis, & pietatē i maternis viscerib⁹ deprehendit, vtique per Spiritus sancti munus emicuit. Neque. n. latentem conscientiam feminarū alia aliqua, q̄ Spūs sancti machera penetrasset, qa nō ferro sed spiritu mens interna penetratur. Macherā iubet afferri, quia simulato, quod diuidere vellet infantē, considerauit, q̄ vera mater plus p̄suleret filio quam solatio, & gratiam iuri, non gratiā iura p̄ferret. Illa quæ matris simulabat affectū, vincēdi studio ceca, parui duceret eius exitiū, in quo nesciret pietatis dispendium. Itaque vit spiritualis diiudicans oīa, naturam

naturā in affectibus quæsiuit, quæ latebat in vocibus, & pietatem interrogauit, vt proderet veritatem.

* IDEM. Nō immerito asstimus est intellectus Dei in eo esse, in quo occulta sunt Dei. Quod aut occultius, quam interiorum viscerum testimonia, in q̄ sapientius intellectus velut quidā pietatis arbiter descendit, & velut quandam genitilis alui vocē eruit, qua maternus patuit affectus, qui elegerat filium suū, vel apud alienam viuere, quam in conspectu matris necari?

* AVGVSTINVS. Quæ erat non solum luxuriosa, sed etiam crudelis, & impia, clamabat ad regem, vt diuidi iuberet infantem. Illa, quæ rogabat, vt puer integer seruetur, Ecclesię catholice typū gerebat, illa alia crudelis, & impia heresim designabat. Catholica enim quasi mater pijs sima, omnibus hereticis clamat, Nolite vnitatem diuidere, totum nobiscum possidete. Sed impia, & crudelis heresis clamat, Non sed diuidatur, &c.

* HIERONY. Interpretatio iudicij Salomonis super iurgio duarū meretricū, quantum ad simplicem historiam pertinet perspicua est, quod puer annorum duodecim 7 etatis suę mensurā de intimo humane nature iudicari affectu. Quantum ad typicos pertinet intellectus, quidam Gregororum autumant super Synagoga, & Ecclesia sentiēdū, & ad illud tempus cuncta referē dum, quando post crucem, et resurrectionem, tam in Israel, quam in gentibus verus Salomon regnare cœperit.

e Dixit autem. RABBA. Ecclesia, quæ scit suum esse libenter concedit emulę, vt viuat saltem apud eam, ne inter legem diuisus, & gratiam Christi mucrone feriat. vnde: Ecce ego Paulus dico vobis, quia si legem obseruatis, Christus vobis nihil proderit.

D Libr. Offic. cap. 8.

† media nocte.

Serm. 200. de temp.

E Tom. 3. Epist. 131.

F Galat. 5. a. 1.

CAPVT

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et consurgens, &c. Intempēstum, prout est substantiuū est quarta hora noctis, sed prout est adiectiuum, idem est, quod sine tempore, & sic nox dicitur intempēsta, non quia sit sine tempore simpliciter, sed quia tunc non est tempus, aptū ad

ad operandum, operatione autem, & motu tempus cognoscitur, & distinguitur, vt habetur quarto Physicorum. In fine concluditur.

2 Et timuerunt, &c. id est, diuinitus sibi datam.

3 Esse in eo ad, &c. vltra modum aliorum hominum, & ideo tunc magis timuerunt eum, quam ante.

1 Erat

MORALITER.

† Diuidite, inquit, &c. Et significatū fuit, quod Iudei permitterentur obseruare legalia ad tempus, s. tempus ad publicationem euangelij, & gentibus fuit impositum, quod obseruarent aliqua legalia ad tempus, scilicet quod abstinerēt ab immolato simulacrorū, sanguine, & suffocato, & hoc propter quietū, & pacificum conuictum cum Iudeis, qui abhorrebant vtentes trib. dictis, sicut plenius exposui exponendo literaliter.

literaliter. Sed quia circūcisio, & alia legalia post publicationē euangelij cessauerunt tanquam mortifera, puer viuus datus fuit vni, scilicet, ecclesię de gentibus collectę. Nam ad salutem sufficit fides Christi per dilectionem operans sine legalium obseruatione. MORALITER. aut per iudiciū Salomonis verum ex disquisitione affectus materni prolatum docentur iudices veritatem inquirere per circūstātiās vbi deficit humana probatio per testes, & aliquando veritas est inquirenda per moderatas quæstiones.

1 Erat

CAPVT III.



RAT autem rex Salomon, regnans super omnem Israel. Et hi principes quos [†] habebat: Azarias filius Sadoc sacerdos: Elihoreph, ³ & Ahia filij Sifa scribæ, & Iosaphat filius Ahilud à commentariis: Banaias filius Ioiadæ, super exercitum: Sadoc autem, & Abiathar sacerdotes, ⁴ Azarias filius Nathan, super eos, qui assistebant regi, Zabud filius Nathan sacerdos amicus regis. Et Ahiasar prapositus domus. Et Adoniram ⁷ filius Abda super tribura. Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi, & domui eius: per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant. Et hæc nomina eorum, [†] Benhur, in monte ephraim. [†] Bendecar in Macces, & in Salebim, & in Benhesames, & in Elon, & in Bethhannam. [†] Bethsed in Aruboth, ipsius enim erat Socho, & omnis terra Ephraim, [†] Benabina-dab, [†] cuius omnis [†] Nephathdor, Thapheth, filiam Salomonis habebat vxorem Bana, filius

[†] filius Hur.
[†] filius Decar.

[†] filius Hefed.
[†] filius Abina-dab.
[†] terminus.
[†] el quincia Dor.

Ahilud regebat Thanach, & Mageddo, & vniuersam Bethsan, quæ est iuxta Sarthana subter Iezrael, à Bethsan vsque Abelmeula ere-

[†] Alias Zelmaan.

gione Iecmaan. [†] Bengaber in Ramoth Galaad, habebat [†] Auothair, filij Manasse Galaad, ipse præerat in omni regione Argob, quæ est in Bafan, sexaginta ciuitatibus magnis, atque muratis, quæ habebant feras areas. Ahinadab filius Addo præerat in Manaim, Achimaas in Nephthali, sed & ipse habebat Basemath filiam Salomonis in coniugio. Baana filius Hufi, in Afer, & in Baloth. Iosaphat filius Pharue in Ifacar. Semei filius Ela in Beniamin: Gaber filius Vri in terra Galaad, & in terra schon regis Amorrhæi, & Og regis Basa ^{*} super omnia, quæ erant in illa terra. Iuda, & Israel innumerabiles sicut arena maris in multitudine comedentes,

^a [†] Christus in cuius ditione sunt omnia regna terræ.

& bibentes, atque lætantes. Salomon autem erat in ditione sua, habens omnia regna se-

^a [†] Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum.

cum à flumine terræ Philisthijm vsque ad terminum Ægypti offerentium sibi munera, & seruientium ei cunctis diebus vitæ eius.

^a [†] Reges Tharsis, & insulæ munera offerent. ^b [†] Fidei, & bonorum operum.

NICOLAUS DE LYRA.
CAPVT III.

Rat autem. Hic agitur de gloria, & honore Salomonis, & primo in familiis, & subiectis, secundo in adficijs cap. 5. tertio in diuitijs. cap. 10. Circa primū ostēditur primo Salomon s gloria, secundo eius sapientia, ibi. Dedit quoque Deus sapientiam. Circa primum ostenditur primo Salomonis gloria in ordine famulorum, secundo in multitudine subiectorum ibi: Iuda, & Israel innumerabiles, tertio in magnitudine expensarum, ibi: Erat autem cibus. Circa primum describitur ordo famulorum Salomonis interioris, cum dicitur.

2 Azarias filius Sadoc. Ex hoc videtur, quod esset scriba cum alijs duobus sequentibus. Sed hoc non videtur verū, quia in Hebræo incipit alius versus, ibi. Elioreph, &c. ideo in Hebræo sic dicitur: Azarias filius Sadoc sacerdos sub p̄e suo, qui erat summus sacerdos.

3 Elihoreph, & Aia, &c. vnus ad scribendum acta temporum, alius pro literis regis.

4 Sadoc autem, &c. Hoc videtur esse contra illud, quod dictum est 2. ca. quod Salomon eiecit Abiathar à sacerdotio, dicens. Vade in Anathoth ad agrum tuum. Dicendū, quod ipsum reuocauerat, ut ministraret in templo, et viueret de altari, non tamen ad summum sacerdotium, & hoc fuerat prædictū Heli. 1. lib. 2. c. Futurū est autem, ut quicumque remanserit de domo tua veniat, ut oretur pro eo & sequitur. Dicatque, dimitte me obsecro ad vnā partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.

5 Azarias filius. seruiendo ei in palatio. Rab. Sa. tamen dicit, quod isti assistentes erant 12. præfecti de quibus postea agitur, qui providebant domui Salomonis de victualibus, & alijs necessarijs. Sed primum dictum melius videtur, quia isti præfecti non assistebant regi, sed magis erant in duodecim partibus regni sui dispersi.

6 Zabud

6 Zabud filius Nathan. id est, magnus, & honoratus, sicut dicitur sup. 2. lib. c. 8. Filij autem Dauid sacerdotes erant, nō enim Natha erat de genere sacerdotali, sed nutrierat Salomonē, propter quod filios eius honorabat.

7 Et Ahiasar, &c. quia disponebat generaliter de his, quæ pertinebant ad domum Salomonis.

8 Et Adoniram, &c. quia secundum eius ordinationem colligebatur, & de ipsis sibi ratio reddebatur. Cætera, quæ non sunt hic exposita de istis officijs, exposita fuerunt sup. 2. lib. cap. 8. in fine.

9 Habebat autem, &c. Hic consequenter ponitur famulorum ordinationo exterioris, videlicet duodecim præfectorum in diuersis partibus regni ad præbendam necessariam domui Salomonis per singulos menses providebantes, & patet litera vsque ibi.

10 Filiam Salomonis, hoc dicitur per anticipationem, quia Salomon adhuc non habebat filiam in matrimonio aptam, sed quia iste erat in dultrius, propter hoc Salomon dedit sibi postea filiam suam.

11 Gaber filius. quantum ad vnā partem, quia in alia parte præerat Bengaber, ut dictum est, & quilibet habebat cum hoc alias terras adiunctas, ut patet in litera.

12 Iuda, & Israel in, &c. Hic describitur gloria Salomonis in multitudine populi sibi subiecti, sicut describitur Prou. 14. b. In multitudine populi dignitas regis, in paucitate ignominia principis ideo quod dicitur: Iuda, & Israel. hyperbolice dictū est, ad denotandum excessum, & magnitudinē multitudinis, sicut dictum est c. præcedenti.

13 Comedentes. quia non timebant de incursum aduersariorum propter pacem sub Salomone datam.

14 A flumine. In Salomone enim fuit completum, quod fuerat Abraham promissum Gen. 25. d. Semini tuo dabo terram hanc a flumine Ægypti vsque ad fluiuium magnum Euphratem.

15 Offerentium sibi munera, id est, tributata.

1 Erat

MORALITER.

1 Erat autem rex. Per Salomonem autem, qui pacificus interpretatur, Iesus Christus significatur, qui per sanguinē suum pacificauit omnia, quæ in cælis sunt, & in terris. Per omnē Israel significatur ecclesia militans, in qua Deus videtur per fidem, & in ænigmate, & ecclesia triumphans, in qua clare videtur, & aperte.

† Et hi principes. Per quos significantur ordines beatorum in ecclesia triumphante, & diuersi gradus, & officia viatorū in ecclesia militante.

Habebat

9 Habebat autem. Per quos significati sunt. 12. apostoli, præbentes annonam Domini veri Salomonis Iesu Christi, ecclesiam pacendo verbo prædicationis, & actu celebrationis. Nam in primitiua ecclesia quotidie fidelibus ministrabatur eucharistia, & hoc in fortibus sibi assignatis secundum ordinationem veri Salomonis.

12 Iuda, & Israel innumerabiles, sicut arena maris. Per hoc significata fuit multiplicatio credentium per vniuersum orbem etiam à tempore apostolorum, sicut dixi plenius exponendo illud Psal. 18. a. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fine: quibus terra tributa eorum.

6 Dedit

CAPVT III.

Cibus Salomonis. Refectio Christi, qui pascitur recta fide, & operibus bonis, quæ illi quotidie offeruntur ab ecclesia catholica.

b Viginti boues. Prædicatores noui testamēti, qui quasi gemi

natum decalogum in se habent, cum nouum, & vetus testamentum æqualiter prædicant plenam dilectionem Dei, & proximi.

c Excepta venatione. Venationes diuersorum animalium sunt, qui ex diuersis gentibus quotidie retribus euangelij per spirituales venatores capiuntur, & in partem saluatoris rediguntur.

d Quadraginta, &c. Per quadraginta, tempora prisca legis designantur, quam Moses accepturus ieiunauit quadraginta diebus, & populus, qui ea instruebatur quadraginta annis in deserto fuit.

e Et duodecim. Hic numerus præfens tempus significat, in quo apostolica doctrina noui testamēti populum nutrit.

f Hordeum, &c. ne quid desit in domo regis, ordo prædicatorum scribendo, & loquendo laborat, ut in mensa domini abundet, vnde nutriantur fideles.

g * Et

NICOLAUS DE LYRA.

1 Erat autem cibus Salomonis. Hic consequenter describitur gloria Salomonis in magnitudine expensarum, & primo quantum ad victualia cum dicitur. Per singulos dies. Corus est genus mensuræ continens 30. modios, apud Hebræos tamen modius est paruus, quæ Ruth portauit sex modios hordei, ut habetur Ruth. 3. d. Simila est farina tritici delicatissima, & purgatissima de qua fiebant panes pro rege, & alijs nobilibus personis.

2 Et auium altilium, id est, impinguarum, & dicitur ab aloalis. Cætera patent ex prædictis vsque ibi.

3 Et habebat, vbi describitur magnitudo expensarum in alijs cum dicitur.

4 Quadraginta milia. i. pro curribus trahendis, & huiusmodi operibus faciendis. 2. Paralip. 9. f. dicitur. Habuit quoque Salomon 40. milia equorum in stabulis, & in hoc præsepia hic accipiuntur loca distincta pro quolibet equo in vna tamen domo, sicut solet fieri in stabulis, vbi inter equos ponuntur aliqua distincta utpote ligna, vel huiusmodi ne percutiant se mutuo, vel mordeant, & ne vnus comedat annonam alterius. Sciendum tamen, quod 2. Paralip. vbi translatio nostra habet 40. milia equorum in stabulis, in Hebræo habetur, quatuor milia præsepia equorum, & secundum hoc esset dicendum, quod præsepia hic accipiuntur pro domibus vbi plures equi custodiuntur, ita quod de 40. milibus præsepibus hic positus quatuor milia erant pro equis regis, & famulorum suorum in diuersis partibus regni sui, & triginta sex milia pro equis aliorum suorum subditorum, quæ dicuntur hic esse Salomonis, eo modo quo bona subditorum dicuntur esse bona principis, quia potest ea accipere in necessitate.

5 Et duodecim milia equestrium, nutribantque. id est, dispositorum ad

MORALITER.

6 Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam, etc. Per quod

g * Et precedebat sapientia Salomonis, &c. THEODORET. Quæst. 10. D Ex mutua comparatione voluit historiographus eius ostendere sapientiam. Ea de causa, & veterum, qui olim fuerunt sapientum indefinite meminit, & adiecit Aegyptios, ut qui præter omnes viderentur esse sapientes. Nam ut narrant

Græci, & Pherecydes Syrus, & Pythagoras Samius, & Anaxagoras Clazomenius, & Plato Atheniensis apud eos sunt peregrinati, & Theologiam, & Physiologiam exactiorem, & accuratorem sperantes ab eis discere. Hos omnes obscurauit Salomon, ut qui a Deo acceperit donum sapientiae. Sed qui nam sunt Ethan, & Emam quos Salomon superauit sapientia? Illo etiam tempore erant quidam insignes sapientia, vnde etiam eorum nominatim meminit.

E

Quæst. 16.

Lib. tradit. Hebra. ianulorum.

F

a Et

1 Erat autem cibus Salomonis per singulos dies triginta cori similia, & sexaginta cori farinae, decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubulorum, & auium altilium.

a Fides sanctæ trinitatis, quæ in lege domini continetur.

a Refectio bonorum operum.

b Doctores decalogi.

a Duces Christiani gregis, qui cum subditis suis æternam gloriam consequi festinant.

2 Ipse enim obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flumen quasi à Thaphsa vsque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum, & habebat pacem ex omni parte in circumitu.

a Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.

a Sub defensione eius. b Vere confitens. c Videns Deum. d Despectus, scilicet, omnibus terrenis, & hostium minis.

Habitabatque Iuda, & Israël absque timore vlllo, vnusquisque

a Quæ lætificat cor hominis. b Dulcedine charitatis Dei, & proximi.

sub vite sua, & sub ficu sua, à Dan vsque ad Bersabee cunctis

a Quia in populo legis, & euangelij nutriebantur, ad præsepia scripturarum: vti apti fierent equitatum summi regis.

3 diebus Salomonis. Et habebat Salomon quadraginta milia

Verbo, & exemplo.

4 præsepia equorum curtilium, & duodecim milia eque-

Prædicatores.

5 strium, nutriebantque eos supradicti regis præfecti, sed & necessaria mensuræ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant

a Dantes in tempore diuini tritici mensuram.

6 in tempore suo. Hordeum quoque, & paleas equorum, & iumentorum deferebant in locum vbi erat rex, iuxta constitutum sibi.

a Christo in quo sunt omnes thesauri sapientiarum, & scientiarum absconditi.

7 Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis quasi arenam,

8 quæ est in littore maris. Et precedebat sapientia Salomonis

9 sapientiam omnium Orientalium, & Aegyptiorum, & erat sapientior cunctis hominibus.

a Quia fons sapientiarum.

b Qui participant sapientia.

10 Sapientior Ethan Ezraite, & Heman, & Chacol, & Dorda filijs Mahol. Et erat nominatus in

a Quia nomen eius admirabile in vniuersa terra.

11 vniuersis gentibus per circumitum. Locutus est quoque Salomō

13

ad equitandum.

6 Dedit quoque Deus. Hic reuertitur scriptura ad declarandum sapientiam Salomonis dicens: Dedit quoque Deus sapientiam, id est, cognitionem specularium.

7 Et prudentiam multam, &c. in agibilibus.

8 Et latitudinem, &c. ad magnifice expendendum.

9 Et precedebat sapientia Salomonis sapientiam, qui studebant in cursu astrorum. Et Aegyptiorum, qui studebant in philosophicis, ut dicit Philosophus. i. Metaphysicæ.

10 Et erat sapientior cunctis hominibus. illius temporis, licet alij qui ante eum, & post eum fuerint sapientiores, ut dictum est cap. precedenti.

11 Sapientior Ethan Ezraite, id est, de villa Ezrai. iste fuit Leuita, & cantor, & ab eo intitulatur Ps. 88. qui sic incipit. Misericordias domini.

12 Et Heman, & Chacol, & Dorda filijs Mahol. iste similiter fuit Leuita, & cantor, ut habetur 1. Parap. 2. 5. & similiter alij duo sequentes, quia fuerunt fratres eius, & fuerunt valde sapientes, quod patet de Ethan in titulo Psal. præallegati. quia talis est: Intellectus, siue sapientia Ethan, Ezraite, & idem probabile est de alijs.

13 Locutus est quoque Salomon. non continentur omnes in libro quem habemus parabolarum Salomonis, in quo sunt tantum nonaginti quindecim versus in Hebræo, nec tamen quilibet versus semper facit vnā parabolam. Dicitur enim ille liber factus a Salomone, non quia scripserit, sed quia verba notabilia frequenter diuersis locis, & temporibus dicebat, & aliqui sibi assistentes, & audientes redigebant in scripto, & postea ex diuersis scriptis fuerunt collecta, non tamē cōplete, quia in talibus collectionibus multa frequenter omittuntur.

Parabolæ quo modo Salomonis.

1 Et

quod significatur, quod homini Christo ab instanti suæ conceptionis data fuit omnium notitia diuinitus, quæ cognoscit omnia, quæ Deus cognoscit scientia visionis.

† Et

A Et fuerunt carmina eius. Constat neque carmina, neque disputationes Salomonis hodie esse.

Hebr. Salomonus.

b *Quinque milia.* Propter quinque sensus quo, qui in diuersis virtutibus bene regit, beatus est, & per eos quasi carmina quinque milia domino canit.

c *Hyssopum.* Hyssopus herba humilis, & saxo herens Christi significat humilitatem, qui a cedro vsque ad hyssopum disputauit, quia ab excellentia glorie caelestis vsque ad carnis humilitatem descendit. Per cedrum quoque prauorum superbia designat. Vnde. *Vox confingentis cedros.* A cedro ergo vsque ad hyssopum Christus disputat, quia superborum corda, & humilium iudicat. Super ligna quoque disputauit dum in cruce pendit. Tunc enim cedrum, id est, arrogantiam seculi inclinauit vsque ad humilitatem hyssopi, id est

Psal. 28. a.

B

vsque ad stultitiam crucis. *Verbum enim crucis percutit stultitiam est, his autem, qui salui sunt virtus Dei.* Et paulo post. *Nam, quia in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes.*

1. Cor. 1. e.

Ibidem.

d Et differuit. RABBANVS. *Omnia enim mundi, & aperta sunt Christo, nec est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, ipse nouit cogitationes hominum, & numerat multitudinem stellarum. Tota patet abyssus, & infernus non est absconditus coram eo.* Disputat autem, cum singulorum rationem nobis proponit in scripturis suis, manifestatque

Hebr. 4. d.

Psal. 93. b.

Ibid. 146. a.

C

festatque sacramenta, quae fuerunt abscondita a seculis, & generationibus, ut consideremus beatitudinem angelorum, vilitatem hominum, astutiam demonum, & reprobantes, quod malum est, scitemur, quod bonum est.

† Hieronymus. In Prouerbijs versus non ingenti & quindecim continentur, in quibus etiam continentur tria milia parabolae. Disputauit de naturis lignorum, iumentorum, reptilium, & piscium, de vi videlicet, & naturis illorum, & tempore quo nascuntur, & cur non omnia in vna quaque terra nascantur.

† Iosephus. Composuit libros de canticis, & modulationibus quinque, & mille, & parabolarum, et similitudinum fecit libros tria milia. Nullam naturam ignorabat, inexaminatamque, praeterijt, sed de omnibus philosophatus est, & disciplinam proprietatum eorum eminenter exposuit. Praestitit autem ei Deus ut et contra demones artem ad vtilitatem hominum, & eorum curas ediceret, & incantationes instituit, quibus agritudines mitigari solent. Modos etiam coniurationum, quibus obstricti demones ne denuo redeant effugantur, inuenit, & haec cura haecenus apud nos multum praualere dignoscitur. Vidi enim quendam Eleazarum de gente nostra, praesente Vespasiano, & eius filijs, & tribunis, alioque simul exercitu, curantem eos, qui a demonibus vexabantur.

† Plenitudinem fidei in lege, & euangelio Christus tradidit, quae tota dum multipliciter per allegoriam a sensu sub mysterio trinitatis differunt, quasi tria milia parabolarum nuncupatur.

† tria milia parabolae, & fuerunt carmina eius

† Per cedrum celsitudo electorum accipitur. vnde. *Iustus et prima florebit, &c.*

† quinque milia, & disputauit super lignis a cedro

† quae est in Libano vsque ad hyssopum, quae

† egreditur de pariete, & differuit de iumentis

† & volucribus, & reptilibus, & piscibus. Et

† Hinc Esaias: Et sicut ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent, venite ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob.

† veniebant de cunctis populis ad audiendam

† sapientiam Salomonis, & ab vniuersis regibus

† terrae, qui audiebant sapientiam eius.

† proprieatibus eorum, maxime de illis, quae erant necessariae, vel vtilis vitae humanae in medicinis, & consimilibus.

† Et differuit. maxime in quantum veniunt, in usum, & vtilitatem hominum. Iste tamen determinationes, vel non sunt scriptae, vel si fuerunt scriptae, fuerunt combusta per Nabuzardan, nec fuerunt reparatae per Esdras, sicut & de pluribus alijs dicitur a doctoribus.

NICOLAUS DE LYRA.

† Et fuerunt carmina eius quinque milia. In Hebraeo habetur quinque, & mille, secundum enim modum loquendi Hebraicum quia duo numeri simul iunguntur, minor communiter praepositur, nec ista carmina omnia continentur in libro, qui dicitur Canticum canticorum.

† Et disputauit &c. a cedro. quae est arbor maxima.

† Vsque ad hyssopum. quae est herba parua, hoc est dictum, quod per-

† Et differuit. maxime in quantum veniunt, in usum, & vtilitatem hominum. Iste tamen determinationes, vel non sunt scriptae, vel si fuerunt scriptae, fuerunt combusta per Nabuzardan, nec fuerunt reparatae per Esdras, sicut & de pluribus alijs dicitur a doctoribus.

MORALITER.

† Et veniebant. Et ad audiendam Christi doctrinam venerunt multi

multi non solum de Iudaea, sed etiam de alijs nationibus, & terris, ut patet in euangelio, & ecclesiastica historia.

CAPVT V.

† **M**isit quoque. Sequitur.

† **b** Aedificare. BE-DA. Domus, quae Salomon aedificauit ecclesiae figura fuit, quae a primo electo vsque ad vltimum quotidie per gratiam regis pacifici, id est, Christi aedificatur, quae partim pegrinatur ab illo in terris, partim post peregrinationem iam cum illo regnat in caelis, vbi post vltimum iudicium tota regnabit. Ad hanc pertinent angeli, quorum nobis

Quaest. super lib. 3. Reg. & lib. de templo Salo. c. 1. Figura domus Salomonis. Rabbanus. Angelomus.

† quod David pater meus.

CAPVT V.



† **M**isit quoque; Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem. Audiuit enim quod ipsum vixissent regem super Israel pro patre eius, quia amicus fuerat Hiram Dauid omni

† tempore. † Misit autem, & Salomon ad Hiram

† dicens: Tu scis voluntatem David patris mei,

† & quia non poterat aedificare domum nomini

† bis similitudo promittitur in futuro: vnde. *Aequales sunt angelis, & filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis.* Ad hanc pertinet, & ipse Christus. vnde: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus reaedificabo illud, hoc enim dicebat de templo corporis sui.* De nobis autem dicit Apostolus. *Nescitis quia templum Dei estis, &c.* Si ergo ille templum secundum carnem factus est, & nos templum Dei per inhabitatem spiritum effeimus. Constat vtrique, quia figura omnium nostrum, & ipsius domini, id est, membrorum, & capitis

NICOLAUS DE LYRA.

CAPVT V.

† **M**isit quoque. Hic consequenter describitur gloria seu magnificentia Salomonis in aedificiis. Et primo describitur materiae praeparatio, secundo domorum aedificatio. c. 6. tertio templi dedicatio c. 8. quarto aedificantium remuneratio. ca. 9. Circa primum auxilium Hiram primo requiritur, secundo conceditur, ibi. Cum ergo audisset, tertio pactum praefigitur, ibi. Praebebisque necessaria, quarto numerus operariorum describitur, ibi. Elegitque rex. Circa primum praemittitur venerationis

Diuisio.

† rentia facta Salomoni ab Hiram rege Tyri per nuntios ab eo missos, cum dicitur.

† 1 Misit quoque. propter quod Salomon confidentius requisit eius auxilium, di.

† 2 Tu scis, scilicet, de aedificatione domus Dei, prout habetur supra 2. lib. cap. 7.

† 3 Et quia non poterat. Tu quia fui prohibitus a Deo per Nabu, ut habetur ibidem, tum quia requirebatur maxima pax in regno Israel tempore huius aedificationis, tum propter magnitudinem expensarum, tum

MORALITER.

† **M**isit quoque. Per istos significati fuerunt nuntij regis Abagari ad Christum petentis per eos a Christo curari, sicut habetur in ecclesiastica historia, & ponitur in legenda sanctorum apostolorum Simonis, & Iudae.

† **M**isit autem. Hic agitur de praeparatione materiae ad aedificandum domum domini, per quam allegorice militas ecclesia designatur. Et tangunt hic quatuor, scilicet materia, artifices, tempus operandi, & operationum merces. Quantum ad primum tria tanguntur,

† guntur, scilicet lapides, & ligna abiega, & ligna cedrina. Per lapides autem, qui in fundamento ponuntur simplices laici significant, in quantum ex labore caetera membra ecclesiae sustentant. Per ligna abiega significantur clerici, qui per intentionem erecta ad Deum debent ad modum abietis esse recti. Hier. Clericus, qui seruit ecclesiae primo vocabulum suum interprete tur, & nitat esse, quod dicitur. *in regis. n.* Graece, fors Latine dicitur. Igitur clerici dicuntur, eo quod sint de sorte domini, vel dominus sit pars, & fors clericorum, propter quod in capite consurati

& capitis templum illud fuit, sed ipsius tanquam lapidis angularis, electi pretiosi, & in fundamento fundati, nostri autem quam lapidum viuorum super edificatorum super fundamentum apostolorum & prophetarum. i. Christum. Quod melius considerato ordine ipsius templi adificatione patebit, ut in quibusdam scilicet, figura ad ipsum, in quibusdam ad omnes electos pertineat, in quibusdam intemperata in caelis angelorum felicitate, in quibusdam collata hominibus angelorum auxilia, in quibusdam remunerata cum angelis hominum certamina demonstrat.

Hanc domum spiritualem etiam tabernaculum in eremo factum significat. Sed quia illa domus in itinere quo ad terram promissionis ueniebatur, hanc ipsa edificabatur & in ciuitate Ierusalem, illud ut de loco ad locum crebro ministerio Leuitarum portatum tandem in terram promissionis hereditatis induceret: hanc ut mox in patria ipsa & in ciuitate regia inuolabili semper fundamento consisteret, donec inditum sibi figurarum celestium munus impleret. Potest in illa presentis ecclesiae labor & exilium, in hac futura requies & beatitudo figurari. Vel quia illa a solis filiis Israel, hanc autem a profelytis etiam & gentibus facta est. Possunt in illa principaliter veteris testamenti patres & antiquus Dei populus, in hac congregata de gentibus ecclesia figuratim exprimi. Quamuis utrumque edificium enucleatius discussum, labores presentis ecclesiae quotidianos & premia aeterna in futuro, & gaudia regni caelestis, electionem quoque primitiae ecclesiae, & salutem omnium gentium in Christo multis modis ostendat & figuret.

a Praeceptum igitur ut praecedant mihi &c. Serui Hiram praecedentes cedros Salomoni de Libano, doctores sunt electi de gentibus. *b* eos qui

domini Dei sui, propter bella imminencia per circuitum, donec daret dominus eos sub vestigio pedum eius. Nunc autem requiem dedit dominus Deus mihi per circuitum, & non est Satan, neque occursum malum, quamobrem cogito edificare templum nomini domini Dei mei, sicut locutus est dominus David patri meo, dicens. Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse edificabit domum nomini meo. Praeceptum igitur ut praecedant mihi serui tui cedros de Libano, & serui mei sint cum seruis tuis, mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris. *b* Scis enim quomodo non est in populo meo vir, qui nouerit ligna cadere sicut Sidonij. Cum ergo audisset Hiram uerba Salomonis, laetatus est valde, & ait, Benedictus dominus Deus hodie, qui dedit David filium sapientissimum super populum hunc plurimum. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens. Audiui quemcumque mandasti mihi. Ego faciam omnem uoluntatem tuam in lignis cedrinis, & abiegnis. Serui mei deponent ea de Libano ad mare, & ego componam ea in ratibus in mari, usque ad locum quem significaueris mihi, & applicabo ea ibi, & tu tolles ea. Praebebisque

eos qui mundi rebus & gloria letantur a superbia fastu corrigendo succidit, & ad obsequium Christi transferunt. Cum quibus serui Salomonis essent memorato operi, quia primi doctores de gentibus necesse habebant apostolorum qui a domino didicerunt, eruditione institui, ne si absque magistris docere inciperent magistri erroris essent.

Ideo enim Salomon seruos Hiram ligna cadere uoluit, quia in cadendo doctiores erant seruis suis. Suos quoque adesse uoluit, ut ostenderent mensuras cadentibus. Apostoli quoque uerbum euangelij ab ipso certius nouerunt, sed Gentiles ab errore conuersi ad ueritatem euangelij melius Gentilium errores nouerant, & ideo artificiosius expugnabant.

b Scis enim quomodo non est in populo meo vir qui nouerit ligna, &c. Beda. Dicendum est prius de operarijs templi qui uel non fuerunt, & de ipsa materia. *Omnia enim in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos.* Salomon edificaturus domum domino quaesuit auxiliu[m] ab Hiram rege Tyri, qui semper fuit amicus David, & cum ipso Salomone pacem iam habere coeperat, promptumque in omnibus iuenit ut artifices & ligna & aurum prout opus habebat, illi dederit. Salomone uero per annos singulos plurimos tritici & olei coros repedit. Salomone id est, pacificus, & nomine & serenissimi regni statu Christum signat, de quo dicitur. *Multiplicabitur eius imperium & pacis non erit finis.* Hiram uero qui uiuens excelsae interpretatur, Gentiles uita & fide gloriosos. Vel quia rex erat de regali potentia Salomonem in adificatione templi iuuabat, conuersos ad fidem rerum dominos significat: quorum ope augmentatur ecclesia, & contra hereticos & schismaticos paganos principalibus decretis erecta. Petit ergo Salomon in opere templi auxiliu[m] ab Hiram, quia

Beda. lib. de templ. Sa. cap. 1. Angelomus. Rabban. 1. Cor. 10. c. E

ueniens

NICOLAUS DE LYRA.

a tum propter multitudinem operariorum, ut patebit ex sequentibus qualis, non fuit tempore David, & hoc notatur, cum dicitur. Propter bella imminencia. Cetera patent.

1 Cum ergo audisset Hiram uerba Salomonis, laetatus est ualde & ait: Benedictus, &c. Hic consequenter petitio Salomonis conceditur & patet uerba usque ibi.

2 In lignis cedrinis & abiegnis. *i. de genere abietis, quae est arbor alta & uelut & leuis & odorifera nocens animalibus uenenosis, ut dicit Isidorus. & scribitur abiegnis aliquando per. g. aliquando sine. g. communi tamen cum. g. In Hebraeo habetur. Baaze Berochim, id est, in lignis abiegnis, quamquam aliqui ligna buxae interpretentur.*

3 Serui mei deponent ea de Libano. *i. de sylua sic nominata.*

4 Et ego componam ea in ratibus. *per subditos meos, quia rex non ponebat manum ad talia.*

In

5 In ratibus in mari, usque ad locum quem significaueris, mihi, & applicabo ea ibi, *id est, in nauibus. Dicit tamen hic Rabbi Salomone, quod rates hic dicuntur plura ligna simul iuncta quae per homines desuper stantes per aquam reducuntur de loco ad locum. Sed licet hoc ut frequenter fiat in fluminibus ubi per cursum aquae portantur, & per homines desuper stantes solummodo dirigunt, sed in mari quod est procellosum: & ubi homines nadant secundum uentorum impetum, non uidetur hoc bene possibile.*

6 Praebebisque necessaria mihi, &c. Hic consequenter passum est foedus inter duos reges disponitur, uidelicet de recompensatione in uitalibus pro lignis & labore, & hoc est quod dixit Hiram. Praebebisque necessaria mihi: ut detur cibus domui meae. Quod Salomone libenter concessit, unde subditur. Salomon autem praebat Hiram uiginti milia coros tritici, &c. Et subditur de foedere inter eos cum dicitur.

Et

MORALITER.

† tonsurati sunt, ad significandum celestium appetitum. Per ligna cedrina religiosi designantur, quia sicut cedrus non teretur uerme, sic & religiosi taliter debent uiuere, quod non mordeantur uerme conscientiae. Circa secundum sciendum, quod operatores aliqui fuerunt Iudaei. scilicet Salomonis serui, aliqui Sidonij, & aliqui Biblii. Per Iudaeos significantur ecclesiae praetati. Nam apostoli quorum successores sunt episcopi, fuerunt natione Iudaei. Per Sidonios qui uenatores interpretantur, significantur praedicatores ad capiendum animas ipsi Christi discurretes. Per Biblios uero qui literati interpretantur doctores ecclesiae in scriptis uel scholis significantur. Quantum ad tertium: operarij

operarij per tres menses ordinantur, per quos menses tria significantur. scilicet oratio, ieiunium, & eleemosyna. Duo prima sunt ad Deum & seipsum, & ideo signantur in domibus proprijs mansione operariorum, tertium autem est ad proximum, propter quod signat actum operandi extra proprium domicilium. Circa quartum duo ponuntur. scilicet oleum & triticum. Per oleum autem bona gratiae designantur, quae sunt merces operariorum in presenti uita, per triticum uero bona gloriae significantur. Nam ibi beati fruuntur illo pane triticeo, qui dicitur Ioann. 6. c. Ego sum. pa. vi. &c. Et seipsum comparat tritico Ioan. duodecimo d. Nisi graui fru. &c. De illo pane dicitur Lucae 14. b. Beatus qui manducat panem in regno Dei.

Tom. 2.

Z

A veniens in carne dominus, & ecclesiam edificare uolens, non de Iudeis tantum, sed et de gentibus adiutores elegit. De utroque enim populo ministros seruis assumptis. Misit Hiram Salomoni ligna cedrina de Libano præcisa & abiegna quæ in domo domini ponerentur, quia conuersa Gentilitas inuit ad dominum viros in seculo claros, securi increpationis de monte superbiæ defectos & humiliatos, qui ad normam euangelicæ veritatis instituti in edificio ecclesie pro suo quisque merito vel tempore collocarentur. Misit & artifices, id est, philosophos ad veram sapientiam conuersos, qui populis regendis gratia eruditionis præponerentur, qualis fuit temporibus apostolorum Dionysius Ariopagita, & Cyprianus doctor eruditissimus & martyr fortissimus. Misit quoque aurum, viros, scilicet, sapientia & ingenio claros, pro quibus expectat dona gratiæ celestis, triticum, scilicet, verbi Dei, oleum charitatis, vniuersionis & spiritus sancti illuminationis.

a Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina & ligna abiegna, iuxta omnem, &c.

B Tyrus, unde rex Hiram, insula est dedicata negotiationi, ubi erant optimi fabricatores lignorum, qui dabant ligna pretiosa accipientes cibaria. Viuunt enim non agrum colendo, sed negotiando. Ibi est mons Libanus, de cuius lignis facta est domus domini. Vnde & Libanus dicitur, ibi. *Aperi Libanæ portas tuas.*

b Elegitque rex Salomon. Non frustra operarios de omni Israel elegit, quia non de vna stirpe Aarō sacerdotis eligendi, sed de omni ecclesia sunt querendi qui domum Dei exemplo verbo, que ædificent & sine personæ exceptione promouendi. Qui cum ad erudiendos infideles & in collegium ecclesie vocandos ordinantur, quasi ad cedendas in Libano templi materias viri strenui & electi mittuntur. Triginta milia caesores, eos significat qui in fide trinitatis sunt perfecti, quod doctoribus maxime congruit. Sed quia triginta milia ita erant ordinata, ut dena per menses singulos operi instarent, magis denarii pandendum est sacramentum. Dena milia ad cedenda ligna de Israel in opus domus domini mittuntur, qui enim ad eruditionem insipientium ordinantur, decem præcepta legis per omnia seruare & auditoribus debent seruanda monstrare. Præmia quoque in caelis futura denario figurantur. Quæ & ipsi debent sperare, & auditoribus speranda intimare. Terni autem menses, quorum distantia singulis lignorum caesoribus erat imposita perfectio trium virtutum euangelicarum typice denuntiant, elemosynæ orationis & ieiunii. Per elemosynam namque comprehenduntur omnia quæ ad dilectionem proximi explendam beniuole in fratres operamur. Per orationem omnia quibus per internam compunctionem nostro conditori coniungimur. Per ieiunium omnia quibus nos a contagione vitiorum & illecebris seculi obsecramus, ut libera mente & casto corpore

semper dile-

semper dilectioni Dei & proximi valeamus inhærere. Hi sunt tres menses operariorum templi. Quia enim mens plenitudine dierum lunaris circuli perficitur, recte per illum plenitudo virtutis ostenditur, in qua mens fidelium a domino quotidiana illustratione quasi a sole respicitur.

c Operarios de omni Israel, & erat indictio triginta milia virorum. Hi operatores erant profelyti. Horum magistri de Iudeis, quia non fecit quenquam ferre de Israel.

d Adoniram erat super huiusmodi indictionem. Dominus meus excelsus, hic est Christus, qui operariis templi præponitur, ut ordinet quibus mensibus singuli ad operandum exeant, quibus denuo ad curandum suam domum redeant, cum prædicatorum mentes familiariter informat, ut discernant quando oporteat ecclesiam edificare prædicando, vel alia pietatis officia præstando, & quando ad conscientiam suam examinandam quasi ad propriam domum inspicendam reuerti, ut orationibus & ieiuniis superno in spectore & uisitato digna sit.

e Fuerunt itaque Salomoni septuaginta milia eorum, qui onera portabant, & octoginta milia latomorum in monte. Nec prætereundum quod septuaginta & octuaginta milia portantium onera & latomorum cum præpositis suis

non fuerunt Israelitæ, sed profelyti, id est aduenæ qui morabantur inter eos. Vnde in Paralipomen: *Numerauit Salomon omnes viros profelytas, & inuenti sunt centum quinquaginta tria milia & sexcenti. Fecitque eos septuaginta milia qui humeris onera portarent, &c.* Profelyti autem vocabantur Græce, qui ex alijs nationibus in consortium populi Dei accepta circumcissione transtulerunt. Fuerunt ergo operarii domus domini de Israel, & de profelytis, & de gentibus. De Israel triginta milia qui ad præcedendas cedros de Libano missi sunt. De profelytis, hi lapidum caesores. De gentibus, Hiram & serui eius, qui cum seruis Salomonis ligna cadebant. Omne igitur hominum genus per quos edificanda erat ecclesia, in edificatione templi præcessit. Iudei. n. profelyti & Gentiles ad veritatem conuersi vnam Christi ecclesiam recte viuendo & docendo construunt. Operarii septuaginta milia & octoginta milia. Septuaginta. s. propter sabbatismum animarum. Septimus. n. dies sabbatho, id est, quieti consecratur. Octoginta propter spem resurrectionis quæ octaua die, id est, post sabbatum in domino præcessit, & in nobis octaua die & simul octaua etate futura speratur. Notandum autem quod pars in monte lapides cedebant, pars onera portabant. Diuersa. n. sunt dona spiritus, & quidam maiore docendi, & proteruos attingendi constantiam habent. Quidam mitiores ad consolandos pusillanimes existunt. Quidam utraque virtute præditi ad opus domus domini conueniunt. Vnde: *Corripite iniquos consolamini pusillanimes, &c.*

e Latomorum

NICOLAUS DE LYRA,

- 1 Et percusserunt ambo fœdus. scilicet, amicitia & societatis.
- 2 Elegitque rex Salomon. Hic consequenter numerus operariorum describitur cum dicitur.
- 3 Et erat indictio triginta milia virorum: Mittebatque eos in Libanum. Decem milia per singulos menses vicissim, ita ut duobus mensibus essent in domibus suis. Et Adoniram erat. Id est, summa triginta milia virorum, qui sic disponebantur, quod decem milia per unum mensem operabantur in Libano, & postea alia decem milia mense

mense secundo, & alia decem milia in tertio, & sic duobus mensibus manebant in domibus suis, ut haberent aliquam quietem, & essent cum uxoribus & familijs proprijs operibus intendentes, præter autem istos qui scindebant ligna, erant alii ad portandum onera, & cadendum lapides in montibus, & hoc est quod dicitur.

4 Fuerunt itaque Salomoni septuaginta milia eorum, qui onera portabant, & octoginta milia latomorum in monte. Sicut in Paralipomenon secundo, numerantur isti simul, & ibidem dicitur. Et inuenti sunt centum quadraginta milia, & inquam ascendunt isti duo numeri simul iuncti.

Abiqu

Latomorum. Beda. Latomi sunt caesores lapidum, & idem significant quod caesores lignorum, id est, predicatorum: qui mendaces in sapientium dolabro verbi Dei exercent, & a nativa tortitudine & deformitate transmutantur, ac regulariter institutos nitati fidelium, id est, aedificationi domus Dei aptant. Ligna & lapides in monte ceduntur, & ad montem domus Dei transferuntur, quia omnes in monte superbiae nati sumus, qui de peccato de qui superbe peccauit, originem trahimus. Sed excidimur e monte superbiae, carumque in o, & sacramenta fidei precipiunt, & in montem domus domini transferimus, quia eruti de potestate tenebrarum ad arcem virtutum quae est in unitate ecclesiae peruenimus.

Abque praepositi. Praepositi autem, in sacrae scripturae codicibus, quorum magisterio erudimur, nos docere, contemptores contempere, & inuicem onera nostra portare. **Trium millium.** Propter fidem trinitatis, quam sancta eloquia predicant. Quod in Paralipomenis tria millia sexcenti scripti sunt, ad perfectionem eorum respicit. Senarius enim in quo mundi coelestis est ornatus, perfecta bonorum opera significat, & quia sancta scriptura cum fide veritatis opera iustitiae docet habenda, esse praepositi operum templi tria millia & sexcenti fuerunt, **Praepositiq; rex, ut tollerent.** Ad aedificandum domum domini primo ligna & lapides de monte ceduntur: quia eos quos in fide intruere quaerimus, primo necesse est, ut abrenuntiare diabolo & peccationi in qua nati sunt, doceamus. Deinde querendi lapides pretiosi, & grandes, & in fundamento ponendi, ut abdicata priori conuersatione in omnibus vitam & mores eorum inspiciamus, & auditoribus imitandos proponamus, quos per virtutem humilitatis domino specialiter adhaerere nouimus: & mentis stabilitate quadratos ad omnes tentationum incursum immobiles durare conspiciamus grades & pretiosos fama & merito, viros scilicet, praecipuos actione & auditate, qui familiariter Christo adherent, ut quo firmiter nullo sperant, eo fortius aliorum vitam dirigere, quod est patientis latitudinem portare, sufficiant. Hi sunt prophetae, apostoli, qui verbum & sacramenta veritatis visibiliter vel inuisibiliter ab ipsa Dei sapientia perceperunt. unde: **Superaedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum.**

Lapides grandes. Vel lapides pretiosi grandes quadrati, primi sunt magistri qui ab ipso domino audire verbum salutis. Superpositi vero ordines lapidum vel lignorum sequentes sacerdotes vel doctores: quorum praedicatione crescit ecclesia, & ornatur virtutibus.

Beda. Rab. Quali autem colore fuerunt lapides ostendit David in Paralipomenis Salomoni dicens: **Omniem pretiosum lapidem, & marmor**

parium abundantissime preparauit. Marmor Parium candidum dicitur, quale Paros in insula gignit. Vnde Poeta: **Olearum marmorumque Paron, &c.** Vnde Iosephus: Eleuauit templum usque ad cameram ex lapidibus de albo constructum. Marmor candidum ex quo constructa est domus electorum, actionem mundam & consuetudinem ab omni nauo corruptionis castigatam significat. unde: **Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perfectes sanctificationem in timore Dei.**

In fundamentum templi. Fundamentum est Christus. Vnde: **Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus.** Qui recte fundamentum, dicitur domus Dei; quia sicut Petrus ait: **Non est aliud sub celo datum nomen hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.** In eo tolluntur lapides grandes & pretiosi, id est, omnes perfecti, qui fideliter ipsi adherent, & fratrum necessitates fortiter sustinent, nec ulla aduersitate, nec et morte a rectitudine sua inclinantur, quos ecclesia non solum de iudicia, sed et de gentibus suscipit. unde subditur: **Quos dolauerunt cementarii Salomonis, &c.**

Cementarii Salomonis. Quia ex utroque populo doctores ecclesiae fuerunt & tam sublimes, ut ipsorum quoque sublimium doctorum doctores existerent: & quasi quadrantes eos ad subleuandum domus domini aedificium pararent. Non enim solum Ieremias, Esaias, & ceteri de circuncisione prophetae, sed et Iob cum filiis suis qui erant de gentibus, maximam vitam & patientiam formam, maxima doctrinae salutaris praeconia sequentis qui doctoribus ministrant, ut abiectione verbis, factis, cogitationibusque superuacuis ad portandum onus ecclesiae digni fiant.

Porro Gibli preparauerunt ligna & lapides. Rab. Beda. Gibli est ciuitas Phoenicis, de qua Ezechiel: **Senes Gibli, & prudentes eius, &c.** Pro quo in Hebraeo habetur, **Gobel** vel **Gebal**, quod interpretatur distinguens vel discriminans. Qui enim corda hominum ad aedificium spirituale quod ex virtutibus animae constructur parant: sic auditores suos fidem & opera iustitiae habere vel docere sufficiunt, si prius sacris paginis edocti quae fides sit tenenda, quo virtutum calle eundem certa definitione ueritatis didicerunt, frustra sibi officium doctoris usurpat, qui discretionem fidei ignorat. Nec sanctuarium domino, sed ruinam sibi aedificat, qui docere praesumat, quod ipse non didicit.

Ad aedificandam domum. Post fundamentum de talibus compositum, aedificanda est domus praeparatis lignis, & lapidibus, & ordine collatis, quae de suo situ vel radice abstracti sunt, quia post prima fidei rudimenta, post collata in nobis iuxta exemplum sublimium uitorum fundamenta humilitatis, addendus est in altum paries bonorum operum, & quasi superpositis sibi inuicem ordinibus lapidum proficiendum de uirtute in uirtutem.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Absque praepositis qui praerant singulis operibus. *ne fierent negligenter.*
- 2 Numero trium millium. &c. *secundi Paralipomenon. 1. d. dicitur, Tria autem millia & sexcentos praepositos operum populi. Dicendum, quod hic enumerantur praepositi, qui erant super operarios immediate uidebo qualiter operabatur, & illi fuerunt tria millia 300. Treceti autem qui excedunt hunc numerum, non erant immediate super operarios, sed debebatur eis ratio ab illis, qui immediate praerant, & exprimentur*

- muntur in secundo Paralipomen. quia quod omittitur in uno loco, in alio exprimitur.*
- 3 Praeceptumque ut tollerent lapides pretiosos in fundamentum templi, &c. *Hebraei dicunt, ponderosos, tales enim lapides sunt apti pro fundamento.*
- 4 Porro Giblij. *Nomen est hominum sic uocatorum a ciuitate Gibli, ut dicunt expositores nostri. In Hebraeo habetur Gibilim, & est nomen plurale hominum sic uocatorum a ciuitate Gibil, ut dicit Rab. Sa. & potest esse quod illa ciuitas fuit binominis, & similiter gens illa, & erat de regno Hiram.*

CAP. VI.

A *a* **F**actum est igitur. Beda. Raba. Fit commemoratio egressio-
nis de Aegypto, qui tabernaculum cepit edificari, ut sciat quod anni inter adificationem utriusq; domus transierunt, & sacramentum spirituale sciatur in esse summe temporis. Quater enim centum & viceni quadringentos octoginta sciunt, quatuor euangelica & perfectio: conveniunt: quia quatuor euangeliste sunt. Centum xx. doctrinae legis, propter totidem annos legislatiois. In quo etiam numero virorum spiritum sanctum primitiva suscepit ecclesia, ostendens quia q lege legitime utuntur, qui in ea Christi gratia cognoscentes amplectuntur, spiritus eius gratia replentur, qua in charitate eius agnoscunt amplius.

Deo de
Ang. dom.
Rabban.
Fuchemus.

+ 1. Aprilis.

B Per tabernaculum quod fecit Moyses & filij Israel in deserto, significat Synagoga. Per templum vero quod Salomon & filij Israel cum profelytis, & Gentilibus construxit, gentium ecclesia. Permanit autem cultus & religio tabernaculi annos quadringentos 80. & sic templum adificari cepit. Quia scriptura vetera. tanta perfectione redundat, ut qui ea bene intelligit, cuncta in se novi testamenti mysteria contineat. Plures quoque patres vetera. tam perfecte vixerunt, ut apostolis & apostoliceis viris in nullo putentur esse minores. Permanit autem tabernaculum usque ad constructionem templi per annos quadringentos lxx. id est, cxx. per quatuor multiplicatos, quia ex tempore date legis usque ad incarnationem Christi, non desuere viri, qui in lege euangelica per omnia perfectionem mente & opere feruarent, nec scripturam quae gratiam non. te. mutaret in veteri.

C Anno quarto. Quarto anno regis Salomonis cepit adificari domus: quia post expletam Christi incarnationis dispensationem



CAP. VI.

Actum est igitur quadringentesimo & octogesimo anno, egressio nis filiorum Israel, de terra Aegypti in anno quarto, mese Zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, adificare cepit

spensationem in quatuor euangelijis scriptam, missio spiritus sancto ecclesie in uictura cepit.
c. *Mense Zio, ipse est mensis.* Beda. Quod mense secundo, ad electionem gentium respicit, quia secundo post Israel edificate cepit. Unde & secundus mensis in lege concessus est ad taciendum pascha his qui immundi in anima, vel in via peccati in primo mense facere non poterant. Vbi nos designati sumus, qui immundi super morte anime nostre & adhuc peccati a populo Dei, non potuimus primum facere, quod in carne agni fiebat & sanguine. Celebramus autem hodie secundum pascha, quia fit in corpore & sanguine redemptoris. Maio scilicet. Aprilis. in quo pascha celebratur, primus est apud Hebraeos in mensibus anni. Vnde patet quia mox peracto pascha cepit adificare domum domini, & non secretus mystica solemnitate, populus multo manus ad mythicum opus.
d. *Adificare cepit.* Beda. Vbi adificatum sit templum in Paral. manifestatur sic. *Et cepit Salomon adificare domum in Ierusalem in monte Moris qui antea uivatus fuerat David patri eius, in loco quem parauerat David in arca Ornan Iebusei.* Adificatur ergo domus domini in uisione pacis: quia dilatata per orbem ecclesia in una fide & veritatis societate consistit. *Sub scissura uniuersorum Deus non est, sed factus est in pace locus eius.* Adificatur in monte. id est, Christo, de quo dicitur: *Et erit in nonis diebus, preparatus mons domus domini in vertice montium, & alibi. Non potest abscondi ciuitas supra montem posita.* Ipse est enim montium, qui de terra secundum carnem ortus omnium terre non uolentium & sanctitate culmine dignitatis transcendit. In hoc ciuitas vel domus domini constructa est, quia si non in illo radice

NICOLAUS DE LYRA.

Factum est igitur. Descripta materia preparatione, hic consequenter agitur de domorum adificatione. Et primo ipse domus domini, secundo regalis palatii c. 7. *Prima in duobus, quia primo ponitur inchoationis tempus, secundo ad facti modum, ibi: Domus autem. Circa primum dicitur.*
1. Factum est igitur quadringentesimo & octogesimo anno. ita quod annus egressiois in hoc numero includitur.
2. In anno quarto. scilicet regni Salomonis, & hic annus quartus non includitur in praedicto numero, quia de illo transferat tantum unus mensis. ideo subditur. 3. Mense Zio ipse. Hebraice dicitur Zio per u, consonans, & fertur zif, alias dicitur ijar, & correspondet partim Aprilis nostro, & partim Maio. sicut patet ex his que dixi de primo mense Hebraeorum Gen. 7. & Exo. 12. ipse est mensis secundus apud Hebraeos.
4. Regni Salom. Hoc refertur ad id quod praedicitur in anno quarto. Ad uidentium autem huius numerum per partes posui hic subius in pagina praeter tres ordines. Primus continet nomina illorum qui presuerunt succedens populo Israel ab anno egressiois de Aegypto inclusiu usque ad quartum annum regni Salomonis exclusiu. Secundus continet numeros

meros annorum: quibus quilibet eorum praesuit. Tertius continet loca scripturae, unde haec habetur. Sciendum tamen, quod duo sunt, scilicet Iosue, & Samuel, quorum tempus non exprimitur in scriptura, & ideo intelligatur inclusiu in tempore sequentium.

Primus ordo	Secundus ordo	Tertius ordo	Primus ordo	Secundus ordo	Tertius ordo
Moses	40.	Exod. 16.	Iosue	40.	Iudi. 3
Othoniel	40.	Iudi. 3.	Aod	80.	Iudi. 3
Deborah	40.	Iudi. 5.	Cedron	40.	Iudi. 8
Abimelech	3.	Iudi. 9.	Thola	23.	Iudi. 10
Iair	22.	Iudi. 10.	Sine iudice	19.	Iudi. 10.
Iephre	6.	Iudi. 12.	Abessan	7.	Iudi. 13
Abilon	10.	Iudi. 12.	Abaddon	8.	Iudi. 12.
Samson	20.	Iudi. 16.	Heli	40.	1. Reg. 4
Samuel	40.	Act. 13.	Saul	40.	Act. 13.
Dauid	40.	3. Reg. 2.	Salomon	40.	3. Reg. 11.
Reitores	Numerus annorum	Loca scripturae.	Reitores	Numerus annorum	Loca scripturae.

MORALITER.

Factum est igitur. Hic agitur de Dei domus adificatione quam significat adificatio ecclesiae quae a vero Salomone Christo adificata est virtutibus fidei, doctrinae, & sacramentis. quantum ad primum describitur mensura domus secundum longitudinem eius, latitudinem & altitudinem usque ad primum tabulatum. Per longitudinem significat virtus longanimitatis & perseverantiae. Per latitudinem diffusio pietatis & misericordiae. Per altitudinem contemplatio celestis patrie. Secundum illud, Philip. 3. d. *Nostra autem conuersatio in caelis est.* In tota uero domus altitudinem erant tres mansiones una super aliam. Per inferiorem significat contemplatio eorum horum deuotorum. Per mediam contemplatio prophetarum, quae uisunt per uisiones. Per superiorem uero contemplatio prophetarum quae est sine talibus imaginibus & figuris, sicut dicitur de propheta Dauid in principio glossae libri psalmodum. Per latera uero templi quae fuerunt quatuor. Orientale, Occidentale, Angolare, Meridionale, designant quatuor uirtutes cardinales, de quibus dicit Apocal. 2. i. e. *Et ciuitas erat in quadraginta posita.* Sicut enim ecclesia hic per templum intelligitur, sic ibi per ciuitatem significatur. Quantum autem ad secundum, scilicet, sacramenta nouae legis sciendum quod templum Salomonis habuit tres partes, scilicet, porticum, sanctum, & sanctum sanctorum. Per porticum uero erat introitus, significat baptismus qui est prima sacramentorum. Per mensam uero propositionis quae erat in parte templi,


te templi, quae dicebatur sanctum, significatur Eucharistiae sacramentum, in quo fidelibus proponitur panis uerae. Et per quatuor candelabra quae ibidem erant, ut dicitur ca. seq. significatur alia quinque sacramenta, quae candelabra dicuntur ex hoc quod in omnibus sacramentis deuote acceptis gratia quae uirtutem habet illuminatiuam confertur. Quantum ad tertium, scilicet, doctrinam fidei Christi, significatur per illa quae erant intra sanctum sanctorum, ubi erat arca testamenti, quae erat uera & sic signat unitatem essentiae diuinae. Per illa uero quae erant intra arcam significatur trinitas personarum: quia per uirgam quae signat potentiam, significatur persona patris cui attribuitur potentia. Per tabulas quae signant sapientiam persona filij cuius attribuitur est sapientia. Per manna dulce persona spiritus sancti, cuius est bonitas attribuitur. Per hoc autem quod arca erat clausa, significat quadragesimas omnium quae facta sunt, uel uentum in chima scientia claudunt, le quibus est creatio, incarnatio, resurrectio mortuorum, redditio penarum & premiorum, & cetera ad fidem ecclesie pertinentia. Per duo autem Cherubim cum praetexto ferentem interpretantur, ecclesie plati & ministerium in quibus equae scientia, significantur uel ipsi sunt dispensatores & ministri praedicatorum. Nam inducere debent suos subditos ad uirtutes, & eis ministrare scientiam, & eos docere de fide catholica. Per binarium autem Cherubim significatur charitas quae praesertim reuerere debet in platis ecclesiae & ministris.

igit spes & fides nostra nulla est. Qui recte mons Moria, id est, visionis dicitur: quia quos ad aeternam claritatis visionem conseruat, in hac vita laborantes videre & adiuuare dignatur. Ipse est enim locus in quo obtulit Abraham filium suum domino, & pro deuotione obedientiae ab illo videri meruit: vñ nomen accepit. Denique vbi dominus ait: *Tolle filium tuum quem diligis Isaac, & uade in terram quam monstrauero tibi, &c.* In Hebreo habet, terra Moria. Et quia immolatio Isaac typus dominice passionis fuit, recte in loco eodem templum edificatur quia per fidem & mysteria dominicae passionis ecclesia dedicata crescit in templum sanctum in domino. Qui demonstratus fuerat David patri eius. Ostensus enim erat David sicut ceteris prophetis venturus in carne dominus, qui vocatam de gentibus ecclesiam per ipsam incarnationem ablueret a peccatis, & consecraret in seipsum domum sibi. In area Ornamenti Ierusalem. Area ecclesiam significat. unde: *Et permittit dabit aream suam.* Ornamentum vero, id est, illuminatus natione Ierusalem. Gentiles significat illuminandos ad dominum, & in filios ecclesiae immutandos. unde: *Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem in die.* Ierusalem quae & Ierusalem, conculcata interpretatur. Ierusalem uisio pacis, in qua dum Ornamentum Gentilis regnat, Ierusalem dicitur. Cum David in ea locum holocausti emittit, & Salomō edificat templum domini, Ierusalem vocatur: quia Gentilitas diuini cultus nescia conculcatur & illuditur a daemonibus: sed cum eam gratia conditoris respexit, pacis in se locum inuenit & nomen. unde: *Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur.* Cum ergo Ornamentum in hac ciuitate regnaret, Ierusalem uocabatur. Sed cum locum areae cum bobus & tribulis David regi uideret nomen

men Ierusalem accepit: quia persistens in sua obstinatione Gentilitas conculcatur quasi vilis & abiecta a malignis spiritibus. Poterit cum omnia uendere, & uero regi offerre didicit, non ultra conculcari a demonibus, uel uitijs potuit, sed internae pacis quam cum conditore suo haberet, compos effecta est. Quae praeparauerat David, &c. Praeparauerat enim David psallendo, praeparauerunt alij prophetae uaticinando locum domino, uero, scilicet Salomoni in quo domum edificaret: quia corda auditorum fide instituerunt, mouentes, ut incarnatum Dei filium fidei deuotione susceperent. unde: *Leuate oculos uestros, & uide te regiones: quia ab his sunt iam ad messidem, & qui metit, mercedem accipit: & congregat fructum in uitam aeternam, ut qui seminat simul gaudeat, & qui metit.* Quae Leuate oculos uestros, & uide te locum qui paratus est ad edificandam domum, & qui edificat docedo, mercedem accipit, & congregat lapides preciosos in uitam aeternam, ut & qui parat locum edificio simul gaudeat, & qui edificat, id est, propheta uenturum predicans, & apostolus predicans dominum uenientem, una simul mercede potiantur.

domum domino. Domus autem quam edificabat rex Salomon domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, &

Hebraei dicunt fuisse appendicem in inferiori parte templi, quorum inferiorum erat quinque cubitorum in altitudine, & latitudinis, mediorum uero quinque cubitorum in altitudine & sex in latitudine, superiorum uero quinque in altitudine & septem in latitudine propter restrictionem muri in duabus mansionibus.



Altitudo templi Salomonis cum suis ambulatorijs centum viginti cubitorum secundum catholicos doctores.

Ioan. 4. c.

E

Ibidem cap. 6.

F

ganimitate ita aduersa tolerare, ut per bona opera promissam patriam mereamur intrare.

b Viginti cubitos. Propter geminam charitatis distantiam, qua Deum diligimus & proximum.

c In latitudine. Latitudo charitate significat, quae dilatato finu mentis amicos in Deo, & inimicos diligit propter Deum, donec

NICOLAUS DE LYRA.

1 Domus autem. Hic consequenter describitur forma aedificij. Et quia hoc intricate describitur: & idem pluries repetit, & aliqua hic omittuntur, ut 2. Paralipom. suppletur: propter quod litera difficilius intelligit, ideo hic aliqua ordinate praemitto de forma templi, ut intellectus litera facilius possit cap. 1. Sciendum igitur, quod templum erat quaedam domus magna cuius longitudo protendebatur ab Oriente in Occidentem, & latitudo a Meridie in Aquilonem: sicut & tabernaculum quod fecit Moses: habebat autem haec domus sexaginta cubitos, in longitudine, & viginti in latitudine

Ibidem. *Duo, &c. BED.* Capita columnarum, i. suprema pars corū præcordia sunt doctorum, quorum Deo devotis cogitationibus, sicut capite membra, ita ipsorum opera dirigunt, & verba. Duo autē capitella capitibus superposita, duo sunt testamenta, quorū meditationi, & observationi doctores, & animo subdūt, & corpore. Vnde utrumque capitellū quinq; cubitos altitudinis habet, quia quinq; libris scriptura Mosæ cæ legis comprehenditur, quinq; ēt seculi ætates tota veteris testamenti series complexa est. novum vero testamētū non aliud predicat, quā quæ Moyses prædicando p hoc prædixerat, & pphetæ. vnde, *Si crederetis Moysi, crederetis, & mihi.*

Ioh. 4. g. **C** Cum ergo admirabili diuine operationis concordia, & noui gratia testamenti in velamine erat veteris condita, & nūc sacramēta veteris p lucem noui sunt reuelata, quasi capitellū utrumq; columnæ quinq; cubitis altū est, quia manifestū est, quod in veteri cuius sacramenta in quinq; ætatib; sunt plēnius cōprehensa, euangelicæ perfectionis est insita gratia.

etia. *cl. Septena, &c.* Hoc in Paralip. ita scriptū est, *Nec non, et quasi catenulas in oraculo. & superposuit eas capitib; columnarum.* Spēs enim catenatum, & similitudo retis i capitellis varietas ē specialitū virtutū in sanctis. vnde, *Assit regina à dextris tuis in v. deau.* id est, i vestitu fulgidē dilectiōis, *circundata varietate*, diuersorum charismatū. Vel multiplex ptextio catenatū, & retis expansio, multifarias electorū personarū insinuat, q cū verbis p dicatorum fideliter obediēdo adherent, quasi colūnarum capitib; superpositi, retis, & catenulæ miraculū suæ connexionis cunctis sperantib; præbent. Hæ. n. catenæ miro sibi iuicē sunt opere ptextē, quia mirabili gratia spiritus actū est, ut vita fidelitū, locis, temporib; gradu, p ditione, sexu, & ætate multū secreta, vna fide, & dilectiōe sit p iūcta. Septenario, spiritualis gratia signat, vnde: *Qui sunt septē spiritus Dei missi in omnē terrā.* Qd̄ Esaias apertius explicat, dicens: *Et requiescet super eum spūs dñi, spiritus sapientiæ, & intelligentiæ, spiritus consolationis, et fortitudinis, etc.* Septena ver suū retiacula

erant in capitello utroque, quia patres vtriusque testamenti per gratiam vnus spiritus septiformi, ut essent electi acceperunt.

c. Et duos. BED. Videtur mala granata facta esse in circumitu capitellorum à parte inferiori, & ex ipsis malis granatis oriri retiacula, quibus capitella ex parte aliqua tegerentur, signatur, quod virtutes ex virtutibus nascuntur, & quod sancti *Ambulant de virtute in virtutem.*

B E D. Duo ordines erant retiaculorum in gyro capitelli sed uterq; ordo septēplici versuum currebat ordine; donec circumacto capitello in seipsum quasi factō circulo rediret, quia, scilicet, Deū ex toto corde, & proximū sicut nos diligere præcipimur, sed uterque ordo septem habet versuum retiacula, quia nec Deus, nec proximus sine spirituali grāa diligitur. Veridica enim sententia dicitur: *Claritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum.* Similiter autem, & proximi, quia vna sine altera esse non potest. Facta sunt retiacula hæc ut tegerent capitella, id est, vndique in gyro circūdatēt, quia omnis scriptura sancta cū recte intelligitur, gratiā per omnia charitatis sonat, & pacis. Capitella enim volumina diuina, retiacula sunt vincula mutuę dilectiōis, & retiaculis te-

guntur

a columnas æreas decem, & octo cubitorum
b altitudinis columnam vnam, & t̄ linea duodecim cubitorum ambiebat columnam
c utramque. Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum fusilia ex ære, quinq; cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinq; cubitorum altitudinis capitellum alterum, & quasi in modum retis, & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum. Vtrumque capitellum columnarum fusile erat. Septena versuum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero. Et perfecit columnas, & duos ordines per circum-

NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et linea.* quia qualibet per se sumpta tantum habebat in circumitu, ut patet Iere. vlt. e. vbi d̄ sic. *Decem, & octo cubiti altitudinis erant in columna vna, & funiculus duodecim cubitorum circumiebat eam.* Et ideo male dicunt illi, qui dicunt, quod qualibet per se sumpta habebat tantum sex cubitos in circumitu.

2 *Duo, &c.* Hic consequenter dimissa dispositione basis, & stipitis agitur de dispositione capitellorum, & capitum, quæ erant subtiliora. Ad cuius intellectum cōsiderandum, quod capita istarum columnarum in parte superioris dilatabantur ad modum floris lilij, & capitella ponebantur super stipitē quali in medio dilatationis existentem, & inferior pars capitelli aptabatur illi stipiti, & post aliquam eleuationem erat quædam dilatatio in circumitu capitelli per modum cuiusdam circuli supereminētis, & super illum circulum erant centum malogranata quasi superposita per circumitum, & centum alia malogranata sub circulo illo quasi dependētia ex eo. Super istum autem circulū, & malogranata erat quædam eleuatio strictior ascendens, quasi prope mediū altitudinis capitelli, & diuidebatur in portiones septem per lineas intermedias seu circulos graciles, & qualibet portio erat perforata in circumitu subtiliter per varias figuras, sicut solet fieri in ostijs laternarum ærearum, & quia capitella, & colūnar erant interior concavæ, ideo lumen transiens per illa foramina circumquaque vñdebat pulchritudinē illius operis. Super istas autē septē portiones, q̄ in litera vocant̄ retiacula, & catenæ, eo qd̄ in retib; & catenis apparēt talia foramina, & intricatiōes, ppe mediū capitelli erat alia dilatatio circularis per

modum circuli omnino similis prædictæ, & ibi erāt centū malogranata superposita, & totidē supposita, & de super septē portiones distinctæ, & perforatæ, sicut & prædictæ, sed erant strictiores, quia capitellum in ascendendo restringebat & in summitate capitelli erat opus simile flori lilij. Ad capiendum autem imaginem istorum facilius posui quandā figuram, quam infra conspicias, quamuis non possit in plano perfecte figurari, sed oportet residuum per imaginationē suppleri. Prædictis igitur adaptatur litera, quæ valde est intricata, & p̄fusa posita. *Duo quoque.* scilicet quilibet columnæ vnum.

3 *Fusilia.* quia totum opus columnarum, & capitellorum erat factū per fusuram, & non per martellorum percussurā.

4 *Quinq; &c.* computato opere lilij, quod erat desuper.

5 *Et quasi.* quia propter foramina prædicta dicebatur opus reticulatum, & concatenatum modo prædicto.

6 *Septena.* Versus hic accipitur pro ordine, sicut Exo. 28. In primo versu erat lapis sardius, &c. Ex dictis autem patet, qd̄ ibi erant duo ordines retiaculorum, vnus super malogranata superiora, & alius super malogranata inferiora, & in quolibet ordine erant septem portiones perforatæ, quæ retiacula dicuntur, & hoc est, quod dicitur. *Septena versuum retiacula.* id est, septem retiacula erant in quolibet duorum ordinum dictorum, & idem replicat dicens.

7 *Et duos ordines per circumitum retiaculorum singulorum, ut tegerent capitella, quæ erant super summitatem malorum.* Eodem modo, quia septem retiacula inferiora erant super mala granata inferiora, & septem alia retiacula superiora super mala granata superiora, ut dictum est.

A guntur capitella, cum sacra eloquia dono charitatis probantur vndique vestita. nā, & in eis, quæ in scripturis non intelligimus, charitas latet, & in eis, quæ intelligimus, late patet.

a *Vt tege.* B E D. Cū dictū sit de retiaculis, vt tegerent capitella, quæ erant super summitatem malorū granatorū, vide

b erant super summitatem malorum granatorum. Eodē modo fecit, & capitello secundo. Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilij fabricata, erant in porticu cubitorum quatuor, & rursū alia capitella in summitate columnarum desuper, † iuxta mensuram columnæ contra retiacula. Malorum granatorū autem ducenti ordinis erant in circumitu capitelli secundi. Et statuit duas columnas in porticu templi. Cumque statuisset columnam

nis regni sublimitatē designat, quam *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c.* Post lilia. n. quatuor cubitorū alia capitella sunt apposita, quorum altitudo quanta fuerit, non dicitur, quia multa de cælesti beatitudine in euangelio legimus, quod, sibi. *mūdi corde Deum videbunt, quod erūt æquales angelis Dei, quod nō nubent, neque nubent, quia mori ultra non poterunt, quia vbi Christus, ibi ministri eius erunt, &c.* huiusmodi. Sed ipsa species horum, q̄ diximus ipse status cōuersationis patriæ cælestis quomodo se habeat, solis eius ciuibus, q̄ intrare meruerunt, patet. Vnde factura, vel altitudine horum capitellorū, quæ super liliū erant, incomprehensibilis terrestribus qualitas cælestis habitationis insinuat. De qua tū non latet, quia oēs ibi cōi felicitate diuinę visionis fruuntur tanto quis sublimius quanto mundiores ad videndum oculos cordis habuerit. Communis ergo ibi benedictio omnium electorū, sed quod distincta operum qualitate multę mansiones beatorum, in vna domo Dei significantur, cum dicitur. *Et rursū alia capitella.* &c. Iuxta mensurā columnę fiunt capitella desuper, cum sancti doctores, imo omnes iusti doctorū vestigia sequentes, pręmia suscipiunt eterne retributionis secundū merita operationis. Super retiacula quoq; fiunt eadē capitella, quia iuxta modū dilectionis qua sibi in hac vita sancta fraternitas copulatur, superiorum quoque ciuim societati in pręsentia sui creatoris coniungeretur. Sed quia illa societas vtriusque populi fidelibus tribuitur, recte subiūgit. **f** *Malorum granatorum.* In malo granato totam significat ecclesiam. Centenarius vero, qui primus transit ad dexteram, beatitudinem æternam. Duplicatur hic numerus malorum granatorū in circumitu capitelli secundi, vt significet, quod vtriusque testamenti populus in Christo sit adunatus, & ad æternā introducendus coronam. vnde, *Non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium.* Per ducentos. n. cubitos rete plenum magnis piscibus discipuli ad dominum trahunt effectum suę resurrectionis iam in littore monstrantem, cum prædicatores Judæis, & gentibus verbū fidei committunt, & vtriusque populi electos in vna beatitudinis arce colligunt.

c *Quasi, &c.* B E D. Per lilia claritas supernę patrię, & immortaltatis floribus redolens paradisi designatur amœnitas. Per quatuor vero cubitos euāgelicus sermo, qui introitū eterne beatitudinis promittit, & iter perueniendi ostendit. Cum ergo sancti doctores promissa nobis lumina regni cælestis in quatuor euāgelij libris ostendunt, quasi capita columnarū opus in lilio quatuor cubitorum exhibent. Vbi notandū iuxta litteram, quia cum opus lilij in capitellis quatuor cubitorū esse memoratur, neque additur latitudinis, vel altitudinis, lectoris iudicio vtrum in altitudine; an in latitudine intelligi debeat

debeat, relictum est. Constat autē, quia columna, quam duodecim cubitorum restis ambiebat, quatuor cubitos habebat in grossitudine. Omnis enim circulus quantū habet spatij in diametro, tantū habet ter in gyro. Sive autē latitudinē, sive altitudinē accipiamus, figura perspicua est, quia nō nisi per euangelium optata vox illa mundo insonuit.

Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum.

d *In por.* Norandum autem in hac sententia Paral. quod eadem porticus templi etiam vestibulum templi vocatur. Vnde, *Inter vestibulum, & altare plorabant.* id est, inter porticum, & altare.

e *Et rursū.* B E D. Quorum, s. factura perennitatis

nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c.

Post lilia. n. quatuor cubitorū alia capitella sunt apposita, quorum altitudo quanta fuerit, non dicitur, quia multa de cælesti beatitudine in euangelio legimus, quod, sibi. *mūdi corde Deum videbunt, quod erūt æquales angelis Dei, quod nō nubent, neque nubent, quia mori ultra non poterunt, quia vbi Christus, ibi ministri eius erunt, &c.* huiusmodi. Sed ipsa species horum, q̄ diximus ipse status cōuersationis patriæ cælestis quomodo se habeat, solis eius ciuibus, q̄ intrare meruerunt, patet. Vnde factura, vel altitudine horum capitellorū, quæ super liliū erant, incomprehensibilis terrestribus qualitas cælestis habitationis insinuat. De qua tū non latet, quia oēs ibi cōi felicitate diuinę visionis fruuntur tanto quis sublimius quanto mundiores ad videndum oculos cordis habuerit. Communis ergo ibi benedictio omnium electorū, sed quod distincta operum qualitate multę mansiones beatorum, in vna domo Dei significantur, cum dicitur. *Et rursū alia capitella.* &c. Iuxta mensurā columnę fiunt capitella desuper, cum sancti doctores, imo omnes iusti doctorū vestigia sequentes, pręmia suscipiunt eterne retributionis secundū merita operationis. Super retiacula quoq; fiunt eadē capitella, quia iuxta modū dilectionis qua sibi in hac vita sancta fraternitas copulatur, superiorum quoque ciuim societati in pręsentia sui creatoris coniungeretur. Sed quia illa societas vtriusque populi fidelibus tribuitur, recte subiūgit.

f *Malorum granatorum.* In malo granato totam significat ecclesiam. Centenarius vero, qui primus transit ad dexteram, beatitudinem æternam. Duplicatur hic numerus malorum granatorū in circumitu capitelli secundi, vt significet, quod vtriusque testamenti populus in Christo sit adunatus, & ad æternā introducendus coronam. vnde, *Non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium.* Per ducentos. n. cubitos rete plenum magnis piscibus discipuli ad dominum trahunt effectum suę resurrectionis iam in littore monstrantem, cum prædicatores Judæis, & gentibus verbū fidei committunt, & vtriusque populi electos in vna beatitudinis arce colligunt.

g *Columnam.* Dextera colūna doctores primitiue ecclesię significat, secunda eos, qui ad prædicandū gentibus missi sunt. Vel dextera significat eos, qui venturum in carne dominū prophetando prædixerunt. Secunda illos, qui iam hūc venisse, & mundum redemisse testantur. Simili vocabulo ambæ censentur colūnæ. Vna. n. firmitas, altera in robore dicitur, vt vna fidei, & operis fortitudo cūctis inesse doctoribus monstraret, & nulli tēporis inertia tacite notaretur, vbi se quidam

h *Columnam.* Dextera colūna doctores primitiue ecclesię significat, secunda eos, qui ad prædicandū gentibus missi sunt. Vel dextera significat eos, qui venturum in carne dominū prophetando prædixerunt. Secunda illos, qui iam hūc venisse, & mundum redemisse testantur. Simili vocabulo ambæ censentur colūnæ. Vna. n. firmitas, altera in robore dicitur, vt vna fidei, & operis fortitudo cūctis inesse doctoribus monstraret, & nulli tēporis inertia tacite notaretur, vbi se quidam

i *Columnam.* Dextera colūna doctores primitiue ecclesię significat, secunda eos, qui ad prædicandū gentibus missi sunt. Vel dextera significat eos, qui venturum in carne dominū prophetando prædixerunt. Secunda illos, qui iam hūc venisse, & mundum redemisse testantur. Simili vocabulo ambæ censentur colūnæ. Vna. n. firmitas, altera in robore dicitur, vt vna fidei, & operis fortitudo cūctis inesse doctoribus monstraret, & nulli tēporis inertia tacite notaretur, vbi se quidam

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Capitella autem, quæ erant super capita columnarum quasi opera lilia.* quia in summitate capitis columnæ, & similiter in summitate capitelli superpositi erat opus simile lilio, vt dictū est.

2 *Erant in porticu.* quia istæ columnæ fuerunt situatæ in porticu templi, vt postea clarius exprimitur.

3 *Cubitorum.* Hoc refertur ad capita columnarum, quæ erant quatuor cubitorum in altitudine, vt prædictum est, ita q̄ caput colūnæ, & capitellū simul ascēdebant per nouē cubitos.

4 *Et rursū alia ca. &c.* loquitur de prædictis capitellis, quæ erant super capita columnarum.

5 *Iuxta mensuram, &c.* quia sicut dictum est, prope partem inferiorē capitelli erant, e. mala granata superposita, & e. dependētia

dentia eis correspondentia, & sic vnum malū granatum superpositū, & vnu dependens, ei correspondēs, faciebant vnu ordinē, & ideo ibi centum ordines malorū granatorum, quæ ibi erant ducenta mala granata. e. superposita, & e. dependētia, & eodē modo in malis granatis superioribus, tales, & tot erant ordines, vt patet ex prædictis, & sic erant ibi cc. ordines malorū granatorū in vniuerso in vno capitello, ideo subdit. **6** *In circumitu capitelli secundi.* vocatur autē hinc respectu capitis columnę, cui erat superpositum, quod quidem caput dicitur hic quodammodo capitellum, scilicet respectu stipes colūnæ.

7 *Et ista. &c.* Iuxta muros, qui claudebant latitudinem porticus, ita quod spatium, quod erat ante ostia templi, erat medium inter istas duas columnas. ideo sequitur.

8 *Cumque.* id est, in parte dextera porticus.

Adam doctores facer-
dotes, & columnas
domus Dei videri, &
vocari volunt, cū ni-
hil i se firmæ fidei ad
cōtemnendas seculi
pompas, & desiderā-
da

dexteram vocavit eam nomine Iachin. Similiter erexit colum-
nam secundā, & vocavit nomē eius Booz. Et super capita co-
lumnarū opus in modū lilij posuit perfectū; est opus colūna-


da bona inuisibilia ni-
hil hēant roboris ad
corrīgēdos, nihil in-
dustriz saltē ad intel-
ligēdos eorum qui-
bus prælati sunt erro-
res.

Fecit

NICOLAUS DE LYRA.

1 Vocavit. Quod interpretatur firmitas.
2 Similiter. scilicet sinistra parte.
3 Et vocavit. Quod interpretatur fortitudo. Et dicunt Hebræi, quod per istas duas columnas signabatur firmitas, et robor regni David. Cetera patent ex d. 115. Huic autē expositioni videntur aliqua contrariari, quæ sunt solvenda. 2. Para. 4. dicitur. Mala granata quoque xl. & retiacula duo. hic autē dicitur, quod erant cc. ordines malorum granatorum, & retiacula septena in vno, & septena in altero capitello. Dicendum, quod translatio nostra in Eiblus nostris communiter corrupta est vitio scriptorum. Quātum ad primum propter similitudinem dictionū, quia vbi 2. Paral. nostra translatio habet xl. mala granata, in hebræo habetur, cccc. mala granata, quod patet ex hoc, quod erant ibi cc. ordines, & quilibet ordinabat duo mala granata, & propter hoc infra in isto. ca. dicitur per modum recapitulationis, Et mala granata. cccc. in duobus retiaculis. ita est in Heb. & in libris correctis nostris. Quātum vero ad secundum dicendum, quod duo retiacula ibi accipiuntur pro duobus ordinibus retiaculorum in quolibet tamen ordine erant. 7. retiacula, et sic nulla est contrarietas ad præcedentia. Item Iere. vi. a. vbi fit mentio de istis columnis dicitur, Et fuerunt mala granata nonaginta, & sex dependentia in c. retiaculis. secundū prædicta hic erant. cc. mala granata dependentia. Similiter de retiaculis dictum est, quod erant duo ordines retiaculorum, et in quolibet ordine septem retiacula tantum. Quātum ad primum dicendum, quod columnæ, sicut prædictum est erant positæ iuxta murum porticus hinc, & inde, ita quod capitellum iungebatur parieti, ut dicit Ra. Sa. Et propter hanc iuncturā aliqua mala granata non poterant videri ab aspicientibus, & illa non numeravit Ieremias, cum dicit, quod erant nonaginta sex dependentia. & loquitur de malis granatis vnus circumitus tantū, quia quatuor residua de c. occultabantur modo prædicto, quia tñ secundum veritatē erant. c. iō ibidē subdit Ier. secundū veritatē Hebraicam. Oia mala granata. c. super capitellū, quod est intelligendum de vno circulo malorum granatorum, & tot erant in quolibet aliorum trium circuloꝝ, ut patet ex supradictis, & sic erant. cc. mala granata dependentia, quia duo circuli erant dependentes, ut prædictum est. Quātum ad secundū de c. retiaculis dicendum, quod ibi translatio nostra videt corrupta, nescio tamen quorum vitio. In Heb. enim sic habetur Iere. vi. Fuerunt mala granata nonaginta sex dependentia. Omnia mala granata c. super capitellū, ita quod de retiaculis non fit ibi mētio. Potest tñ dici secundum translationem nostram, quod licet essent bis septem retiacula, ut dictum est, tamen varie, & multipliciter erant perforata, ita quod talis varietas ad vñ centenariū in aliquo reducebat. Sciendum tamen, quod aliqui doctores catholici, & etiam Hebræi aliter sentiunt de longitudine columnarum prædictarum, dicentes, quod quælibet habebat in longitudine decem, & octo cubitos tantum, computato etiam capitello secundum, quod textus supra positus videtur dicere, cum dicitur. Et finxit duas colūnas æreas, decē, & octo cubitorū altitudinis columnam vnā. Ad hoc etiam inducunt, quod si altitudo cuiuslibet colūnae esset. 35. cubi. excederet primum tabulatum templi, quod distabat à pavimento. 30. cubitis tantum, & ad illud, quod supra inductum est de 2. Paral. 3. d. vbi dicitur, Ante fores etiam tem-

Hæc est figura Capitelli, longitudo, & dispositio stipitis columnæ & basis, ut potest imaginari per supra dicta.



Expositio huius literæ, & sequentis quantū ad istas columnas est eadē cum præcedenti. Non miretur aliquis, si tantū immoratus sum circa istas colūnas, quia scriptura in diuersis locis loquitur varie de ipsis, & cōtrarie, ut prius facie videtur, secundū quod patet per prædicta, & istam dissonantiā oportuit remoueri. Præterea a præcedentibus expositioꝝ nō inueni aliquid scriptū, per quod posset textus consequenter exponi. Itē quia nō solū expositionem Latinorum, sed etiā Hebræorum ponere volui, ut lector eligat, quod sibi magis placuerit, & videbitur expedire.

test etiam dici, quod non sequitur, quod excederet primum tabulatum, quia porticus erant in decliui montis, & per gradus ascendebatur in templum, & columnæ istæ erant in inferiori parte porticus, ita quod terra erat ibi demissior quinque cubitis, quam pavementum templi. Notandum etiā, quod Rab. Sa. & alii doctores Hebræi habent aliam imaginationē totaliter de istis capitellis. Dicunt enim, quod capitella ista erant duo grossi pomelli super capita duarum columnarum magis lati, quam alti, sicut fieri solet in summitatibus campanillarū, & in latiori parte vtriusque pomelli exterius erant duo circumitus malorum granatorum, vnus super, alius subter, & in quolibet circumitu centum mala granata, & quia duo mala granata faciunt vnum ordinem, ut prædictum est, iō ibi erant centum ordines malorum granatorum in capitello cuiuslibet colūnae, & sic ducenti ordines in duabus columnis, & in hoc differt ista imaginatio à præcedenti, quæ ponit ducentos ordines, & malorum granatorū in qualibet colūna, ut prædictum est. In superiori vero parte huius pomelli erat opus quasi lilij, & à pede huius operis, descendebat opus per modū retis factum, descendens vsque ad inferiora mala granata, tegens ea quasi viderentur per medium retis, & illud opus reticulariū à superiori parte vsque ad inferiorē diuidebatur lineis intermediis facientibus quasi septem portiones, quæ dicuntur septem retiacula, & ad hoc melius capiendum describitur figura prout in plano potest figurari. Igitur secundum istam imaginationē Hebræorum potest exponi litera à principio, cum dicitur, Duo quoque capitella, &c. & patet litera ex prædictis vsque ibi, & quasi in modum retis, &c. loquitur de opere reticulato, quod operiebatur à summitate pomelli vsque ad inferiora mala granata. Septena versus retiacula in capitello vno, quia illud opus reticulatum

a Fecit quoque. BEDA. Hoc mare in figurā baptismi factū est, quo in remissionē peccatorum emundamur. Sacerdotes enim in eo lauabantur, vt Paral. testatur. Sacerdotes. n. omnes electi vocant, q sunt mēbra summi sacerdotis Iesu Christi. Recte aut hoc vas mare dī, in memoriam, scilicet maris rubri, in quo prius per Aegyptiorum extinctionem, & populi Dei liberationem baptismi forma p̄cessit. vnde, *Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari.* Sacramentum autem baptismi, & vitæ a nobis munditiam, quærīt in hoc seculo, & vitæ æternę gloriam promittit in futuro. Quod vtrumque in mari æneo figuratur, cum esse decem cubitorum à labio vsque ad labium perhibetur. Decem enim p̄ceptis in lege dominus omnia, quæ facere debemus, exp̄tesit. Denario æque mercedem benefactorum significauit, cum hunc in vinea laboratibus dandum esse p̄dixit.

b A labio vsque ad labium. Quia à primo baptizato in nomine Iesu Christi vsque ad vltimum, qui in fine seculi crediturus, & baptizandus est, omnis fidelium chorus eandem veritatis viam ingredi, & comunē debet sperare à domino iustitię coronari.

c Quinque cubitorum. Quia quicquid visu, auditu, gustu, odoratu, tactuque delinquimus, gratia Dei nobis p̄ablutionem viuifici fontis relaxat. Sed non sufficit p̄æteritorum remissio peccatorum, nisi quis deinceps bonis studeat operib. alioquin diabolus, qui exierat de homine, si hunc à bonis operibus vacare viderit, multiplicius redit, & facit nouissimi illius peiora prioribus. vnde subditur.

d Et resticula triginta cubitorum cingebat illud. Disciplina cęlestium p̄ceptorum qua à voluptatibus religamur. vnde, *Funiculus triplex difficile rumpitur.* quia obseruatio mandatorum, quæ in cordibus electorum fide, dilectione, spe supernę retributionis firmata est, nullo potest obstaculo dissolui. Resticula mare ambit, cum sacramentum baptismi, quod accepimus, pijs operibus munire studemus. Hęc triginta cubitorum est, quinquies enim seni triginta faciunt. Senario autem in quo dominus hominem fecit, cum non esset, & refecit cum perisset, bona operatio nostra figuratur. Et sex per quinque multiplicantur, vt ad triginta

triginta perueniant, cum omnes corporis sensus diuinis subiugantur Imperijs. ALITER. Terdeni faciūt triginta, & genus humanū post diluuiū de progenie triū filiorū Noe latitudinem totius orbis impleuit. Sem quippe Asiam, Cham Aphricā, Iaphet foboles Europā, & insulas maris obtinuit. Et q̄a baptismi mysteriū cum executione operū, & spe cęlestium cunctis erat nationib. ministrandū, resticula 30. cubitorū mare in quo baptismū figurabatur cingebat. Se-

a Baptisum.
a rū. Fecit quoq; mare fusile decem cubitorum à labio vsque ad labium rotundū in circumitu. Quinque cubitorū altitudo ei, & † resticula triginta cubitorū cingebat illud p̄ circumitū, & † sculptura subter labiū circūibat illud decē cubitis, ambiēs mare. Duo ordines † sculpturarū histriatarū erant fu-

FIGURA MARIS.



† filum.
 † tabernacula instar colocyntidarum.
 † tabernaculorum suorum.

e Et sculptura. Cum p̄dictum sit, quod resticula. 30. cubitorum mare circumierit, & nunc addatur, quod sculptura hęc subter labium posita. 10. cubitis ambierit, patet, q̄a vas erat in modum phialę expansum, & diffusum, quod à triginta cubitis circumitu. quos habebat in labio vsque ad decem est coactum. Sculptura autem histriata est, quæ aliquas rerum historias imitatur.

Vnde per sculpturas histriatas q̄b mare circundatur, exempla priorū temporum signantur, quæ nobis sunt intuenta, vt videamus quibus operibus ab initio sancti Deo placuerunt, qua obstinatione iniqui in sceleribus perdurauerunt, quanta in felicitate reprobi perierunt. Quo modo in exordio nascentis seculi Cain ob malitiā inuidiæ dānatus, Abel iustitię merito coronatus, Lamech ob adulteriū, & homicidium maledictus, Enoch ob grām pietatis ad paradysum reductus, Cham post diluuium ob impietatem detestatus, Sem, & Iaphet pro obsequio reuerentię perpetua benedictione donati, Abraham fidei merito h.eres diuinę promissionis effectus, cetera gentium multitudo pro infidelitate relicta. Adueniente quoq; in carne dño, Iudæa pro perfidia repulsa, Gentilitas gratia ad salutem reducta, & huiusmodi, quæ in vtroque testamento solerter considerata studiosis profunt. Ideo fortitan duo sunt ordines sculpturarum histriatarū in mari æneo, vt qui fonte baptismatis imbuti sunt, vtriusque testamēti auscultent historias.

Sculpturę histriatę ad qd.
 Gene. 4. d.
 Ibidem. 9. d.
 Ibidem. 5. d.

NICOLAUS DE LYRA.

culatum in qualibet columna erat distincum septem portionib. vt dictū est. Et duos ordines per circumitū retiaculorū singulorum, quia in qualibet colūna retiacula erant distincē ordinata in superiori parte, & inferiori. In superiori tamen parte erant strictiora, & inferius lauiora secundū dilatationē pomelli cui erant superposita. iō subditur: Vt tegerent capitella, &c. vt sup. Erant in porticu cubitorū quatuor, scilicet, columna tantum occupabant spatium in porticu, quia sicut dictū est, linea duodecim cubitorum ambiebat vnā colūnam, & per consequens linea diametraliter transiens per spissitudinē columnę erat quatuor cubitorū, nisi quod amouenda est septima pars huius quaternarij, quia hęc est conclusio demonstrata in geometria, quod circumferentia circuli continet ter diametrum, & eius septimam partem. Verbi gratia Si, scilicet, diamet er est septem pedum, circumferētia est vigintiduoꝝ pedum. Malorū granatorū autem ducenti ordines erant in circumitu capitelli secundi, scilicet accepti cum primo, quia secundum istam expositionem in duobus capitellis duarum columnarum erāt tantū mala granata quadringenta, & per consequens ducenti ordines malorum granatorum, centum ordines in vna columna, & centum in altera. Et statuit duas columnas.

i Fecit quoque. Hic consequenter describitur mare aneum, quod erat lauatorium sacerdotum, cuius primo describitur latitudo cum dicitur.

2 Decem. & secundo altitudo, cum dicitur.
3 Quinque cub. scilicet, ipsius maris, quia boues super quos erat positum non computantur in hac altitudine.
4 Et resticula. i. funiculus, triginta cubitorum, quia sicut dictū est sup. diameter circuli est tantū tertia pars circumferentię, & adhuc deficit septima pars diametri, sed scriptura non accipit sic p̄cise. Linea vero diametraliter transiens à labio in labium erat decem cubitorum, vt dictum est, & sic sequitur, quod linea transiens per circumferentiā, esset triginta cubitorū, & cum hoc contineret septimam partē diametri, sed scriptura illud omittit, quæ non computat sic p̄cise.
5 Et scul. Non pōt intelligi, quod ista sculptura esset immediate sub labio, quod erat superior pars maris, quia ibi mare habebat 30. cubitos in circumitu, & ideo dūt doctores nostri, q̄ mare illud in superiori parte erat latius, & descendēdo restringebatur, ita q̄ in parte inferiori habebat tantum 10. cubitos in circumitu, & ibi erant sculpturę in duob. ordinib. Hebræi vero dicunt, quod mare in superiori parte tribus cubitis secundum altitudinem erat rotundum, & in parte inferiori duobus cubitis erat quadratum, & quodlibet latus vnus quadrati habebat 10. cubitos, ita quod linea ambiens totum quadratum erat 40. cubitorum, & secundum hoc mare erat latius inferius, quàm superius, & in illa parte erant iste sculpturę histriatę, & ideo cum dicitur hic. Et sculptura subter labium. id est, in parte inferiori maris.
6 Circumibat illud dccē cubitis ambiens mare. intelligendum

Diuisio.

A storias. ideo decem cubitorum erant in gyro, vt quoscūque in eisdem historijs de latos, iustis celestibus obedire, & rota intentione ad superna pramnia suspensos prospexerint, imitari contendant.

Iidem. ibidem. 1. Cor. 9. b.

a Duodecim. Bed. Apostolos, euangelistas, imò omnes verbi ministros: vnde, *Non alligabis os boni tritruanti, &c.* Hi mare sibi super impositū portant, cum Apostoli eorumq; successores in unum sibi euangelijs officium prompta deuotione implent.

Luc. 6 c. Mat. 28. d.

b E quibus tres. Quia in vniuersis quadrati orbis partibus fidem predicant trinitatis. Hinc quoque Apostoli duodecim, id est, quater terni sunt electi, vt fidem & confessionem trinitatis per quatuor mundi plagas euangelizantes, baptizarent omnes gentes in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Quorum & successorum suorum verba actus & passiones facile in presenti videre & cognoscere legendo valemus. Quae verò illos in futuro maneat gloria retributionis, nondum videre possumus.

† eius palmi vnus.

c Grosseudo. Bed. Qui lauerum baptismi ad salutem & vitam suscipit, fidem & spem & charitatem debet habere, sine quibus nemo potest recte operari. vnde subiugitur, *Grosseudo. Bed.* Quia robore fidei, spei, & charitatis munitur perceptio baptismi, neque aliter proficuum esse accipientibus ostenditur, nisi harum virtutum firma certitudo mentem accipientium & corpora confirmet.

d Lily. Bed. Liliū comitante odoris gratia candidū colorē foris, in us autem ostendit. ideo gloriā eius resurrectionis inlinuat, qui corporis immortalitate foris discipulis ostendit, & animā diuina luce coruscans sibi simul inesse docuit. Christus quoq; post passionē suā quasi adhuc clausum liliū fuit, cum in miraculis clarus hō refulsit. Post Resurrectionē verò & Ascensionē repandū sese liliū cæli aubus exhibuit, quibus in assumpta humanitate potentiam diuinæ claritatis, quā habuit antequam mundus eilet, ostendit. vnde, *E-*

C tatis, quā habuit antequam mundus eilet, ostendit. vnde, *E-*

go flos campi & liliū conuallium. Labiū ergo maris in quo sacerdotes lauant, quasi labium fuit calicis, & foliū repandi liliij, quia bapt. sinus quo mēbra summi sacerdotis efficitur, in fide passionis eius nos à peccatis purificat, & purificatos ad vitionē gloriæ suæ introducit. In hoc lauaero populus circumcissionis & præputij per fidem, spem, & dilectionem vnus in domino efficitur. vnde, *Alias oues habeo, vsque, & fiet vnū ouile & vnus pastor.* vnde subditur.

e Duo milia batos cap. & tria milia, &c. Bed. Batus Hebræo rû mēsurā est, quæ apud eos Bath dicitur, habes modios tres, ipsa est ephi, quam ipsi Ephā nūcupāt. Sed Ephi pertinet ad mensuram frugum, batus verò ad liquida, vinū scilicet ad aquam & oleum. Batus ergo quæ certæ mensuræ norma est, opera significat

f lia batos capiebat, & tria milia metretas. Et fecit

æquitatis & iustitiæ, quibus hi qui in remissionem peccatorum baptizantur, necesse habent institui. Batos mille capit mare, cum aqua baptismi plebem Iudeorum abluens, ad regnum celeste transmittit. Recipit & alios mille, cum Gentes eodem fonte renatos, & operibus iustitiæ confirmatos eiusdem regni facit esse participes.

Bed. Mille perfectionem significat, quia denariū quadratum solidum facit. Decies enim decem centum faciunt, quæ figura iam quadrata, sed adhuc plana. Verum vt in altitudine surgat & solida efficiatur, multiplicata centū per decem, & fiūt mille. Quo num. stabilis & velut quadrata iustitiorū cōsuetudine signat. Quocumque. n. inferis quadratū, stabit, sic aīus electorum nulla tentatione à statu rectitudinis nouit, inclinari.

Et se. Multifariè multisque modis eadē nostre salutis sacramenta figurantur. Apostoli. n. & apostolici viri sicut per boues mare portantes significant, etiā per bases quæ portandis luteribus paratæ erant, sicut ipsi luteri spirituale lauaerum, sicut & mare figurabant. Sed quidā iuxta Paral. oīa ir eis quæ holocaustum, oblaturi erant, lauabant. Holocaustum autē domini generalitèr omnis multitudo electorum intel-

ligitur

NICOLAUS DE LYRA.

dum est in vno luteri quadrati. & eodem modo intelligendum est de alijs luteribus tribus. sed istud dictum multum a Iosepho, qui dicit, quod mare æneum erat sicut citharus magnus. Citharus autem idem est quod crater, id est scyphus. & ideo figura maris ænei secundū Iosephum est eadem v. l. valde propinquæ ei quam ponunt expositores nostri, & v. l. de dissimilis ei quam dicunt Hebræi moderni, vt patet figuræ istas aspiciendo in columnæ præformatas.

1 Et stabant super duodecim boues. sicut aliquando videmus in cibarijs, in d. de subitjs suis imagines leonum quasi portantes cibarium, & capita apparent exteriora, & posteriora sunt sub cibario.

2 E quibus tres respiciebant ad Aquilonē, & tres ad Occidentē, & tres ad Merid. em, & tres ad Orientē, & mare &c. Sic enim disponebantur in circumuallum, quod capita trium erant versus orientem: & aliorum trium versus occidentem, & sic de alijs sex ad Aquilonem & meridiem. Secundum Hebræos verò quadratura maris sic erat situata, quod quatuor luteræ erant opposita quatuor partibus orbis, & in quolibet latere erant tres boues mare sustentantes.

3 Grosseudo autem luteri trium. i. maris, quod dicitur luter hic à luteris, quod in vna significatione significat idem quod ablucere, quia sacerdotes ibi abluant manus & pedes, quando ingrediebantur tabernaculum, vt habetur Exod. 30. Non est tamen sic intelligendum, qd ad se abluendum intrarent ipsam mare, quia ibi erat maxima quantitas aque, vt videbitur, quæ ex tali ingressu sæuaretur, & etiam sacerdotes submergerentur. quia quando mare erat plene, profusa ditas aque erit qd in que cubitorum secundum altitudinem maris. quinq; vero cubiti faciunt septem pedes & dimidium secundum vnā opinionē secundū alia verò, quæ credo veriorē, continet decem pedes. & ideo sic intelligendū est, qd in circumuallum erant clauis in loco apto ad manū lotionē, sicut in lauatorijs religiosorū per quas exibat aqua ad manū lotionē, & per easdē recipiebatur in vasis ad hoc aptis ad pedū lotionē.

4 Trium vnciarum erat. tantū erat spissitudo huius vasis. 2. Paralip. 4. b. dicitur quod habebat mensuram palmi. & tenendum est qd ista mensura sunt æquales. In Hebræo autem habetur sic quatuor digitorum, & hoc modo apud Hebræos accipitur mensura palmi.

5 Labium-

5 Labiumque eius quasi labium calicis. quia sicut dictum est mare erat rotundum in superiori parte secundum doctores Heb. & Lat.

6 Et folium repandi liliij. quia illud labium erat aliquantulum recuruatum in parte exteriori.

7 Duo milia batos capiebat. Quod autem subditur.

8 Tria milia metretas. non est in Hebræo nec in libris correctis sed est dictū fortasse alicuius expositoris volentis ordinare qualiter se habeant batus & metreta. & quia batus continet metretā & dimidiam & sic duo milia bati valent tria milia metretas. postea verò dictū illud magistrale fuit insertum textui ex imperitia scriptorum. Secundū Peziam metreta est mensura continens decem sextarios Hebræicos. Sextarius autē iste est eadem mensura cū cheopina Parisiensis, vel ei propinquissima, vt dicunt aliqui. Et secundū hoc vna metreta continet duas quartas Parisienses & dimidiam. & secundū hoc batus continet tria quartas & tres cheopinas, & duo milia bati. secundum hoc continet septem milia quingentas quartas, quæ faciunt sextarios mille octingentos. 75. Parisienses. Nonaginta verò sextarii Parisiensi faciunt vndolium. & secundū hoc mare æneum continebat. 19. dolia & dimidium dolium & tres sextarios. secundum Isidor. verò 16. Ety. batus continet 50. sextarios Hebræicos, qui sunt cheopina Parisienses. & secundū hoc mare æneū continebat. 65. dolia & 10. sextarios, vt potest deduci per reductionem cheopinarum ad sextarios & dolia, modo prædicto. Causa verò tante diuersitatis doctorū circa hoc prouenit ex ignorantia quantitas mensuram Hebræicā, quæ in sacra scriptura ponitur. nec minus propter distantiam temporū & locorū. Videmus enim sensibilibus mensuras liquidorum & aridorū mirabiliter variari, non solum in diuersis regionibus, sed etiā in villis satis propinquis, & in eadē regione. Alii est enim pinta & quarta Parisiis, & sancti Dionysii, & in eadē villis variantur mensuræ secundū tempora diuersa. à Iudæa enim est magna distantia vsque Parisios, & à tempore Salomonis vsque ad tempus istius. Et propter hoc sicut alius dixi, securius est dicere, quod de quantitate mensurarum Hebræicarum non habemus aliquam determinatam certitudinem. Et nota quod sextarius semper est masculini generis, & nonquam uerū, vt dicitur in libro qui Catholicon nominatur.

9 Et sic. Hic consequenter agit de luteribus & eorū basibus, & r

æ cantu

igitur, & baptizatur in spiritu sancto. & igne. Sicut ergo sacerdotes, qui in mari lauabantur, significant eos, qui per baptismum efficiuntur summi sacerdotis consortes, quod est in Christo Iesu. Ita & holocausta eosdem significant, cum per ablutionem baptismi gratia spiritus sancti implentur. Lauatur enim in lutere hostia, cum fidelis baptismum perfunditur. Offertur in holocaustum, cum impositione manus episcopi donum spiritus sancti accipit Philippus cum predicaret in Samaria in lutere templi hostias lauabat, sed quia nodum in quenquam eorum spiritus descenderat, sed tantum baptizati erant in nomine domini Iesu, velut ablutione hostiae nodum ad altaris ignem peruenierat. at cum missi illic Petrus, & Ioannes imponebant eis manus, & accipientes spiritum loquebantur linguis, iam ad altaris ignem hostiae peruenerant, ut fierent holocaustum, id est, totum incensum; quia conscientias eorum gratia spiritualis implens, diuino fecit amore feruere.

BE D. Quod ad portandos luteris decem bases sunt facta, poterat, ita mystice interpretari, quia ministri baptismi ad aeternum gaudium, quod in denario figuratur, quos imbuunt, vocant. Sed quia sequitur, quod quinque positi sunt ad dexteram partem templi, quinque ad sinistram, magis in eis quinarij numeri notandum est mysterium. In utraque enim parte templi posita sunt bases luterum, ut in utroque populo baptismi gratia signaretur esse pandenda. Et quinque sunt in utraque parte, ut significantur vniuersa, quae per quinque sensus corporis deliquerat, in baptismi fidei remittenda. Sicut ergo in vno mari bobus superposito baptismi exprimitur vnitas per apostolos toto orbe predicanda, ita per duos ordines luterum, quod Gentilitas, & Iudaea in vna uide dem per baptismum erat colligenda. Quamuis enim in geminis luteribus hostiae lauabantur, quaedam a dextris, quaedam a sinistris, vno tamen igne altaris consumebantur, ut fieret holocaustum. Quisquis enim Iudaeus, vel Gentilis baptismum suscipit, vno omnes spiritu, ut filij Dei fiant, sanctificantur. Vnde, *In quo clamamus, Abba pater, &c.* varijs, scilicet linguis pro diuersitate nationum, sed vno eodemque nomine Deum patrem propter vnus donum spiritus inuocantes.

a *Quatuor cubitorum longitudinis.* BED. Quaternorum cubitorum erat longitudo, & latitudo basium, quia predicatorum siue aduersa mundi, & longitudinem exilij, & laborum praesentium fortis tolerant, siue cor in dilectione Dei, & proximi interna exultatione dilatent, semper virtutibus student, prudenter, scilicet inter bona, & mala discernentes, fortiter aduersa sustinentes, cor ab appetitu voluptatum temperantes, iustitiam in operatione tenentes.

b *Et ipsum opus basium.* Tabulae ex quibus bases factae sunt, quae dratae fuerunt, in quibus formulae rotundae erant, quae coronulae siue plectae appellantur, in quarum medio celaturae leonum, &c.

NICOLAUS DE LYRA.
 tantur concha. 2. Para. 4. in quibus Sacerdotes lauabant hostias offerendas in holocaustum, postquam tamen lota erant per Natinaos in probatica piscina, de qua habetur. Io. 5.
 Ad intellectum huius litterae sciendum, quod secundum expositores Latinos communiter basis, siue sedes luteris erat facta ad modum arcae quadratae habens in quolibet latere quatuor cubitos, & habebat inferius in quatuor angulis quatuor rotas quibus poterat deduci de loco ad locum. In altitudine vero habebat tres cubitos, computata altitudine rotarum eam sustentantium. In parte vero superiori in medio tabula quadratae erat quoddam foramen rotundum, cuius diameter habebat cubitum, & dimidium, intra quod ponebatur fundus luteris, qui in parte inferiori habebat quasi cubitum, & dimidium in diametro rotunditatis suae, ut sic aptaretur dicto foramini, & procederet superius dilatando se usque ad medium, ita quod ibi diameter erat quatuor cubitorum, & inde procedendo superius restringebatur, ita quod diameter vnicuique erat vnus cubitus. In lateribus vero basis, & in tabula superiori circa foramen praedictum erant figurati circuli ad modum coronarum, & in illis circulis erant sculpturae variae cherubim, leonum, bouum, et palmarum,

c *Inter coronulas, & plectas leones, & boues, & cherubim.* BED. D. Non erat plana vlla ex parte superficies basium, sed vndique mysticis sculpta figuris, quia sanctorum mentes, imo vniuersa eorum conuersatio virtutum gratiam praetendit, nec aliqua hora vacua praeterit, in qua non vacent pijs operibus, & sermonibus, vel cogitationibus. Coronulas enim in se sculptas habent, cum ad ingressum perennis vitae infatigabili desiderio anhelant. Plectas, cum iter desideria vitae caelestis, quae sursum est fraternae charitatis, quae iuxta est, vincula non soluunt. Habent iter coronulas, & plectas leones, cum ita ad speranda caelestia mentem erigunt, ita ad diligendos proximos dilatant, ut in peccantes, qui sibi commissi sunt, aspere inuehantur. Habent cum leonibus boues, quando inuectionem correctionis exhibent cum spiritu mansuetudinis, quando in seruire arguendi nunquam cessant habere vngulam discretae actionis, & loquelae, nunquam verba diuinae lectionis velut ruminando in ore voluere cessant. Stephanus basis eximia, seu os leonis dentes, & vngues ostendebat persecutoribus, dicens, *Dura ceruice, & incircuncisi corde, &c.* Bupalum vero mansuetudinem, cum dicebat, *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Sed quia nec spiritus eternorum in caelis, nec amorem proximorum in terris, nec fauorem zeli mordentis, nec lenitatem modestiae compatientis sine scientia scripturarum habere possumus, bene post coronulas, & plectas, post leones, & boues cherubim sculpti esse memorantur, qui scripturam significant. Vel quia duo cherubim in propitiatorio arcae in figuram duorum testamentorum concorditer de Christo canentium fabricati sunt. Vel quia multitudo scientiae interpretantur. Quanto autem quis studiosius diuinae scripturae instituerit, tanto amplius in omnibus, quae agit, aut iudicat iudicium Dei pertinet, ne nimis in peccantes vindicans vel sine discretionem ignoscens, iram iudicis incurrat. Qui enim addit scientiam, addit & laborem. Vnde hic quoque post sculpturas cherubim bene adiungitur.

d *Et subter, & leones, & boues quasi lora ex aere dependente.* Et

missi sunt, aspere inuehantur. Habent cum leonibus boues, quando inuectionem correctionis exhibent cum spiritu mansuetudinis, quando in seruire arguendi nunquam cessant habere vngulam discretae actionis, & loquelae, nunquam verba diuinae lectionis velut ruminando in ore voluere cessant. Stephanus basis eximia, seu os leonis dentes, & vngues ostendebat persecutoribus, dicens, *Dura ceruice, & incircuncisi corde, &c.* Bupalum vero mansuetudinem, cum dicebat, *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Sed quia nec spiritus eternorum in caelis, nec amorem proximorum in terris, nec fauorem zeli mordentis, nec lenitatem modestiae compatientis sine scientia scripturarum habere possumus, bene post coronulas, & plectas, post leones, & boues cherubim sculpti esse memorantur, qui scripturam significant. Vel quia duo cherubim in propitiatorio arcae in figuram duorum testamentorum concorditer de Christo canentium fabricati sunt. Vel quia multitudo scientiae interpretantur. Quanto autem quis studiosius diuinae scripturae instituerit, tanto amplius in omnibus, quae agit, aut iudicat iudicium Dei pertinet, ne nimis in peccantes vindicans vel sine discretionem ignoscens, iram iudicis incurrat. Qui enim addit scientiam, addit & laborem. Vnde hic quoque post sculpturas cherubim bene adiungitur.

d *Et subter leones.* Quia doctores, & in seueritate districtio- nis qua peccantes iudicant, & mansuetudine lenitatis qua poenitentibus remittunt, timent iudicium Dei, ne iniuste ligando atque soluendo iuste ligentur ab eo, cuius nequit errare iudicium.

e *Et quatuor re.* BE. Quatuor euangeliorum libri, qui (sicut volubilis rota citissime currit qua ducitur) iubente domino per apostolos totum mundum impleuerunt in breui. Et sicut rota impositum sibi currum a terra subleuat, & quo auriga dirigit portat, ita electorum mentes a terrenis ad caelestia suspendunt, & ad perfectum operationis, vel mysterium praedicationis, qua spiritualis gratia adiuuare valuerit, ducunt qua subditur, quod tales erant rotae quales solent in carru fieri. legimus autem de sanctis, *Carrus Dei decem milibus multiplex, milia latantium, &c.*

marum, & super leones, & boues lora, quasi essent ibi alligata. in tabula vero superiori in quatuor locis contra quatuor angulos eius erant quatuor columnae breues pertingentes usque ad medium. luteris sustentantes eum, sicut solet fieri in baccinis magnis, & propter hoc illae columnae vocabantur humeruli. Igitur secundum istam imaginationem exponitur hic littera. Et fecit bases decem, quae erant omnino similes, & ideo habita descriptione vnus habetur descriptio omnium.

1 Quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, & cetera. Hoc patet ex dictis.

2 Et ipsum opus basium interrasile. id est, planum inter sculpturas, & dicitur interrasile, quasi inter sculpturas rasum, quia inter varias sculpturas erant aliqua spatia plana.

3 Et scilicet inter iunc. hoc est, in lateribus, quae iungebantur in angulis.

4 Et inter coronulas, & plectas. id est, circulos praedictos, qui dicuntur plectae a plicando.

5 Leones, & boues, & cherubim, & in iuncturis similiter de super. patet littera ex dictis.

6 Et quatuor rotae per bases singulas, in quatuor angulis basis

Tom. 2. AA 4 a parte

Sic ergo bases luterū doctores sunt, qui lauacrum vitæ ministrant, & rotæ quaternæ basium, quatuor euangelia, axes

Auditu auris audiuit te, nunc autem oculus meus videt te. Ideo post cubicum bonæ operationis, quæ in hac vita potest perfici in sanctis, cubitus incipit

rotarum, qui bases gestant, corda doctorum sunt, qui euangelicis assidue præceptis, eos ab inuis sustollunt, & velut immixtis rotis axes a terra basium altius subleuant.

Ibidem.

a *Humeruli. B. E. D. A.* Qui rotis antepositi ne ab axi dilabi possent obfistebant, præconia sunt prophetarum, quibus euangelica, & apostolica scriptura, ne cui legentium in dubium veniat, confirmatur. vnde, *Habemus firmiorem prophetarum sermonem, cui bene facitis attendentes, etc.* vnde

quod forinsecus.

1. Petri 1. d.

& Mar. ait, Initium Euangelii filii Dei, sicut scriptum est in Esaiâ propheta. & Matthæus, Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur scriptura prophetarum.

Mar. 1. a.

Marth. 26. f.

B

b *Contra. B. E. D.* Quia omnis scriptura prophetica sibi est cõsentanea, sicut vno spiritu cõdita. Quatuor autem fuere per bases singulas humeruli iuxta, scilicet numerum rotarum, non quod quatuor sint tantum libri prophetici, sed omnia, quæ locuti sunt prophetæ quatuor euangelij testimonium præbuere, vt ex p̄sensu vtriusque testamenti vna fides, & dilectio Christi nostra, omnium corda firmaret.

† subter. clausulas. † axes rotarum erant in basi.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

Iob. 1. b.

C

Nunquid cor siderasti seruum meum Iob, quod non sit similis ei in terra? Est vero alter cubitus diuinæ visionis, qui ex aliqua parte in hac vita fidelibus datur. vnde idem Iob deuictio aduersario ait

Auditu

quatuor rotæ per bases singulas, & axes ærei.

a Et per quatuor partes quasi humeruli sub-

a Ut ponarent illum.

b ter luterem fusiles, contra se inuicem respectantes. Os quoque luteris intrinsecus erat

a in capitis summitate, & quod forinsecus ap-

a parebat vnus cubitus erat, totum rotundum, pariterque habebat vnum cubitum, & dimidium. † In angulis autem columnarum varia cælaturæ erant, & † media inter columnia quadrata, non rotunda. Quatuor quoque rotæ, quæ † per quatuor angulos basis erant, † cohærebant sibi subter basim vna rota habebat altitudinis cubitum vnum, & semis. Tales autem rotæ erant, quales solent in curru fieri, & axes earum, & radij, & chanti, & modioli, omnia fusilia. Nam & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis vnus, ex ipsa basi fusiles, & coniuncti erant. In summitate autem basis erat quædam rotunditas vnus, & dimidij cubiti, † ita fabrefacta, vt luter deluper posset imponi, habens cælaturas suas, & sculpturas varias ex semetipsa. Sculpit quoque in tabulatis † illis,

Luter.

a Idem in lateribus basium.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

† & super verticem basis erant axes eius & clausuræ eius ex ea. Sculpit.

riorem, quæ sicut aliæ quadrata erat similiterque sculpta, & in summitate sui habebat rotunditatem vnus, & dimidij cubiti, in qua luter ponebatur.

In

NICOLAUS DE LYRA.

à parte exteriori.

1 Et per quatuor partes. tabulæ superioris.

2 Quasi Humeruli. scilicet, columnæ breues prædictæ ad sustentandum luterem.

3 Os quoque luteris intrinsecus. id est, orificium vasis impositi super basim.

4 Intrinsecus. scilicet recuruatum seu replicatum, scilicet, modo contrario mari eneo, quia labium maris enei erat replicatum exterius, vt supra dictum est.

5 Et quod forinsecus apparebat vnus cubiti. id est, apertura orificii.

6 Vnius cubiti erat. quia sicut dictum est, diameter illius rotunditatis erat vnus cubiti.

7 Pariterque habebat vnum cubitum, & dimidi. scilicet, in diametro fundi, vt prædictum est.

8 In angulis autem columnarum. id est, in angulis tabulæ superioris, qui terminabantur ad quatuor columnas existentes in quatuor angulis basis, in quibus columnis latera iungebantur.

9 Et media intercolumnia. id est, latera basis, quæ erant inter columnas prædictas.

Quadrata

10 Quadrata no. ro. quod patet ex prædictis.

11 Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant, in parte inferiori.

12 Cohærebant sibi subter basim. Quia duæ rotæ existentes hinc & inde iungebantur per axem transeuntem sub basi, sicut rotæ curuum.

13 Vna rota. & secundum hoc inaltabat basim per dimidij cubitum, & modicum plus.

14 Et axes earum. Axis est illud, quod infigitur in medio vtriusque rotæ.

15 Et radii. qui de medio rotæ recte procedunt ad circumferentiam.

16 Et cantibi, & modioli. id est, partes circūferentiæ, quæ sunt inter radios.

17 Et modioli. Modiolus est illud, quod est in medio rotæ, habens in medio foramen in quo ponitur axis.

18 Omnia fusilia. id est, per fusionem facta, & non per martellationem.

19 In summitate autem basis erat quædam rotunditas vnus, & dimidij cubiti, ita fabrefacta, vt luter desup. In ista erat foramen super prædictum, in quo ponebatur fundus luteris.

Fecit

a In hunc modum fecit decem bases, fusura, vna & mensura sculpturaque, &c. Beda. Quare decem bases sunt factae & totidē luteri suppositi, dictum est, supra. Quod vero vna erat mensura sculpturaque consimilis omnium basium vel luterū, non ea significatio factum est, quod aequalia possint esse omnium merita doctorum, sed quia eis est vna fides euangelij, qua infunduntur, vnum sacramentum baptisimi quo abluantur, vnus idemque spiritus quo omnes consecrantur, quantum habeat diuersas donationes in ipso spiritu, qui diuidit singulis prout vult.

b Quadraginta batos capiebat luter vnus, &c. Beda. Quadraginta magnam perfectionē significat, quia quater deni faciunt quadraginta, decem autē sunt praecepta quibus nostra omnis operatio praefixa est in lege Dei. Quatuor verō euangeliorum libri, in quibus per dispensationem dominicā incarnationis caelestis patrie nobis patefactus est introitus, & quia omnes qui ad mysterium baptisimi pertinent, cum fide & sacramentis euangelij fructum debent recte operationis ostendere, singuli luteri in quibus holocausta lauabantur, quadraginta batos capiebant.

c Eratque. Quod supradictum est: pariterque habebat vnum cubitum & dimidium, & vtrum ibi amplitudinem an altitudinē significaret, non adiecit: videtur quia secundum ipsius luteris huius esset amplitudinis, voluerit intelligi quod ex mensura basis in qua positus erat quisque luter, facillimē conijcitur quod ita describitur. In summitate autē basis erat quadā rotunditas vnus, & dimidij cubiti, ita fabrefacta, vel luter superimponi posset. Latitudo ergo fundi in luteribus vnus erat cubiti & dimi-

dimidij. Ipsa vero capacitas luterum quatuor habebat cubitos, sed vtrum in altitudine, an in amplitudine, an in utroque, dicat qui nouerit.

Beda. Propter quatuor euangelia in quibus forma baptisimi vel cardinales virtutes, quibus baptizati debent institui. Vel, propter quatuor mundi plagas quibus baptisma ministrant.

d Et constituit decem bases, quin-

que ad dexteram partem templi, &

quinque ad sinistram. Beda. Sed

dexteram partem templi & si-

nistram non intus in ipso tem-

plo, sed ante templum dicit ad

Orientelem plagam, scilicet

in atrio anteriori, quod sacerdo-

tum proprie vocabatur. Quin-

que autem posuit ad dexteram

partem templi propter Iudaeos,

qui sole iustitiae per doctrinam

legis antiquitus utebantur. Et

quinque ad sinistram propter

nos, qui caecos diutius corde

adharebamus ei qui ait: *Ponam*

sedem meam ad Aquilonem. q. d.

in illis cordibus requiescere desi-

dero, quae a luce veritatis & flamma diuinæ charitatis aliena esse considero.

e *Mare autem posuit ad dexteram partem templi, &c.* Beda. Et in hoc eodem atrio, positum est ad Orientem. Quod autem ait: *Ad dexteram partem templi.* hoc est quod repetit dicens, ad meridiem. Ingredientibus enim atrium ab Oriente primo diuertendum erat ad meridiem, vbi mare in ipso angulo itabat ad lauandum sacerdotibus paratum. Deinde progredientibus intro occurrebant luteri ad lauandas hostias ab utraque parte positi. Intra hos basis erat aenea, quinque cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis. In qua stans Salomon dedicabat templum. Deinde ultra progredientibus

NICOLAUS DE LYRA.

1 Fecit quoque decem luteri, &c. ad ponendum super decem bases descriptas.

2 Quadraginta batos capiebat luter, qui secundum praedicta faciunt. 37 sextarios dimidium.

3 Mare autem posuit ad dexteram partem templi contra Orientem ad meridiem. i. in parte Orientali atrij sacerdotum, quae erat ante templi ingressum, mare tamen non directe erat ante ingressum templi, sed declinabat ab eo versus meridiem. Cetera quae non sunt hic exposita, satis patent ex praedictis secundum istam expositionem. Sed quoniam luteri dicti ad hoc erant, ut lauarentur ibi hostiae crematae super altare, ut praedictum est, vas autem quod in superiori parte multo est strictius quam in medio, & in parte inferiori non est aptum ad hoc quod ibi aliquid lauetur, sed magis in superiori parte debet esse latius et apertum, ideo praedicta figura luteris non videtur rationabilis. Item vas cuius labium est recuruatum interius, non est aptum ad hoc quod ibi immersa extrahantur libere, quia illa recuruatio retinet ibi immersa, maxime quando orificium est restrictum, ut secundum istam opinionem dicitur. Item secundum praedictam figuram non videtur, quod posset tantum capere quantum hic dicitur, scilicet, xl. batos propter quod pono hic aliam expositionem secundum dicta Hebraeorum. Ad cuius intellectum sciendum, quod secundum eos altitudo rotae sub base erat vnus cubiti et dimidij, & altitudo basis super rotas, cubiti & dimidij, ita quod in tota altitudine erant tres cubiti, ut dicitur in litera. Corpus autem basis quadratum erat habens, 4. cubitos in longitudine, & 4. in latitudine, & vnum cubitum in altitudine, & desuper erat quadam eleuatio circularis in medio quadrati, interius concava habens dimidium cubitum in altitudine, & cubitum & medium in latitudine, & intra illum circulum ponebatur fundus luteris, sicut mulieres portantes urnas super capita sua faciunt vnum circulum de panno, in quo situatur fundus urnae, et ille circulus vocabatur os basis, quia intra ipsum recipiebatur fundus luteris, & procedendo in altum dilatabatur. Quanta esset illa dilatatio

& altitudo luteris non habetur ex scriptura, sed oportet dicere quod tanta esset, quod luter caperet quadraginta batos, ut dicitur in litera. Prope vero quatuor angulos superioris tabulae basis erant quatuor colūnae, vel potius pedes sustentantes luterem, propter quod humeruli dicebantur, secundum igitur istam imaginationem exponenda est litera. Et fecit decem bases, & cetera. exponatur sicut prius, usque ibi. Os quoque luteris. In Hebraeo non habetur luteris, sed sic habetur. Os quoque eius, &c. & secundum Hebraeos ly eius, non refertur ad luterem, sed ad basim, cuius os dicebatur circulus, intra quod ponebatur luteris fundus, ut dictum est. Intra secus erat, quia non erat in extremitatibus quadrati, sed in medio. In capitis summitate, & quod foris secus apparebat vnus cubiti, erat totum rotundum. In Hebraeo non habetur, capitis, sed pro tota ista litera sic habetur in Hebraeo. Et de super per vnum cubitum os eius rotundum. quia super altitudinē quae erat vnus cubiti, ut dictum est, erat circulus qui vocatur os, ut dictum est, habens dimidium cubitum in altitudine. Pariterque habebat vnum cubitum & dimidium, scilicet in latitudine, quia tantae quantitatis erat diameter illius circuli, ut fundus luteris possit ibi recipi. Cetera quae sequuntur exponantur sicut prius usque ibi. Nam & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis vnus ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant, quod sic intelligitur, quod non erant fusi per se, & postea appositi corpori basis, sed simul cum corpore ipsius basis, ita quod faciebant vnum corpus continuum. Et eodem modo dicunt Hebraei de rotis ipsius basis, quod erant fuae cum ea in vno corpore continuo, & ex hoc sequitur, quod non erant volubiles, nec basis per eas de loco ad locum poterat duci, sed erant ad decorem basis & ad in altandum eam a terra loco pedum. In summitate autem basis erat quadam rotunditas, id est, quadam circularis eleuatio, ut dictum est. Vnus cubiti & dimidij, scilicet, quantum ad diametrum ad ponendum ibi luteris fundum. Habens celaturas suas, variisque sculpturas in parte exteriori per circummunitum. Ex semetipsa quae illae sculpturae, non erant per se fuae, et postea ibi appositae, sed magis erant fuae simul cum basi, ut praedictum est. Cetera autem exponantur sicut prius.

Ad ca-


A gredientibus occurrebat altare holocausti contra meridiem atrij. Deinde porticus templi vel vestibulum, in quo erant columnae arce circa ostium templi. Quod ergo mare posuit ad dexteram partem in templi, significat nos per lauacrum baptismi ad caeleste regnum (quod per dexteram figurabatur) debere peruenire. Qui enim crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Vbi enim dextera simul & sinistra in bono accipiuntur, vel Iudaeam & Gentilitatem, sicut in basibus dictum est, vel presentem ecclesiae vitam & futuram, vel lata seculi, & tristitia, vel aliquid humiliter designat. Vbi verò absolute in bono ponitur dextera, aeterna saepe gaudia demonstrat.

Quia verò contra Orientem posuit mare, ad eandem propè significationem respicit, quia per lauacrum baptismi aperitur nobis splendor internae claritatis, quod ad meridianaum latus atrij, significat fideles per acceptionem spiritus ad flagrantiam verae charitatis accendi. Feruor enim meridiani solis in scripturis, significat arborem dilectionis, & illustrationem Spiritus sancti, per quam eadem dilectio diffunditur in cordibus nostris.

B Jordanis fudit ea rex in Beda. In quo dominus post baptismum est, eiusque tinctus undis aquarum nobis elementum in abluitionem peccatorum conuertit. Et quia omne fidelium baptismum, quo domino consecrantur in exemplum illius celebratur, quo ipse sanctificauit aquas, rectè in regione Iordanis vasa domus domini sunt facta. Non enim aliter vasa electorum & misericordiae efficiuntur, nisi ad baptismum.

autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem. Fecit ergo Hiram lebetes & scutras & amulas. Et perfecit omne opus regis Salomonis in templo domini. Columnas duas, & funiculos capite totum super capitella columnarum & retiacula duo, ut operirentur & duos funiculos qui erant super capita columnarum & mala granata quadringenta in duobus retiaculis. Duos versus malorum granatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erant super capita columnarum, & bases decem & lateres decem subter bases, & mare unum, & boues duodecim super mare, & lebetes, & scutras & amulas. Omnia vasa, quae fecit Hiram regi Salomoni in domo domini de aurichalco erant. In campestri regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra, inter Sochoth

FIGURA LUTERIS ET BASIS EIVS.



NICOLAUS DE LYRA.

Ad capiendum praedicta facilius ponitur figura luteris & basis eius secundum expositores communiter in columnis praed.

1 Fecit ergo Hiram lebetes, &c. Hic consequenter agitur de quibusdam alijs utensilibus ad Templum pertinentibus in diuersis officiis & hoc notatur cum dicitur. Fecit quoque Hirā lebetes, &c. id est. caldarias. Erant enim bi aliqua caldaria, ubi ponebantur cineres amoti de Altari holocaustorum, ut portarentur extra ciuitatem ad locum mundum, et aliqua ad decoquendum carnes aliquorum sacrificiorum, ut habetur supra primo lib. c. 2.

2 Et scutras, &c. Vasa sunt equalis amplitudinis in superiori & inferiori, ubi ponebantur carbones accepti de Altari holocaustorum, ut portarentur intra Templum ad cremandum thymiamia super Altare incensi.

3 Et amulas, &c. id est, fascinulas, ut dicunt aliqui, sed non videtur verum.

verum, quia sic diceretur de hamo, mas, & heret, b, in principio. Et in dicunt alii, quod sunt vasa vinaria ad modum ampullae facta, quibus effundebatur vinum libaminis super Altare holocausti.

4 Columnas duas, &c. de quibus diffusit supra dictum est.

5 Et funiculos capitellorum super capitella. id est, circulos cingentes capitella ad modum funiculorum. Cetera patenti ex supra dictis vsque ibi.

6 De aurichalco erant. quoddam genus metalli est simile auro in colore.

7 Fudit ea rex, &c. scilicet Salomō, quia fecit talia fieri, sicut & supra dictum est in principio huius ca. Domum suam aedificauit Salomō, &c. Vel potest referri ad Hirā, qui dicebatur rex artificium propter artis excellentiam.

8 In argillosa terra. quae est apta ad faciendum formas in quibus metalla funduntur.

Altare

a Fecitque Salomon omnia vasa in domo, & c. Beda. Superius dixit Hiram fecisse Salomoni omnia vasa, nunc scriptura subiungit eadem fecisse Salomonem. Salomon enim fecit dicendo, Hiram operando.

b Altare au. Beda. Corda perfectorum internæ charitatis & castitatis luce coruscant, quorum sublimitati significandæ etiam locus conuenit eiusdem altaris. Stabat ante ostium sancti sanctorum, vt in factura tabernaculi legitur, quia sancti neglectis temporalium cupiditatibus tota intentione celestia quarunt. In vicino oraculi sunt, non longe à velo quo templum & sancta sanctorum dirimuntur, quia corpore terram incolunt, mente conuersionem in cælis habent. Ab hoc altari ascendit fumus incensorum intra sancta sanctorum, vbi marca est recondita, cum orationes sanctorum flamma charitatis excitatæ ad cælum perueniunt, vbi Christus est in dextera Dei. Sed in hoc altari non sanguis hostiarum sed thymiama tantum inceditur, quia tales viri non habent opera carnis quæ in ara cordis domino mactent, sed solummodo lachrymarum & orationis ei vota pro desiderio regni celestis offerunt.

Beda. Altare thymiamae Moses fecit, habens cubitum longitudinis, alterum latitudinis, & duos in altitudine. Quam magnum autem fuerit quod Salomō fecit, scriptura nō dicit. Constat autē quia tantum non fuit, quantum illud holocausti, quia si viginti cubitorum in longitudine & latitudine factum esset, totam templi latitudinem impletet. Attamen angustius fuit quam Moisaicum, sicut cuncta alia quæ Salomō fecit. Quam tō igitur exterius erat altare holocausti quam incensi, quantum que genere oblationis ac vilitate metalli ignobilius, tantum quantitate mensuræ & hostiarum frequentia præstabat: Quia nimirum plures audire delectat: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quam, si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Altare holocausti illorum typum tenet, qui corpus & animam per ignem amoris dño consecrant. Perseuerantia horum in bona operatione per longitudinem altaris, amplitudo in charitate Dei & proximi, per latitudinem, spes in expectatione diuinæ visionis per altitudinem figuratur. Quinq; libri Moysi quatuor sunt euangelicæ libertatis: & cum ad intelligentiam atque custodiam legis spiritualem illustrante euangelij gratia peruenimus, quater quinos proficimus qui numerus fit in longitudine & latitudine, cum electi docente vtroque testamento, & perseuerantiam boni operis & hilaritatem seruant dilectionis. Idem altare decem cubitis erat altum, electorum vitam perpetuam denario significans. Vnde qui in vinea magni patrisfamilias laborant, denario remunerantur.

c Mensam. Beda. Scriptura spirituali intelligentia clara. de qua: Parasiti in conspectu meo mensam. Panes propositionis, sancti doctores, quorum opera nobis vel verba ad exemplum proposita in diuinis paginis qui bene querit, inuenit. Vnde iude panes in Exodo. 12. fieri præcepti sunt propter apostolos. 12. p. quos scriptura noui testamenti est condita, & veteris reuelata mysteria. Quorum numero omnes doctores signantur, quia ipsam doctrinæ formam quam à dño apostoli acceperunt, sequuntur. In verbis dierum legimus, quod fecit Salomon mensas decem in templo, quinque à sinistris, & quinque à dextris, quas ad vasa dñi portanda factas esse sciendum est, scilicet phialas quas pariter factas scriptura refert, & thymiamae, in quibus thymiama adolebatur, &c. Quod paulo post in

in eodem volumine subinfertur: Fecit Salomon mensas, & super eas panes propositionis, vel plurale pro singulari posuit more scripturæ: vel certe panes nouiter conditi illis mensis imponebantur, vbi nocte illa seruarentur operati, donec primo mane ablati veteribus super mensam propositionis ponerentur calidi.

Mensa decem à figura vnus non discrepant. Nam sicut vna mensa duodecim partibus onusta, vnanimiter scripturæ qua pacemur, concordiam autoritate apostolica munitam designat, ita decem mensæ legis & prophetarum eloquia denuntiant, quæ nobis fidelium exempla quasi propositum in se vasorum domini claritatem & miracula proponunt. Mensæ sunt bis quinæ. Quinæ, quia lex tam quinque libros quam quinque ætates seculi complectitur, bis: quia post incarnationem domini vtrique populo, Iudæo scilicet & Gentili committitur, & quia plena figuris ostenditur quæ quondam iuxta literam intelligenda putabatur.

Beda. Sicut mensæ in typo scripturæ ponuntur, quia panem verbi ministrant & vasa ferunt ministerij, id est, iustorum nobis actus in exemplum proponunt: ita per candelabra eadem figuratur, quia lucem sapientiæ errantibus profert. Vnde Salomon: Mandatum lucerna est, & lex lux. Quod candelabra quinque à dextris, quinque à sinistris, idem est quod supra de mensis. Oraculum vbi erat arca, aditus patriæ celestis, vbi Christus in dextera Dei sedens paternorum vtrique consocius arcantorū. Candelabra contra oraculum, quia eloquia Dei ad habitationem supernæ ciuitatis aspectant, vt ad eam promerendam nos accendant. Lucernæ sunt viri sancti qui oleo spiritus sancti infusi, & ipsi igne dilectionis ardent in corde, & proximis lucem scientiæ præferunt in ligna. Candelabra quæ lucernas in sublime tollunt, sacra scriptura est, quæ sanctorum virtutes & doctrinam sua lectione demonstrat. vnde de Ioanne dicit: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Aut ita lucernæ diuina sunt eloquia. vnde: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Candelabra lucernarum sancti sunt, qui corda & corpora ferendis dñi mandatis supponunt. Quisquis enim in nullo propria sequi curat voluntatem, verum quæ scriptura dicat attendit, eiusque se subijcere mandatis satagit & auscultare promissis, quasi candelabrum aureum aureas gestat lucernas: & hoc tam fixa intentione, quam firmiter candelabrum ad superna erectum impolitas sibi lucernas absque motione seruat. Flores lilij amicitiam semper virentes terre viuentium designant. Bene hi flores in candelabro sunt: quia scriptura spreto terrenis ad appetenda celestia prouocare consuevit, & quo erectum candelabrum lucernas habet in capite & lilij flores, ita electi qui in scriptura continentur erecto ad superna sensu bona celestia a domino querunt & percipiunt.

d Quasi lili. Beda. Hoc videtur dicere, quia suprema pars candelabrorum in modum repandi lilij erat deformata.

e Lucernas de au. Per quod continetur id quod continet. i. vascula aurea in quibus oleum lucebat, designatur.

f Forcipes. Beda. id est, emunctoria quibus emungebantur lychni, vt reparati melius lucerent.

g Hydrias. Hydrie præcordia sanctorum signant, aqua sapientiæ & vino compunctionis repleta.

h Fuscinas. Fuscinae quibus carnes preparantur predicatorum, qui suis auditoribus cibum intelligentiæ ministrant: quorum officium est corpus & sanguinem credentibus distribuere, infidelibus abnegare.

Domus

† sup. eod. g.

† 33. q. 2. c. gloria.

E

† psalteria.

F

Ibi. cap. 24.

Prou. 6. c.

Ioan. 5. f. P. al. 118. a.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Altare aureum. id est, altare incensi, quod erat intra templum.
- 2 Et mensam super quam ponerentur panes, &c. de quorum forma & dispositione, & situ dictum fuit. Exod. 25. & 30.
- 3 Et candelabra. ista erant facta ad modum candelabri quod fecit Moyses, cuius forma fuit descripta Exod. 25.
- 4 Et forcipes aureos. ad rescindendum partem lychnorum combustam.

combustam.

5 Et hydrie in quibus erat oleum pro lucernis.

6 Et fuscinae. ad extrahendum de lucernis si ibi aliquid immunditie de lychnis combustis cecidisset.

7 Et phi. ad ponendum unguentum pro unctione regum & pontificum & vasorum quæ erant applicanda ad cultum diuinum.

8 Et mortaria. ad terendam speciem & ralicis, vnde fiebant talia unguenta.

* Et

A *Domus interioris.* Bed. Ostia domus interioris angelica sunt ministeria, quae nobis de corpore egressis introitum vitae celestis referant. Ostia domus, id est doctores sunt & sacerdotes, qui instruendo, baptizando, dñici corporis & sanguinis mysteria communicando, prima nobis ecclesie praesentis lumina praedant. Cardines utrorumque ostiorum sensus & corda sunt angelorum & sanctorum, quibus immobiliter contemplationi & dilectioni conditoris adherent, ut eorum ministerium sibi delegatum recte compleant, quod a voluntate domini nunquam oculos auerunt. Aperuntur enim & clauduntur ostia, sed cardinem non deserunt, quia angeli & sancti siue in hac vita fidei, siue in illa speciei fideles & electos suscipiunt, semper animum in radice internae dilectionis fixum tenent. Unde bene ex auro cardines facti sunt, propter fidem vel meritum propriae claritatis, vel quam habent in Deum charitatis.

B *Perfecit omne opus.* Be. Dñi status seculi geritur, facit quidem opus domus domini, sed dñi perficit: quia corda electorum dñs ut bona operentur, inspirat & adiuvat: nullum tñ in hac vita commorantem absque peccato esse tribuit. Nanque hoc futurę beatitudinis reservat. Perficit verò omne opus templi

pli Salomonis, & dedicationi aurum reddit cum nosse pacificus in die novissima electos resurrectionis immortalitate glorificat, & aeternum perducit ad regnum. Unde templum septem annis aedificatum, octavo autem perfectum ac dedicatum est. Cui tempore convenit quod sequitur.

C *Et intulit quae sanctificauerat.* Sanctificauerat David pater Salomonis argentum, cum Deus pater eloquentes gratia sui spiritus ad loquendum verbum Dei confortat. Sanctificat aurum, cum naturali ingenio praeditos ad intelligendam legem illuminat. Sanctificat etiam vasa, cum omnibus ecclesiae filiis spiritus sancti gratiam largitur. Haec sanctificata Salomon infert in templum, cum dominus peracto iudicio doctorum & ceterorum fidelium cetum in gaudium celestis regni introducit.

D *Reposuitque in thesau. dom. domini.* quia Deos suos abscondit in abdito vultus sui a conturbatione hominum. Multi sunt thesauri in vna domo dñi, quia in vna ecclesia sancti meritis distant. *Et vna est patria celestis, quae vni in ea stella a stella differat in claritate.* Quod verumque distributor praemiorum demonstravit, cum ait: *In domo patris mei mansion. mult. sunt.*

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et thuribu. in quibus crepab. intur thymiamata.
- 2 Et cardines ostiorum. de quibus ostiis supra dictum est ca. 6. Illa enim

enim pars templi dicebatur sanctum sanctorum: & ideo cardines ostiorum eius erant de pretiosiori materia, quam ostiorum domus exterioris. Cetera pateat.

CAP. VIII.

CAP. VIII.

A *Vae congregati sunt omnes.* Iosephus. Cum haec opera & magnitudinis & decoris aedificiorum rex Salomon septem annis expleisset, dititiam magnam faciens & velocitatis ostensionem: scripsit principibus & Hebraeorum senioribus, iubens omnem populum ad Hierosolimam conuenire, visurum simul & templum, & Dei arcam ibidem portaturum.



Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israel ad regem Salomonem in Ierusalem, ut deferrent arcam foederis domini de ciuitate David, id est de Sion. Conuenitque ad regem Salomonem uniuersus Israel in

phanis) tantum hostias immolabant. Hinc Christiani usque ad vestra tempora, a Deo institutas, quas subvertere queritis, Ecclesias habebant, &c. Videte Deum templi sui fabricam erigentem: erectam sanctificantem: prophetas dituta restaurantes: restaurata consecrantes: Christi celesti verbo & miraculis templum honorantem: & negotiatores de illo verbis & verbis eliminantem: domum Dei, domum patris sui, domum orationis esse dicentem. Nolite

C Vix autem conuenit septimo mense, quo tempore etiam festiuitas concurrebat scenophegia, id est, positionis tabernaculorum, quae satis apud Hebraeos excelsa atque praecipua est.

ergo ultra destruere, quod Deum aedificare cernitis: nolite prophanare quod eum dedicare videtis: nolite contemnere quod eum honorare conspicitis. Intelligite Deum Christianorum, Deum fuisse Iudaeorum: qui sicut tunc sine templo esse noluit, ita nunc sine Ecclesijs esse non vult, &c. Ad illud templum Iudaei omnes, multique gentium, magni reges, & prophetae, vel iussas hostias, vel vota propria, oblaturi veniebant. Ad hoc se ascensurum post aegritudinem, & Solis retrocessionem, per Isaiam Ezechias in signum accepit. Hoc a rege Chaldaeorum destructum, principes Zorobabel & Salathiel, sacerdotes Esdras & Iesus, prophetae Aggeus & Zacharias repararunt: tursumque ab Antiocho prophanatum, Machabaei sanctificauerunt. In hoc Christus puer oblatum, quid reuerentiae factis locis debeatur, prius exemplo docuit quam verbo. Quoties in pascha, in scenophegia, in encenijs, Hierosolimam veniens in templum ascendit? &c.

A *Ambro.* Hoc unum templum fuit in toto mundo venerabilius, ad quod homines undique confluerebant, sicut in Actibus Apostolorum legitur die sancto Pentecostes, constituisse ex diuersis partibus mundi, & caeleste audisse miraculum & vidisse. Sed huic templo totum opposuit caelum Paulus, &c.

A *August.* Quia ergo Salomon templum aedificauit Deo, ostendit se colere Deum. Et unde aedificauit? De lignis & lapidibus, quia dignatus est Deus facere sibi per seruum suum domum in terra, ubi rogaretur, ubi moraretur.

A *Petrus venerabilis.* Pudeat vos (hereticos alloquitur) stultissimi, erroris quem nec Iudaeus, nec Paganus, nec Christianus inuenire potuit. Vult enim omnis religio locum, ubi sacra sua venerari, & ubi familiarius institutis suis valeat deferuire. Hinc Iudaei in templo Dei, hinc pagani in phanis (licet prophanis)

NICOLAUS DE LYRA. CAP. VIII.

Tunc congregati sunt omnes maiores. Hic consequenter describitur templi dedicatio. & primo ponitur introductio arcae. secundo, signum diuinae praesentiae. ibi: Factum est autem. tertio, Salomonis oratio. ibi: Stetit

Stetit autem Salomon. quarto populi benedictio & licentia. ibi, factum est autem. Circa primum dicitur.

- 1 Tunc congregati. ut cum debita solemnitate dedicaretur templum, & deferretur ibi arca domini: id est subiret.
- 2 Ut de. &c. De ciuitate David. ubi adducta fuerat de domo Obededom. ut habetur supra 2. lib. 6. cap.

* Mense

MORALITER.

1 *Tunc congregati.* Hic agitur de portatione arcae testamenti ad locum sibi paratum in templum intra sanctum sanctorum, per quod significat caelum empyreum, qui est locus beatorum, sicut dictum fuit Exod. 25. Dictum etiam fuit ibidem quod per arcam

arcam figurata fuit beata virgo Maria, propter quod per hanc arcam deportationem figurata fuit huius virginis assumptio. Per maiores natu, duces, & principes, qui congregati fuerunt ad Salomonem in arce deportationem, signantur angeli & diuersis ordinibus cum Christo venientes ad beatam virginis veneratorem in eius assumptione

C A P. VIII.

IN *sanct.* Be. Domus templi exterior peregrinantiem ecclesiam, sancta sanctorum supernae patriae celestis felicitatem designat. Illata in sancta sanctorum arca assumpta Christi humanitate

intra velum regiae celestis inductam.

Subter al. Bed. Moses fecit duos cherubim aureos, quos posuit in propitiatorio quod erat super arcam. Salomō addidit duos maiores, sub quorum alis arcam nūc dicitur posuisse cū propitiatorio & duobus cherubim prioribus.

Cumque. Bed.

Hoc manifestius in Para. *Veſtes*, inquit, quibus portabant arcam, quia paululum longiores erant, capita patebant ante oraculum. Si verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Vbi notandum, quia effi

veſtium capita diligentius intuentibus patebant ante oraculum, non tñ fieri poterat, ut ipsa capita ante oraculum emerent: quia necesse erat ut clauſo oraculo & appoſo ante ostia velo, ipsi quoque veſtes cum arca adducerentur interiorius quod fieri non poterat, si prominentes vltra ostium veſtes producendis ad claudendum ostijs locum non darent.

Qui & fu. In Par. dicitur. *Fuit itaque arca ibi vsque ad presentem diem.* quod ab historiographo additum est, significante vsque ad tempora ætatis suæ eam ibi parmanſiſſe, quod non de Esdra potest intelligi: quia iam erat incensum templum, sed de Nathan vel aliquo prophetarum, à quibus omnia gesta suorum temporum scripta esse creduntur.

In arca. Ra. Erat in arca vrna aurea habens manna, quia in homine Christo habitat ois plenitudo diuinitatis corporaliter. Erat virga Aaron, quæ excisa denuo floruerat: quia potestas

mensis † ethanim in solenni die, ipse est mensis septimus. Veneruntque cuncti senes de Israel, & tulerunt sacerdotes arcam, & portauerunt arcam domini, & tabernaculum foederis, & omnia vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo, & ferebant ea sacerdotes & Leuitæ. Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israel quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oues & boues, absque æstimatione & numero. Et intulerunt sacerdotes arcam foederis domini in locum suum in oraculum templi, in sanctum sanctorum subter alas cherubim. Siquidem cherubim expandebant alas super locum arcæ, & protegebant arcam & veſtes eius desuper. Cumque emerent veſtes & apparerent summitates eorum foris sanctuarij ante oraculum, & non apparebant vltra extrinsecus.

Qui & fuerunt ibi vsque in presentem diem. In arca autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit dominus foedus cum filiis Israel, cum egrederentur de terra Ægypti. Factum est autem cum exissent sacerdotes de sanctuario nebula impleuit domum domini, & non poterant sacerdotes stare, & mi-

ſtas iudicandi penes eū est, cuius iudiciū in humilitate passionis videbatur esse sublatū. Erant etiam tabulæ restamēti: quia in illo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Adhærebant enim veſtes quibus portabat, quia doctores qui laborant verbo, nunc præſenti viſione gaudēt gloriæ Christi.

Vnde Paulus: *Cum pio dissolui & esse cum Christo.* Apparebant summitates veſtium

foris ante oraculū non semper, sed cū ostia oraculi aperi-ri contingeret, neque omnibus, sed his solum qui propitiis accedentes, attentius interiora fatagebāt intueri. Veſtes sunt conditi in oraculo, quia electi qui præcesserunt nunc sunt in abscondito vultus Dei, Quorū tamen summitates veſtium aperto oraculo his qui appropiant viſuntur, cum perfectioribus oculis fordis purificatis, Dei gratia aliquid extremū de supernorum gaudio cōtemplandum donauerit: quia his qui paulò longius recesserunt, i. mente

exterioribus, contemplatio minimè conceditur. Ipsa arca qualis & quomodo esset posita, solis eis qui oraculū intrassent, videre licebat: quia soli supernæ patriæ ciues gloriæ ibi redemptoris plenè contemplantur.

f Nebula impleuit domum dñi, & non poterant. Rab. id est, synagogā impleuit, quia eorū mētes infidelitatis caligo repleuit, & sacerdotes pp nebulam ministrare non poterant, quia dū mysticos sēſus literæ velamine coopertos, & natiuitatis Xpi sacramenta inuestigare despiciunt: debitum fidei suæ ministerium per nebulam erroris perdidērūt, ita ut exigentibus meritis non agnoscant cultum credulitatis, quibus in nebula doctrinæ suæ dominus de se etiam aperta narrauit. Sed quia auditorum mentes infidelitatis caligo impleuerat, quia si emissum tolis radium nebula interiacens abscondebatur.

Imple

NICOLAUS DE LYRA.

1 Mense Ethanim, &c. Iste est mensis septimus, qui apud Hebræos erat quasi totus festiuus, sicut dictum fuit *Leu. 23.* tamen festiuitas principalis erat festum expiationis, quod celebrabatur decima die illius mensis.

2 Et portauerunt arcam domini & tabernaculum. quod fecit Moyses, quia illud tabernaculum fuit repositum cum aliis sacris in thesauris domus domini. Aliqui autē libri habent: Et portauerunt arcam domini ad tabernaculum foederis, quia per imperitiā aliquorum correctorum positum est ad pro, &c. Non enim arca tunc fuit portata ad tabernaculū foederis, sed intra templum quod fecerat Salomon.

3 Et im. &c. Hyperbole est, ad denotandum multitudinem hostiarū.

4 Subter al. Loquitur de illis cherubim quos fecit Salomon, habebant enim decem cubitos altitudinis, & in medio domus sub alis eorum se contingebat arca posita, sicut dictum fuit. *suprà c. 6.*

5 Cumque e. Dicit Ra. Sa. q. veſtes transibant per latitudinem arca, ita quod longitudo arca erat inter veſtes, sicut dictum fuit *Exod. 25.* & sic capita veſtium erant contra cortinam pendente in ingressu sanctuarii, & aliquantulum eā impellebant: & sic apparebāt ibi sicut in mamilla mulieris sub veste sua, & ad hoc inducit illud *Can. 1 d.* Inter vbera mea commorabitur. Et pp hoc subditur: Non apparebant vltra extrinsecus, quia dicta cortina erat intermedia, & sic nō apparebāt corpora veſtium, sed tantum figura, sicut videt manus per

per chirothecā. Doctores autem nostri aliter exponunt, dicentes quod licet veſtes possent videri ab illis, qui erant prope ostium sancti sancto rum, non tamen ab illis qui erant longius. Et hoc videtur rationabilis diſſum: quia in templo Salomonis non solum erat cortina media inter sanctum & sanctum sanctorum, sed paries, qui non poterat veſtibus sic impelli, ut eorum capita exteriorius apparerent.

6 In arca autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ. Cōtrarium videt dicere Apostolus ad *Heb. 9. a.* scilicet quod ibi cum tabulis erat virga Aaron, & vrna aurea habens manna. Ad hoc dicitur dupliciter. Vno modo, q. sole tabulæ erant ibi principaliter: quia ad hoc solum fuit arca facta, alia verò duo occasionaliter, scilicet virga ad re-pressionem rebellionis de sacerdotio, & vrna aurea ad memoriam cibi dati de celo. Alio modo, quod virga & vrna aurea non erant intra arcam, sed extra in serinio ad hoc facta & in latere arca posita sicut dictum fuit de libro in quo Moyses legem scripserat *Deut. 31.*

7 Factum est autem, cum exissent sacerdotes de sanctuario. Hic consequenter ostenditur signum diuinæ presentie, cum dicitur.

8 Nebula impleuit. Quæ erat signum diuinæ presentie, quia dominus frequenter legitur apparuisse Moysi in nube.

9 Et non poterant. propter reuerentiā diuinæ presentie se elongantes. Dicunt autē hic aliqui, q. nebula ista non erat obscura, sed lucida: sicut nubes quæ apparuit in tra isfiguratione domini *Mat. 17.* & ideo sacerdotes non poterant ministrare, propter excessum claritatis, & quam

MORALITER.

ptione. Hier. in sermone. Legimus quā sepe ad exequias & funera quorūlibet sanctorū angelos aduenisse & exequiis eorū obsequia præstitisse, nec non & eorū animas ad celum cū hymnis & canticis derulisse. Sequitur: Et quantò magis credendum est hodierna die militiam angelorū cū suis agminibus

nibus obuiam aduenisse genitrici Dei, eamque ingenti lumine circumfulſisse, & vsque ad thronum olim ante mundi constitutionem sibi paratum, cum laudibus & canticis perduxisse. Sequitur ibidem: Nec immeritò creditur, quod ipse saluator omnium per se totus festinus occurrit, eamque se cum in throno collocavit.

† Stetit

A Impluerat enim gloria, &c.

† 1. Par. 6. a. Lib. 8. cap. 4.

¶ Iosephus. Cūque omnia circa arcam sacerdotes constituisent, egressi sunt, & repente non quidem tumens, neque qualis hiemali tempore umbra plena solet nubes assistere, sed diffusa & temperata effluxit, & templum omnine compleuit, & facies quidem sacerdotum obumbravit, ita ut se invicem videre non possent. Mentibus autem omnium phantasia quamdam & opinionem praebebat, quasi Deus descendisset in templum, et libenter habitaret in eo.

† manibus suis ille potentia sua.

† 1. q. 7. cap. 3.

B tem omnium phantasia quamdam & opinionem praebebat, quasi Deus descendisset in templum, et libenter habitaret in eo.

Quaestio 26. Art. 17.

¶ Theodor. Si Deus in templis manu factis non habitat, quomodo inhabitat in templo Hierosolymis? Non verè in illo habitabat, sed typicè. Typus enim erat & symbolum praecleari templi hominum, qui est solus aptissimus dei habitaculum.

† 2. Reg. 7. b. supra 2. a.

† quanto minus.

† clamorem.

† Den. 12. b.

† propitius eris, vel parces.

C Ore locutus es, & manibus perfecisti, ut haec, &c. Theodor.

nistrare propter nebulam. Impluerat enim gloria domini domum domini. Tunc ait Salomon: † Dominus dixit, ut habitaret in nebula. Aedificans aedificavi domum in habitaculum tuum, † firmissimum solum tuum in sempiternum. Conuertitque rex faciem suam & benedixit omni ecclesiae Israel, Omnis enim ecclesia Israel stabat. Et ait Salomon:

† Id est statuit.

Benedictus dominus Deus Israel, qui locutus est ore suo ad David patrem meum, & in † manibus eius perfecit, dicens: A die qua eduxi populum meum Israel de Aegypto, non elegi civitatem de vniuersis tribubus Israel, ut aedificaretur domus, & esset nomen meum ibi, sed elegi David ut esset super populum meum Israel. Voluitque David pater meus aedificare domum nomini domini Dei Israel, & ait dominus ad David patrem meum: Quod cogitasti in corde tuo aedificare domum nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente tractans. Veruntamen tu non aedificabis mihi domum: sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse aedificabit domum nomini meo. Confirmavit dominus sermonem suum, quem locutus est. Stetitque pro David patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est dominus, & aedificavi domum nomini domini Dei Israel, & constitui ibi locum

† Per prophetas.

† Id est tabulae testamenti.

arcae in qua foedus domini est: quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Aegypti. Stetit autem Salomon ante altare domini in conspectu ecclesiae Israel: & expandit manus suas in caelum, & ait: Domine Deus Israel non est similis tui Deus in caelo desuper, & super terram deorsum, qui custodis pactum & misericordiam seruis tuis qui ambulat coram te in toto corde tuo, qui custodisti seruo tuo David patri meo, quae locutus es ei. Ore locutus es, & manibus perfecisti, ut haec dies probat. Nunc igitur domine Deus Israel, conserva famulo tuo David patri meo quae locutus es ei, dicens: † Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamen si custodierint filij tui viam suam, ut ambulent coram me, sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc domine Deus Israel, firmentur verba tua, quae locutus es seruo tuo David patri meo. Ergo ne putandum est, quod verè deus habitat super terram? Si enim caelum & caeli caelorum te capere non possunt, † quanto magis domus haec quam aedificavi tibi? Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius, domine Deus meus. Audi † hymnum & orationem, quam seruus tuus orat coram te hodie, ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte, ac die, super domum de qua dixisti; † erit nomen meum ibi, ut exaudias orationem quam seruus tuus orat ad te in loco isto, ut exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel, † quodcumque orauerit in loco isto, &

† Flexio genibus.

† Propter hoc quod indigeas, quia non indiges.

ficaret, sed filius eius. Cetera patent in litera. 4 Stetit a. Hic consequenter ponitur oratio Salomonis continens septem petitiones. Prima respicit bonum statum regni David. praesentiam tamen ipsius Salomonis deuota dispositio, cum dicitur: Stetit au. &c. scilicet holocaustorum, quia ad altare inuensi soli sacerdotes intrabant. 5 Et expan. Per hoc designans, quod omne bonum a Deo est expectandum. secundò regatur Salomon de praeterito beneficio, cum dicitur: Domine Deus & subditur: Qui cust. tertio ponitur de futuris petitio cum dicitur: Nunc igitur, &c. 6 Firmentur. Per hoc non designatur in Deo mutabilitas aliqua sed, in hominibus quibus promissa sunt diuina beneficia sub conditione, quod bene debeant se habere. Est igitur sensus: Firmentur. id est da mihi & alijs posteris David stabilitatem mentis in bono, ita quod non fraudemur promisso tuo. 7 Ergo ne. Per hoc enim excludit errorem illorum qui putauerunt Deum habere formam corporalem. 8 Sed re. q. d. ista domus non est aedificata, ut ibi habitet, sicut homo in domo sua, sed ut preces ibi factae sint magis exaudibiles quam alibi propter exercitium cultus diuini. 9 Ut sint o. Oculi tui. pietatis & misericordiae. 10 De qua. hoc dixit Dent. 12.

* Theodor. Per linguam profertimus, per manus autem operamur. Humano ergo more utens verbis, dixit: ijs quae dixit, finem imposuisti.

c. Ut exaudias orationem quam seruis tuis, &c.

* Procop. Manifestè his omnibus ostendit Deum, in singulis rebus vnum quemque non ex domo quae super terram est, sed ex caelo exaudire: & confitetur se non ipsi Deo, sed nomini ipsius templum aedificasse. Nouerat enim ipsum immensum esse & omnia implere. Dicit enim calum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum.

* Chrysostomus. Veruntamen templum tam pulchrum, & mirabile, & sanctum, utentibus ipso perditis, tanta ignominia habitum est, sicque contemptum & prophanum redditum, ut ante contemptum speculunca vocaretur latronum.

Not.

NICOLAUS DE LYRA.

* quae non poterat suslinere. Sed hoc non consonat textui sequenti, ubi dicitur: Dominus dixit ut habitaret in nebula. in Hebr. eo habet; In caligine. Unde & 2. Paralipo. 6. a. dicit: Dominus pollicitus est, ut habitaret in caligine. Nisi dicat quod ista nebula in parte erat caliginosa, utpote exterius, & in parte lucida, sicut dicit de nube existente inter Aegyptios & filios Israel, Exod. 14. c. Et erat nubes te nebrosa & illuminans nocte, tenebrosa Aegyptiis, & illuminans nocte Hebraeis, sicut plenius dictum fuit ibidem. & hoc videtur concordare ei, quod dicitur. 2. Par. 7. a. Sed & omnes filij Israel videbant descendentem ignem & gloriam domini super domum.

1 Dominus dixit. Dicitur aliqui, quod non inuenitur hoc dictum a Deo verbo, sed factum: quia pluries legitur apparuisse in nube, ut praedictum est. Potest etiam dici, quod inuenitur dictum verbo domini Leu. 17. d. Dixit dominus, in nube apparebo super oraculum. Consequenter ponitur gratiarum actio Salomonis, eo quod videbat per signum diuinae praesentiae, quod domus ab eo aedificata, erat Deo accepta. ideo subditur.

2 Et ait. & patet litera usque ibi.

3 Et a. Ex hoc patet, quod non oportet voluntatem humanam semper conformari diuinae in voluto. David enim voluit aedificare templum domino, & hoc commendatur a Deo, & tamen Deus volebat quod ipse aedificaret,

ficaret, sed filius eius. Cetera patent in litera.

4 Stetit a. Hic consequenter ponitur oratio Salomonis continens septem petitiones. Prima respicit bonum statum regni David. praesentiam tamen ipsius Salomonis deuota dispositio, cum dicitur: Stetit au. &c. scilicet holocaustorum, quia ad altare inuensi soli sacerdotes intrabant.

5 Et expan. Per hoc designans, quod omne bonum a Deo est expectandum. secundò regatur Salomon de praeterito beneficio, cum dicitur: Domine Deus & subditur: Qui cust. tertio ponitur de futuris petitio cum dicitur: Nunc igitur, &c.

6 Firmentur. Per hoc non designatur in Deo mutabilitas aliqua sed, in hominibus quibus promissa sunt diuina beneficia sub conditione, quod bene debeant se habere. Est igitur sensus: Firmentur. id est da mihi & alijs posteris David stabilitatem mentis in bono, ita quod non fraudemur promisso tuo.

7 Ergo ne. Per hoc enim excludit errorem illorum qui putauerunt Deum habere formam corporalem.

8 Sed re. q. d. ista domus non est aedificata, ut ibi habitet, sicut homo in domo sua, sed ut preces ibi factae sint magis exaudibiles quam alibi propter exercitium cultus diuini.

9 Ut sint o. Oculi tui. pietatis & misericordiae.

10 De qua. hoc dixit Dent. 12.

* S

MORALITER.

† 4 Stetit autem. Per orationes autem Salomonis hic diffusè positas,

positas, signantur orationes hominis Christi, quas pro suis fidelibus in vita praesenti adhuc degentibus offert Deo patri

Non est. n. ho-
mo qui non pecca-
t. Tert. Saul
bonus p̄ccatore-
ris, liore fo-
stea euertitur.
David vir. bo-
nus. Secundum
cor Domini, po-
stea cedis & tu
prius est. Sa-
lomō omni gra-
tia & sapientia
donatus à Do-
mino, ad idolo-
latrīam à mulie-
ribus inducitur.
Soli enim Dei
filio seruabatur
sine delicto per
manere.

Hierony.
Absque vitio
quod Græcè di-
citur *μαρία*, ho-
minē posse esse
aio: *ἀναμάρτων*,
id est, sine pec-
cato esse nego.
Id enim soli
Deo competit:
omnis autem
creatura pecca-
to subiacet &
indiget miseri-
cordia Dei.

Idem. Sine
peccato esse pe-
petuū, diuinæ
solus est pote-
statis. Tunc iu-
sti sumus, quan-
do nos peccato
res fatemur: &
iustitia nostra
non ex proprio
merito, sed ex
Dei cōsistit mi-
sericordia. Di-
cente scriptura
*Iustus accusator
sui*

exaudies in loco habitaculi tui in cœlo: & cum exaudieris, propitius eris. † Si peccauerit homo in proximum suum, & † habuerit aliquod iuramentum quo teneatur astrictus, & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cœlo, & facies, & iudicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput eius, iustificansque iustum, & retribuens ei secundum iustitiam suam. † Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi) & † agentes † pœnitentiam, & confitentes nomini tuo, venerint, & adorauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cœlum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata seruorum tuorum, & populi tui Israel, & † ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da pluuiam super terram quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut † corruptus aer, aut erugo, aut locusta, † vel rubigo, & afflixerit eum, & inimicus eius portas obsidens, omnis plaga, vniuersa infirmitas, cuncta deuotio & imprecatio, quæ accidit omni homini de populo tuo Israel. Si quis cognouerit plagam cordis suis, & expandit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo, in loco habitationis tuæ, & † repropitiaberis, & facies vt des vnicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor eius († quia tu nosti solus cor omnium hominum) vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena qui nō est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum: audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique: cum venerit ergo & orauerit in loco hoc, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena, vt dilecti vniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificauī. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos per viam, quocumque miseris eos, orabunt te contra viam ciuitatis quam elegisti, & contra domum quam ædificauī nomini tuo, & exaudies in cœlo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorū. Quod si peccauerint tibi († Non est enim homo qui nō peccet) & iratus tradi-

est in principio ser-
uanti. Et in a-
lio loco. *Dicta
peccata sua, vt in-
stificeris.* Con-
cludit Deus om-
nia sub pecca-
to, vt omnibus
miseretur.

Josephus.
Salomon iterū
prostratus i ter-
ra, & diutius
adorans Deum,
tandem surre-
xit & in templo
obtulit hostias
& complens tē-
plū sacrificiis,
manifeste Deū
vidit sacrificia
grata suscipien-
tem. Ignis en-
im ex aere de-
scendens, om-
nibus videnti-
bus, ad altare,
hostias totas a-
bripuit & con-
fusus. Hac
igitur apparitio-
ne monstrata,
populus qui-
dem manifeste
habitationis in
templo, con-
ijciens proci-
dens adorauit
in terra.

† conuersi fue-
runt ad te.
† confessi fue-
runt.

† vel doce.

E
† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

† parces.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Si pecca.* Hic ponitur secunda petitio. & respicit fidelitatem viri cum proximo suo. in pluribus enim casibus determinabatur contentio aliquorum per iuramentum, vt pote in deposito furto sublato, quando non inueniebatur: tunc depositarius erat liber iurando quod non fecisset fraudem proximo, vt habetur Exod. 22. In tali casu consimilibus adducebatur aliquis ad iurandum ante templum, & si periurabat, frequenter sequebatur vindicta diuina ad declarationem iustitiæ. & hoc est quod subditur: *Iudicabis seruos tuos condemnans impium, &c.*

2 *Si fu.* Hic ponitur tertia petitio, quæ respicit populi communitatem in bello, quæ quando erat infecta peccato communitate ab aduersarijs debellatur, vt patet in vet. test. & hoc est quod dicitur: *Si fu. &c.* hoc est dictum peccatum futurum erit causa fugæ sequentis.

3 *Et agen.* quia sicut per offensam diuinam debellantur, ita per debitam pœnitentiam Deo reconciliati victores efficiuntur.

4 *Si clausum fuerit ca.* Hic ponitur quarta petitio propter nimiam siccitatem ex populo accidentem. & patet litera.

5 *Fames si oborta fue.* Hic ponitur quinta petitio pro amotione aduersorum malorum, quæ accidere solent propter peccata hominum, cum dicitur: *Fames si obor.* quæ potest contingere ex multis causis, vt ex sterilitate terræ, vel ex tempestate fructus deuastante, vel ex aduersarijs bona destruentibus & consimilibus.

6 *Aut pestilent.* id est, mortalitas hominum vel animalium.

7 *Aut corruptus aer.* Ex quo sequuntur infirmitates.

8 *Auter.* corroderes terræ nascentia.

9 *Velm.* desiccans stipulas bladorum, ita quod non possunt facere spicas vel si faciunt, faciunt inanes.

10 *Cuncta.* id est, maledictio seu mali imprecatio. Cætera patent in litera.

11 *Insuper.* Hic ponitur sexta petitio pro exauditione Gentilium venientium ex deuotione ad orandum in tēplo. multi enim Gentiles audientes in diuersis partibus orbis mirabilia quæ fecit qui Deus colebatur in Ierusalem: ascendebant illuc causa orationis, vt habetur Io. 12. & sic Deum colebāt, & secundum dictamen rectæ rationis vivebant, preces eorū erant exaudibiles quamuis nō seruarent legem Moysi. quia ad illam non tenebantur. multi etiam de his qui ad Iudaismum conuertebantur. & patet litera.

12 *Si egressus.* Hic ponitur septima petitio quæ respicit belli prosperitatem & aduersitatem. prosperitas autem est quando sequitur victoria: & hoc fiebat frequenter per hoc, quod imminente bello populus vertebat se versus Ierusalem ad orandum dominum. & hoc petit primò Salomon. Et patet litera vsque ibi.

13 *Quod.* Vbi tangitur belli aduersitas quæ est quando populus capitur & in captiuitatem ducitur, à qua frequenter liberabatur populus Israel, propter hoc quod in terra captiuitatis orabat dominum versus faciem versus Ierusalem. & hoc petit hic Salomon, cum dicitur.

* Et orauit.

A Stetit. In Paral. refertur quod hic non dicitur: *Fecerat Salomon basim aeneam, & posuit in medio basilicæ, super quam stans benedixit omni eccl. sive Israel.*

Para. 6. b. Angelomus.

b Et de Rab. Templum dñi sancta ecclesia est iuxta illud: *Templi Dei sanctum est quod estis vos.* hanc dedicavit rex Christi-

1. Corin. 3. b.

stus: cum eam sanguine suo mundavit, spiritus sancti gratia sanctificavit, diversis virtutibus multiplicavit. hanc dedicavit & filij Israel, cum fideles secundum donum sibi collatum verbo predicationis & virtutum operibus proximis profunt.

† reuerſi fuerunt ad corthium. 1. Daſ. 3. c.

† parces.

Epif. ad omnes episcop.

Et dedicauerunt templum Domini, &c. Felix papa quartus. Salomon quod David pater facere operauerat, iudente & auxiliante Domino perfecit: & templum cum altari, & reliqua ad diuinum peragendum cultum consecrauit. Legitur enim: *fecit illo tempore Salomon festiuitatem celebrem, & omnis Israel, &c.*

De conf. d. 1. c. Tabernaculum.

B

Iudæi ergo loca in quibus sacrificabāt, Domino, diuini habebant supplicationibus consecrata, nec in alijs quam in Deo dedicata locis muneris Deo offerebant. Si autem Iudæi qui umbræ legis deferuebant, hoc faciebant multo magis nos quibus veritas patefacta, & grā per Iesum Chrm data est tēpla Dño ædificate, & p vt melius possumus ornare, eaque

† deferens.

† decreta.

C

magis nos quibus veritas patefacta, & grā per Iesum Chrm data est tēpla Dño ædificate, & p vt melius possumus ornare, eaque

eaq; diuinis precibus, & sanctis vr̄ationib⁹ suis cū alt. trib. & vatis, vestib. quoq; & reliquis ad diuinū cultū explēdū vr̄entibus deuote & solēniter sacrare, & nō in alijs quam in Domino factis ab Episcopis, nisi summa exigente necessitate, Missas celebrare, nec sacrificia offerre debemus.

Gregorius.

Solēnitates dedicationum ecclesiarum & sacerdotum per singulos annos sunt solēniter celebrandæ: ipso Domino exēplum dāte, qui ad festum dedicationis templi eandem solēnitatem celebraturus cū reliquis venit. Quod autem octo diebus encenia sint celebranda, in libro Regū per lecta dedicatione tēpli repies. *In die. Rab. Quid est q. Salomon ædificauit mediū atrij offerens ibi, quia altare æneum quod erat ante fores tēpli non poterat totū capere nisi quod Christus quē in lege propter firmitatem eius perfici nō poterant, nunc in ecclesia plenergerit. Ipse est enim atrium domus dñi, quia per ipsū ingressus pater ierusalem cęlestē. Quia ergo holocausta & sacrificia i altari typico non poterat offerri, eo quod omnia sibi figuraliter fiebant, rex noster erexit altare fidei i ecclesia, i quo*

holocausta, & sacrificia quotidie spūaliter Deo offerūt. hinc est et, q. Dñs ait: Holocausta, & sanguinē victimarum nolui.

Altare

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et oraue. Vnde Dan 6. cap. dicitur, quod ipse existens in Chaldæa fenestris apertis coram Ierusalem tribus in die temporibus, flectebat genua sua & adorabat, &c. & patet litera vsque ibi.

2 Quos ed. id est, dure ad modum ferri. Labor enim filiorum Israel faciendo lateres, & coquendo in fornace erat eis nimis durus, vt habetur in Exod.

3 Tunc. dando eis legem specialem, & per signum circumcisionis in carne. Cetera patent in litera.

4 Factum. Hic ponitur populi benedictio post orationem Salomonis, cum dicitur.

5 Surrexit de. vt benediceret populo.

6 Vtrumq; enim. 2. Paralip. 6. b. dicitur, quod fecerat basim æneam, flectiq; super eam, & deinceps flexis genibus fecit orationem predictam: & sic non super terra. Dicendum quod hic vtitur scriptura modo loquendi communi, quo aliquis dicitur flectere genua ad terram etiam, dato quod sit in solario & multo fortius hic: quia basis illa non multum distabat

stabat à terra, quia tantum distabat tribus cubitis.

7 Et benedi. omni ecclesia Israel voc. Non illa benedictione quæ pertinet ad officium sacerdotale, sed imprecando populo bona, & regratiando Deo de bonis præteritis dicens.

8 Benedictus dominus Deus, qui dedit requiem p. & deprecando pro futuris, dicens.

9 Sit dominus noster no. &c. Et patet litera vsque ibi.

10 Appropinquantem domino Deo nostro die ac nocte. vt faciat iudicium, &c. id est, exaudibiles coram eo. cetera patent vsque ibi.

11 In die. id est, pavimentum atrij sacerdotum prope altare holocaustorum, quod non erat rectè in medio ante templum, sed declinabat ad partem Aquilonarem: altare enim holocaustorum quod fecerat Salomon, licet esset vestitum are exteriori, interiori tamen erat de lapidibus impolitis & ideo pavimentum atrij in necessitate poterat ad opus consimile applicari & sanctificari. ista tamen sanctificatio fuit facta per pontificem, ad cuius officium hoc spectabat. quia tamen hoc factum fuit ad iustinctum, regis, dicitur rex hoc fecisse.

A Altare. Quod fecit Moses positum erat ante templum contra ianuas eius: & quia illud angustum erat, & capere non poterat, medium atrij sub diuo sanctificauit, ubi posuit illud altare maximum, quod fecerat viginti cubitorum.

B Festiuitatem. Rab. In verbis dierum, ita de eadem re scriptum est: Fecit ergo Salomon festiuitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo Ecclesia magna valde ab introitu Emath usque ad torrentem. Fecitque die octaua, collectam eo quod dedicasset altare septem diebus et solennitas est celebrasset dieb. 7. Igitur 23. die mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua. Et est sensus, quod expletis dieb. 7. dedicationis, subsequuti sunt dies scenophagie: qui a 25. die mensis 7. inchoabatur. & in die 22. finiebantur. Vtrisque ergo festiuitatibus recte peractis & scenophagiarum 8. die finita, dimisit rex populos ad sua, quod etiam Iosephus attestatur.

B Beda. Mystice. Solennitas quam fecit Salomon & omnis Israel, signat gaudia sanctorum, que cum Christo vero pacifico perpetualiter habent. Loca quoque congruunt. Emath enim interpretatur domini veritas. Riuus siue torrens Aegypti significat mortem temporalem quam in Aegypto consistens. i. in tenebris huius mundi

di nullus euadere potest. Omnis ergo Israel a riuo Aegypti usque ad Emath festum celebrat cum Salomone, quoniam sancti post finem presentis vite veraciter eternis gaudijs cum domino Christo perfruuntur. Septem & septem dieb. festa celebratur, quia electi per septiformem gratiam modo in hac vita

que septenario discurret gaudent in spe, & tunc in sabbatho vero, id est, animarum requie gaudebunt in re. i. in ipsius veritatis perceptione. Dies octauus resurrectio est sanctorum secutura post sabbatum animarum. Tunc in mansionibus celestibus, quique secundum meritum qualitates collocabuntur, ubi alacri corde letatur Deum laudantes super bonis que in Christo pater dulcitur christianis.

Ibidem. E

rex medium atrij quod erat ante domum domini. Fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorum: quoniam altare æneum quod erat coram domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon tempore illo festiuitatem celebrem, & omnibus Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath usque ad riuum Aegypti coram domino Deo nostro, septem diebus & septem diebus, id est, quatuordecim diebus, & in die octaua dimisit populos. Qui benedicentes regi, profecti sunt in tabernacula sua letantes, alacrique corde super omnibus bonis que fecerat dominus dauid seruo suo, & Israel populo suo:

a ¶ Agentes gratias propter opera que fecisset & orantes Salomonem longo tempore regnare.

Letantes. Decantantes cum delectatione hymnos, ita ut in ea iucunditate sine labore ad propria remearent.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Ab introitu, &c. q. est in termino Aquilonari terre promissionis.
- 2 Usque ad. qui vocatur Rinocorula, & est in termino australi terre promissionis: & inter istos duos terminos est eius longitudo.
- 3 Septem diebus, pro dedicatione.
- 4 Et septem, pro festo tabernaculorum, quod incipit die 25. mensis septimi: & sic tertia die prima septena fuit festum expiationis concurrentis, scilicet decima die mensis septimi: & sic tunc fuit duplex festum.
- 5 Et in. Non quia illa die recesserint, quia fuit dies Collecte, tamen illa die adu licentiam quod in crastino possent recedere, quia die 8. fecit Collectam, & in crastino recesserunt, scilicet 23. die mensis septimi, ut plenius habetur 2. Paral. 7.

6 Letantes.

Letantes. In completionem domus domini per filium sibi succedentem in regno suo, sicut promissum ei fuerat, ut habetur supra 2. li. c. 7. Hebraei autem aliter exponunt, d. q. cum sacerdotes vellent introducere arcam in templum, portas clauerunt se: & cum sacerdotes pro aperitione impetranda cantarent Psal. 131. b. ubi dicitur: Surge domine in re tuam: tu & ar. sanctific. tua, & cum venissent ad illum versum: Propter dauid seruum tuum, i. propter eius merita; Non auertas faciem tuam, id est, Salomonis in regem venturi, denegando ingressam arcam intra locum quem preparauit, tunc portas aperuerunt se, ad ostendendum quod deus acceptauit locum propter merita ipsius dauid quod videntes populi qui astabant, letantes deum laudauerunt, & hoc est quod dicitur: Letantes alacriq. & hoc videtur consonare ei quod subditur 2. Paral. 6. in fine.

CAP.

MORALITER.

¶ Fecit ergo Salo. Per quod significat, quod beatę virginis assumptio debet esse valde celebris omni populo Christiano. unde dicitur in quadam antiphona: Ascendit Christus super calos & prepa-

et preparauit sue castissime matri immortalitatis locum. Et hec est illa preclata festiuitas omnium sanctorum festiuitatibus incomparabilis, in qua gloriosa & felix mirantibus celestis curie ordinibus ad ethereum peruenit thalamum, quo pia sui memoria inmemor nequaquam existit.

Factum

CAP. IX.

CAPVT IX.

A Apparuit ei dominus secundo, &c. Chrysostom. Dum Salomon in curis fuit, diuino colloquio dignus est habitus: ut vero natus est delicias, in ipsum malitie barathrum delapsus est.



Actum est autem cum perfecisset Salomon edificium domus domini & edificium regis, & omne quod optauerat, & voluerat facere, apparuit ei dominus secundo, sicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitque dominus ad eum: Exaudiui orationem tuam, & deprecationem tuam quam deprecatus es coram me sanctificauimus domum hanc quam edificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis, & in æquitate,

delapsus est. Idem. Salomon annos duodecim diserte cum Deo sermoci-nabatur, multa fretus dicendi fiducia; senio autem confectus plurimum detraxit de pristina virtute.

F 2. Par. 7. d. In cap. 3. Ila.

¶ De pœni. di. 2. cap. si enua ver. Salo. 8.

Si

NICOLAUS DE LYRA. CAP. IX.

Actum est. Hic consequenter agitur de remuneratione edificatum. & primo Salomonis qui fuit principalis in edificio. secundo Hiram regis Tyri qui iuuit eum ligna ministrando, ibi: Expletis autem tertio populi Israel, qui cooperatus fuit in laboribus et expensis, ibi: Hec est summa expensarum. Remuneratio autem Salomonis describitur per hoc, quod sibi diuinitus fuit reuelatum orationem eius esse exaudi-

- 1 tam, cum dicitur: Apparuit ei dominus secundo, quia primo apparuerat ei in principio regni sui, ut dictum est supra 3. cap.
- 2 Sicut apparuerat. Ex quo patet quod ista apparitio fuit in somnis sicut & illa: & hoc expresse dicitur 2. Paral. 7.
- 3 Sanctificauimus domum, id est applicauimus & dedicauimus meo cultui.
- 4 Tu quoque, sancte & iuste viuendo: ideo subditur.
- 5 In simplicitate, id est in innocentia.
- 6 Et in æquitate, i. in iustitia. Cetera patent in litera usque ibi.

Tom. 2.

BB

1 Auferam

Lib. 4. c. 18.
 † decreta.
 † decreta.
 † quæ est altissima.
 † Deu. 29. c.
 Hier. 22.
 1. Par. 8. a.
 Cap. 34. Angelomus.

A *a* Si autem auersione, &c. 2: Lactantius. Salomon filius Dauid qui Hierosolimam condidit, eam ipsam perituram esse in ultionē sancti & eternis prophetauit. *Quod si auertimur a me, dicit dominus, &c. & subdit causam. Quæ dereliquerunt dominum Deum suum, & perfecti sunt regem suum dilectissimum Deo, & cruciauerunt eum in huius militate magna, propter hoc importauit Deus illis mala hæc.*
B *b* Præbente regi. Rab. Multum auri & argenti ligna quoque cedrina & cypressina ad ædificium rex Tyri contulit, quæ Salomon manibus compensationibus redonauit, inter quas ciuitates 20. non procul a Tyro condonauit. *Quæ cum displicissent, mittens ad Salomonem dixit se ciuitatibus non egere: & ex tunc appellatæ sunt terra Gabæon: quæ lingua Phœnicæ displicere significat. Sed Chabul quasi germen interpretatur. Quomodo ergo dictæ sunt Chabul? nisi forte dictum sit per ironiam, quia germen cum plenitudine fructuum non afferrent.*
C *c* *Adificauit.* Rabba. Vrbes quas ædificasse dicitur, hoc est Mello & murum Hierim, Hezer, Mageddo, & Gazer & reliqua ecclesiæ decorē signant, quæ uetus Salomō ad sempiternam lætitiā

& feceris omnia quæ præcepi tibi, & iudicia mea, & legitima mea seruaueris, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur vit de genere tuo, de folio Israel. Si autem auersione auersi fueritis vos & filij uestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea, & ceremonias quas proposui uobis, sed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos, auferam Israel de superficie terræ quam dedi eis, & templum quod sanctificauit nomini meo, proiciam a conspectu meo: **†** eritque Israel in prouerbum & in fabulam cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum. Omnis qui transferit per eam, stupebit & sibilabit, & dicet: **†** Quare fecit dominus sic terræ huic, & domui huic? Et respondunt, quia dereliquerunt dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de terra Aegypti, & secuti sunt Deos alienos, & coluerunt eos, & adorauerunt eos: idcirco induxit dominus super eos omne malum hoc. **†** Expletis autem annis viginti postquam ædificauerat Salomon duas domos, id est, domum domini & domum regis, Hiram rege Tyri præbente regi Salomoni ligna cedrina & abiegna & aurum iuxta omne quod opus habuerat, tunc dedit Salomon ipsi Hiram viginti oppida in terra Galilææ. Et egressus est Hiram de Tyro, ut uideret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei. Et ait: Hæcine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? & appellauit eas, terram Chabul usque in diem hanc. Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. Hæc est summa expensarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum domini, & domum suam & Mello & murum Hierusalem, & Hezer, Mageddo, & Gazer. Pharaon rex Aegypti ascendit & cepit Gazer: succenditque eam igni, & Chananeum qui habitabat in ciuitate interfecit, & dedit eam **†** in dotem filiae suæ uxori salomonis. Aedificauit ergo Salomon Gazer & Bethhoron inferioriorem, & Baalath & Palmiram in terra solitudinis, & omnes **†** uicos qui ad se pertinebant, & erant absque muro: muniuit ciuitates curruum, & ciuitates equitum, & quodcumque ei placuit, ut ædifica-

titia præparauit. Interpretatur autem Mello adimpletio: Hezer separatus vel sanctificatus: Mageddo cenaculum eius: Gazer possessio vel diuilio: Bethhoron domus montium, Baalath ascendens interpretatur. Sancta ergo ecclesia ipsa ciuitas Dei est, ubi impletur uoluntas Dei. Hæc separata ab errore, sanctificata est in fide & bonis operibus. ibi est reflectio uirtutum. Discernitur autem hæc mundum ab immundo, & domus est montium, id est, habitatio sanctorum & fructus in fide sicut palma florens ascendit de uirtute in uirtutem, ut uideatur Deus Deorum in Sion. Vicos suos qui erant absque muro muniuit Salomon, quia Christus cæcus fidelium gratia sua ita protegit, ut hostibus spiritualibus insuperabiles existant. **Rabb.** Ciuitates quas Salomō ædificauit de reliquijs Amorrhæorum fuerunt, quas non potuerunt filij Israel delere, sicut in Iesu Naue legitur: hæc postea rex Aegypti subuertit & dedit in dotem filiae suæ uxori Salomonis: & idcirco reædificauit eas Salomon. **d** Et Palmiram. Inhabitabilis regio, eo quod nuda quam aqua inueniretur: sed illo loco ubi ædificata est ciuitas, fontes abundant, & palma, quæ Græcè uocatur Palmira ipsa est,

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Auferam Israel de superficie. eos captiuando.
- 2 Et templum quod san. ipsum destruendo: quod factum fuit postea per Nabuchodonosor, ut habetur infra 4. lib. 25. cap.
- 3 Eritque Isr. Quia oēs loquuntur de eius deiectione & captiuitate.
- 4 Et in tabulam. quia in narratione talium multa falsa immiscentur.
- 5 Et domus hæc erit. diuinae offensionis.
- 6 Omnis qui transferit. per admiratione ultionis diuinae.
- 7 Et sibilabit. Sicut solent facere homines, quæ uident calum alicuius rei magnæ.
- 8 Expletis. Hic consequenter describitur ipsius Hiram remuneratio: & primo ponitur tempus cum dicitur.
- 9 Annis viginti. Quia septem annos posuit in ædificationem templi, & tredecim in ædificationem domus suæ, ut dictum est supra in fine 6. cap. & in principio 7.
- 10 Tunc dedit Salomō. in recompensatione lignorum & aliorum quæ ei ministrauerat.
- 11 Et egressus est Hiram. sicut rex Tyri.
- 12 Et appellauit. Quod sonat displicentiam, ut dicunt aliqui, & hoc in lingua Phœnicæ, cuius erat Hiram: & hoc cōsonat ei quod præmittitur: Et non placuerunt ei. Dicit uero Ra. Sa. q. sonat tenacitatem in

in hebræo: quia illa terra est lutosa & adharens pedibus. & ideo sic uocauit eam. 13 Hæc est summa. Hic consequenter ponitur remuneratio populi. Et diuiditur in duas: in partem principalem, & incidentalem. secunda ibi: Filia autem Pharaonis. Remuneratio autem populi consistit in bona dispositione ipsius, quæ maxime prouenit ex tribus. scilicet ex bona munitione fortalitorum, & subiectioe aduersariorum, & ex libertate ciuium, secundum ponitur ibi: Vniuersum populū. tertium ibi: De filiis autem Israel. Circa primum dicitur: Hæc est. In Hebræo habet: Hic est census, quem leuauit Salomon. & secundum eos non refertur ad litteram immediatam præcedentem. scilicet ad 120. talenta auri quæ misit Hiram, sed ad illud quod postea subditur, de alienigenis quos Salomon fecit tributarios. scilicet ad portandum onera in operibus quæ hic exprimitur. 14 Et mu. quæ fecit triplicem, ut supra dictum est 3. cap. 15 Et Hezer. nomina sunt fortalitorum. 16 Pharaon rex. Hic respondetur tacite questionem, quia posset aliquis querere, quare muniuit Gazer cum non esset sub eius potestate. & ideo ponitur hic quomodo Pharaon rex Aegypti cepit terram illam, & dedit filiae suæ in dotem & sic facta est sub ditione Salomonis. 17 Muniuit ciuit. i. ubi reseruauntur currus bellici & arma ad resistendum aduersariis si insingerent. 1 Vniuer-

MORALITER.

Factum est autem. Sequitur.
 2 Et templum quod san. Ex hoc patet quod omnia exteriora quæ fiunt ad cultum diuinum, sicut est materialis ecclesia, uasa argentea & aurea, & vestes quantuncumque sint sumptuose & pretiosæ, non sunt Deo accepta, nisi propter cultum interio-

ministratorum & aliorum fidelium qui cultus consistit in actibus fidei, spei, & charitatis, ut dicit Augustinus in Enchi. Fide, spe & charitate colitur Deus. Unde dicit Hieron. Quis enim sanctorum Exuperio Tholosano, qui corpus & sanguinem domini in uase uitreo & capella uimineâ cōsecrauit, ut aurum & argentum distribueret pauperibus?
 De filiis.

A ipsa est Emath, siue Epiphania vel Antiochia. a Vniuersum. Rab. Qui non fuerat de filiis Israel, fecit pacificus noster tributarios cum eis qui non sunt in filiorum numero: sed in seruili condone utitur ad proprium seruitium. Tales licet in multis aduersentur, tamen frequenter vsibus seruiunt eccle-

siæ, cum in presenti tempore de rebus suis solatia præbent.

b De filiis. Rab. Eos qui non ancillæ filij sunt, sed liberæ, quos filius Dei sanguine liberauit: nõ constituit Salomon noster seruire, quia neminem cogit ritu Gentili seruire: neminem ceremonias veteris legis temporibus. re. seruire: sed bellatores esse, qui contra spiritales nequitas feuto fidei & gladio spiritus dimicet, & ministros suos fieri, hoc est spirituale obsequium in bonis operibus sibi præbere. Et principes & duces, scilicet ut bene sibi principentur & carnis lasciuiam doment: siue, ut subditos sibi bene regant, & in semitas iustitiæ ducant.

c Quinquaginta. Rab. Quinquagesimo die post Pascha & lex in monte Sinai tributa est, & spiritus paracletus super discipulos venit. Quid ergo significat iste præpositorum numerus, nisi quod hi qui spiritus sancti gratia legis domini scientiam habere merentur, ipsi & se & alios bene regere possunt?

d Offerebat quoque. Rab. Offert pacificus noster tribus vicibus, cum in membris suis per sanctæ Trinitatis fidem obsequium acceptabile exhibet Deo. Offert, n. quisque; fidelis holocausta domino, cum corpus castigando inacerat, & desideria carnis igne

igne spiritus sancti consumere festinat. Offert victimas, cum vota laborum in laudem domini expandit. Pacificas, cum bonorum operum munus exhibet. Hoc super altare debet offerre, quia in ira cordis ubi decet ignem diuinum semper ardeat. i. flammam charitatis semper seruere, quæquid in abstinentia, bona opera

ret in Hierusalem & in Libano & in omni terra potestatis suæ. Vniuersum populum qui remanserat de Amorrhæis, & de Hethæis, & Phereis, & Heuæis, & Iebulæis, qui non sunt de filiis Israel, horum filios quoque remanserant in terra, quos, i. non potuerant filij Israel exterminare, fecit Salomon tributarios usque in diem hanc. De filiis autem Israel non constituit rex Salomon seruire quenquam, sed erant viri bellatores & ministri eius & principes, & duces, & præfecti curruum & equorum. Erant principes super omnia opera Salomonis, præpositi quingenti quinquaginta qui habebant populum subiectum, & statutis operibus imperabant. Filia autem pharaonis ascendit de ciuitate David in domum suam, quam ædificauerat ei Salomõ. Tunc ædificauit Mello. Offerebat quoque Salomõ tribus vicibus per annos singulos holocausta & pacificas victimas super altare quod ædificauerat domino, & adolebat thymiama coram domino. perfectumque est templum. Classẽ quoque fecit rex Salomõ in Asiongaber que est iuxta Ahilam in littore maris rubri in terra Idumæa. Misit que Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris cum seruis Salomonis. Qui cum venissent in Ophir sumptum inde aurum quingentorum viginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem.

Quia Chananzos, & Philistinos fecit seruire & agriculturam exire ad opus filiorum Israel. In Pascha, Pentecoste, in scenophegia iuxta præceptum legis. In Asiongaber, que festinantes aut ferres siue viriliter interpretatur. Insula est in fine Aegyptiaco maris rubri, ubi classis Iosaphat accita est tempestate.

Asiongaber, que festinantes aut ferres siue viriliter interpretatur. Insula est in fine Aegyptiaco maris rubri, ubi classis Iosaphat accita est tempestate.

cum his qui in lege Mosi periti sunt in vnitatem fidei sociant. Hos Salomon noster in Ophir, que interpretatur infirmas, id est in vilitatem literæ mittit, ut sumptum inde aurum, i. seruum preciosum, non sibi, sed ipsi Salomoni ascribentes deferant. Quantum? Centum viginti talenta. i. historiam, allegoriam tropologiam, anagogen in duobus testamentis.

In Ophir. Rab. Ophir nomen est prouinciæ in India. Ab Ophir vno de posteris Heber nominatur, quæ & terra autem appellatur, eo quod montes aureos habeat, qui a leonibus & feruissimis bestiis incoluntur. Ad quos nullus aliter accedere audeat, nisi qui in nauis stantes iuxta littus, terram quam unguibus leonum effossam inuenerint, in suam nauem recipiunt, ut si bestie eos senserint facile in mare recipiantur.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Vniuersum. Hic ponitur secundum, s. subiectio aduersariorum, cum dicitur: Vniuersum. Si hoc fecit cupiditate tributi, & absque hoc quod conuerterentur ad Iudaismum, ut dicunt aliqui, tunc peccauit dupliciter. peccato auaritiæ, & inobedientiæ: quia dominus præceperat illos exterminari, ut habetur Num. 33. c. Si autem fuerunt conuersi ad Iudaismum, & fecit eos seruos ut filiis Israel parcerent a labore, & non ductus cupiditate, forsitan non peccauit, sicut dictum fuit Gabaonitis Ios. 9. qui conuersi ad Iudaismum facti sunt in obsequium totius multitudinis: quamuis essent de populis quos dominus iusserat exterminari.
- 2 De filiis. Hic ponitur tertium, s. libertas ciuium, cum dicitur.
- 3 Non constituit. s. in operibus vilibus & ruralibus: sed fiebant talia opera per alienigenas ad Iudaismum conuersos, occupabantur tamen in operibus nobilibus, ideo subditur.
- 4 Sed erant, & patet.
- 5 Filia autem. Hæc est pars incidentalis, in qua ponuntur aliqua in eidentia. Quorum primum est translatio uxoris suæ ad domum quam ei ædificauerat cuius ratio ponitur 2. Par. 8. Videlicet quod arca domini fuerat in ciuitate David ut ex præcedentibus. & per hoc erat sanctificata, propter quod non erat dignum quod mulier habitaret in ea, nisi ad tempus, scilicet

scilicet quousque; domus eius esset ædificata. Secundum est de ædificatione Mello. Dicunt Hebræi, quod ibi erat quædam platea prope templum quam David dimiserat apertam, ad hoc quod venientes de longe possent ibi manere in solemnitate Pasche, quoniam non habebant hospitia, & ut essent prope templum deuotionis causa: quam Salomon clausit, & quandam voraginem ibi existentem terra impleuit, ædificans ibi tabernacula per seruos & ancillas filie Pharaonis, cuius domus erat iuxta, & in hoc peccauit. Tertium incidens est de oblatione Salomonis ibi.

- 6 Offerebat quoque. scilicet in festiuitatibus Pasche, Pentecostes, & Tabernaculorum.
- 7 Et adolebat. Non per seipsum, sed per Pontificem ad cuius spectabat officium. Quartum est de eius nauigio cum dicitur. Classẽ quoque fecit. patet litera usque ibi.
- 8 Qui cum. Nam est prouincia in India, in qua sunt motes hentes mineras auri, sed a leonibus & bestiis feruissimis inhabitantur: propter quod nullus ibi audeat accedere, nisi nauis stante propè litus ad refugium, & tunc nauis explorantes horam qua dicitur bestie se elongant, subito exeunt: & terram effossam unguibus leonum in nauem proiciunt & recedunt, quæ terra posse in fornacem proicitur: & quod est ibi impuritas consumitur & amouetur virtute ignis, & remanet aurum purum.

Aurum montis Ophir auriferi quomodo inde accipitur.

CAP.

MORALITER.

- 2 De filiis autem. Israel interpretatur Deum videns, & ideo per filios Israel intelliguntur clerici & religiosi, qui præ cæteris debent habere cognitionem Dei: nec debent seruilibus operibus occupari, cuiusmodi sunt mercationes, & alia clericalem statum dedecentia.
- 4 Sed erant, s. contra vitia per virtutum exercitium, & contra demones per orationis & lectionis studium, ut prædicationis officium valeant exercere.
- † Et ministri. in diuersis officiis ecclesiæ domino seruientes. Et præfecti. in bono regimine populorum, sicut de Elia dicitur 4.

citur 4. Reg. 2. b. Pater mi, pater mi curru Israel & auriga eius. 7 Classẽ quoque. Per hanc classẽ intelligitur ecclesia militans quæ adhuc nauigat. In hac autem classe fuerunt serui Salomonis & serui Hiram & aurum multum apportauerunt ad Salomonem, ut dicitur in textu. Per seruos autem Salomonis intelliguntur apostoli alijque discipuli de Iudæa conuersi. Per seruos autem Hiram Gentiles intelliguntur homines literati de Gentilitate conuersi, ut Dionysius, Amb. Augu. & plures alij. Per verosque; vero seruos aurum multum sapientie acquirunt ecclesie, & per consequens ipsi Christo, in quantum est eius sponsum verus Salomon: & prædicti serui cum eo sunt in portu ecclesiæ triumphantis.

CAP. X.

Sed & Saba. * Theodoretus Gens Sabā est Aethiopica. Eorum regina sine admirabilis illa mulier, cuius studium laudauit Christus in euangelijis. Nā cum audiisset quā vulgo iactabantur de sapientia Salomonis, confecit viam multorum dierum, & laborem existimauit esse lucrum: & cum prætulit delictis quibus fruebatur in regia, & per Salomonē laudauit suppeditatorem sapientiae.

* Historia Aethiopica. Erat huic reginae Saba nomen proprium Malceda, quae more maiorum colebat idola. Ad cuius aures fama sapientiae Salomonis cum peruenisset, quendam virum prudentem Hierosolymam misit, ut re omni explorata, certior de Regis prudentia redderetur. Quo reuerso & re explanata, subito se ad iter Hierusalem versus componit. Atque cum eo

peruenisset, praeter multa alia, quibus a Salomone erudita est legem ac prophetas didicit: & in patriam rediens, itinere, filium quem ex Salomone coeperat, peperit, qui vocatus est Meilech, quem ipsa regina in Aethiopia usque ad vigesimum aetatis annum apud se educavit, ac postea ad Salomonem patrem remisit, ut ab eo sapientiam disceret, & coram arca domini, rex Aethiopiae consecraret. Qui a patre facile matris postulata obtinuit

tinuit, & pro Meilech vocatus est David, &c.

* Iosephus. Dicunt autem quod & radicem balsami, quam haecenus fert nostra prouincia, ipsa regina dedit regi. Cui etiam e diuerso Salomon multa bona donauit, & maxime quae ipsa desideranter eligeret, eamque suae largitatis munere

CAP. V. T. X.



a Saba ciuitas est regalis Aethiopiae vnde fuit haec regina, quae praetuit duobus regnis Aethiopiae & Aegypti.

Sed & regina Saba audita fama Salomonis in nocte domini, venit retare eum in Aenygnatibus Et ingressa Hierusalem cum comitatu multo & diuitijs, camelis portantibus aromata & aurum in finitum nimis, & gemmas pretiosas venit ad regem Salomonem, & locuta est ei vniuersa quae

habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon omnia verba quae proposuerat. Non fuit sermo qui regem posset latere, & non responderet ei. Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam aedificauerat, & cibos mensae eius, & habitacula seruorum

a vniuersa quae ordinis ministri virtus tantum coloris habuerunt vestes, ut inter tantam multitudinem ministrantium, aliqua esset cognitio officiorum singulorum.

& ordines ministrantium, vestesque eorum & pincernas, & holocausta

a Rab Regina non habebat ultra spiritum, videlicet considerandi prudentiam eius.

ista quae offerebat in domo domini, non habebat ultra spiritum. Dixitque ad regem: Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni & vidi oculis meis: & probavi, quod media pars mihi nuntiata non fuerit. Maior est sapientia tua & opera tua quam rumor quem audiui. Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit dominus Deus tuus benedictus cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel, eo quod dilexit dominus Israel in sempiternum, & constituit te regem, ut fa-

Christi, prouocata est ad quaerendum eum, quo per fidem inuenito, consideratis sanctae scripturae testimonijs diuinitatis eius potentiam agnoscens, parum putat esse omne quod sibi antea narratum est de eo.

c Beati viri. Rab. Regina admirando in laudem Salomonis erupit, dicens: Beati viri. Verē beati sunt quorum tex est Christus, & qui aeterna eius visione perfrui merentur, & gloriam quam habet cum

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. V. T. X.

Sed & Regina Saba. Descripta gloria Salomonis in familijs & aedificijs, hic consequenter describitur in opulentijs. Et primo ex amplitudine sumptuum. secundo ex multitudine prouentuum, ibi: Erat autem pondus auri. tertio ex magnitudine effectuum, ibi: Fecit quaeque rex. Circa primum considerandum, quod admiratio confurgit ex inspectione rei magnae & insolitae, quae potest esse dupliciter. Vno modo secundum quid. & hoc modo paruis personis & simplicibus, quae non consueuerunt videre magna, aliquid est magnum & insolitum, licet alijs sit mediocre, vel paruum. Alio modo simpliciter, scilicet illud quod est magnum & insolitum personis magnis & assuetis ad magna videnda. Regina vero Saba erat prudentissima & potentissima, & per consequens assuetata ad magna: & tamen videns sapientiam Salomonis, & potentiam in sumptibus magnis, fuit valde admirata. Ex quo patet magnificentiae Salomonis excellentia, & hoc est quod dicitur.

Sed

Attulit

MORALITER.

1 Sed & regina Saba. Per istam reginam quae Gentilis erat, significatur ecclesia de gentibus coelesta, quae audita Christi fama ex eius miraculis per orbem diffusa per fidem venit ad Christum, & per exercitium deuoti studij diligenter inquisiuit veri Salomonis sapientiam in euangelio contentam, in tantum quod quicquid in doctrina philosophica vidit esse doctrinae Christi dissonum, reputauit simpliciter esse falsum, dicens. † Maior est. Moraliter autem per reginam Saba intelligitur anima humana, quae regina dicitur, eo quod est, ad imaginem summi regis facta. Per Saba vero quae captiua interpretatur, significatur, eius sedatio per peccatum originale ex praeiunctione cum corpore per quae efficitur serua: & etiam ex miserijs sequentibus peccatum

catum originale, propter quod dicit Philoso. 1. Metaph. quod humana natura multipliciter est ancilla. & amplius per actualia peccata in seruitutem redigitur, Ioan. 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Glo. non vniuersum domini, sed tot dominorum quot vitiorum, & sic multipliciter captiuatur. audiens tantum bonitatem Christi per praedicatoris vocem, tanquam regina Saba venit ad verum Salomonem de regione longinqua. Ambrosius super Lucam. Quid est longinquius, quam a se recedere: venit autem per veram poenitentiam, sicut filius prodigus, qui a patre longe recesserat: & experiens bonitatem & mansuetudinem Christi ipsam recipientis dicit.

† Probavi quod me. scilicet bonitatis Christi.

† Mihi nuntiata. per praedicatorem.

Fecit

cum patre & Spiritu sancto conspiceret & sapientiam q̄ m̄i dis corde se ostendit perpetualiter percipere serantur.

a Ligna. Rab. Conditor noster ligna pretiosa, hoc est, doctores sanctos quorum fidei viros non decrevit, nec foliorum verba decidunt, sed fructum bonorum operum temporibus suis red-

dunt ad munimē domus Dei: hoc est ad confirmationem ecclesie sue ponit, ut eorum vindicque vallata doctrina & exemplis, ruinam scelerum non sentiat. Imputribilia & spinosa in similitudine albe spinę. Thina rotunda sunt & candida, ex eis fiunt fulcra, a fulciendo dicta, videlicet sustentacula ad fortitudinē templi, vel gradus domus domini, & omnia instrumenta musicorum.

b Cantoribus. Rab. Hi quicquid agunt in verbo aut opere, omnia in laude Dei faciunt: laudem inter aduersa, & prospera, corde, ore & opere pronuntiare non cessant. Vnde: Super montes tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & nocte non cessabunt laudare nomen domini.

c Rex autem. Rab. Et pacificus noster ecclesie sue omnia q̄ petit dabit vnde: Quicumque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Non solum q̄ petimus, imo et q̄ humana fragilitas aut nescit, aut non presumat petere gratuito munere largiri.

d Ducenta. Rab. In Paral. scitis adduntur hastę aureę, quia lanceis & scutis utebantur duces excubantes ante ostium domus regis

regis. Vnde: lectulum Salomonis septuaginta fortes ambiunt.

Rab. Excubantes ad ostia domus regie, sunt predicatores qui custodiunt domum domini, ut in iudicatoribus intercludant aditum. Ducentę hastę de summa sexcentorum scutorum factę sunt, quia patres vtriusq; testamenti, doctrina & operatione perfecti sunt cum quicquid sermone docuerunt, bonis operibus probauerunt. Ducenta scuta quorum singula trecenti auri vestiebant, si dem perfectam coru significat, quam in sanctę Trinitatis confessione habebant. Bene ergo custodes domus domini hastas & scuta aurea portant, quia rectores ecclesie claritate superne sapientie splendentes, & verborum iaculis inimicos confodiunt & scuto fidei te-

D Cont. 3. c. Ibidem. Angelomus.

† vel cor 217, alii hebenum putant esse, & infra.

† aureos.

† tresque.

† obrizo, vel depurato. Ibidem.

Psal. 131. Cap. 38.

ceres iudicium & iustitiam. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas. Non sunt allata

a Id est, tam pretiosa.

vlta aromata multa, quam ea quę dedit regina Saba regi Salomoni.

a Sed & classis Hiram quę portabat aurum de Ophir attulit ex Ophir ligna thina multa nimis, & gemmas pretiosas fecitque rex de lignis thini fulcra domus regie, & cytharas lyrasq; cantoribus. Non sunt allata hu-

b iuscemodi ligna thina, neq; visa vsq; in presentem diem. Rex aut Salomon dedit reginę Saba omnia quę voluit & petiuit ab eo, exceptis his quę

c vltro obtulerat ei munere regio. Quę reuerfa est & abiit in terram suam cum seruis suis. Erat autem pondus auri q̄ offerebatur Salomoni per singulos annos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri; † excepto

eo q̄ afferebant viri q̄ sup vectigalia erant, & negotiatores, vniuersique scuta vendentes, & omnes reges Arabie ducesq; terrę. Fecit quoq; rex Salomon ducenta † scuta de auro purissimo. Sexcentos † auri sculos dedit

a Pelta sunt scuta media sicut luna quando est semiplena.

in laminas scuti vnus, & trecentas peltas ex auro pbato. † Trecentęq; minę auri vnę peltę vestiebant posuitque eas rex in domo salus Libani. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestiuit eum

f auro † fuluo nimis, qui habebat sex gradus. Et summitas throni erat

e Salus Libani. Sylua Libani ecclesiam gentium significat, quę de fastu superbie abscisa in fabrica domus Dei apratur. Vnde: Inuenimus eam in campis syluę.

f Thronum de ebore. Rabbanus. Thronus vel folium est imperialis sedes, quę in canticis terculum appellatur, eo q̄, reit dē res ferat, vel de loco ad locum circumferat. Ad quod per sex ascensionis gradus ascendebatur. Sub folio erat scabellum aureum, & summitas throni rotunda, tenta duabus manibus vel brachijs extrinsecus, iuxtaque stabant duo leones adiuuantes sustentare sedile.

† 12

† 13

† 14

† 15

† 16

† 17

† 18

† 19

† 20

† 21

† 22

† 23

† 24

† 25

† 26

† 27

† 28

† 29

† 30

† 31

† 32

† 33

† 34

† 35

Et duo-

Et duę

NICOLAUS DE LYRA.

1 Attulit ex Ophir. In libro de proprietatibus rerum dicitur, q̄ sūt ligna valde alba & polita, ita quod imagines ibi resultant.

2 Fecitque. A fulciendo dicta, ad fortificandum templum & domū regis. Ra. Sa. dicit q̄ rex fecit inde gradus ad ascendendum de domo regie in domum domini, & propter hoc regina Saba de illo ascensu fuit admirata. & dicuntur hic fulcra a fulciendo, quia in lateribus ascensus predicti erant ista ligna ad hoc, q̄ ascendentes & descendentes appoiarent se ibi.

3 Et cytharas lyrasq; cantoribus. Non sunt. i. varia instrumenta musica ad cantandum laudes diuinas in domo domini per Leuitas.

4 Rex. Dicit Ra. Sa. quod per hoc notantur solutiones questionum, quas ipsa proposuit. Alii vero dicunt, quod fuerunt quedam semina & consimilia, quę non habebantur in terra sua, sed in terra Israel abundabant propter quod talia petiuit absque rubore: quia non erant magni valoris.

5 Exceptis. & ista fuerunt magna & pretiosa.

6 Erat

MORALITER.

8 Fecit quoque. Per quę signatur orationes clericorum & religiosorum deuotorum. Per centenarium enim, qui confurgit ex multiplicatione denarij per seipsum, significatur impletio decem mandatorum & per binarium significatur gemina charitas Dei. s. & proximi. orationes autē factę a decalogum implentibus & charitatem geminam habentibus, valida sunt scuta contra demonum insultus.

10 Et trecentas peltas, &c. Per quas significatur orationes deuotę laicorum, qui sunt in triplici gradu, s. incipientium, proficientium, & perfectorum. Per centenarium autem significatur impletio decalogi per modum predictum. & dicuntur orationes istę peltę a pello pellis, quia repellunt iētus tērationum.

12 Fecit etiam rex. Per quem significatur virgo Maria, in cuius

ius gremio Christus sedit tanquam in throno nobilissimo recipiens trius regum homagia.

† De ebore. Quod ratione albedinis & frigiditatis signant puritatem Marię in alijs refrigerantem motus libidinis.

† Grandem. Imo grandissimum meritis.

† Et vestiuit. Feruentissimę charitatis.

† Qui habebat. Et continentur Luc. 1. c. Primus est oratio solitaria. & notatur cum dicitur: Et ingressus angelus ad eam. Bern. super Missus est. Quo ingressus? i. secreto cubiculo, vbi orabat patrem in abscondito. Secundus est virginalis verecūdia, vbi: Turbata est in sermone eius. Tertius est discreta prudentia, vbi: Et cogitabat qualis esset illa saluti. Quartus inquiringentis dilectio, vbi: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quintus humiliantis se decentia, vbi: Ecce ancilla domini. Sextus fidelis obedientia, vbi: Fiat mihi secundum verbum tuum.

A Et duodecim. Quia sex erant ascensionis gradus altiussecus, qui positi erant pro sustentaculo ascendentis gradus.

Rab. Solu Salomonis ecclesia esse intelligitur, in qua pacificus noster regnans iudicia sua facere dynokitur Bene de chore factum esse memoratur, quoniam elephas, cuius hec

b Non est factum, &c. Apud ecclesie conuenit istud, cui dicitur: *Multa filie congregauerunt diuitijs, et supergressa es vnioe, jas.* **c** Sed & omnia vasa, &c. Omnia vasa quae pacifici nostri ministerio funguntur, aurea sunt, quia oes aie sanctorum quae sunt vasa Dei, vt diuine voluntati seruiant, splendore sapientia & dilectionis nitentes continent potu vitae, & sit in eis fons aquae salientis in vitam aeternam.

Elephantis natura.

† duo sulcra,

† 2. Pa. 9. c.

Gen. 2. a.

† curruum,

* in multitudinc.

† per minime eorum educerant. a. autoritate mercatorum regis Salomonis, quibus per solueda erat certa pecunia pro exitu equi de Eegypto.

Psal. 113.

quadrupedia se

in plurimum valeret, & teporari miferetur femine suae, & puge fecundia non vitur. hoc pudicis aptatur, q per castitatem Christi praecpra sequuntur. Hanc vestituro auro, quia splendorem gloriae suae in ea per miracula clarescere fecit. Sex diebus perfecit Deus mundi ornatum, qui numerus pfectio ne sua pfectio ne operu significat. Septimo requieuit Deus & quia sex atagibus mundus pstat, in quibus licet operari, quis celeste patriam desiderat bonis operibus festinet ascendere. Rotunditas throni in posteriori significat

rotunda in parte posteriori, & duae manus hinc atque inde tenentes se

dile, & duo leones stabant iuxta manus singulas, & duodecim leunculi

stantes super sex gradus hinc atque inde. Non est factum tale opus in vniuersis regnis. Sed & omnia vasa de quibus potabat rex Salomon, erant aurea, & vniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo. Non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, quia

classis regis per mare cum classe Hirā semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum & argentum, & dentes elephatorum & simias

& pauos. † Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terrae diuitijs & sapientia, & vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat dominus in corde eius. Et singuli deferebant ei munera, vasa aurea, & argentea, vestes & arma bellica, aromata quoque, & equos & mulos per annos singulos. Congregauitque Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim milia equitum, & disposuit eos per ciuitates

† unitas, & cum rege in Hierusalem. Fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalem, quanta & lapidum, & cedrorum prebuit multitudinem, quasi sycomoros, quae nascuntur in campestribus. † Et educerantur equi Salomoni de Aegypto, & de Choa. Negociatores. n. regis emebant de Choa, & statuto pretio perducebant. Egrediebatur aut quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti, & equus centum qui nquaginta, atque in hunc modum cuncti reges Hethaorū & Syriae † equos venundabant.

☞ CHRYS. Non solum sanctis testificantur fere operibus, vt vipera Paulo, sed & seruiuit. Ionæ cetus triduo sub iugalis fuit, & quo intus gubernans, non quo ipse volebat dicens. Sic corui Helia quotidie cibos, ceu domino, atferbant. Sic leones Danieli mansuecebant, & viri sanctimoniam etiam non loquentes, prædicabant. Ignis naturæ oblitus, tam nihil nocuit tribus pueris, vt etiam capillum lætioni vade obnoxium non offenderit.

☞ PROCOPIVS. Et quomodo legem nō transgressus est Helias, per autem immundam nutritus? Quia ipse legilla tor per coruos cibum ipsi attulit, qui docet legem propter Iudæorum infirmitatem positam esse, quare, & ipse aliquando cōtra legē facere præcepit, veluti in obsidione Hiericho, sabbatho facta, coruis pascentibus prophetam, Samsonē ex mortuo leone mel siluestre comedente.

e Surge, & vade in Sarepta Sidoniorū, &c. ☞ TERTVLLIA. Defecerat corui, qui illum liberalius pascerent. An d̄ difficile angelo fuerat alicunde de conuiuio regis ministrū, cum instructissimo ferculo raptum ad Heliam transire, si cut Danieli in lacum leonum esurienti, prandium merentū exhibitum est? Sed constitui oportebat exemplum, docens in tempore pressuræ, & persecutionis, & cuiuscunque circumstantiæ, xerophagijs esse viuendum.

☞ CHRYSOSTOM. Helias transire in alium locum iubetur, vt famelicus ipse, famelicæ viduæ, quæ etiam ethnica erat, supplex esset, quod hoc consilio Dominus facit. Nā cum Iudæis interdictum sit commercium cum gentibus, volens eum ad misericordiam prouocare, prædixit ei futurum vt à muliere gentili pasceretur. Quo audito, abhorreret, & vel sic Deum pro effundendo imbre imploraret. Ille autem, ne que ad hanc vocem mitior factus, cucurrit ad ethnicæ viduæ alimoniam.

☞ AMBROS. Dignum etiam, vt ad condemnationem regis sacrilegi, propheta ad viduam in Sareptā Sidoniæ mitteretur. Quæ quoniam deuotionem cibo prætulit, meruit, vt auditatis publicæ sola non sentiret ærumam.

☞ Præcipi

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et factum est, Hic consequenter ostenditur quomodo Deus per coruos pavit seruum suum Eliam, cum dicitur.
- 2 Recede. à facie Achab, & Iezabel. Ex quo patet, quod licitū est sanctis viris fugere persecutionem personalem.
- 3 Coruisque ministerio angelico ad hoc eos inducente.
- 4 Corui quoque defe. Ex quo ostenditur mirabilis diuina prouidētia, &c.

MORALITER.

4 Corni. Ex hoc patet Dei circa seruos suos prouidentia, quia latius pavit Eliam per aues, quam per homines, nā postea pavit eum per viduam panē, & aqua. Sed quoniam humana p̄uisio non est contentenda, ideo dñs fecit eum petere buccellā panis à vidua muliere. Per hoc autem, quod farina viduæ

etia, & quid nō est dissidendum de ea, quia magis splendide prouidēt Elie per aues, quam per homines.

5 Surge, & vade. Hic consequenter Elia à vidua recipitur, & primo describitur ipsius Elia deuota receptio, secundo sibi viduæ suscipit o ibi. Factum est autem Circa primū dicit n. Surge, & vade. Non enim est æquiuocum ad syluam, & ad villam iuxta eam existentem, quæ à sylua denominatur.

Præcipi.

duæ nō defecit, & lecythus olei nō fuit immixtus, significatū fuit, q̄ sustentantibus Dei seruos non deficiunt bona temporalia ad conuenientiam victus. 2. Cor. 9. c. Qui autem a tibi ministrat semper seminanti, & p̄nem al manducandum præstabit, & augetur increnenta seug in iusticia vestra, vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem. Ideo sequitur.

† Et

Li. 2. off. c. 4.

1. 2. de moral. s. 2. 15.

† Luc. 24. b.

In Ps. 96. Act. 28.

1. adu. P. 7. c. 8.

Homil. r. de Hel.

1. de Helic.

Diuisio.

a *Præcepi mulieri vidua.* * CHRYSOSTOMVS. Præuenit eam Deus, & ei per visionem ostendit figuram, formam, artem, & futuram petitionem Prophetæ. Unde ipsa reuelationis diuinae contenta, statim vt aduenit, & cibum poposcit, clamabat: *Veni dominus Deus meus, &c.*

RABBANVS. Hęc vidua gentium significat ecclesiam, que a suo diuinitate fuerat cõditore deferta, populum fidei vere, & recte veritatis nescium, quali pauperem filium egenam in se nutrebat, i. verbi fructu experte docebat, donec veniens sermo prophetice, q̄ exiccatio velle h̄t, vt pote clausa

Quæst. 52. * THEODORETVS. Ego autem adiutor mulieris respõsi manducationem. Non egre talit, quod in tanta calamitate de ea peritum sit alimentum, sed tantum extremam ostendit paupertatē. Sed ille pollicitus fontes summe & olei, iussit facere, & afferre panem. Illa rursus non arguit, vt que paupertatis, & alendotum filiorum tabesceret sollicitudine. Sed accepto fideliter promisso, attulit nutrimentum, idque alienigenæ, cuius propheticæ virtutis nullam adhuc receperat experientiam.

a Sareptha Sidoniorum, & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ ibi, vt pascat te. Surrexit, & abiit in Sareptha Sidoniorum. Cumque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitq; ei: Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam. Cumque illa pergeret, vt afferret, clamauit post tergum eius, dicens: Affer mihi obsecro, & buccellam panis in manu tua. Quæ respõdit, Viuit dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere

celi manna, fame plichi labatur in Iudea, pascetur ibi simul, & pasceret, receptus videlicet a credentibus ipse credentes. Hęc vidua in Sareptha Sidonie dicitur esse morata. Sidonia quippe inutilis venatio. Sareptha vero incendiū, vel angustia panis interpretatur, quæ ubi abundauit peccatum, superabundauit, & gratia. Vbi superuacuis acquirendis cura impeditur; ubi dicitur sitis incendium panisque spiritualis ante fiebat angustia, ibi farina oleumque ore prophete benedicitur, hęc est gratia dominici corporis, & charismatis vntio, siue fructus, & hilaritas charitatis. Viduæ oleū gratiæ, & benedictionis farina non deficit in omnibus fere gētib; fame manente, quarum cibi vitæ esuriē & fidei trinitatis incediam congrue presfigurauit illa quodam triēnio fames, quam

B *AMBROSIVS.* Vnius horæ hospitio vidua, que suscepit Heliam, & exiguo cibo, perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit micalilem, vt nunquam dehydria farina deiceret.

potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quã Elias ait: Noli timere, sed vade, & fac, sicut dixisti. Verūtamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: Tibi autem, & filio tuo facies postea. Hęc autem dicit Dominus

Deus Israel: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque ad diem in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ. Et comedit ipse, & illa, & domus eius. † Et ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ. Factum est autē post verba hęc, ægrotauit filius mulieris matris familias, & erat languor eius fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam, Quid mihi, & tibi vir Dei? Ingressus

fecuta est spiritualis abundantia, que cum impeditur, non defecisse dicitur.

c *Ægrotauit.* * THEODORETVS. Quam ob causam permisit Deus, vt filius viduæ moreretur? At factum fruens alimento propheta, oblitus est calamitatis aliorum hominum, quã ob rem armatus aduersus eum viduæ ciularus. Agnouit quoque ipse eam, cum dixit, *Dominus Deus, &c.* Sunt autē digna admiratione uerba viduæ. Non dixit, iussit, malū auspiciū, mala mihi conciliauit tuus aduentus, sed suis peccatis tribuit, quod acciderat, tantum ei profuit prophete doctrina. Cū propheta post preces ter insuississet in adolescentem, cum reduxit ad uitã. Significat autē numerus, adorandam Trinitatē, insufflatio autē, ab initio factam animæ creationem. Vidua concipiens

Lib. 1. de Abraham. c. 5.

L. de viduis.

1. Cor. 7. g. Matt. 11. g.

IDEEM. Cum in omni terra esset fames maxima viduæ tñ Deo cura non defuit, atque ad eam propheta directus est. Neque humane facultatis est dicere. *Hydria farina nõ deficiet vsque in diem, &c.* Nam licet mos sit, ita præfari prophetis, tñ hic vera Dei vox est, ideo præmissum est, *Quia hæc dicit dominus.* Domini enim est perpetuitatem sacramentorum spondere celestium, & nõ defuturam spiritualis exultationis gratiam polliceri. Largiri monumenta vitæ, fidei signacula, dona virtutum.

b *Mulier.* ISIDORVS Vidua, quam dominus non frumenti, sed verbi pane pascit, ea est, que mortuo viro cui vult nubat, idest, excusso feruntis iugo subit Christi iugum suauē, & onus leuē.

RAB-

NICOLAUS DE LYRA.

1 Præcepi enim vi. *Istud præceptum non fuit per verbum expressum, sed per diuinam ordinationem, quia sic ordinauerat Deus, quod mulier illa vidua venientem Eliam reciperet, & eum pasceret.*

2 Da mihi paululum aquæ, &c. *Dicit Rab. Salo. quod quamuis Deus reuelasset Eliæ, quod pascendus esset ibi per mulierem viduam, non tamen fuit sibi reuelatum in particulari, quæ esset illa, & ideo exemplo Eliezer rogauit dominum, vt ostēderet sibi, quæ posset esse illa, per hoc signum, quod sibi potenti aquam liber aliter offerret, sicut Eliezer cognouit Rebecam, vt habetur Gene. 24.*

3 Cumque illa pergeret, vt afferret. *Per hoc cognouit, q̄ illa erat de qua Dominus sibi dixerat, & eum hoc fuit sibi reuelatum, q̄ oleum & farina non deficeret in domo eius, quoniam daret dominus pluuiam super terrã, & in dixit ei. Noli timere, sed vade, & fac, sicut dixi.*

4 Verūtamen mihi fac de ipsa farinula subcinericiū. *Erat enim*

enim fatigatus itinere, & ieiunio, & ideo accelerari debebat refectio eius: Cura patenti in lucra.

5 Factum est autem. *Hic consequenter ponitur filij viduæ suscitatio, cuius infirmitas præponitur, cum dicitur, Ægrotauit filius mulieris, &c. & mors sequens, cum dicitur.*

6 Ita vt nõ remaneret in eo halitus. *Deficiente enim respiracione, deficit vita in animalibus respirantibus, cuiusmodi est homo.*

7 Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates. *Pallidum enim iuxta album intensum, videtur declinare ad nigredinem. Et eodem modo licet ista mulier esset deuota, & sancta tamen sanctitas eius erat modica respectu sanctitatis Eliæ. Et hoc modo locutus est Loth Gen. 19. dicens, Non possum in monte saluari, id est, iuxta Abraham, cuius sanctitas tanta est, quod iniustitia mea delictam est iuxta eum, sicut ibidem fuit expositum, secundum opinionem Hebræorum. Cetera patent vsque ibi.*

Et

MORALITER.

† *Et comedit ipse, & illa, & domus eius. Factum est autē, etc.* subditur **7** *Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates, &c.* Per hoc ostenditur, quod prædicator euangelij, qui per Eliam significatur, vt prædicatum est, in domibus hospitem debet esse exemplar v. t. x., quod filij hospitiū, id est, opera eorum mortua videantur

videantur in comparatione ad opera prædicatorum. Per hoc autem, quod mulieris filius per preces Eliæ fuit a mortuis suscitatus, significatur, quod opera recipientium prædicatorum per bonas exhortationes, & preces eorum, videantur resuscitata per emendationem vitæ ipsorum, vt sic hospes possit dicere, quod sequitur: *Nunc in isto cognoui, quoniam v. r. Dei es*

spiciēs filij resurrectionem, firmā ac stabilē accepit pietatē.
 *AVG. Dominus Eliam ad viduam miserat, gratia exhibendi miraculi ad gloriam nominis sui, quo tantum Prophetam, & tunc viventibus, & posteris commendaret.

RAB. Vidua, apud quā hospitabatur Elias, & cui⁹ benedixit farina, & oleo, synagoga est Iudeorum, quæ Moli morte viduata, filium nutrebat paruulum, hoc est carnalem populum Iudeorum, hic ad ingressum Elię, id est, saluatoris nostri, febre infidelitatis infirmabatur, quia in eum nō credidit, sed spreuit. Vnde mater synagoga de aduentu saluatoris conqueritur, quasi,

ipse esset cā interfectionis populi dicens. *Quid mihi, et tibi, etc.*
 C Hic est, quod Caiphas ait. *Expedi vobis, vt vnus moriatur p̄ populo,*

es ad me, vt rememorarentur iniquitates meę, & interficeres filium meum? Et ait Elias ad eam. Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu eius, & portauit eum in cœnaculum, vbi ipse manebat, & posuit super lectulum suum, & clamauit ad Dominum, & dixit. Domine Deus meus, etiamne viduam, apud quam ego vtrunque sustentor afflixisti, vt interficeres filium eius? † Et expandit se atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominū, & ait. Domine Deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit Dominus vocem Elię, & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitque Elias puerum, & deposuit eū de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suę, & ait illi. En filius tuus

viuit. Dixitque mulier ad Eliam. Nunc in isto cognoui, quoniam vir dei es tu, & verbum domini in ore tuo verum est.

lo, & non tota gens pereat.

RAB. Sicut Propheta verbis viduę non exasperatur, quin potius miseretur: Ita Redēptor noster non exasperatur malitia Iudeorū, sed misertus sui populi tulit eum de sinu matris cū tulit eū de carnali obseruantia legis, & posuit super lectulum suum, hoc est

demonstrauit ei vitam habere in morte sua, expanditque se tribus vicibus, dum trinitatis fidem in sinuabat.

a Tulitque Elias. RABBAN. Tulit Elias puerum, & reddidit matri suę, cum Dominus noster populum saluans, credentem signat, & miracula ostendebat incredulis, vt cognoscerent veraciter illum viuere, qui credit in

nomine eius, & sic eueniet, vt plebs Iudaica veritate superata proclamet ad Ch̄m: *Nunc in isto cognoui, quoniam vir dei es tu.*

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et expandit se atque. *Hoc enim feci ex magno affectu ad suscitationem pueri. Per hoc ostendens, quod vellet sibi dare partem vitę suę, si posset fieri.*

2 Tribus vicibus, &c. *quia perfectio cuiuslibet negotij consistit in tribus, scilicet in principio, medio, & fine. Ratio autem figuralis est, quia per istam extētionem Propheta super puerum mortuum figurabatur, quod genus humanum a morte culpę esset suscitandum per incarnationis mysterium.*

ADDITIO.

In ca. 17. vbi dicitur in postil. *Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meę, &c.*

Opinio Hebręorū in hoc loco est penitus irrationabilis. Nam licet sanctitas mulieris esset modica respectu sanctitatis Elię, sicut & iustitia ipsius Loth erat modica respectu sanctitatis Abrahę, non tamen ex hoc debet dici iniquitatē esse in muliere, nec Loth non posse saluari iuxta Abraham. Illi autē, qui sunt minus virtuosī seu perfecti, potius iuuantur cū sint in societate p̄fectorū, quam vitiantur. Bonum enim s̄m Diony. de diu. no. est sui ipsius diffusiuum seu communicatiuum, & ideo in scriptura societas virtuosorum commēdatur, vt Prou. 13. d. *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit.* Exemplum ē, quod inducitur de pallido, & albo non valet. Nam licet iudicium sensuale s̄m operatiōes, & respectus decipiatur, non tamē iudicium rationis, vt patet de sole, qui ad sensum iudicatur ferē bipedalis, & tamen ratio iudicat ipsum esse in magna proportione maioris quantitatis, quam tota terra. Quanto igitur incomparabiliter longius estimandum est de iudicio diuino, quod non iudicat aliquem esse iustum propter hoc, quod non sit equalis alicui maxime iusto, *reddidit enim vnique iuxta opera sua*, vt in Psalm. Vnde & talis respectus nihil hic operatur. Sed ad intellectum literę dicendum videtur, quod hęc mulier licet bona, & deuota, tamen reputabat se peccatricem, prout decet communiter iustos.

Et quia

mysterium. Tribus vicibus hoc facit Elias factō proficiens fidem trinitatis, quia Fides maxime operatur in operibus miraculosis, secundum quod dicit Saluator Luc. 17. b. Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, diceretis arbori huic moro, eradicare, &c. & fiet. Cetera patent vsque ibi.

3 Nunc in isto cognoui. *Per filij sui suscitationem de presenti, fuit certificata de dictis Elię pro futuro, scilicet de multiplicatiōe olei, & farina, & de datione pluuię super terram.*

CAP.

Et quia sciebat Eliam esse maximum zelatorem legis, & iustitię, intantum quod procurabat ardentem punitionem, & necem idololatrarum, vt patet in suo processu, idcirco p̄sumebat, quod aduentus Elię in domo sua procurauerat mortem filij sui ex iniquitate sua, scilicet matris, & quod Elias recordaretur iniquitatem illam coram Deo ad finem, vt scilicet per mortem filij temporalem mater conuerteretur ad Deum, sicut s̄pe contingit, vt homines per p̄nas tēporales a Deo castigati corrigantur, quod quidem non contingeret si apud eum non mansisset, quia sic eam non cognosceret, & ideo proprie dicit. *Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meę, & interficeres filium meum? &c.* REPLICA. In c. 17. vbi postil. verbum mulieris Sarephanę, scilicet, *Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meę*: Exponit ad modum Hebręorum, quod hęc mulier eum esset iusta, & sancta, ex humilitate tamen respectum habendo ad excellentem sanctitatem Elię se dicit peccatricem, prout sancti confueuerunt, & prout purissimus Ioannes Euangelista in Epistola sua prima. 1. ca. docet, di. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Hunc modum loquendi Hebręorum Bur. dicit penitus irrationabilē, sed probatio eius, vt patet nihil est ad propositum, quia non dicitur in illo modo loquendi, quod in muliere fuerit peccatum, sed ipsa de se humiliter loquitur. Et Burgen. post inuicem digressionem coincidit quasi cū eodem modo loquēdi.

CAP. XVIII.

Post multos, &c. THEODORETUS. Postquam propheta dixerat Achabo, Si erit his annis pluuia, nisi per sermone oris mei. Achab accepta experientia veritatis verborum, necessario require-

bat eum, qui lingua sua nubes clauerat, ut alterum e duobus faceret, nepe ut persuaderet aperire, aut si non persuaderet, cum perderet.

b vade, & ostende te Achab, etc.

Honi. 1. de feli.

CHRYSOST. Verba

legationis Dei sunt. Deus per semetipsum de misericordia apud seruum legationis munus obit, & intercedit. Proficiscere, inquit, quia factus es misericordior, declata, quam misericordes sint sermones tui. Parturio, & ego misericordiam, vrgeo ut reconcilietur, reuerentia lachrymas eorum, qui puniuntur. Omnes peccatores o pphera misericordie meae

solus, vel seruum.

† & dixit.



OST multos dies verbum domini factum est ad Eliam in anno tertio, dicens. Vade, & ostende te Achab, ut dem pluuiam super faciem terrae. Iuit ergo Elias, ut ostenderet se Achab. Erat autem fames vehemens in Samaria. Vocauitque Achab Abdiam dispensatorem domus suae. Abdias autem timebat dominum Deum valde. Nam cum interficeret Iezabel prophetas domini, tulit ille centum prophetas, & abscondit eos, quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & pavit eos pane, & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiam. Vade in terram ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles, si forte inuenire possimus herbam, & saluare equos, & mulos, & non penitus iumenta intereant. Diuiseruntque sibi regiones, ut circumirent eas. Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram seorsum. Cumque esset Abdias in via, Elias occurrit ei. Qui cum cognouisset eum, cecidit super faciem suam, & ait: Num tu es domine mi Elias? Cui ille respondit: Ego; vade, dic domino tuo. Adest Elias. Et ille. Quid peccaui, inquit, quoniam trades me seruum tuum in manus Achab, ut interficiat me? Viuit dominus Deus tuus, non est gens, aut regnum, quod non miserit dominus meus te requirens. Et respondentibus cunctis, non est hic, adiurauit regna singula, & gentes, eo quod minime reperireris. Et nunc tu dicis mihi, vade, & dic domino tuo, ad-

chirographum habent. Nolo mortem peccatoris.

toris. Proficiscere, & appare Achab. Reconciliari eis volo, sed absque te non reconciliabor, tu significa, tu pluuiam cessantem pronuncia, ego tuis sententijs subscribam.

c Cumque esset Abdias in via, Elias occurrit ei. Qui cum cognouisset eum, cecidit super faciem suam, & ait: Num tu es domine mi Elias? Cui ille respondit: Ego; vade, dic domino tuo. Adest Elias. Et ille. Quid peccaui, inquit, quoniam trades me seruum tuum in manus Achab, ut interficiat me? Viuit dominus Deus tuus, non est gens, aut regnum, quod non miserit dominus meus te requirens. Et respondentibus cunctis, non est hic, adiurauit regna singula, & gentes, eo quod minime reperireris. Et nunc tu dicis mihi, vade, & dic domino tuo, ad-

CAP. XVIII.

qui sub Achab & Iezabel, fauuit centum prophetas in specubus, sepulchrique eius usque hodie cum mausoleo Helisei prophetae, & Ioannis baptiste in Sebastee uenerationi habetur, quae olim Samaria dicebatur. Hic igitur quia centum prophetas auerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, fit dux ecclesiae. Tunc in Samaria paruulum gregem pauperat, nunc in toto orbe Christi patet ecclesiam. Abdias autem princeps exercitus Israel, cuius nomen interpretatur seruus domini, illos praefigurabat, qui ex principibus Iudeorum cre-

diderunt, & erant occulti discipuli, ut Nicodemus, & Iosephi.

a Nunquid

NICOLAUS DE LYRA, CAP. XVIII.

Post multos. Hic ponitur secundum signum ad reuocationem Achab de malis suis, & de datione ignis de caelo, & primo ponitur signum, quod erat principale, & secundo addit aliud ex consequenti de datione pluuiae, ibi. Et ait Elias. Circa primum primo ponitur ipsius ad terram Israel reuersio, secundo ignis descensio, ibi. Veruntamen nunc mitte. tertio prophetarum Baal occisio, ibi: Dixitque Elias. Circa primum Elias de precepto domini reuertitur, secundo veniens agnoscitur, ibi, Erat autem fames. Circa primum dicitur. Post dies. Contra hoc videtur esse Iac. 5. d. Elias homo erat, &c. Et subditur. Et orauit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Ex quo videtur, quod reuersio Elias ad terram Israel, ut pluuia daretur fuit anno quarto. Dicendum, quod tempus hic computatur ab exitu Elias de terra Israel, & non a prohibitione pluuiae, sicut Iacobus apostolus computat. quia a prohibitione pluuiae usque ad exitum eius steterunt sex menses, & plus, quia diu latuit in torrens Carith, ita quod ex siccatate terrae siccatas fuit torrens antequam recederet, ut dictum est ca. praec. 2 Vade, & ostende. licet enim absque praesentia Elias possit dare, tamen voluit sic facere, quia propheta per reuelationem eius dixerat, quod pluuia non daretur super terram, nisi iuxta verbum oris sui, id est, per orationem eius, & denuntiationem, & sic dominus adimpleuit, ut infra patebit. 3 Erat. Hic consequenter aduentus Elias cognoscitur, & primo ab Abdiam, cuius modus describitur cum dicitur. 4 Vocauitque. Et ipse ex vna parte, & Abdias ex altera discerneret per loca humida regni sui, ad vendendum si possit herba inueniri ad sustentationem equorum regis. Non tamen ista faciebant, nisi auctoritative, et precipiendo. Erant enim ministri, qui hoc faciebant exequendo. Homines enim terrae quantum poterant talia abscondebant ad nutum suorum animalium,

animalium, ut possent aliquo modo de lacte sustentari, quia fructus terrae fecerant praenimia siccitate, & ideo rex, & Abdias iuerunt ad hoc negotium, ut melius posset fieri. 5 Abdias. hoc dicitur ad ostendendum, quod non erat consentaneus domino suo in malis suis, ad cuius probationem subditur. 6 Nam. Prophetarum vero hic dicuntur viri religiosi intenti diuino cultui, quos primo congregauit ad hoc Samuel, & aliqui etiam habebant spiritum prophetiae, sicut dictum fuit supra 1. li. c. 10. Iezabel vero volens destruire cultum Dei quantum poterat, & cultum Baal extollere interfecit eos prout potuit, & tunc Abdias centum illorum saluauit, abscondens quinquaginta in vna spelunca, & quinquaginta in vna alia, & prouidit eis de victu ac vestitu, & ex hoc consecutus est a Deo prophetiae donum secundum saluatoris dictum Matth. 10. d. Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. vade inter duodecim prophetas quartus computatur. Caetera patient ex dictis usque ibi. 7 Dic domino. quia dominus ei preceperat, ut ostenderet se Achab. 8 Quid peccaui. Timuit enim ne Elias subito ad alium locum portaretur, sicut frequenter acciderat, quando dominus ipsum ad aliquem locum miscebat, propter quod filii prophetarum quando fuit raptus crediderunt ipsum sic fuisse translatum, ut habetur infra 4. lib. cap. 2. Et sic Achab interfecit Abdiam, credens, quod illi esset sibi dicens venisse Eliam. 9 Adiurauit re. quod si Elias inueniretur in eorum terra, caperetur & sibi mitteretur, loquitur tamen hic scriptura de regnis propinquis tantum, & reges propinqui faciliter assenserunt: Tum quia rex Tyri erat socer eius, & filius regis Iuda habebat uxorem Athabam filiam Achab, similiter rex Moab erat sibi tributarius, & rex Edom regis Iudae. Item quia in terris, quae erant prope regnum Israel, erat etiam fames propter siccitatem, quam sciebant per verbum Elias euersisse,

MORALITER.

1 Post multos. Per hoc autem, quod Elias propter obstinationem Achab, & populi eius a reprehensione cessauit, & de terra recessit,

recessit, postea vero per afflictionem sanis intellectu dato ipsi Achab, & eius populo Elias rediit, & increpationem resumplit, ut patet in sequentibus, tunc eius verbum effectum habuit, quia tunc populus dixit.

† Dominus

A Nunquid non indicatum est tibi, &c. * THEODOR. Hic Abdias erat valde pius vir, idque docent non solum eius verba, sed etiam res ipsae. Nam primum quidem cernens prophetas occidi ab Iezabel, non solum occulcauit, sed etiam pavit, & non tres, nec quattuor, nec quinque & deicem, sed centum bifariam diuisos. Neque timuit eius, quae dominabatur saecritiam cruentam, sed omnibus praetulit pietatem. Deinde verba eius ad Elias, verba sunt viri diuina meditantis, & scientis vim diuini spiritus.

* ATHANAS. Si alicubi nunc sunt pii, & Christi studiosi, illi ut magnus propheta Helias absconduntur, ut & ipsi forte Abdiam aliquem fidelem inueniant, & in speluncas, & caernas terrae sese abstrudunt, aut in solitudine aberrantes commorantur. Eas enim calumnias adferunt victores isti (Arriani haeretici aduersus catholicos,) quales Iezabel contra Nabuth confinxit, & Iudaei contra Christum, &c.

* IDEM. Neque Dauid in spelunca se exhibuit Sauli, neque filij prophetarum ingesserunt se Achabi. Id enim erat facere contra Dei praecceptum, quum in scripturis habeatur. *Non tentabis Dominum Deum.* Id cum, & ego vererer, ad istum modum me institui, &c.

B Non ego turbaui Israel, &c. * CLEMENS Rom. Non accipies personam in redarguendo de peccato, quemadmodum Helias, & Micheas redarguebant Achab, Abdemelech Aethiops Sedechiam. Nathan Dauid, & Ioannes Herodem.

* AMBROS. Rex erat, & rex Samariae Achab, Elias pauper, & indigens pane, cui victus defecisset substantia, nisi corui alimoniam ministrassent. Adeo vero deiecta erat conscientia peccatoris, ut nec regalis potentiae fastu attolleretur. Itaque quasi vilis ac degener, inuenisti me, inquit, inimicus meus, depre-

est Elias. Cumque recessero a te, spiritus domini asportabit te in locum quem ego ignoro & ingressus nuntiabo Achab, & non inueniens te interficiet me. Seruus autem tuus timet dominum ab infantia sua. Nunquid non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas domini, & absconderim de prophetis domini centum viros quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & pauperim eos pane, & aqua? Et nunc tu dicis, vade & dic domino tuo, adest Elias, ut interficiat me? Et dixit Elias. Viuit dominus exercituum, ante cuius vultum sto, quia hodie apparebo ei.

A Abijt ergo Abdias in occursum Achab, & indicauit ei. Venitque Achab in occursum Eliae, & cum vidisset eum ait. Tu ne es ille, qui conturbas Israel? Et ait ille. Non ego turbaui Israel sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata domini, & secuti estis Baalim. Veruntamen nunc mitte, & congrega ad me vniuersum Israel in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Iezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel, & congregauit prophetas in monte Carmeli. Accedens autem Elias ad omnem populum Israel ait. Usquequo claudicatis in duas partes. Si dominus est Deus, sequimini eum. Si autem Baal sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum. Et ait rursus Elias ad populum. Ego remansi propheta domini solus. Prophetae autem Baal quadringenti, & quinquaginta, prophetarumque lucorum quadringenti viri sunt. Dentur nobis duo boues, & illi eligant sibi bouem vnum, & in frustra cedentes ponant super ligna, tignem autem non supponant. Et ego faciam bouem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Inuocate nomina deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Dei mei, & Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait. Optima propositio, quam locutus

deprehendisti in me, qui latere putabam. Nulla mentis meae occulta te fallunt. Inuenisti me patent tibi vulnera mea, captiuitas praesto est, &c.

C Usquequo claudicatis in duas partes, &c. * CLEMENS Rom. Cum Moyses dixerit Israelitis. *Ecce posui in conspectu vestro viam vitam, & viam mortis, & subiunxerit Helias, Quousque claudicatis utroque poplite? Si Deus est dominus, sequimini eum, merito quoque dicebat dominus: Nemo potest duobus seruire, &c.*

* THEODO. Quomodo est intelligendum, *Quousque claudicatis utroque poplite?* Et Deum adorabant, & idola colebant. Neque Deus, inquit, vult Deos qui falso nominantur coli, neque ipsi verum Deum adorari. Vos autem, & haec, & illa facientes, neutro conseruatis beneuolentiam.

* JRENAEVS. Helias conuocato vniuerso Israel in montem Carmelum, volens eos ab idololatria auertere, ait eis. *Quousque claudicatis vos in ambobus suffraginibus? Si vnus est dominus Deus, venite post eum.* Et iterum super holocaustum sic ait idolorum sacerdotibus. *Vos inuocabitis in nomine deorum vestrorum, & cetera.* arguens ipsos, qui putabantur dii, deos non esse.

* THEODO. Cum lex iubeat in vno loco colere, cur Helias in monte Carmelo adificauit altare? Iusto lex non est posita, sed iniquis, & inobedientibus. Israeleni enim propter animi sui duritiam, in vno loco iussit colere, ne si eis data esset libera potestas adoraret etiam falso nominatos deos. Prophetata autem voluit ostendere demonum imbecillitatem, Dei autem vniuersorum potentiam. Fieri autem non poterat, ut eos adduceret in templum, quod erat Hierosolymis, cum esset regnum bifariam diuisum, sed in Carmelum, vbi plurimum versabatur.

D Dentur nobis duo boues, &c. * AVG. Sanctus Helias dicitur boues,

L. 7. Const. cap. 7.

Deu. 30.

Matt. 6.

Quest. 55.

lib. 3. c. 6.

E

Quest. 54. cogitationes.

† duo iuueni & infra.

† ignemque non supponit.

F

li. 2. de mirab. sacr. scrip. c. 18.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Nunquid non in. Hoc dixit non ad iactantiam, sed ne Elias ipsum exponeret periculo modo praedicto.
- 2 Et dixit Elias. Affecurauit eum per iuramentum, & tunc iuit ad denuntiandum ipsi Achab Eliae aduentum, & sic secundo fuit cognitus eius aduentus ipsi Achab, quod notatur cum dicitur.
- 3 Venitque in occur. quia desiderabat remedium famis habere.
- 4 Tu ne es. q. d. sic. & quia superbe loquebatur, ideo ad repellendam eius superbiam respondit Elias.
- 5 Non ego turbaui, &c. quia propter malitiam tuam dominus mihi plagam istam.
- 6 Veruntamen. Hic consequenter describitur descensus ignis de caelo ad declarationem diuinae veritatis, & falsitatem idololatriae, ut sic populus Israel ad Deum conuerteretur, & beneficium pluuiae mereretur, & hoc est, quod dicitur.
- 7 Mitte, & congrega ad me. i. maiores, & principales populi ad visionem miraculi in monte Carmeli. Iste non est Carmelus in quo manebat Nabal, ut dicitur supra 1. lib. c. 25. quia ille est in sorte Iude, iste

- iste autem in sorte Ephraim.
- 8 Qui comedunt de mensa. praebat enim eis victum, & vestitum, ut exaltarent idololatriae cultum.
- 9 Usquequo claudicatis, quia aliqui eorum colebant dominum, & cum hoc Baal, sicut & de Samaritanis dicitur inf. 4. li. c. 17.
- 10 Si dominus est Deus. id est, per signum visibile probetur vobis, quod Deus Israel ipse sit Deus verus, & non Baal.
- 11 Sequimini illum. ipsum colendo, & non alium.
- 12 Et non re. &c. quia ignorabat huius probationis modum.
- 13 Et ait rursus Elias ad. ostendens modum huius probationis.
- 14 Ego remansi. s. qui auster apparere, & idololatriam resistere, quia vivebant illi centum absconditi ab Abdia, ut dicitur est.
- 15 Prophetarum autem. &c. q. d. si haberent veritatem pro se, deberent praualere. Cetera patent usque ibi.
- 16 Et Deus, qui exaudi. caelitus datum ad consumendum sacrificium.
- 17 Ipse sit Deus. id est, vere credatur, & colatur.
- 18 Optima propo. quia ignis descenderat super sacrificium Abel, ut dicitur Gen. 4. & super sacrificium Aaron in sua consecratione, ut habetur Lev. 9. in signum acceptationis diuinae.

Qui

A boues, vnum Domino, & alterum Baal, per se, & p pphetas idolorum mactari in holocaustum rogant, vt Dominus, qui per ignem exaudierit, ipse totius populi Deus sit. Sed Baal, q potius igni in potestatem traditus est, super holocaustum ignem dare non poterat.

Quæst. 56. *Facite primi, quia vos, & cat.*
 * THEOD. Quamobrem iussit primos peragere sacrificium? Ne pudore, affectu ministri mēdaci, dicerent agere ferre Baal, quod non primus acceperit munus. Cum autē nihil effectissent, eos ludibrio habens, d. Est verisimile cum dormire, aut alijs rebus vacare, oportet ergo omnes simul clamare, vt magnitudo clamoris somnū abigat. Verbis inducī stolidi, & clamorē cōmuniter emisissent, & se gladijs, & saromastis cōsiderūt vsque ad effusionem sanguinis. Nam cum hominum eadem spirent demones, hominum sanguine delectantur, quamobrem hoc modo eos colebant.

† vel saltabant super.

Homi. 2. de Heli.

B Helias medius inter Deū, & populum, stabat in quā, inter sacrilegos sanctus, inter peccatores iustus, inter prophanos deuotus, aduocationē populis cunctis præstaturus. Obiurgat populum, orat Deum, iram Domini auertit, & errantem populum a Dei cultura, ad Dei patriam reuocauit. Cōiungit Dominum populo, & Deo populum.

Rabbanus. Angelom.

† spatio duorum statorum lementis.

b Curant alt. R. A. Et redēptor noster contra mūdi principem ac satellites eius decertans ac superans, altare domini, quod destructum fuerat, i. fidelium corda a labe iniquitatis purgās aream Deo dedicata, quæ ex 12. lapidibus constructa memoratur, quia ex his, qui Prophetiam, & Apostolicam fidem seu doctrinā sequuntur gratissima ara Deo cōstruit, in qua sacrificiū laudis in odorē suauitatis offerē.

c Fecitque.

est Elias. Dixit ergo Elias prophetis Baal: **E**lignite vobis bouem vnum, facite primi, quia vos plures estis, & inuocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis. Qui cum tulissent bouem quem dederat eis, fecerunt, & inuocabant nomen Baal, de mane vsque ad meridiem; dicentes, Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderet. † Transiliebantque altare, quod fecerant. Cumque esset iam meridies, illudebat eis Elias, dicens. Clamate voce maiore. Deus enim vester est, & † forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Clamabant ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Postquam autem transiit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox, neque aliquis respondebat, nec attendebat orantes, dixit Elias omni populo. Venite ad me. Et accedente ad se populo, curauit altare domini, quod destructum fuerat, & tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quem factus est sermo domini dicens. Israel erit nomen tuum, & ædificauit altare de lapidibus in nomine domini. Fecitque aqueductum † quasi per duas aratiunculas in circumitu altaris, & composuit ligna, diuisitque per membra bouem, & posuit super ligna, & ait. Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustum, & super ligna. Rursumque dixit. Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecisset scdo ait. Etiam tertio idipsum facite. Feceruntq. & tertio, & currebāt aque

c Fecitque. RAB. Fx contrito videlicet corde, & humiliato spiritu illumina producendo lachrymarū præ timore gehennæ, & desiderio vitæ æternæ. Ibi etiā composuit ligna, quia sanctorū dicta, & facta ad exēplum constituit credentibus, diuisitque membra bouis, & posuit super ligna, cum omnes

docuit, iussitque sup holocaustū, & super ligna semel iterū actus suos ad exemplū sanctorum patrum fideles formare & tertio aquā infundere, quia omni tēpore est necesse verba cogitatus, & opa nostra in pura operatione, & cōpūctiōne lachrymarū mundare, & prius cessare, quā fossæ aqueductus replentur, i. donec futurum gaudium presenti merori succedens perfecte compleatur. Sicq; erit iuxta illud quod sequitur. *Cecidit ignis de celo, & v. b. & c.* quando discrimen superni iudicis dicta ac facta, & totā vitam nostrā perfecte examinans pbando nos sicut igne probatur argentū, immortales ac beatos factos in sede collocabit perpetua, vt ad instar Israelitarum in æternum gratulādo canamus: *Dominus ipse est Deus.*

d Etiam tertio idipsum facite.

* THEODORE. Tertio aquam infundi iussit super sacrificiū, adorandæ Trinitatis indicās numerum. Clamore autem vsus ad Deum patrum nondū finitis precibus, ignis consumpsit non solum ligna, & sacrificiū, sed & puluerem, & aquam, & lapides, ne afficeretur iniuria diuinum altare, impijs illis sacrificia dæmonibus offerentibus. Hoc facto miraculo iussit interfici prophetas mendacii.

* AVGVST. Idq; sine homicidij culpa, quippe qui erat in illa lege, quæ dicit. *Blasphemum non patieris viuere.* Nullus hominum idolum colit, nisi Dei blasphemus extiterit. Ac p hoc, q idololatriæ cultores mactauerat, blasphemos, & sacrilegos de terra purgabat.

BASIL.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Qui cum tulissent. Quæritur hic, quō acceptauerāt Elię propositionem. Ad quod dicendum, compulsi fuerunt hoc facere a populo, qui approbauerat propositionem Elię, & quæ confidebant de dæmonis potestate, qui permissus talia pot facere. Vnde, & tempore Antichristi faciet ignem descendere de celo, vt habetur Apoc. 13. c. & forsitan ad eorum inuocationem alias fecerat simile.

2 Quem dederat. Dicit Rab. Sa. quod bos electus pro sacerdotibus Baal declinabat ab eis, abscondens se sub pallio Elię, et hoc nutu diuino, quasi abhorrens idololatriæ cultum, vt sic etiam homines assistentes docerentur per animal brutum, & tunc Elias tradidit eum eis dicens, quod per eius immolationem sanctificaretur locus, sicut & per immolationem bouis alterius, quia per immolationem istius fuit detecta falsitas idololatriæ, eo quod Baal non potuit immolantes exaudire, per alterum verō fuit manifestata veritas patriæ.

3 Et non. & c. nec qui r. scilicet factio ignem dando, quia potestas dæmonis erat prohibita.

4 Transiliebantque alia. secundum modum idololatriæ.

5 Cumque esset. Dies enim fuit, diuisa, ita quod prima medietas diei fuit concessa sacerdotibus Baal, in qua debebant cōplere suum sacrificium, nisi enim fuisset eis tempus præfixum, quæsiuissent dilationem.

6 Deus enim u. s. secundum errorem vestrū, & forsitan. Irriusorie lo-

quebatur, sciens dæmonem nihil posse, nisi quantum Deus permittit.

7 Incidebant, quia dæmones delectantur in sacrificijs de sanguine hominis, qui est nobilissima creatura ad imaginē Dei facti, & deo in talibus solent dare responsa.

8 Postquam autem tran. id est, tempus eis præfixum.

9 Dixit Elias omni, quia residuum diei erat sibi datum.

10 Curauit. dicit Ra. Sa. quod istud fuit altare, quod ædificauerat Saul domino, vt habetur 1. 11. c. 14. sed fuerat destructū per Iezabel, eo quod fuerat constructum in honorem Dei.

11 Fecitque. In Heb. habetur sic. *Et fecit sulcum duorum sacrorum sementis in circumitu altaris.* Quod exponens Rab. Sa. dicit quod fecit fossatum paruum ad modum sulci, quadrilaterū tamen, ita quod spatium terræ inclusum intra poterat seminari sementem duorum statorum. Est autem fatum genus mensuræ, & illud spatium erat 5 cubitorum in quadratum, ad similitudinem atrij, quod erat ante tabernaculum fœderis, quæ fecerat Moyses, quod fuit 50 cubitorum in quadratum, sicut dictum fuit Exo. 27. & intra illud spatium erat altare prædictum, quod reparauit Elias, sicut & altare holocaustorum erat in atrio ante tabernaculum.

12 Implete. hoc fecit ad tollendum omnem calumniam, quæ posset diei ignem prius ibi fuisse latenter, & vt miraculum esset euidentius, quod in aqua ignis valeret.

13 Et curre. aque curru. & c. ex redundantia.

Et

* **BASILIVS.** Illum qui tanquam pharmaco, ad ea, quæ oportet, ira vitur, Dominus minime condēnat. Moses omnium hominum mansuetissimus, vituli idololatriam dānās, Leuitarū manus in eadē fratrum armauit. Phinees iusta contra publice fornicantes ira, vt oportebat, vsus, p̄tinus vtrūq; trucidauit. Samuel regē Amalech iusta ira in medium trahens, occidit. Sic itaque fit ira saepe numero bonarum actionum ministra. Helias vero zelotes quin quaginta supra quadringentos turpitudinis sacerdotes, & quadringentos viros sacrorum nemorum, comedentes de mensa Iezabel, iusta sapientique indignatione in totius Israel utilitatem, vt morte mulcarentur effecit.

* **OPTATVS** Mileuit. Videamus quare Moyſes tria milia hominum iussit occidi, quare Phinees duos, quare Elias quadringentos, & quinquaginta, quare Macarius (catholicus) duos (hæreticos Donatistas,) quorum nomina quotidie flabello inuidiæ ventilatis. Omnes constat in eos vindicasse, à quibus iussio diuina cōtemp̄ta est. Nam, *Non facies tibi sculptile, Dei vox est.* Et, *Non facies adulterium, eiusdem Dei vox est.* *Non facies schisma, & Quære pacem, & conseruabis eam,* eiusdem Dei præceptum est. Temporibus Moyſi populus caput vituli coluit, iō tria milia occidi meruerunt, quia Dei vox videbatur esse cōtemp̄ta. Phinees adulteros percussit, & laudari à Deo meruit, quoniam diuinorum cōtemp̄totes occidit. Quadringenti, & quinquaginta quos Elias occidisse legitur, ideo occisi sunt, quia contra iussionem Dei, Dei præcepta cōtemp̄serāt. Et illi quorum nominibus Macarium criminariis, nec à falsis vatibus longe sunt, quia vox Dei dixit futuros esse falsos vates.

* **HIERO.** Depone gladium, & ego scutum abijciam. In vno

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et fossa aquædu. Ex hoc videretur alicui, quod dictum Rab. Sa. esset falsum, quia 12. hydriae aquæ non sufficerent ad replendum fossatū tantæ longitudinis, scilicet ducentorum cubitorum in circūitu, quia quodlibet latus habebat quinquaginta cubitos secundum ipsum. Ad qđ respondet dicens, qđ vnus de effundentibus illas hydrias Eliseus fuit, qui venerat illuc cū alio populo, quāuis nondum esset Eliæ discipulus, & effundendo hydriam suam effudit aliquam partem eius à casu sup manus Eliæ, & tunc aqua sruere cæperunt de digitis eius miraculose, sicut de fontibus abundantibus, & per hoc fossatū fuit repletū. Ad concordiam autem huius adducit illud, quod habetur inf. 4. lib. c. 3. de tribus regibus aquam quarentibus per intercessionem propheta, & respondit vnus de seruis regis Israel. Est hic Eliseus filius Saphat, qui fudit aquam super manus Eliæ. q. d. iste est aptissimus ad quærendum signum aquæ, quia per effusionem aquæ de manu sua factum fuit miraculum in multiplicatione aquæ modo prædicto.

2 Domine. hanc orationem creditur fecisse alte, vt posset audiri ad Dei honorem, & populi conuersionem.

MORALITER.

† Dominus. ostenditur qđ prædicator veritatis cōsiderare debet opportunitatem temporis ad prædicandū, quia scriptum est Eccle. 3. b. *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Propter quod super illud Mat. 23. d. *Ecce ego mit. ad vos sa. & scri.* dicit Hiero. Sapientes, qui nouerint quando debeant proferre sermonē. † Cumque. per sacrificiū Eliæ significatur sacrificium prædicatoris de propria carne. vnde Paulus prædicator veritatis dicitur. 1. Cor. 9. d. *Castigo corpus meum, & in ser. re. & c.* Et ad hoc sacrificiū offerendū inducit nos Apostolus Rom. 3. a. *Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibi. cor. vestra ho. viuentem, sanctā, Deo placabilem obse. vestrum.* Sed quoniam non solum caro, sed etiam spiritus hominis est offerendus, ideo ad hoc significandum facta fuit trina effusio aquæ super Eliæ sacrificium, per quam

vno tibi consentire non potero, vt parcam hæreticis, vt me Catholicum non probem. Morti possum, tacere nō possum, &c. Imperatorū scripta, quæ de Alexandria, & Aegypto Originistas pelli iubēt, me suggerente dictata sunt. Vt Romane vrbis pōtifex miro eos odio detestet, in eum consilium fuit.

* **IDEM.** Quid loquar de Priscilliano, (hæresiarcha,) qui & seculi gladio, & totius orbis auctoritate damnatus est?

* **AVGV.** Male suæ voluntati impune, & crudeliter non sunt permittendi hæretici, sed vbi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Si voluntas mala suæ permittenda est libertati, quare Israelitæ tam duris flagellis à malo prohibeantur? Quare Paulus non est permittus persequi ecclesiam? Quare monetur pater, non solum verbis corripere filium durum, sed etiam latera eius tūdere, vt ad bonam disciplinam coactus, & domitus dirigatur? &c.

a **Apprehendite.** RABBANVS. Sic redemptor noster adueniente die iudicij, mittet angelos suos, & colligent omnia scandala de regno eius, & mittent eos in stagnum ignis; vbi cruciabuntur secundum duritiam, & impenitens cor eorum.

b **Multa pluuia.** ISIDO. Nascite Christo Dei filio inter homines, & tenacitatem carnis nostræ accipiente, postquam mortem gustauit, & victor de mundo ad cælos ascendit, in breui gratiæ diuinæ per seipsum spiritum de supernis ad terram misit, qui nos a peccato mundaret, & spirituales fructus gignere faceret.

RABBANVS. In virtutibus Eliæ, qui potentia Dei pollebat in infirmitatibus suis, quod de se poterat agnoscebat. Ibi ostendebat, quod acceperat, hic quod acceperat custodiebat. In miraculis monstrabatur, in infirmitatibus seruabatur.

Elias

3 Et iuxta præ. *immolando in excelsis extra Hierusalem post templi edificationem, quod erat illicitum, nisi ex speciali dispensatione diuina, quod fecerat Elias in proposito, & Deus hoc ostendit per ignem descendentem super holocaustum eius.* Cætera patent in literis.

4 Dixitque. Hic describitur prophetarum Baal occisio, cū dicitur. 5 Apprehendite prophetas Baal, &c. videbat enim Elias populum seruentem ad honorem Dei propter recentiam miraculi visū, & iō voluit accelerare mortem sacerdotum, qui deceperant populum, ne Iezabel induceret regem maritum suum, & rex populum ad seruandum vram ipsorum.

6 Duxit eos. vt eorum cadauera in torrentem proicerentur. Interfecit autem eos Elias per populum sibi in hoc assistentem, & aliquos forte occidit manu propria zelo diuinæ iustitiæ, sicut & Samuel legitur regem Amalec occidisse supra li. 1. cap. 15.

7 Et ait. Hic ponitur signum de datione pluuie ad tollendum siccitatem, et famem eam dicitur.

8 Quia so. i. imminet de propinquo, quia pluuia facit sonitum in cadendo, & quanto grossior est, & densior, tanto fit sonitus maior.

3 Et

1 Et

quā significatur triplex effusio lachrymarū, scilicet lachrymarum contritionis ex recordatione peccatorū propriorū Esa. 38. c. dixit Ezechias dño. *Recogitabo tibi omnes an. me. in amarum meam.* Et ibidem sibi dicitur à domino: *Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam.* Effusio secūda est lachrymarū cōpassionis ex cōpassione ad Christum pro nobis passum. Io. 20. c. *Maria stabat ad mo. so. plo.* Tertia vero effusio est lachrymarum deuotionis ex dilatiōe premiorū Pf. 40. a. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ pa. die ac noc.* Seq̄. *Transibis in iota. admi. vsque ad do. Dei.* 4 Dixitque. qui interpretatur deuorator, ideo per prophetas Baal intelligunt doctores, & prædicatores falsitatis, propter quæstū tēporalē. Per hoc ergo, qđ Elias prophetas Baal occidit, vti dicitur in tex. significatur, qđ prædicator veritatis debet tales falsos prædicatores, & doctores pcutere gladio verbi diuini, & denuntiare eos occidēdos per sententiam Dei.

† *Elias*

lachrymarum effusio triplex.

Exist. ad Ctesiphontem. Epist. 204.

Exo. Num. Iudic. &c.

- verba tunc estis hec dicitio Hebraice legatur dimitti debuit hoc loco, aut verbi, omnes has res.

† 1. q. 1. c. scriptura. Act. 9. Eccle. 30. Proue. 23.

Angelomus. March. 13. c. E Rom. 2. c.

A *Elias autem ascendit, &c.* CHRYSTOM. Sancti cum summo studio, & maxima vehementia orabant, ut etiam totum corpus inflecterent. Beatus Helias orans, primum quidem quod

posuisset caput inter genua, & seipsum cum magno ardore inclinaret, ita fundebat preces. Si vis autem eum etiam videre reclinatum stantem in oratione, vide eum rursus extensum in cœlum, & ita extensum, ut etiam ignem de cœlo deijceret. Ita etiam quando voluit suscitare filium viduæ, cum totum seipsum expandisset, contexit eam resurrectionem, non interitum pens, neque oscitans, sicut nos, sed animi in orando alacritate incensus.

† vola.

B *NAZIANZENSIS.* Helias libenter in Carmelo cœlesti philosophiæ operam dabat, & Ioannes in deserto, & Iesus ipse preces locis ab hominum commercio semotis tribuebat, hoc exemplo præscribens, nobis

Orat. in Mattheum.

C *NAZIANZENSIS.* Helias libenter in Carmelo cœlesti philosophiæ operam dabat, & Ioannes in deserto, & Iesus ipse preces locis ab hominum commercio semotis tribuebat, hoc exemplo præscribens, nobis

a Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum. Ascende, & prospice contra mare. Qui cum ascendisset, & contemplatus esset, ait: Non est quicquam. Et rursus ait illi: Revertere septem vicibus. In septima autem vice, ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Qui ait: Ascende, & dic Achab. Iunge curruum tuum & descende, ne occupet te pluvia. Cumque se verteret huc atque illuc, ecce cœli conturbati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluvia grandis. Ascendens itaque Achab abiit in Iezrahel, & manus domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis currebat ante Achab donec veniret in Iezrahel.

nobis quoque faciendum esse, ut quietem amplexemur, ac nos ex hominum frequentia in solitudinem afferamus, ut sine vlla face Deum alloquamur.

b *Facta est pluvia grandis, &c.* AMBROS. Elias sanctus referavit ieiunijs suis cœlum, terram orationibus secunda-uit. Illius enim siccitatem conuertit in pluuiam, huius sterilitatem conuertit in partum. Tanta enim eius precibus orbem terrarum imbrium largitas irrigant, ut arida reuiuiscerent, mortua resurgerent, languentia sanarentur.

† IDEM. Ieiunus filius viduæ ab inferis suscitauit, ieiunus pluuias ore deposuit, ieiunus ignes de cœlo e duxit, ieiunus curru raptus est ad cœlum, & quadraginta dierum ieiunio diuinam acquisiuit præsentiam. Tunc denique plus meruit, quando plus ieiunauit.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Et pronus.* Ut deuotius oraret ad diuinum beneficium impetrandum pro communi populo. Licet enim Deus velit aliquando aliquid facere, vel fieri, tamen cum hoc vult facere per orationes sanctorum.

2 *Ascende.* Ad videndum si ascenderet aliqua nubes, quæ esset signum imminentis pluuiæ.

3 *Revertere, &c.* Per hoc designabatur vniuersitas vitiorum quibus Achab, & populus Israel erant irretiti, propter quæ prohibita fuerat pluuiæ. Quod autem vniuersitas vitiorum per septenarium designetur, dicit Grego. homil. 25. Septem

ergo

ergo dæmonia Maria habuit, quæ vniuersis vitijs plena fuit Ratio vero figurata accipitur respectu noui test. cuius vetus testamentum figura fuit, secundum quod dicitur 1. Cor. 10. c. *Omnia in figura contingebant illis*, quia post septem Christi mysteria, scilicet, conceptionis, natiuitatis, baptismi, prædicationis, passionis, resurrectionis, ascensionis, descendit abundanter pluuiæ gratiæ super Apostolos in die Pentecostes, ut habetur Act. 2. c.

4 *Cumque.* Iungendo regis currum, & præparando se ad recessum.

5 *Et manus.* Dans ei fortitudinem, & agilitatem ad currendum velocius ad ciuitatem, quam equi regis.

CAP.

MORALITER.

† *Elias autem,* Per hoc autem, quod Elias suis precibus pluuiam

uiam impetravit, significatur, quod per orationes deuoti pastoris, vel prædicatoris impetratur gratia saluatoris.

MORAL.

ADDITIO I.

In cap. 18. vbi dicitur in postil. *Vsq̄quo elauitatis in duas partes.* quia aliqui eorum colebant Deum, & cum hoc Baal, sicut de Samaritanis dicitur.

Samaritani non colebant Deum, sed deos suos, ut inf. 4. li. de eis dicitur, nisi quod timebant Deum, aliud enim est timere Deum, & aliud Deum colere. Timor enim seruilis potest esse sine charitate, non tamen cultus Dei, qui in fide, spe & charitate consistit secundum August.

ADDITIO II.

In eod. c. 18. vbi dicitur in postil. *Quæritur hic quomodo acceptauerunt Eliæ propositionem.*

Potest dici, quod propheta Baal tanquam penitus infideles, sicut non confidebant de suis demonibus, quod facerent ignem descendere, ita nec credebant, quod hoc faceret Elias, & sic non timebant cum eo intrare ad examen. quod si per orationem Eliæ ignis non descenderet, propheta Baal essent securi.

REPLIC. In c. 18. vbi postil. exponendo claudicationem in duas partes de Samaritanis ponit exemplum, qui colebant dominum,

dominum, & cum hoc Baal, contradicit Burg. asserens, quod Samaritani non colebant Deum, sed solum timebant deum, addens quod multum retinet inter colere, & timere. Sed hoc factum Burg. non est pertractione dignum, quia est contra rotundum textum 4. Reg. 17. vbi bis dicitur, quod colebant, et semel tantum, quod timebant, sed persuasio Burg. ad hoc, quod Samaritani non colebant Deum pugnant, includit periculum sum errorem, si enim, ut ipse putat, & dicit, nullus est cultus Dei, nisi fiat in fide, spe, & charitate, sequitur sacerdotem in peccato mortali missam celebrantem, nec colere, nec sacrificare, nec conficere, quia illa sunt veri cultus Missæ, esto ergo cultum extra charitatem salua fide, & forma ecclesiæ fore verum cultum, sed non placidum Deo, neque perfectum secundum omnes conditiones Theosebiæ. Sicut enim secundum doctores conceditur fidem informem esse veram fidem, & secundum eam quis dicitur fidelis numero, & forma, quæ non in merito, ita oportet concedi cultum informem qui hic dicitur claudicatio, & per hoc ad Beatum Aug. dicitur quod loquitur de cultu Dei formato charitate.

CAP. XIX.



*N*untiauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecer. &c.

Sequitur.

b Timuit ergo Elias, & surgens abiit, &c. RAB.

Sancti viri subleuante spiritu ad summa rapiuntur,

quamdiu vero in hac vita sunt, ne subiant tentationib. reprimuntur, hinc est quod Elias cum tot virtutibus processisset, Iezabel postmodum quamuis reginã tamen mulierculam fugit, & qui mortuos suscitabat, ventura p̄uidebat, alia quoque præclara faciebat, timore percussus de manu mulieris mortem fugit, de manu Dei mortem petit, nec accipit.

¶ Theod. Cur cū tantas habeat vires, solã timuit Iezabel? Quoniam non solum erat propheta, sed etiam homo, & alioqui timor erat diuinæ dispensationis. Nam ne miraculi magnitudo eius spiritus nimis attolleret, concessit gratia naturæ, vt timorẽ susciperet, vt suam agnosceret imbecillitatem.

¶ Amb. Desertum, fuga est bona, ad quod fugit Elias, Elifeus, Ioannes Baptista. Fugit Elias mulierem Iezabel, i. effusionem vanitatis, & fugit ad montem Oreb, quod significat exsiccationem, vt siccaretur in eo carnalis profluuium vanitatis, & cognosceret plenius Deum.

¶ IDEM. Asperiores tentationes has esse cognouimus, quæ fiunt per mulieres. Iob tentatus est etiam per mulierem. Per Euam Adam supplantatus est. Quid dicatur, quod etiam Heliam Iezabel truenta persecuta est? Quod Ioannem Baptistam Herodias fecit occidi? Singulæ singulos. Mihi quo minora longè merita, eo tentamenta grauiora. Virtus infirmior, sed plus periculi, &c.

¶ *Tolle animam meam, &c.* Amb. Anima in illo sinu ac recessu patrio festinat audire sermones Verbi, & cum audierit, super oẽm suauitatem accipit. Moyses in monte positus,

NICOLAUS DE LYRA.
CAP. XIX.

*N*untiauit aut. Postquam descripta est prophetarum Baal occisio, hic consequenter occasione huius ponitur Eliæ persecutio, Circa quod primo describitur humana trepidatio, secundo angelica promissio, ibi. Ecce angelus Domini. tertio diuina consolatio, ibi: Et ecce sermo Domini. Circa primum dicitur.

1 Nuntiauit aut. quasi compatiens prophetis Baal occisis, & ex hoc patet eius malitia obstinata, postquam viderat tot signa mirabilia & ex hoc vxor eius audaciam accepit occidendi Eliam, vnde subditur.

2 Nisi hac hora cras. Eam a corpore separando. credebat, nisi mulier quod propter istud verbum non fugeret, eo quod constanter se ostenderat Achab querenti ipsum ad mortem, sed Deus eum permisit timere ex humana fragilitate, ne nimis eleuaretur ex constantia præcedenti, ideo sequitur.

3 Ti-

MORALITER.

1 Nuntiauit autem. Sequitur.
† Misitque Iezabel. Sicut in expositione sacræ scripturæ fit aliquando transitus a capite Christo ad eius membra propter mutuam connexionem, sic etiam fit transitus ab vno Christi membro ad aliud pp eandem rōnem, igitur sicut per Eliam significatus est bonus doct̄or, vel prædicator, ita hic per eum significatur bonus discipulus doct̄oris, vel prædicatoris, aut imitator. Per hoc ergo quod Elias fugit a facie Iezabel, significatur quod bonus discipulus fugere debet concupiscentiam carnis, quæ significatur per Iezabel, eo quod

inter-

rus, cibum corporis non requirebat. Elias ad illam festinã requiem, rogabat vt acciperetur anima sua a se. Petrus aspiciens in monte dominicę resurrectionis gloriam, nolebat descendere, dicens, domine, bonum est nos hic esse. Quanta igitur illa diuinæ substantiæ gloria, quanta Verbi bona, in que

CAP. XIX.



*N*untiauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset vniuersos pphetas Baal gladio: Misitq; Iezabel nuntium ad Eliam dicens, Hæc mihi faciant dii, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam, sicut animam unius ex illis. † Ti-

3 *muit ergo Elias, & surgens abiit quocunque eum ferebat voluntas. Venitq; in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerũ suum, & perrexit in desertum viam vnus diei. Cumq; venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ, vt moreretur, & ait, Sufficit mihi domine, tolle animam meam. Neque enim melior sum quam patres mei. Projecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eũ, & dixit illi, Surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergo, & bibit, & rursus obdormiuit. Reuersusque est angelus domini secundo, & tetigit eum, dixitque illi, Surge, & comede. Grãdis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit & bi-*

ra tam in corporali, quam in spirituali natura subsistimus. *e* Et ecce ad caput suum, &c. RABBAN. Elias bis passus exprimit nostræ naturę infirmitatem, quibus non sufficit simplex passus, sed duplex, quatenus ad superna valeamus ascendere. Sicut. n. corpus sine alimento corporali subsistere nequit, ita nec anima viuere potest sine verbo Dei.

f Qui cum. ¶ AVG. Moyses, & Helias, & ipse Dominus, quadraginta diebus ieiunauerunt. Præcipitur autem nobis, & ex lege, & ex prophetis, & ex ipso euangelio quod ab eis testimonium habet.

¶ Idem. Merito etiam nos hunc dierũ numerũ custodire debemus ieiuniis, quem p talia exẽpla legimus consecratũ. ¶ Idem. Quadragesima ieiuniorum habet auctoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Mosi, & Helie, & ex euangelio quia totidem diebus Dominus ieiunauit, demonstrans Euangelium non dissentire a lege, & prophetis.

BER-

3 Timuit ergo. Verbum mulieris qui non timuerat offensam regis.

4 Et dimisit. s. filium mulieris viduæ quem suscitauerat, & quæ mulier ex deuotione ei tradiderat, vt eum erudiret, & puer Eliæ ministraret, & hic dicitur fuisse Ionas propheta. Venunt amen quia volebat ingredi desertũ, & absque ulla provisione, quod uidebatur durum pro puero, ideo dimisit eum.

5 Petiuit animæ. i. petiuit a Deo, quod animam suam de corpore acciperet. Optabat. n. magis mori, quam uidere per idololatrias contemptum Dei.

6 Et obdormiuit. Fatigatus ex labore, & ieiunio.

7 In vmbra iuniperi. arbor est crescens in desertis, cuius vmbra serpen-tes fugiunt, vt dicit Plinius, & ideo in vmbra eius homines securè dormiunt.

8 Et ecce. Hic consequenter circa Eliam ponitur angelica promissio, videlicet de cibo, quia famelicus erat, & lassatus, & patet litera vsque ibi.

¶ Et ambu-

interpretatur fluxus sanguinis, ex cuius abundantia excitatur carnis concupiscentia.

† Et perrexit in deser. Per quod significatur religionis ingressus, vel austeritas victus. Sed quia post ingressum religionis, vel inchoationẽ vitæ austerioris aliqui tepescunt, iõ subdit.

6 Et obdormiuit in vmbra. Te por enim aliquando nominatur in scriptura sopor.

8 Et ecce an. nam angelus custos eum excitat ad bonum exercitium di. surge. per mentis vigilantiam.

† Et comede. sacram Eucharistiam.

† Grandis. q. d. ipsa est tibi viaticum ducens ad patriam, ideo sequitur.

Tom. 2.

DD

† Et

concupiscunt, & angeli prospicere? ¶ Chryl. Si mortem meliorem in morte credebat, quare & patriam, & populum, ne mortem incurreret reliquit, & fugit? Quo modo mortem quã tunc fugerat, nunc requirit? Vt videas hinc etiam quomodo morte peior est in morte. Ita & Ionas tristitiam fugiens, confugit ad mortem. Sic & David mortem requirit. No- tum, inquit, fac dñe mihi finem meum. Bonorum vices maximas sperabat, multa brauia, innumerabiles retributiones, claras ac validè florentes certaminum coronas.

Epist. ad Olympiam.

¶ Et ecce angelus domini tetigit. RAB. Angelus qui Eliam paut, magni consilii angelum signat, cuius opera

Epist. ad Olympiam.

Et vel, vidit.

In Psal. 110
Senten. 64. de
temp. Epistol. 119
cap. 15.

B * BERNARDVS. Helia vtique cibus allatus est ab angelo, quo nullus in humana consuetudine vilior inuenitur, s. panis, & aqua, tanta tamen fortitudo collata est, vt quadraginta diebus ambulans, non fatigaretur, nec esuriret.

serm. 4. in
Psal. 90.

I. de corpore
& sang. Dom.
ni in Eucha. c.
19.

B * PASCHASIYS Corbeientis. Hoc potu, ac cibo Helias de manu angeli passus, quadraginta diebus, per quos praesens seculum delignatur, vt que ad montem Dei dicitur peruenisse. Ex quo patenter inuenitur, quod cibus iste (Eucharistiae corporis, & sanguinis Christi) manib. angelicis defertur & refertur, per quem nostra infirmitas releuatur.

I. 2. de veritate
Euch.

C * GRITMVNDVS. Auerf. Si Helias virtute illius refectiois quadraginta dieb. totidemque no-

stris vixit, quanto magis ex uirtute diuini conuiuui, in quo non iam subcinericios panes, sed ipsius Dei Verbi propria carne, & sanguinem de manu eiusdem sumimus Christi, potest quisquam melius sustentari? Denique & hoc de quibusdam sanctis patribus legimus, qui nullum aliud sumentes edulium, sola communicatione dominica diebus tantum dominicis saginati, multis annis vixerunt.

RAB. Sic & nos dum inertiae somnum a nobis excutimus necesse est, vt diuino solatio confortati, gressu bonorum operum per omne tempus vitae praesentis summopere festinemus ascendere in montem Dei, & in locum sanctum eius, vt ibi requiem inueniamus aeternam.

In Psal. 118.
Oton. 17.
Num. 25.

a Zelo zelatus sum, &c. * Ambr. Zelus ad uitam est diuina praecipua feruere, & amore domini eius custodire mandata vt fecit Phinees. Zelum habuit Elias, & ideo raptus ad caelum est. Zelum habuit Mathathias, qui aduersus sacrilegia Antiochi excitauit Dei plebem. Zelum qui habent, omnes sibi inimicos suos putant qui sunt hostes Dei, quamuis patrem, fratres, sorores. Omnibus dicit sicut dixit Dauid, *Inimici facti sunt mihi, &c.*

Psal. 138.
I. de fuga seculi,
cap. 2.

b Derelictus sum ego solus, &c. * Ambr. Seruus Dei exul est mundi, fugitans corporis passionum, abdicat se omnibus. ut solus remaneat sicut Elias dixit. *Et ego derelictus sum solus.* Sed non erat

erat solus cum quo erat Dominus.

c *Et spiritus.* RAB. Spiritus ante dominum euertit montes, & petras conterit, quia pauor qui ex edentibus eius surrit, & altitudinem cordis nostri demit, & duritia liquet. Sed spiritui commotionis, & ignis non inesse dominus dicitur, esse

bit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vsque ad montem dei Horeb. Cumque venisset illuc, mansit in spelunca. Et ecce sermo domini ad eum. Dixitque illi, Quid hic agis Elia? At ille respondit, Zelo zelatus sum pro domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quaerunt animam meam, vt auferant eam. Et ait ei, Egredere, & sta in monte coram Domino. Et ecce dominus transiit, & spiritus grandis, & fortis, subuertens montes, & conterens petras ante dominum, non in spiritu dominus. Et post spiritum commotio, non in commotione Dominus. Et post

vero in sibilo aure tenuis non negatur, quia cum mens contemplatione suspenditur quicquid perfecte concipit Deus non est, cum subtile aliquid conspicit, hoc est quod de incomprehensibili substantia audit. Quasi. n. sibilum tenuis aure percipimus, cum saporem incircumscriptione veritatis contemplatione subita subtiliter degustamus. Post auram tenuis sibilum vultum suum propheta pallio

operuit, quia in ipsa contemplatione veritatis quanta ignorantia homo regatur agnoscit. Vultui namque pallium superducere, est mentem consideratione propriae infirmitatis velare, ne altiora se quaerere audeat. Spelunca est nostrae corruptionis habitatio, sed cum aliquid percipere de diuinitate incipimus, iam quasi in speluncae nostrae ostio stamus. Quia. n. progredi perfecte non possumus, ad cognitionem. tamen veritatis inhiantes, iam aliquid de libertatis aura captamus. In ingressu ergo speluncae stare, est represso nostrae corruptionis obstaculo ad cognitionem veritatis incipere exire.

d *Non in spi.* i. non arbitreris, quod cum vento veniat dominus, sed post spiritum commotionis, i. turbinem & impetum venti transibit ignis, deinde sibilus aurae tenuis, post hoc transibit dominus, vt loquatur tecum.

* THEODORET. Praeter haec autem Heliam docuit, & lenitate, & clementia regere, & administrare statuerit humanum genus, & quod ei esset facile fulmina, & fulgura immittere in impios, & terram qualisare, extemporaleque eis efficere sepulchrum. Hoc. n. dixit, *Et spiritus magnus, & potens, &c.* Per haec ostendens quod lenitas, benignitas, & clementia sola est Deo grata. Vnumquodque autem aliorum attrahit hominum improbitas.

* R. DAVID. Deus Eliae compensationem reddidit pro zelo suo,

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et ambulauit. Ex hoc videtur scriptura attribuere iter Eliae ieiunanti xl. diebus, & xl. noctibus virtute cibi illius, propter quod dicit Aug. libr. de mirabilibus sacrae scripturae, quod ille cibus angelicis manib. praeparatus habuit tale uirtute, quod potuit diu seruare naturam corporis a consumptione cal. di. naturalis, propter quam requiritur sumptio cibi ad reficiendum id quod consumptum est, vt habetur primo de Generatione.

2 Vsque ad montem Dei. vbi Deus dedit legem, & ideo ibi voluit apparere Eliae, qui fuit maxime zelator legis diuinae.

3 Mansit in spelunca. dicit Rab. Sal. quod ista fuit spelunca in qua stetit Moyses, quando gloria Dei transiuit ante eum, ut habetur Exo. 32. in fi.

4 Et ecce sermo domini. Hic consequenter circa Eliam ponitur diuina consolatio, quia reuelauit sibi plures bonos, s. septem milia remansisse in populo, aliis in terra Israel, & tres in breui suscitandos ad punitionem in aliorum. Igitur circa hoc ponitur primo diuina reuelatio secundo Eliae executio, ibi. Protectus ergo. Circa primum dicitur.

5 Quid hic agis Elia? Hoc non quaesuit Deus ex ignorantia, sed vt ex responsione Eliae ei conuenientius nuntiaret voluntatem suam.

6 Zelo zelatus sum pro domino. i. ex toto corde zelau pro lege Dei.

7 Altaria. Non loquitur hic de altaribus quae erant in Ierusalem, s. altare

altare incensi, & altare holocaustorum, quia illa manebant, sicut de altaribus quae fuerunt facta in excelsis, tempore quo licitum erat ibi immolare Deo ante adificationem templi, & licet post templi adificationem non esset licitum ibi Deo immolare, vt dictum est ca. praecedenti. nisi ex speciali dispensatione Dei, tamen minus malum erat ibi Deo immolare, quam idolis. Ideo destructa fuerant in contemptum Dei, & ad idololatriam exaltationem, & propter hoc plangebat Elias eorum destructionem.

8 Et derelictus. quia pauci remanserant a persecutione Iezabel sicut dicitur, rex est solus in domo sua, quamuis sint ibi multi, sed sunt ibi pauci comparatiue ad multitudinem, quae solet cum eo esse.

9 Egredere. scilicet, de spelunca.

10 Et sta in monte. paratus ad audiendum eius uerbum.

11 Et spiritus. i. ventus grandis. subuertens montes.

12 Non in spiritu. id est tunc non audies uerbum Dei loquentis, sed postea.

13 Et post spiritum. id est, terramotus.

14 Et post com. visibiliter ante Eliam transiens. Ista autem transibant ante spiritum suauem designantem Dei praesentiam, ad designandum terrorem potestatis diuinae, sicut Ex. 16. quando dominus uisus est super montem Sinai ante eum caperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operuit montem, ista tamen facta fuerunt ministerio angelico.

MORALITER.

1 Et ambu. per hanc ambulationem Eliae significatur processus de bono in melius vsque ad perfectionem vitae, quae est peruentio vsque ad patriam in spe, tamen, quae est certa expectatio futurae beatitudinis ex gratia, & meritis proueniens. Per xl. vero dies naturales qui confurgunt ex ductu denarii per quaternarium, significatur obseruatio decalogi in fide Christi descripta in libris quatuor euangeliorum.

3 Cumque venisset. in obscuritate fidei quae est in aenigmatibus,

te, quia quantumcunque proficiat homo in vita praesenti, tamen adhuc manet sub fidei cognitione, quae multum distat a patrie claritate, ideo subditur.

5 Quid hic. q. d. non est adhuc tempus perfectae quietis, sed laboris pro salute proximorum, cum necessitas hoc requirit, & in hoc arguit illos, qui pro sua quiete magis volunt contemplari, dimissa proximorum necessitate.

GRE. Qui solitudinis loca quaerunt, haec scire debent, quod tot animarum rei sunt, quot in publicum procedentes prodesse se potuerunt, ideo sequitur. **9** Egredere, &c. paratus uocem eius

fuo, ducens eum mirabiliter per desertum vsque ad montē Horeb, vna refectione illum confortans quadraginta dieb. & noctib. & tandem maiestatem suam gloriosam illi ostendens, in loco, vbi & Mosi famulo suo gloriam suā ostendit.

* R. LEVI. Horrendus ille ventus, & fragor, & ignis, a Domino Eliæ ostensus est, vt illum doceret, impiorum hominum magis desiderandam penitentiam, quam perditionem, & sustinendum peccatorē ad tempus, quā subito perdēdū. Elias autem nimio feruens zelo, nullum putabat peccatori dā dum penitentię locum. At Dominus non inuenitur in turbine impetuoso, in fragore omnia concutiente, aut in igne omnia subito deuastante, sed in vocē placida, & gracili.

a Ego solus, &c. RAB. Tanto propheta quid difficile fuit cognoscere in hoc mundo famulos remansisse Deo? Sed qui humilis etiam occulta Dei nouerat, elatus & aperta nesciebat. Vnde certum est, quod humilitatis radio se illuminat, qui aliorum bona subtiliter pensat, quia dum ea quæ ipse fecerit facta foris, & ab alijs conspicit, eum qui de singularitate, intus erum pere nititur, superbiæ tumorem premit. Hinc est, quod voce Dei ad Eliam solum se æstimantem dicitur. Reliqui mihi septem. m. v. vt dum non solum se remansisse cognosceret, elationis gloriam quæ ei de singularitate surgebat, inclinaret. b Vnges, * Theod. Si prophetam unxit, & eos spiritali gratia impertijt, ea etiam unxit alios. Etenim Elifæus spiritali p eū accepta grā, obtulit illis chrisma, & spiritali grā eos impertijt. Non aliter nisi quod eum regem futurum prædixit. Elifæum non aliter quam pallium suū iactans super eum. Illos duos reges, nec ipse per se, nec discipulus eius Elifæus unxit, sed

commotionem ignis: non in igne dominus. Et post ignem sibilus auræ tenuis. Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ. Et ecce vox ad eum dicens. Quid hic agis Elia? Et ille respondit: Zelo zelatus sum pro domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Et ait dominus ad eum. Vade & reuerte in viam tuam per desertum in Damascum: † Cumque perueneris illuc, vnges Hazael regem super Syriam, & Iehu filium Namsi vnges in regem super Israel. Elifæum autē filium Saphat, qui est de Abelmeula, vnges prophetam pro te. Et erit quicumque fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu, & quicumque fugerit gladium Iehu, interficiet eum Elifæus. † Et derelinquam mihi in Israel septem milia virorum, quorum genua nō sunt incuruata ante Baal, & omne os quod non † adorauit eum osculans manum. Profectus ergo inde Elias reperit Elifæum filium Saphat arantem in duodecim iugis boum, & ipse in duodecim iugis boum arantibus vnus erat. Cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, & ait. Osculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque ei, Vade, & reuerte. † Quod enim meum erat feci tibi. Reuersus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt. Confurgēsque abiit & secutus est Eliam, & ministrabat ei.

fed quidam prophetarum missus est, vt vngeret Iehu. c Quicumque. Rab. Nocentes, iustitia diuina alios per reges plecti facit mucrone, alios per prophetas, & sacerdotes tranſuerberat gladio linguae. d Profectus. Cum redemptor noster descendens de celo diuino iudicio acquisiuit populū adhuc terrenis operibus inhiātem, in quo salutem fecit, cū eum ad fidem conuertit. Elias n. interpretat, Dominus Deus Saphat, iudicans, Elifæus Dei mei salus. Super quem propheta pallium suum misit, cum Dominus populū fide Catholica induit. Vnde Apostolus. Qui in Christo baptizati estis, Chris. in. Relictis bobus currit post Eliam, quia electorum chorus audito, Nisi quis renunc. o. non po. m. e. d. statim cessauit terrenis lucris inhiare, secularibus desiderijs deseruire, & sic alijs verbum vitæ prædicauit, hoc est enim osculari patrem, & matrem, quoscuque potest siue de Iudæis, siue de gentib. sermone velle corrigere. e Et mactauit illud. * Ambr. Caterum Deus non vult simul effundi opes, sed dispensari: nisi fortē vt Helifæus, qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus, in disciplinam se propheticam daret.

RAB. Populus quoque Christianus carnalia desideria mactans totum exercitium suum in opus euangelizandi conuertit, vnde sufficientem pastū adiutoribus suis præbere possit. f Secutus. RAB. Nostrium Eliam sequitur, & ministrat ei qui vestigia eius sequens, hoc est mandata illius obseruans, ministerium, & bonorum condignē satagit exhibere.

manum propriam, secundum quod dicitur Iob 26. c. Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, & osculatus sum manum meam. in signum reuerentiæ. Vnde ibi subditur, Quod est iniquitas maxima, id est, idololatria. 6 Profectus ergo inde Elias, &c. Hic consequenter ponitur mandati Domini executio per Eliam vngendo Elifæum in Prophetam, quem primo reperit de tribus prædictis cum dicitur. 7 Misit pallium. Hæc n. pallii impositio vocatur vnctio, vel et cū hoc vnxit eū, licet non sit scriptū, quia non omnia scribuntur. Quod autē vnxit Hazael non habetur, nisi q. infra 4 lib. c. 8 dicitur, q. Elifæus eius discipulus dixit ipsi Hazael ipsum fore regem Syriæ, & forte tūc vnxit eū, licet non sit scriptū. De Iehu vero scribitur inf. 4. lib. c. 9. q. Elifæus misit vnū de filiis prophetarū ad vngendū eū regem sup Israel. 8 Qui sta. Volēs mino adherere ei, motu instinctu spiritus sancti. 9 Tulit par. Præ gaudio enim suæ vnctionis fecit conuiuium socijs suis, & vicinis.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Quod cum audisset Elias. Quasi aliquo modo territus, vel ex reuerentia diuini transitus. Cetera patent ex prædi. vsque ibi.
2 Vnges Haza. Ad sui consolationem nominat sibi tres personas promouendas ad idololatrarum destructionem, & patet litera vsq; ibi.
3 Interficiet. Quod autē Hazael, & Iehu multos idololatræ de Israel interfecerint, satis habetur expressum inf. 4 sed q. Elifæus aliquos interfecerit, non legitur nisi de quadraginta duobus quibus maledixit, propter quod vsq; lacerauerunt eos, vt habetur inf. 4. lib. c. 2. erant. n. illi filii idololatrarum, & idololatriam iam addiscentes: erant. n. de Bethel vbi colebatur vnus vitulus aureus, vt dictum est supra 12. cap. sed credendum, quod verbum Domini in eo fuerit adimpletum.
4 Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum. Hoc etiam dicitur ad consolationem quod cum eo adhuc essent in Israel multi ab idololatria mundi.
5 Osculans manum. f. idoli ad eius reuerentiam, vel osculans manum

CAP.
† Et post ignem sibilus auræ te. quia post transitum prædictorū adest suauitas spūs sancti per sibilū tenuē, vel dulcem significata, ideo subditur, Ibi do. quid autem audiat a Dño, subdit.
2 Vnges Haza. Dicitur. n. ei quod unget duos reges ad puniendum idololatræ gladio, & vnū prophetam verbo. Per quod significatur, quod in ecclesia aliqui dimittuntur puniendi gladio materiali, aliqui vero puniuntur tantum gladio spiritali.

MORALITER.

† ius audire, & opere adimplere. Tamen dicuntur hic tria transire antequam domini vox audiatur. Primum est spiritus fortis, per quem superbia vitæ significatur. Secundum est commotio, per quam concupiscentia mūdi, qui est semper in commotione. Tertium est ignis per quem concupiscentia carnis intelligitur. Hæc. n. tria oportet transire, & totaliter auferri ab eo qui aure mentis audire desiderat verbum Dei.

struxerunt, non loquitur hic de altaribus quæ erant in Ierusalem, &c.
Rōnabiliter potest dici q. hic loquitur Elias de ipsis altarib. Ierusalem

ADDITIO.

In capitul. 19. ubi dicitur in postill. Altaria tua domine destruxerunt

Tom. 2. DD 2 Ierusalem

rufalem licet. n. ipsa altaria non essent destructa realiter, tamen erant destructa secundum opinionem, & affectionem idololatrarum, idololatra. n. ipsa destruerent si possent, & in quantum in ipsis erat illa destruebant, qui. n. vitulos colebant publice in contemptum Dei, quantum in se erat destruebant altaria Dei, & totum cultum diuinum facebantur esse manem. Et iste modus intelligendi patet ex eo quod sequitur, s. Et propheta tuus occidit gladio. non. n. legitur q

tempore Eliaz, seu ante ipsius tempus aliqui prophetae De fuissent occisi gladio, sed hoc est intelligendum modo predicto, s. quod Achab, & Iezabel quantum in se erat, occidebant prophetas domini, tum reputando eos vanos, tum etiam quia appetebant eorum interfecionem.

REPLICA. In c. autem. 19. destructionem altarium De de quibus conquestus fuit Elias, Postillator exponit de real destructione, Burg. autem de intentionali.

C A P. XX.



Porro Benadad. Josephus. Illo tempore Adad filius Adadi regis Syriae, & Damasci, collecto totius provinciae exercitu, & solatis triginta duorum regum, habitantium trans Euphratem, con

L. 8. antiqui 22. 13.

tra Achab castrametatus est. Ille cum par non esset exercitu, ad dimicandum non presumpsit accedere, sed omnia necessaria in ciuitatibus munitis includens, ipse mansit in Samaria. Habebat enim hec muros valde fortissimos, & erat inexpugnabilis ob fidencibus.

B

R A B. Benadad significat diabolum, qui diuersos exercitus malignorum spiritu ad subuertendum populum Dei contrahit; sed per pueros principum Israel vincitur, id est, per bonos auditores doctorum, quia quod auribus audiunt, factis implent. Antiquus hostis in fugam vertitur, omnisque suus exercitus mili-

Angelomus.

Ponite sub instrumenta bellica. Et posuerunt contra ciuitatem alii sic, Instruire nos. Et instruxerunt se aduersus ciuitatem, Diuiso.



ORRO Benadad Rex Syriae congregauit omnem exercitum suum, & trigintaduos Reges secum, & equos, & currus, & ascendens pugnabat contra Samariam, & obsidebat eam. Mittensque nuntios ad Achab Regem Israel in ciuitatem, ait: Haec dicit Benadad. Argentum tuum, & aurum tuum meum est, vxores tuae, & filii tui optimi mei sunt. Responditque Rex Israel iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus sum, & omnia mea. Reuertentesque nuntii dixerunt. Haec dixit Benadad qui misit nos ad te. Argentum tuum, & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Cras igitur hac eadem hora mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum seruorum tuorum, & omne quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent. Vocauit autem rex Israel omnes seniores terrae, & ait. Animaduertite, & videte quoniam insidiatur nobis. Misit enim ad me pro vxoribus meis, & filiis, & pro argento, & auro, & non abnuui. Dixeruntque omnes maiores natu, & vniversus populus ad eum: Non audias, neque acquiescas illi. Respondit itaque nuntiis Benadad: Dicit domino meo regi: Omnia propter quae misisti ad me seruum tuum in initio faciam: hanc autem rem facere non possum. Reuersique nuntii retulerunt omnia ei. Qui remisit, & ait. Haec faciant mihi dii, & haec addant, si suffecerit puluis Samariae pugillis omnis populi qui sequitur me. Et respondens Rex Israel ait, Dicit ei: Ne gloriatur accinctus aequè, vt discinctus. Factum est autem cum audisset Benadad verbum istud, bibebat ipse, & reges in umbraculis, & ait seruis suis. Circun-

C A P. XX.

militibus Christi perturbatur, qui bene ducenta milia, & trigintaduo esse dicuntur, quia qui vtriusque testamenti scientiam perfecte tenent, & trinitatis fidem cum gemina charitate conseruat, hi apti militiae summi regis esse comprobantur. Hae fami. Samaria more ciuitatum habebat terram interius ipsis muris penè aequali, quo sub sidio istib. arētū resisteret extra, murorū altitudo longè superfiētē terrae transcenderat. Ait ergo rex superbu obsessos terren quod tantam haberet multitudinem, vt si quis militum vnus lapidem, vel spitem, vel cestem ad construdum contra vberem aggerē apportasset, aggexurgeret quā superficiē quā erat itra murum esse videretur qualis, ita vte equo pugnante contra ciuitatem tela, vel facermitterent.

Ne gloriatur accinctus est qui cingulo circumdatur, discinctus qui cingulū deponit. Ait ergo rex Israel, reg Syriae glorian

NICOLAUS DE LYRA. C A P. XX.

Porro Bena. Postquam diuina prouidentia quantum in se fuit Achab a sua malitia reuocauit caelestibus signis, hic consequenter eum reuocat in mirabilibus. Et licet abusus fuerit vtriusque beneficii, & diuiditur pars ista in duas secundum duplices victorias, secunda ponitur sibi, Accedens autem propheta. Circa primum Achab primo de obsidione anxietur, secundo per prophetam de victoria promissione consolatur, Et ecce propheta vnus. Anxiebatur autem Achab, tū quia non habebat populum, vt posset resistere, tum quia non poterat pacem, nisi valde grauem habere, & hoc est quod dicitur.

- 1 Haec dicit. Achab. n. primo miserat nuntios ad Benadad pro pace requirenda, & ipse respondit ista quae dicta sunt.
- 2 Responditque. non dicit, secundum verbum tuum totaliter, quia bene concedebat ei aurum, & argentum, & bona mobilia, non autem uxores, & pueros, id est subditur.
- 3 Tuus sum. non autem dixit de vxoribus & liberis, sed Benadad huic oblationi non assensit, in eo totum habere voluit, & absque dilatione, id est subditur, Cras igitur, & patet liera.
- 4 Vocauit. ut haberet consilium cum eis, quia erat in arcto positus propter multitudinem exercitus Regis Syriae quem formidabat, & propter pacem duram, quae in Syriae volebat.
- 5 Animaduertite. volens auferre uxores, & filios, ut sic non remaneant

neant in terra qui possint eam defendere in futuro, & sic obtinebit ea pro sua uoluntate.

- 6 Non audias. magis. n. uolebant se exponere periculo belli, quia iacet uulgariter dicitur, Melius est bonum bellum quam mala pax, id est respondit Achab.
- 7 Hanc autem rem facere non possum, & cetera. Propter quod Rex Syriae indignatus, & de sua multitudine nimis confidens dixit.
- 8 Si suffecerit. & accipitur hic si. pro non.
- 9 Puluis. uocatur autem hic puluis Samariae terra, quam ciuiportauerunt iuxta muros in magna quantitate, ad hoc quod muri essent fortiores ad sustinendū iētus machinarū, & ad hoc quod illi de ciuitate per illam terram appositam possent faciliter ire usque prope prapugnacula murorum ad defensionem ciuitatis. Dixit igitur Benadad iactando quod tanta multitudo erat in suo exercitu, quod si quilibet ciperet pugillum de terra, impleverentur fossata, & fierent ageres ita magni exterius, sicut fecerant ciues interius, per hanc inuenens, quod statim caperet ciuitatem, cui respondit. Achab.
- 10 Ne gloriatur accinctus aequè, vt discinctus. Factum est autem cum audisset Benadad. Accinctus dicitur ille qui indit ad praelium. Discinctus uero qui iam deposuit arma obtenta uictoria, per hoc insinuans ipsi Benadad, quod non debeat gloriari ac si cepisset ciuitatem.
- 11 Circundate ciui. ponendo machinas ad inuadendum eam.

MORALITER.

Porro Benadad rex Syriae, Syria sublimis interpretatur, ideo per

per regem Syriae diabolus significatur, de quo dicit Iob. 4 d. Omne sublime uidet. nam superbissimus est, ideo de ipso + ibidem.

quasi iam cepisset Samariam quam obtidere ceperat, Ne gloriatur accinctus equo, ut discinctus. Ac si dicat, Noli gloriari qui adhuc in acie positus, quem victoria sequatur igno- ras, quippe qui vincere credidit victus est.

Recensuit ergo pueros principum, &c. Iosephus. Contuo- cas filios principum

rex, inuenit quatuor- centos trigintaduos, & agnoscens Syrum ad conuiuium fuisse conuersum, aperiens portas, filios princi- pum mox emisit. Ex- ercitus vero alium habuit intra murum in subsidiis prepara- tum. Porro filii prin- cipum congressi Sy- rorum custodibus mul- tos eorum intereme- runt, & alios usque ad castra secuti sunt. Vi- dens autem eos Rex Israel vincentes, etiam omnem alium exer- citum dimisit exire.

Qui repente in Syros irruentes, praualue- runt eis. Non enim Syri sperabant eos super se sic inopinabiliter venturos. Quos pro- pterea inuenientes nudos, & ebrios, ita persecuti sunt, ut illi etiam arma sua re- linquentes fugerent, & vix in equo rex potuit euade- re.

Fugit

date ciuitatem. Et circumdederunt eam. Et ecce propheta v- nus accedens ad Achab regem Israel ait ei, Haec dicit Domi- nus. Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam. Ec- ce ego tradam eam in manu tua hodie, ut scias quia ego sum Dominus. Et ait Achab, Per quem? Dixitque ei, Haec dicit Dominus, per pedisequos principum prouinciarum. Et ait Quis incipiet praleari? Et ille dixit, Tu. Recensuit ergo pueros principum prouinciarum, & reperit numerum ducentorum trigintaduorum: Et post eos recensuit populum, oēs filios Israel septem milia, & egressi sunt meridie. Benadad autē bi- bebat temulētus in umbraculo suo, & reges triginta duo cū eo, qui ad auxilium eius venerāt. Egressi sunt autē pueri prin- cipum prouinciarum in prima fronte. Misit itaque Benadad, qui nuntiauerunt ei, dicentes, Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait, Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos, si ue ut praelientur, viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principum prouinciarum, ac reliquus exercitus sequeba- tur*. Et percussit vnusquisque virum qui contra se veniebat. Fugeruntq; Syri, & persecutus est eos Israel. Fugit quoque Benadad rex Syriae in equo cū equitibus suis, nec non egres- sus rex Israel percussit equos, & currus, & percussit Syriae pla- ga magna nimis: Accedēs autem propheta ad regem Israel, dixit ei, Vade & confortare, & scito, & vide quid facias. Sequē- ti enim anno rex Syriae ascendet contra te, Serui verò regis Syriae dixerunt ei, Dii montium sunt dii eorū, ideo superaue-

b Fugit quoque. Rab. Id est, diabolus princeps iniquorum, quorum oculi sublimes sunt. Syria enim sublimis in equo fas superbiae confidens cum equitibus, omnibus superbis, quia ipse est caput super omnes filios superbiae, ab exercitu Christi superatus in fugam vertitur, & Rex Israel percussit equos, & currus, &c.

D Eucher. Angliom.

quia rex regum nequitias spirituales obruit humani generis delendo peccata.

RABAN. Diabo- lus licet a Sanctis sa- pius vincatur, tamen iterum instaurat pra- lium contra eos, & dū vno modo vincitur, a- lio statim vincere co- natur.

RABBAN. Maligni spiritus si in spirituali- bus vincuntur, in corporalibus bellum parant, satagentes ut animas de supernis ad ima praecipitent, quo facilius vincant. Si viderint caelestia desiderare, terrena ad amandum ingerunt. Si prosperitate concessa Deo gratiae agentur, stu- dent ut per aduer- sa frangantur. Sed sicut Syri, ita da- mones vbi se superare confidebant, ibi supe- rati sunt.

E

F

Per-

NICOLAVS DE LYRA.

- 1 Et ecce prophie. Hic consequenter Achab de promissione vi- ctoriae consolatur, cum dicitur, Vidisti omnem multitudinem. cum causa subditur.
- 2 Ut scias quia ego. & resiliat ab idololatria.
- 3 Et ait Achab, per quem, &c. quia videbatur sibi impossibile propter populi sui paucitatem, propter quod propheta ad eum assen- suum replicauit nomen domini dicens.
- 4 Haec dicit dominus, Per pedise. id est, p̄ armigeros prin- cipum terrae Israel, ut communiter exponit Rab. Sal. dicens, quod per hoc intelliguntur filij nobilium, qui non erant de filiis Israel, sed erāt dati obseques ipsi Achab. Vnde in Hebræo habetur, Per pueros prin- cipum prouinciarum.
- 5 Et ait. scilicet Achab.
- 6 Quis incipiet praleari. id est, quis erit in prima acie.
- 7 Et ille dixit tu, &c. ut magis tibi attribuat victoria, & per hoc debeas esse Deo magis gratus.
- 8 Et egressi sunt meridie. quia illa hora solent homines com- dere, & ideo minus erant parati ad resistendum, ideo subditur.
- 9 Benadad autem bibebat. Id est, vino suffusus, & inebriatus.

Mi-

MORALITER.

† ibidem, quod Ipse est rex super omnes filios superbiae. Ipse ue- ro congregat exercitum suum contra homines, ad subiiciē- dum sibi per peccatum, & maxime cōtra illos qui a sua fer- uitate recesserant per penitentiae sacramentum, & ibi bene significantur per filios Israel, qui recesserant a cultu Baal, & adhaeserant Deo dicentes, Dominus ipse est Deus. ut habetur supra 18. capitul. sed dominus facit eum superari cum suo e- xercitu.

4 Per pedisequos principum prouinciarum. Per quos conue- nienter intelligi possunt pauperes praedicatores, qui discer- unt ad praedicandum contra vicia ex autoritate praetorū, qui bene dicuntur principes, eo quod sunt successores apo- stolorum, de quibus dicitur 1. 43. d. Constitues eos principes su- per omnem terram. Per praedicationem vero pauperum reli- giosorum multi peccatores conuertuntur ad bonum, & sic in eis diabolus cum suo exercitu superatur.

Serui verò regis, &c. Per seruos regis Syriae intelliguntur da- mones, qui sunt sub suo principis, ipsi vero aliquādo pugnant cum

10 Mult itaque Benadad. Id est, miserat ante eos ad circumdan- dum ciuitatem, ut praedictum est, & isti nuntiauerunt ei egressum A- chab de ciuitate.

11 Apprehend. eos viuos. volebat. n. communi populo uti in ope- ribus seruilibus in regno suo, & principales volebat interficere variis supplicijs longa morte. Cetera patent.

12 Accedens autem pro. &c. Hic consequenter describitur se- cunda victoria ipsi Achab concessa, vbi Achab primo de bello futuro praemonetur secundo victoria ei praedicitur, ibi. Et accedens vnus vir Dei. tertio obtenta victoria Achab abatur, ibi. Dixeruntque ei serui sui. Circa primum dicitur.

13 Vade & confortare, Accipiendo constantiam te defendendi bello futuro.

14 Et scito, & vide. i. non sis negligens in prouidendo tibi propter victoriam quam habuisti.

15 Dii montium. Hoc dicebant, quia templum vbi colebatur Deus in Ierusalem erat in monte Moria, & altare quod reparauit Helias in monte Carmeli.

16 Ideo superaauerunt. Credebant enim tanquam Gentiles, & erronei, quod potestas Dei Israel se extenderet tantum in monti- bus.

3: Amo-

cum viciis sanctis in montib. quando nituntur eos impedi- re a deuotis orationib. quae montes dicuntur, quia secundum Damascenum, Oratio est ascensus mentis in Deum, sed ibi debellantur, quia virtute orationis perseverantis fugantur. Quod fuit figuratum Ex 17. c. vbi dicitur, quod A. halec cū suo exercitu fugatus fuit, & deuictus per Moysem in mon- te orantem. Sed demones sic deuicti a viris deuotis aliquan- do reuertuntur ad pugnandum cum eis in camp. strab. Nā aliquando viri deuoti occupantur circa ad. ministraciones, temporalium curam requirentes, propter quod per campe- stria designantur, & demones sperant eos in his tentatio- nib. deuincere, sed frequenter contingit, quod aut vici fue- runt in montib. sic & in campestrib. debellantur. Et hoc est quando viri deuoti in administrationib. sibi committis bene se habent ad honorem Dei, & bonum proximi, sed ali- quando contingit Deo permittente, & diabolo praedante, quod ex tali victoria victor in superbiam erigitur, & sic cum diabolo qui rex est super filios superbiae confederatur, & hoc per factus Achab cum rege Syriae significatur.

a *Abit ergo.* Micheas parabola usus est propter sermones quos regi erat dicturus, ut ostenderet hoc ad illum magis, quam ad se pertinere.

b *Erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.* Prouidendum est seruis Dei, ne secundum exemplum Achab pernitiosa securitate sibi blandiantur, quando hostis uiuit, ne dum se quasi uictores arbitrentur, perfra-

codam a te. pepigit ergo foedus, & dimisit eum. ^{¶ Micheas.} Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum, in sermone domini. Percute me. ^{¶ In capite.} At ille noluit percutere. Cui ait. Quia noluisti audire vocem Domini, ^{¶ Quod cum conigisset.} ecce recedes a me, & percutiet te leo. Cumque paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo, atque percussit. sed & alterum inueniens virum dixit ad eum: percutite me. Qui percussit eum, & uulnerauit. Abit ergo

propheta, & occurrit regi in via, & mutauit aspersione pulueris os, & oculos suos. Cumque rex transisset, clamauit ad regem, & ait. seruis tuus egressus est ad praeliandum cominus. Cumque fugisset vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait. Custodi virum istum. Qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius: aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbulentus huc illucque me verterem, subito non comparuit. Et ait Rex Israel ad eum. Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti. At ille statim absterfit puluerem de

facie sua, & cognouit eum Rex Israel, quod esset de prophetis. Qui ait ad eum Hec dicit dominus. Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. ^{a ¶ Et fo'uto capite.} Reuersus est igitur Rex Israel in domum suam, & audire contemnens, ^{a ¶ Benadad blasphemum.} & furibundus venit in Samariam. ^{¶ Quia ipse te perimet.}

Reuersus est igitur Rex Israel in domum suam, & audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.

fraudem diaboli D pacem promittentis citius, elidantur, quia sicut tunc propheta regi pro incōsiderata pietate pronuntiavit affore ultionem, ita nūc propheticus sermo pronuntiat, si paciscamur cum diabolo, aeternam nobis per hoc imminere poenam. ^{c ¶ Et furibundus venit in Samariā.} Iratus Achab prophetam clausum seruati iussit, & confusus verbis Micheas domum remcauit.

¶ CAP. F

NICOLAUS DELYRA.

1 Tunc vir. Postquam diuina prouidentia reuocauit Achab quantum in se fuit signis, & uictoriis mirabilibus, hic consequenter cum reuocat comminationibus, & primo comminatur ei mortem in persona propria. secundo cum hoc in uxore, & prole sua c. sequenti. Circa primum sciendum, quod propheta de mandato domini uoluit proponere ipsi Achab parabolam per quam ignorans contra seipsum daret sententiam, sicut Natham proposuit ipsi Dauid, ut habetur supra 2. libr. 11. c. Et ideo ad proponendum primo disponitur per plagam susceptā, cum dicitur.

2 Dixit ad socium. ex quodam horrore.

3 Cui ait, &c. & perc. me. propter peccatum inobedientiae, quia eum cognosceret, & sciebat esse prophetam domini, cui est in omnibus obediendum, cum sit dominus uitae, & mortis, sanitatis, & infirmitatis. Caetera patent usque ibi.

4 Et mutau. In Heb. habetur. Et mutauit pannum. i. in uolutione panni, quia ligauit caput suum uulneratum sicut solet fieri, ita tamen quod ex illis ligaminibus facies pro magna parte erat operata, ne Achab eum cognosceret, & sic ad parabolam propositam responderet, sicut uni de populo qui propheta non esset.

5 Cumque

5 Cumque fug. adduxit eum, scilicet, captum.

6 Custodi. sub pacto quod sequitur in li. era. Et subintelligitur. Et sic recepi eum.

7 Et ait rex Israel. Ignorans quod pro ipso diceretur. Vbi etiam considerandum, quod ista parabola uera est in sensu pro quo ponitur, scilicet, pro Achab, & Benadad, sicut & parabola Ioathan filii Ieroboam quae habetur Iud. 9. b. Dixeruntque omnia ligna ad rannum ueni, & impera super nos. de Sichimitis, & Abimelec, pro ut ibidem plenius fuit dictum. In hoc. n. consilium ueritas parabolae, quod sit uera in sensu pro quo ponitur.

8 At ille. In Heb. habetur. Et amouit pannum, seu ligamentum de facie sua, ut cognitus a rege parabolam ad propositum applicaret, dicens.

9 Quia dimi. propter Dei blasphemiam, & eius sententiam contra Benadad tibi denuntiata, ut eam exequeris.

10 Erit anima. id est morieris, iste. n. fuit idem propheta qui denuntiauerat sibi uictoriam, & Dei sententiam de Benadad.

11 Reuersus. Audire contemnens tanquam obstinatus in malitia sua.

12 Furibundus uenit. dicit Iosephus quod incarcerationem prophetam.

MORALITER.

† Per hoc autem quod propheta increpauit Achab de hoc foedere

foedere dicens.

9 Quia dimi. significatur quod ex tali foedere cum demone incurritur mors gehennae.

¶ CAP.

ADDITIO.

In cap. 20. ubi dicitur in postill. Postquam diuina prouidentia quantum in se fuit Achab a sua malitia reuocauit caelestibus signis, &c.

Si diuina prouidentia quantum in se fuit, reuocasset Achab a sua malitia, ut dicitur in postill. indubiè fuisset reuocatus. Nam ut ecclesia cantat, Diuina prouidentia in sua dispositione non fallitur. Vnde melius diceretur quod diuina prouidentia fecit supernaturalia signa sufficientia ad reuocationem Achab, si ipse non fuisset obstinatus.

REPLICA. In cap. 20. ubi postillator continuando dicit, quod prouidentia diuina quantum in se fuit Achab a sua malitia

malitia reuocauit caelestibus signis. Burg nititur cum capere in sermone, quia dixit quantum in se fuit, uolens quod per hoc circumloquatur uoluntatem Dei beneplacitam, & ita Achab fuisset conuersus, quia illa uoluntas semper efficax est. Sed Burgen. noluit aduertere naturam terminorum theologicalium, quod uoluntas signi precipiendo, confundendo, &c. potest facere quod in se est, sicut uoluntas beneplaciti. Et ita uerè dicitur, Deus quantum in se est uult omnes homines saluos fieri, sed defectus est ex parte hominum non Dei, quod non omnes homines salui fiant. Haec igitur Bur. obiectio potius est pueriliter tentatiua, quam ueritatis inquisitiua, quemadmodum ualde reprehendit, beatus Hier. & beatus Aug. de doctrina Christiana.

C A P. XXI.

Rabbanus, Angelomus

Post ver. &c. Naboth. interpretatur conspicuus, siue possessio, Iezrael honestas Dei siue semen Dei, hoc totum conuenit filio Dei, qui est splendor eius glorie, quem constituit Deus herede vniuersorum. Hic Naboth habuit vineam de qua, Vineam de Aegypto tra. Hanc concupiuit Achab, qui interpretatur frater patris, i populus Iudaicus de quo Christus secundum carnem. Ut faceret hortum oleum. hoc est, ut ubi vinum spirituale germinare debuit, ibi fragilia Phariseorum dogmata transplanteret. Naboth vineam dare nolenti, i. Christo Phariseorum superstitionibus non consentienti ipia Iezabel idest, synagoga machinata est mortem. Interpretatur. n. Iezabel cohabitatrix, siue fluxus uanus, uel inanis, quia synagoga habitare uidebatur in domo domini, sed per uana desideria defluebat.

C A P. XXI.



Ost verba autem haec, tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelita, quae erat in Iezrahel, iuxta palatium Achab regis Samariae. Locutus est ergo Achab

ad Naboth, dicens, Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum oleum, quia vicina est, & prope domum meam. Daboque tibi pro ea vineam meliorem, aut si tibi commodius putas argenti pretium quantum digna est dabo. Cui respondit Naboth. Propitius sit mihi dominus, ne de hereditate patrum meorum tibi. Venit ergo Achab in domum suam indignas, & transgressus super uerbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicens. Non dabo tibi hereditatem patrum meorum. Et proieciens se in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. Ingressa est autem ad eum Iezabel uxor sua, dixitque ei. Quid est hoc? Vnde anima tua contristata est, & quare non comedis

B. Aut si placere tibi dabo tibi argentum pretii ipsius. I. de Nabuthae c. 1. Absit mihi a domino, ut 23. q. 8. c. conuenior. vel furibundus tristis.

primens. Sed tamen quāuis
hæc pateretur propheta, Do-
mino supplicauit, & repente
soluit obsidionem.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et tandiu. Et accipitur hic caput pro toto animali secundum ali-
quos, quia hic est modus loquendi apud emptores animalium, pro quan-
to dabitur caput, id est, vnum animal. secundum alios accipitur pro par-
te corporis, deficientibus enim aliis cibari interfecerunt animalia quæ
non erant secundum legē comestibilia, & salierunt vt carius venderen-
tur carnes fame inualescente.

2 Et quarta. Cibus est quædam mensura determinata. stercus autē
columbarum non accipitur hic propriè quia non est comestibile nec re-
fectiuum, sed magis corruptiuum, sed impropiè vt habetur, pro guttu-
re vbi congregantur grana à columbis comesta, & illud proicitur in
simo communiter. sed tunc fame inualescente coquinarij diuini illud
reſeruabant, vt grana populo fame periclitanti venderent.

3 Non. Fuit enim turbatus eo q̄ credebatur eam petere reſectionem ci-
bi conuenientis vel potus.

4 Quæ. volens eum præseruare a morte, vel fortè eum sola comedere.

5 Quod cum. eo quod populus suus erat in tanta afflictione.

Viditque

6 Viditque. Ipsum enim acceperat rex affligendo carnem suam, vt
facilius impetraret Dei misericordiam.

7 Si steterit. Hanc enim afflictionem ei imponebat, eo quod affli-
ctionem illam suis precibus non auferebat, tenens eas efficaces apud
Deum ad hoc impetrandum. Eliseus tamen ad hoc expectabat tempus
congruum secundum ordinationem diuinæ voluntatis, cuius erat con-
scijs per Spiritum sanctum.

8 Nunquid. Quia de seitu & voluntate Achab patris Ioram Na-
bot innocens fuerat interfectus, vt habetur supra. 3. lib. 21. c.

9 Et non sinatis. Cuius causa subditur.

10 Ecce enim. Post recessum enim nuntij Ioram pœnituit, & ideo
sequebatur eum ad renocandum præceptum.

11 Et ait ecce. Istud refertur ad Ioram qui iam venerat ad Eliseū.

12 Quid amplius. quasi diceret, iam sum punitus vltima pœna a
Moſe prædicta Deut. 28. de comestione propriorum filiorum in obsi-
dione, & sic non restat nisi q̄ omnes moriamur, vel tradamus nos ho-
stibus, nisi apud Deum venerit tēpus misericordiæ super populum istū.
propter quod Eliseus statim prædixit consolationem.

CAP.

CAP. VII.

CAP. VII.

Dixit autem Eliseus. & c.
 * Augustinus. Nuntiat propheta vbertate, qua sola fides crederet, & perfidia posse fieri denegaret. Nuntiat in locum famis futuram abundantiam similitudinibus, nuntiat cessaturam famem, successuram vbertatem. Nuntiat magnalia Dei, & addit perfidia hominis tunc homo qui missus fuerat a Rege ait: Nec si cataractae caeli aperiantur, possunt fieri, quae narrantur. O perfidia hominis. Non credit promissam vbertatem, qui horredam senserat egestatem. Nec considerat Deum promississe abundantiam, qui populo irrogauerat penuriam. Scelestissime homo, cur mirabilibus non credis? Cur promittentem dominum perhorrescis? Crede quod credentibus datur, crede populo futurum, cuius te iam negaueras socium. Et qui bonis tantis indignus es, haec tibi videre conceditur, & posse perfrui de negatur.
 * Chrysostomus. Non vidisti Praefectum in summa rerum copia fame enectum? Non vidisti viduam in fame abundantem? Quando res in maximam inciderint inopiam, tunc tu spectata maximè. Tunc enim Deus maximè suam ostendet potentiam, non a primordio, sed quando res fuerint planè desperatè



Dixit autem eliseus: Audire verbum domini. Hæc dicit dominus: in tpe hoc cras modius simile + vno statere erit, & duo modij hordei ita tere vno in porta Samaria. Respondens vnus de ducibus, sup cuius manum rex incumbibat, homini Dei, ait: Si dñs fecerit etiam cataractas in celo, nunquid poterit esse qd loqueris? Qui ait: videbis oculis tuis, & inde nõ comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ, q dixerunt ad inuicem: Quid hic esse volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerimus ciuitatē fame moriemur, siue māserimus hic, moriendum nobis est. Venite ergo & trāsugiamus: ad castra Syriæ. Si pepercit nobis, viuemus: si aut occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt igitur + vesperi, vt veniret ad castra Syriæ. Cumq; venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt. Siquidem dñs sonitum audire fecerat in castris syriæ curuum & equorum, & exercitus plurimi. Dixeruntq; ad inuicem: Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Ethæorū & Aegyptiorum, & venerunt super nos. Surrexerunt ergo, & fugerunt in + tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, &

esperatæ ab hominibus. Hoc d est enim tempus diuini auxilij. sequitur.
 b Quatuor, &c. Rabbanus. Leprosi sunt, qui varijs vitijs dediti, vel erroribus impliciti foeditatem ex interna peste educen tes ostendunt in cute. Hos dominus saepe conuertens ad fidem & mundans a vitijs, veræ salutis nuntios efficit. vnde Mattheus ex publicano Apostolus. Apparuit quoque post resurrectionem primo Mariæ Magdalene, de qua eiecerat septem demonia. Illa vadens nuntiauit his, qui cum eo fuerant iugentibus, leprosi ingressi in castra Syriorum refecti sunt, aurum & argentum asportant, cum despecti huius mundi philosophie operam dantes, & sensus subtilitatem & locutionis venustatem acquirunt: vnde ecclesie vsibus bene instructi deseruire possunt. Qui bene quatuor esse memorantur, vt a quatuor euangeliorum eruditione imbui, in quatuor mundi partibus fidei veritatem prædicent.
 * Ambrosius. Quatuor illos, qui cogente fame, in castra regis Syriæ retenderunt, tradit historia fuisse leprosos. Cur igitur Eliseus non curabat fratres, non curabat ciues, non sanabat consortes, cum sanaret alienos, sanaret eos, qui obseruantiam legis & religionis consortium non habebant? nisi quia voluntatis est medicina, non gentis, & diuinum munus eligitur,
 Rabbanus. Angelomus.
 Luc. 5. f.
 Matt. 16. c.
 In 4. c. Luc.
 + filiculo.
 F

NICOLAUS DE LYRA. CAP. VII.

Dixit. Quia sicut propter culpam infligitur pœna, ita propter penitentiam remouetur: ideo post famem propter peccata induitur, nec consequenter ponitur abundantia propter penitentiam. Et primo abundantia & incredulitas puniendæ prædicatur, secundo vtrūque adducitur, ibi: Quatuor ergo viti. Circa primum dicitur. Hæc dicit dominus. Qui est ipsa veritas per essentiam. In tempore hoc cras. id est, ista hora die crastina. Modius. id est, dabitur. est autem statere genus ponderis. & significatur hic, quod farina & hordeum debebant dari pro tã modico pretio, quod videbatur impossibile respectu penuriæ in qua erant. ideo subicitur. Respond. Tunc temporis reges in signum reuerentiæ sustentabantur a principibus prout patet ex hoc loco & supra 5. cap. de Naaman: regina verò a domicillis sustentabantur, vt habetur Esther 15. Si dominus fecerit. aperiri, id est, faciat pluere de celo abundantiam farinae & hordeum. Nunquid. quasi diceret non: & quia per incredulitatem detraxit diuinæ

diuina potentia ideo sibi prædicatur pœna mortis, cum dicitur. 8 Videbis oculis tuis. quia in crastino fuit interfectus in porta, vt patet in fine huius capi. 9 Quatuor. Hic consequenter vtrumque per Eliseum prædictum adducitur. Et primo abundantia, secundo incredulitatis pœna, ibi. Porro rex ducem illum. Circa primum dicitur: Quatuor er. Dicit Ra. Sa. q. isti erant Giezi & tres filii sui. 10 Iuxta in. Quia leprosi debebant extra ciuitates habitare, vt habetur Leuitic. 13. 11 Siue ingredi. Licet enim deberent extra habitare, tamen in casu tanta necessitatis poterant ingredi ad quaerendum victum si possent inuenire. 12 Si pepercissent. compatiens nostram infirmitati & fami, quod erat magis probabile quam oppositum. 13 Siquidem. Diuina enim virtute factus est talis sonitus in auribus eorum, & imaginatio: de quibus secutus est timor & fuga omnium, relicti omnibus ex velocitate fugæ, vt saluarent personas suas. secundum quod dicitur Iob 2. b. Cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua.

1 Et

MORALITER.

Dixit autem. Sequitur. Quatuor. Per istos leprosos, qui bonum nuntium dixerunt in Samaria: signantur doctores & prædicatores in ecclesia habentes malam vitam, sed bonam doctrinam: propter quod abominanda est eorum vita, sed doctrina acceptanda sicut dicit saluator Matt. 23. a. Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei: quod dixerint vobis facite, opera aut eorum nolite facere. Per Syros autem a Deo territos fugientes, significantur demones

mones per prædicationem Christi & apostolorum fugati a populis Gentilium. Per castra vero ab eis relicta, bonis tamè temporalibus munita, signantur principes & potentes huius seculi ad fidem Christi conuersi, quorum bonis temporalibus repletur ecclesia per Samariam significata. Aliter per castra mutata possunt intelligi philosophi ad fidem Christi conuersi, sicut Dionysius, Ambrosius, Augustinus, & plures alij bene muniti auro sapientiæ philosophicæ, argenteo eloquentiæ, vestibus honestatis mundanæ, quæ omnia ad vtilitatem Samariæ, id est, ecclesie sunt conuersæ.

Tom. 2.

FF 2 6 Porro

A equos & asinos in castris; fugeruntque, animas tantum suas saluare cupientes. Igitur cum venissent leprosi illi in principium castrorum: ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt, & biberunt. Tuleruntque inde argentum & aurum & vestes, & abierunt & absconderunt. Et rursus reuersi sunt a. l. alia tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt. Dixeruntque adinuicem: Non rectè facimus. Hæc enim dies boni nuntij est. Si tacuerimus & non uerimus nuntiare vsque mane, t. sceleris arguemur. Venite eamus, & nuntiemus in aula regis. **B** Cumque venissent ad t. portam ciuitatis, narrauerunt eis, dicentes; Inimus ad castra Syriae, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos & asinos alligatos, & fixa tentoria. Ierunt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos: Dico vobis, quid fecerint nobis Syrij. Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: Cum egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos; & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autem vnus seruorum eius. Tollamus quinque equos, qui remanserunt in vrbe (quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine Israel, alij enim consumpti sunt) & mittentes explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos, misitque rex ad castra Syriorum, dicens: Ite, & videte. Qui abierunt post eos vsque ad Iordanem. Ecce autem omnis via plena erat vestibibus & vasis, quæ proiecerant Syri cum turbarentur.

Reuersi que nuntij indicauerunt regi Et egressus populus, diripuit castra Syriae Factusque est t. modius similæ statere vno, & duo modii hordei statere vno, iuxta verbum domini. Porro rex ducem illum in cuius manu incuberat constituit ad portam. Quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum. Factumque est secundum sermonem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait: duo modii hordei statere vno erunt, & modius similæ statere vno, hoc eodem tempore cras in porta Samariæ: quando responderat dux ille viro Dei & dixerat: etiam si dominus fecerit cataractas in cælo, nunquid fieri poterit quod loqueris? Et dixit ei: videbis oculis tuis & inde non comedes. Euenit ergo ei sicut prædictum fuerat: & conculcauit eum populus in porta & mortuus est.

vertunt, vensilia relinquunt: & Israelitæ egressi ciuitatem castra hostium inuadunt deprædantes. Reuertente ergo populo onerato, ille, qui non crediderat, cecidit lapsus, & vbertatè videns in populo cecidit, & pressus est in porta, & periit. CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et comederunt, urgente enim fame primo verterunt se ad refectorem, & postea ad prædam.

2 Sita. apud Deum scientes afflictionem populi nostri in ciuitate inclusi, & apud regem tanquam proditores boni publici.

3 Nuntie. per portarum custodem, quia non quærebant illuc intrare, nec fuissent permisi. Cætera patent vsq; ibi.

4 Capiemus.

4 Capiemus. Et sic poterimus vti personis ad nostram seruitutem, & tunc ciuitatem ingredi poterimus nullo eâ defendente, & sic eorum bona habebimus cum personis. Cætera patent vsque ibi.

5 Factusque. Quia plures de populo de talibus prædis plus t. puerunt in castris, quæ erant valde munita, quam sufficere eis: & ideo dabant residuum pro modico pretio.

6 Porro. Hic consequenter ponitur pœna ducis Dei potèti detrahentis, sicut prædixerat Eliseus, & patet litera ex dictis CAP.

MORALITER.

6 Porro. Per istum, qui fuit incredulus verbo Elisei intelligitur quilibet incredulus uerbo prædicatis verbum Dei, & ideo sicut ille dux ex hoc incurrit mortem corporalem, sic iste mortem spiritualem. Secundum vero glossam iste dux typum

typum tenuit scribarum & Pharisæorum de quibus dicitur Matt. 22. Va vobis scribae & Pharisæi. qui clauditis regnum cælorum ante homines, &c. Et quoniam alios impediebant, iuste condamnati conculcabuntur, sicut ille dux ad custodiam portæ positus impediebat turbam, ne exiret ad prædam, & a turba fuit conculcatus in porta.

MORA-

C A P. VIII.



Eliseus autem, &c. Theodo. Qui conscripsit hanc historiam, nos docuit quod propheta p̄dixit de Sunamitidi futuram famem: non signifi- ficauit autem tempus. Est ergo p̄spiciuū, q̄

plagis a Deo immittis castigabatur Israel, ut qui post capti- tam quæ eius gere- bat curam, impiè ut- tam ageret. Hinc au- tem discimus, quod propheta duplicem est gratiam consecutus. Est enim duplū tempus famis.

* Hebræi. Die- bus Ioram filij Achab, contigit fames grandis in Samaria per annos septem, quo spatio Benadab bellabat cum Israel. Anno autem exte- mo maledixit Eli- seus ipsi Giezo, abiit- que Damascum, vni- xit Hazael regem Sy- riæ: & misit Ionam fi- liū Amittei, q̄ cōsecra- ret Iehu regē Israel i Ramoth Galaad.

* Eucherius Lug- dun. Mulier Sunami- tis quæ ob inopiam famis, consultu Eli- sei, de Iudæa ad ter- ram Philistijm transi- uit, primitiuam Ec- clesiam quæ per Apo- stolos ex circumcisi- one in Christo credidit, præsignauit. Quæ ecclēsia ob infide- litatem Iudæorum, atque inopiam verbi Dei, quæ illos obti- nuit,

nuit, reuelante sibi diuino Spiritu, ad populum gentium trās- migrant. Hæc. n. in fine mundi, postquam plenitudo gentium in- troierit, ad priorem populū reuertens, prædicant. Hæc, ele- ctos ex eadem plebe quasi pristinam paternorum suorum pos- sessionē in proprio iure recipiet, & tunc omnis Israel saluus fiet.

b Venit quoque Elif. Damascum: & rex Sy- riæ egrotabit.

* Theodor. Vni- uersorum Deus iussit rat magno Elie, ut vn- geret quidem Eliseū prophetā: Azael au- tem in regem Syriæ: & Iehu in regem Is- rael. Eliseum quidē vixit ut iussus fue- rat, reges autem non vixit: fuit enim pri- assumptus. Eliseus er- go duplici accepta gratia, primum abiit in Damascum, ut vn- geret Azael. Bena- dad ergo qui dicitur etiam filius Adad, cū rescuisset aduen- tum prophetæ, misit Azaelem, & mune- ra magnifica ac pre- tiosa: rogauit autem an liberaretur ab æ- gritudine.

* Iosephus. Syro- rum rex dum venis- set in Damascum, & agnouisset quia diu- nitas ei & eius exerci- tui timorem immi- tuler & fugam, & nō inualione hostium

Quest. 24.

E

F

† 3. Re. 4. 2.

C A P V T VIII.



Eliseus autem locutus est ad mulierem, cuius viuere fecerat filium, dicēs: Surge, vade tu & dom⁹ tua & peregrinare vbi cumq; repereris. Vocabit enim dominus famem, & veniet super terram septē annis. Quæ surrexit & fecit iuxta verbū hominis Dei. Et vadens cū domo sua pe-

reginata est in terra Philisthijm diebus multis. Cumque finiti essent anni septem, reuerfa est mulier de terra Philisthijm, & ingressa est ut interpellaret regē pro domo sua & pro agris suis. Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei dicēs: Narra mihi omnia magna quæ fecit Eliseus. Cūq; ille narraret regi, quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius viuificauerat filiū clamās ad regē pro domo sua & pro agris suis. Dixitq; Giezi: Dñe mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius quē suscitauit Eliseus. Et interrogauit rex mulierē quæ narrauit ei vera esse. Deditque ei rex eunuchum vnum dicens: Restitue ei omnia quæ sua sunt: & vniuersos redditus agrorum, a die qua reliquit terram vsque ad præsens. Venit quoque Eliseus Damascum, & Benadad rex syriæ ægrotabat. Nuntiaueruntque ei dicentes: Venit vir Dei huc. Et ait rex ad Hazael: † Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule dominum per eum, dicens; Si euadere potero de-

fuisse factum: nimis afflictus, eo quod Deum ita haberet ita- tum, corruit in languorem.

a Vade

NICOLAUS DE LYRA. CAP. VIII.



Eliseus. Narratis Elisei miraculis pro maiori parte, hic consequenter scriptura reuertitur ad persecutio- nem historię. & quia historia regum & prophetarum contemporaneorum simul currebāt, ideo primo descri- buntur aliqua facta ad Elisei insinuationem. secundo

pertinentia ad regni Iudæ persecutionem, ibi: Anno v. Prima in duas secundum duo prænuuntata ab Eliseo. secunda ibi: Venit ergo. Pri- ma autem est de peregrinatione mulieris Sunamitis ad dictum Elisei, cum dicitur.

2 Locutus est. Erat enim sollicitus de puero tanquam de creatura sua, quia eius conceptionem & resurrectionem impetrauerat: ut patet ex dictis 4 c. & de matre quæ ei plura beneficia fecerat.

3 Peregrinare. s. commodum iuum. in tali enim necessitate poterāt filij Israel inter infideles habitare, absq; tamen participatione cum eis in peccatis.

4 Vocabit enim. i. ex eius ordinatione veniet. Dicit Ra. Sa. q̄ ista fuit fames de qua loquitur Iob: l propheta.

5 Et ingressa est ut. Quia tempore sue absentis aliqui inuaserant bona sua iniuste.

6 Rex autem loquebatur. Ex hoc videtur, q̄ istud accidit ante- quam lepra percuteretur: quia non est verisimile, quod rex cum leproso tandem loqueretur. frequenter enim in sacra scrip. ur. a prius facta pos- terius scribuntur. nec ista locutio Giezi cum rege ponitur hic nisi pro- pter ingressum huius mulieris ad regem.

7 Deditque ei rex eunuchum. id est, vnum de seruis sibi assisten- tibus.

8 Restitue ei. scilicet possessiones & fructus ab aliis occupatos: & hoc fecit rex propter reuerentiam miraculi ab Eliseo facti in filio mu- lieris.

9 Venit quoque. Hic ponitur secundum, scilicet, demeritatio mor- tis Benadad & substitutio Hazaelis cum dicitur.

10 Benadad rex Syriæ. Dicit Iosephus: quod quando iste Benadad cognouit se fugatum fuisse de obsidione Samariæ cum tanto damno, si- cut dictum est cap. præced. & cum hoc nullo hoste eum inuadente, præ dolore hanc infirmitatem incurrit.

11 Consule dominum. Expertus enim alias fuerat, quod haberet notitiam futurorum.

5 Et

1 Habens

MORALITER.

1 Eliseus. Per mulierem istam quæ cum domo sua ad verbū Elisei terram suam exiit ut euaderet famē in ea de propin- quo futuram, significatur persona quæcumq; deuota instin- ctu Spiritu sancti exit ciuitatem vel villam suam ad euaden- dum panis vitæ defectum: qui panis est Dei verbum & Eu- charistiæ sacramentum, qui defectus cōtingit in terris inter- dicto suppositis, in quibus non est diuinorum celebratio so- lemnis;

lemnis: nec per consequens prædicatio ita solemniter cele- bratur sicut ante. propter quod dicta persona se transfert ad alium locum: vbi solemniter celebrantur diuina.

8 Restitue ei. per hoc enim q̄, dicta mulier peracta peregrina- tione sua consecuta fuit integrè suam hæreditatem de man- dato regis, significatur quod personæ circa diuina deuotè pe- racta peregrinatione vitæ præsentis, si fuerint omnino pur- gatæ de mandato regis gloriæ statim consequuntur hæredi- tatem patriæ celestis.

Tom. 2.

FF 3

† Fleuitque

Questi. 25. **A** *Vade, dic ei. sanaberis, &c.* * Theodoret. Iussit propheta Azazel ne mortem regi significaret, ne tristis e vita excederet. Sed quomodo est intelligendum: & accepit stragulum, & tinxit ipsum aqua, & iecit super faciem eius, & mortuus est: Iosephus dicit Azazel hoc fecisse, & violentiam ei mortem attulisse.

L. 9. Antiq. cap. 2.

* Iosephus.

Azazel veniens ad regem, illi quidem bona nuntiavit: altera vero die infuso laqueo vinciens eum, ipsum quidem stragulum: ipse vero apicem regie potestatis obtinuit. Erat. n. vir efficax multaq; Syrorum, & Damascenorum devotioe florebat, ita ut haecenus & ipse Adher & Azazel qui post eum regnavit, quasi dii colantur propter beneficia, & templorum aedificia, quibus Damascenorum exornant civita-

Stareque fecit faciem suam & potuit donec tardavit. sept. ete tri. in vultu & co. fandi.

† vel pannum uel sum. Chal. interpr. lin. theu, vel opesimemum.

C

infirmitate mea hac? Iuit igitur Hazael in occursum eius habens se cum munera & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum Cumque stetisset coram eo, ait; Filius tuus Benadad rex Syriae misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitque ei Eliseus; Vade, dic ei, Sanaberis: porro ostendit mihi dominus, quia morte morietur. † Stetitque cum eo, & conturbatus est usque ad suffusionem vultus. Fleuitque vir Dei. Cui Hazael ait. Quare dominus meus flet? At ille respondit: Quia scio quae facturus sis filiis Israel mala. Civitates eorum munitas igne succendes, & iuvenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & praegnantes diuides. Dixitque Hazael: Quid enim sum seruus tuus canis, ut faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus: Ostendit mihi dominus te regem Syriae fore. Qui cum recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum. Qui ait ei: Quid tibi dixit Eliseus? At ille respondit; Dixit mihi recipies sanitatem. Cumque venisset dies altera, tulit stragulum & infudit aquam, & expandit super faciem eius. Quo mortuo regnavit Hazael pro eo. Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel, regnavit Ioram filius Iosaphat rex Iuda, † Trigintaduorum erat annorum cum regnare coepisset, & octo annis regnavit in Hierusalem. Ambulavitque in vijs regum Israel, sicut ambulauerat domus Achab. Filia enim Achab erat

uitatem,

b Filia enim Achab. * Hebrei. Ex quo Asa rex Iude dedit Iosaphat filio suo in matrimonium filiam Amri regis Israel, dicitur decretum est (detestanda impie illius affinitatis gratia ut regnum Iuda periret cum regno domus Achab & Israel

* Theodoret Nos autem docet historia, noxiam male cognationis. Nam hic rex seductus verbis coniuvis, fuit participes eius impietatis.

* Ioseph. Regum namq; potitus, mox ad necem fratrum suorum, & paternorum pariter antecoriorum est conuersus: doctus quoque vulgus extraneos adorare Deos p. G. tholiam Achab filiam coniug suam. Et Deus quidem propter Dauid regis missionem, genus eius noluit exterminare.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Habens secum. Locutio est hyperbolica, ad designandum quod portabat magna bona & plurimum specierum.
- 2 Filius. Humiliter loquitur, ut impetraret prophet. e responsum.
- 3 Dic ei. In Hebraeo habetur: Dic ei vivens viues, & dicit Ra. Sa. q. dixit hoc pro Hazael: vivens viues. id est, regnabis post eum, hoc dicens ut excuset prophetam a mendacio. Sed haec expositio videtur esse multum extorta, & ideo dicunt alii, q. Eliseus non dixit hoc Hazaeli imperatiue seu iurisdictione, sed tantum prophetice: & ideo non est accipiendum in sensu quem fecit sed pro quo fit. sic: Dic ei. i. dices: quia propheta videbit cum sic sibi dicturum de futuro. Sciendum tamen q. haec dictio lo. in Hebraeo scribitur dupliciter. Vno modo per Lamed & Vau: & tunc significat idem quod ei. Alio modo per Lamed & Aleph: & tunc significat idem quod non. Hebraei enim non habent literam, o: sed pro ea aliquando vtuntur Aleph, aliquando Vau: in hoc autem loco scribitur per Lamed & Aleph: sed punctatur ac si describeretur per Vau. puncta vero non sunt de substantia litera apud Hebraeos, nec fuerunt a principio literarum: sed inveniuntur postea ad facilius legendum. & ideo videtur q. a principio hic fuit sensus huius litera, Dic: non sanaberis, vel non viues. & sic nulla est difficultas in salvando veritate dicti prophetae, quamvis, Hazael oppositum magistro suo retulerit, que non oportet de mendacio excusare.
- 4 Stetitq; cum. id est, conuiuuit se a fletu quantum potuit.
- 5 Quado. sic cum alloquitur propter reuerentiam prophetiae.
- 6 Et praegnantem. In quo apparet maxima crudelitas.
- 7 Quid enim sum. q. d. non sum ita potens, quod possem tanta facere: & si possem, non sum tam crudelis vel caninus quod vellem.
- 8 Tulit stragulum. i. pannum qui extenditur super lectum.
- 9 Et infuso. Dicunt aliqui, quod hoc fecit ad refrigerandum regem, qui nimio calore affligebatur. Alii dicunt & probabilius vt videtur, quod hoc fecit ad suffocandum eum occulte. vnde dicit Iosephus quod stragulum eum desiderio resignandi post eum, sicut dixerat propheta.

Puncta literis Hebraicis assignata, litera substantiuam non variant.

10 Anno

10 Anno quinto. Hin consequenter describitur persecutio regni Iuda. tempore Ioram filij Iosaphat, & tunc hoc nomen Ioram fuit equiuocum ad regem Israel, & ad regem Iuda. Primo ergo describitur regnum Ioram regis Iuda. secundo filij eius Ochozia, ibi: Anno duodecimo. Circa primum dicitur; Anno v. Ioram filij Achab regis Israel. In aliquibus libris additur; Iosaphat regis Iudae. & merito, quia sic est in Hebraeo, & est sensus, q. quinq; anni primi regni Ioram filij Achab, & quinq; ultimi regni Iosaphat simul concurrerunt. Sed contra hoc videtur quod dictum est supra c. 3. quod Ioram filius Achab cepit regnare anno 18. regis Iosaphat. Iosaphat autem regnavit 25. annis: vt habetur supra 3. li. c. vlt. & sic Ioram filius Achab regnavit cum eo non solum 5. annis sed 7. Dicendum, quod Ochozias frater Ioram ex casu de conaculo suo incurrit languorem, vt habetur supra 1. c. et ex hoc Ioram frater eius gubernavit regnum. & secundum hoc aliquando computatur tempus regni sui exiunc & fuit 18. anno Iosaphat regis Iuda in fine illius anni, & sic regnavit cum eo 7. annis. Aliquando vero accipitur tempus regni sui a tempore mortis fratris sui, et sic regnavit cum Iosaphat 5. annis. Et eodem modo regnum Ochoziae aliquando computatur vsque ad mortem eius, aliquando solum vsque ad casum praedictum. vnde fuit impotens ad regendum, & secundum haec & similia frequenter variantur numeri annorum in scriptura.

11 Regnavit. I. loquitur hic scriptura de regno eius post mortem patris; tamen ante ceperat regnare vivente patre, sicut dictum fuit supra 3. lib. cap. vlt.

12 Ambulavitq; id est, in malis eorum cuius causa subditur.

13 Filia enim. infra eo. c. dicitur, quod Athalia vxor huius Ioram fuit filia Amri patris Achab, sed mortuo patre Achab eam nutriuit, & sic dicitur eius filia. Vel potest dici quod fuit filia Achab; & tamen dicitur filia Amri (quia filij filiorum dicuntur filij parentum) quae fuerat nutrita in idololatriis, ad quam per ipsam fuit tractus maritus suus. Nec mirum quia & Salomon sapientissimus per vxores suas ad hoc fuit tractus, vt habetur supra 3. lib. c. 11.

Noluit

MORALITER.

† Fleuitq; vir Dei. Allegor. per hunc Dei virum significatur homo Christus qui dicitur vir Dei in quantum eius humanitas coniuncta fuit Deo in supposito verbi. Ipse vero videns mala futura super civitatem Ierusalem & populum iudaeorum,

rum, de quo erat secundum carnem, fleuit per compassionem vt habetur Luc 9. sicut Eliseus fleuit videns in spiritu mala quae facturus erat Hazael populo Israel.

MORAL. autem per fletum Elisei significatur compassio cuiuslibet personae bonae in malo proximi sui iam presenti vel de proximo imminente,

MORA-

vxor eius: Et fecit quod malum est coram domino. Noluit autem dominus disperdere Iudam propter David seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret illi lucernam & filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recessit Edom ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem. Venitque Ioram in Seira, & omnis exercitus cum eo. Et surrexit nocte, percussitque Idumæos qui eum circumdederant & principes curruum: Populus autem fugit in tabernacula sua. Recessit ergo Edom ne esset sub Iuda vsque ad diem hanc. Tunc recessit & Lobna in tempore illo. Reliqua autem sermonum Ioram, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in ciuitate David, & regnauit Ocho-

7 Ochozias filius eius pro eo. Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ. Vigintiduorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Athalia, filia Amri regis Israel. Et ambulauit in vijs domus Achab, & fecit quod malum est coram domino sicut domus Achab. Gener enim domus Achab fuit. Abijt quoque cum Ioram filio Achab ad præliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram. Qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel, quia vulnerauerant eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazael regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Noluit, quamuis meruisset pro regis & populi cum sequeris malitiam, diminuit tamen eius potestatem, vnde subdit.
 2 In diebus eius, id est, Idumæa.
 3 Et constituit. A tempore enim David vsque nunc non fuerat ibi rex proprie dictus, sed præfectus per regem Iuda politus.
 4 Et sur. noc. Gl. Ra. Sal. qui habitabant prope regnum suum, non tamen tantum præualuit quæ eos posset redigere sub tributo sicut prius.
 5 Tunc re. Lobna, &c. Quædã ciuitas est de regno Iudæ fortis & potens quæ regi rebellauit, quia erat prope terminos Edom, vt hinc Iosue 15. & iunxit se Idumæis in hac rebellione.
 6 &c. Sepultusque. Non tamen fuit sepultus in sepulchris regibus,

galibus, vt patet 2. Paral. 21.

7 Anno, &c. Hic dicitur describitur persecutio regni Iudæ sub Ochozia filio Ioram, cuius malitia subditur, cum dicitur.

8 Et ambulauit. quæ fuit idololatra pessima, vt patet ex dictis supra 2. lib. & c. malitia ipsius Ochoziæ subditur, cum dicitur.

9 Gener. i. genus. quia mater sua fuit filia Achab, vel soror, secundum alios, vt dictum est.

10 Abijt. propter istam affinitatem, & vt ibi interficeretur propter suam malitiam secundum domini sententiam: vt habetur cap 2.

11 Quære. I. Ioram filius Achab dimisit tamen ibi exercitum vt ex domini voluntate ibi fieret conspiratio contra eum ipso absente, & contra domum Achab sicut prædixerat Elias.

CAP.

CAP. IX.

CAPVT IX.

Elfeus. Sequitur.
 b Vade Rabba. designat gentium principatum, quæ dominus destinauit vt sacrilegam ciuitatem, quæ prophetas & dominum prophetarum occidit, & apostolos eius persecuta est, vltione iusta perimeret, & sacerdotium quod post Christum inaniter habuerat destrueret, templumque subuerteret, necnon & impiam synagogam, quæ sanguinem sanctorum semper stitabat, de regni culmine præcipitaret, ac rectores illius interficeret.
 * Theodoret. Quam ob causam per alium prophetam, Iehu vnxit Elifeus? Hoc clam fieri

Elfeus autem propheta vocauit vnum de filiis prophetarum, & ait illi: Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. Cumque veneris illuc, videbis Iehu filium Iosaphat filii Namsi. Et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum, tenensque lenticulam olei, fundes super caput eius & dices: Hæc dicit dominus: Vnxi te regem super Israel. Aperiesque ostium & fugies, & non ibi subsistes. Abijt ergo adolescens puer propheta

ri expediebat, vt cito de medio tolleretur Ioram. Nam si præsensisset, aciem instruxisset: in acie autem necesse fuisset vt multi vtrique cadere. Cur cum qui vnxi fuisset, iussit statim fugere? Ne si fuisset comprehensus, fuisset in periculo. Vult nos Dominus vti humiliter cautione & prudentia. Qui rationis honore sunt præditi, eos ratione oportet vti ad id quod conuenit. Cur prophetam appellauerunt fatuum? Vt qui essent impij, Dei prophetas afficiebant contumelia, & infauos appellabant, vt qui liberè loquerentur, Iehu autem non tantum contumelia afficiens eum nominauit nugatorem: sed celare volens ea quæ dicta fuerant. Postquam autem vrgent eum indicauit.

Quæst. 19.

a. Adhuc

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. IX.

Elfeus. Superius descripta est regni Ioram persecutio, & primo quantum ad principales personas, secundo quantum ad secundarias c. 10. Prima in tres, quia primo describitur, ipsius Ioram filij Achab occisio, secundo Ochoziæ regis Iudæ persecutio ibi: Ochozias autem. tertio, reginæ Iezabel mors & laceratio, ibi: Venitque. Prima adhuc in tres quia primo describitur ipsius Iehu inunctio. secundo inuncti confirmatio, ibi: Iehu autem. tertio domini sui interfectio ibi: Et ascendit. Circa primum dicitur: Elfeus, &c. i. de discipulis suis, vt impleret

pleret per ipsum illud quod fuerat dictum Elie de vntione Iehu in regem super Israel ad destruendum domum Achab vt hinc 3. lib. c. 19 propter quod dicit hic. Ra. Sa. quæ fuit Ionas filius Amathi quem suscitauit Elias: & oblatu fuit Elie a matre vt esset eius discipulus, sicut dictum fuit supra 3. lib. c. 19.

2 Accinge. i. dispone te ad eundem velociter & expedite.

3 Et tolle lentic. Est autem lenticula paruum vas ad reponendum oleum pro inunctione regum & pontificum, & dicitur a lincido.

4 Suscitabis. id est, aliorum qui cum eo regunt exercitum.

5 Et intro. Volebat enim Elfeus hoc fieri secretè, ne forte aliqui zelantes pro rege Ioram insurgerent in prophetam.

6 Aperiesque ostium. ex eadem causa.

Eccè

MORALITER.

1 Elfeus. Per Iehu promotum in regem de mandato domini ad puniendum homicidas. scilicet Achab & Iezabel & semine eorum

ALLEG.

ALLEG. significatus fuit princeps Romanum cum suo exercitu veniens contra Hierusalem, quæ occidit prophetas domini, & tandem dominum prophetarum.

Tom. 2.

FF 4 Et

A phetæ in Ramoth Galaad, & ingressus est illuc. Ecce autem principes exercitus sedebant, & ait; Verbum mihi ad te O princeps. Dixitque Iehu; Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit; Ad te O princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum. At ille fudit oleum super caput eius, & ait. Hæc dicit dominus Deus Israel, Vixi te regem super populum domini Israel, & percuties domum Achab, domini tui, vt vleiscar sanguinem seruatorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium seruatorum domini de manu Iezabel. Perdamque omnem domum Achab, & interficiam de domo Achab mingentem ad parietem, & clausum & † nouissimum in Israel, & dabo domum Achab sicut domum terboâ filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia. † Iezabel, quoque comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium & fugit. Iehu autem egressus est ad seruos domini sui. Qui dixerunt ei: Rectene sunt omnia? Quid venit in manus iste ad te? Qui ait eis: Nostis hominem, & † quid locutus sit? At illi responderunt: Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc locutus est mihi, & ait; Hæc dicit dominus; Vixi te regem super Israel. Festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba atque dixerunt; Regnabit Iehu. Coniurauit ergo Iehu filius Iolaphat filij Namsi contra

Ioram

Ioram. Porrò Ioram † obsederat Ramoth Galaad, ipse & omnis Israel contra Iezrahel regem Syria: & reuersus fuerat vt curaretur in Iezrahel propter vulnera, quia percusserant eum Syri præliantem contra Hazael regem Syria. Dixitque Iehu; Si placet vobis nemo egrediatur pro fugus de ciuitate, ne vadat & nuntiet in Iezrahel. Et ascendit & profectus est in Iezrahel: Ioram enim agrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descenderat ad visitandum Ioram. Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrahel, vidit globum Iehu venientis, & ait, Video ego globum. Dixitque Ioram, Tolle † currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens, † Rectene sunt omnia? Abiit igitur qui ascenderat † currum in occursum eius, & ait, Hæc dicit rex, † Pacata ne sunt omnia? Dixitque Iehu: Quid tibi & paci? Transi & sequere me. Nuntiauit quoque speculator, dicens, Venit nuntius ad eos, & non reuertitur. Misit etiam † currum equorū secundum. Venitque ad eos, & ait: Hæc dicit rex; Nunquid pax est? Et ait Iehu. Quid tibi & paci? Transi & sequere me. Nuntiauit autem speculator dicēs: Venit vsque ad eos & non reuertitur. Est autem incessus quasi incessus Iehu filij Namsi. † Præceps enim graditur. Et ait Ioram: Iunge currum. Iunxitque currum eius. Et egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda singuli in curribus suis. Egressique sunt in occursum Iehu, & inuenerunt eum in agro Naboth Iezrahelita. Cumque vidisset Ioram Iehu dixit

derelictum.

3. Re. 11. g.

B

† eloquiū ei. LXX. garrulitatem eius. 1. quid foliat ef futite.

† subter eum super fastigium graduum. i. tu pre nam e gradibus more regio vice throni vestibus super positis. Chal. interpr. subter eum ad gradum horarum t. horologium solate.

NICOLAUS DE LYRA.

- C** 1 Ecce. *transames adinuicem de his que pertinent ad exercitus regem: cetera patent vsque ibi.*
 2 Et interfi. *id est, infirmum qui non potest mingere, nisi se appodiat ad parietem.*
 3 Et clausum. *scilicet, in carcere.*
 4 Et no. *id est, abiectum, q. d. quamuis talibus personis esset parcendum, eo quod afflicto non est danda afflictio, tamen eo q. sunt de domo Achab, interficientur.*
 5 Et da. *que fuerunt deletæ, vt habetur supra 3. li. c. 15. & 16.*
 6 Iehu. *Hic consequenter ponitur ipsius Iehu inuncti confirmatio, & per hoc q. alii principes exercitus cōsenserunt in eius vnctione, & hoc est quod dicitur hic: Iehu au. scilicet de cubiculo vbi fuerat inunctus.*
 7 Ad seruos domini. *id est, ad alios principes exercitus.*
 8 Quid ve. *Reputabantur autem propheta insani, eo quod contemnebant bona huius mundi, & quia loquebantur frequenter talia que videbantur aliis aliena.*
 9 Nostis. *Erant enim discipuli prophetarum religiosi, vt dictum est supra 2. c. & ideo distinguebantur ab aliis in habitu, per quem cognoscebantur esse de discipulis prophetarum, & propter hoc dixit; Nostis. s. quid sit de prophetis, & per consequens quid sit locutus, s. verū & bonum: & hoc ex parte domini.*
 10 Falsum. *videlicet quod propter hoc sciamus quod dixerit in particulari. sed ma. in particulari explicando.*
 11 Hæc & hæc. *videlicet quod de precepto domini domus Achab esset disperdenda, sicut prædixerat Elias & propheta; & ad hoc exequen-*

quendum vnxit me in regem.

- 12 Festinauerunt. *vt implerent voluntatem Dei, & quærerent gratiam regis noni.*
 13 Coniurauit ergo. *i. simul iurauit cum principibus existentibus cum eo, quod fideliter exequerentur mandatum Dei de domo Achab disperdenda. cetera patent ex dictis c. præce. vsque ibi.*
 14 Nemo. *qui prauentat nos nuntiando Ioram aduentum nostrum ad se muniendum.*
 15 Et ascendit. *Hic consequenter describitur ipsius Ioram occisio, cum dicitur. Et ascen. vt interficeret Ioram antequam se munit.*
 16 Igitur. *Erat enim bellum inter Ioram & regem Syria; & ideo speculator erat super turrim ad præueniendū ne hostes irruerent repente.*
 17 Vidit. *i. multitudinem armatorum & ordinarorū ad inuadendū.*
 18 Pacata ne. *vt pote si aduersa i. sunt debellati, vel iudicia eis data.*
 19 Quid tibi. *quia tu non es rex, nec princeps exercitus.*
 20 Transi & seq. *vsque ad finem cunei mei, & tunc seq. me.*
 21 Venit. *s. ad aliquid renūtiandum, licet reuenteretur in cauda globi ipsius Iehu. cetera patent vsque ibi.*
 22 Præceps enim. *quia festinabat ne Ioram ad resistendum munitur.*
 23 Et egressus. *quia iam serè conualuerat & statum exercitus sui scire desiderabat; fuit voluntas domini, vt sic interficeretur iuxta agrum Naboth & ibi proiceretur, vt ibidem sanguis eius a canibus lingeretur, sicut prædictum fuerat per Eliam supra 3. lib. cap. 21. quia sanguis eius erat quodammodo sanguis patris sui Achab, vt ibidem fuit exposi. um.*

I Quæ

MORALITER.

- 23 Et egressus. *per hoc autem q. isti occurrerunt Iehu in curribus suis significatum fuit, q. Iudei resisterent quantum posset Romanis, sicut diffusè scribit Iosephus in li. de Iudaico bel. sed sicut Ioram & Ochozias per Iehu fuerunt interfecti, sic Iudæi per Romanos partim fuerunt occisi, & partim captiui.*
 MORAL. autē per Iehu principem potest spiritus designari, qui carni debet dominari. per Iezabel autem & eius filium significatur

significatur caro & ornatus curiosus quasi inseparabiliter sibi iunctus. vnde infra eo. ca. dicitur: q. Iezabel pinxit oculos suos stibio. i. se fucavit. Per bellum igitur Iehu contra Iezabel & eius filium, significatur bellum spiritus contra carnē & opera eius quæ ponuntur Gal. 5. c. sic: *Manifesta autem sunt opera carnis, que sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, amulationes, irrix, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia, spiritus enim mouet prælia contra ista.*

MORA.

a *Adhuc fornicationes Iezabel, &c.* * Ioseph. Iehu cum multa disciplina agebat iter. Cumque Ioram venisset in agrum Nabuthi, requirebat si in exercitu recte omnia gererentur. Et cum ei Iehu amarissime malediceret, matremque eius veneficam, ac meretricem clamaret, metuens eum rex, & nihil eum cogitare quod esset salubre cre-

dens, conuerso curru suo, ut poterat, fugiebat.

b *Regnavit* Rabbanus. dicitur de Ochozia, quod 42. annorum erat cum regnare cepit & vno anno regnavit. Nam pater eius Ioram dicitur 8. annis regnasse & 40. vixisse, si ita est dicitur. Annis prior est patre suo. Sed tradunt Hebraei, quod Ioram 40. annis vixit, & 28. regnavit: ex quibus octo ei dantur, quia tandem iussit vixit 20. quibus postea regnavit in languore & tribulatione filio eius adiunguntur, qui 22. annorum fuit cum regnare cepit, & vno anno regnavit.

c * *Præcipitate eam, &c.* Ambr. Iezabel inimica veritati, & aduersaria prophetarum eloquijs, ita dilacerata est canum morsibus, ut nullum eius vestigium: sed toto corpore

a dixit: Pax est Iehu? Et ille respondit: quæ pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. Conuertit autem Ioram manum suam & fugiens, ait ad Ochoziam: Insuper Iehu. Porro Iehu tetendit arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius. Statimque corruit in curru suo. Dixitque Iehu ad Badacer ducem: Tolle proijce eum in agro Naboth Iezrahelitæ. Memini enim quando ego & tu sequentes in curru sequebamur Achab patrem eius, quod dominus tonus hoc leuauerit super eum dicens; Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius quem vidi heri, ait dominus: Reddam tibi in agro isto dicit dominus. Nunc igitur tolle & proijce eum in agrum iuxta verbum domini. Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viam domus horri; Persecutusque est eum Iehu; Et ait; Etiam hunc percutite in curru suo. Et percusserunt eum in ascensu Gur qui est iuxta Iezrahel. Qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi. Et imposuerunt serui eum super curru suum & tulerunt in Ierusalem, sepelieruntque eum in sepulchro cum patribus suis in ciuitate Dauid. Anno vndecimo Ioram filij Achab regis Israel, regnavit Ochozias super Iudam; Venitque Iehu in Iezrahel. Porro Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos sibi, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram ingredientem Iehu per portam, & ait, Nunquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominum tuum? Leuauitque Iehu faciem suam ad fenestram, & ait: Quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi, & dixerunt; Hæc est illa Iezabel. At ille dixit eis; Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam. Aspersusque est sanguine paries, & equorum ungulae conculcauerunt eam. Cumque introgressus esset ut comederet biberetque, ait; Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam, quia filia regis est. Cumque iissent ut sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam & pedes & summas manus. Reuersique nuntiauerunt ei. Et ait Iehu; sermo domini est quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbyten, dicens, In agro Iezrahel comedent canes Iezabel. Et erunt carnes Iezabel sicut ltercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita ut prætereuntes dicant; hæcne est illa Iezabel?

re suo, cum oibus posteritatis suæ insignibus extingueretur. Idem. Iezabel comederunt canes, & volueres celi, ut ostenderetur quod spiritualis nequitie fiat præda diuitis sepultura. Fuge ergo diues, huiusmodi exitum. Sed fugies huiusmodi exitum, si fugeris huiusmodi flagitium. Noli esse Achab, ut possessionem finitimam concupiscas. Non tibi cohabet Iezabel illa fera avaritia, quæ tibi cruenta per suadeat, quæ cupiditates tuas non reuocet, sed impellat: quæ te faciat tristitorem etiam cum desiderata possideris: quæ te faciat nudum, cum diues fueris.

D Lib. de Nabuthæ. c. 11.

† vel Meman- to. † vel prophetiam hanc.

E

Hom 25. in epist. ad Ro. † 3. Re. 16. c.

† Pax zambri. i. nunquid bene cessit zambri, &c. † Quis mecum quis, id est, quis, id est, quis, a me itac, & mhi fauce? † Aspersusque sanguine parietis, & equos & conculcauit. † palmas manuum.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Quæ pax? id est idololatriæ quos induxit mater tua.
2 Et veneficia. quia innoxiam spiritualiter, & ideo non potest esse bona pax in populo Israel quandiu ista vigent. Cetera patenti ex dictis.
3 Ochozias. hic consequenter describitur mors Ochozias regis Iudæ, cum dicitur: Ochozias autem. Dum n. erant inuerti ad mortem Ioram & proiectionem eius in agrum Naboth, Ochozias fugit in Iezrahel, & timens, quod non posset ibi saluari: fugit per viam occultam, scilicet.
4 Per viam. ut hic dicitur: & fugit in Samariam, quæ erat ciuitas fortis & munita credens se posse ibi saluari: sed postea inuenus est ibi latens & adductus ad Iehu: & percussus gladio, ut habetur 2. Pa. 22.
5 In ascensu. in loco illo fuit adductus ipsi Iehu: & percussus, & sic vulneratus fugit in Mageddo, & ibi fuit mortuus, ut hic dicitur.
6 Anno. Dicendum, quod Ioram pater huius Ochozias circa finem vite suæ percussus alui dolore insanabili, ut habetur 2. Par. 21. & sic viuente patre regnavit per annu, & ideo quoniam dicitur hic, quod cepit regnare anno 11. regis Ioram: intelligitur de regno eius ueniente patre. Quod autem dicitur supra, quod cepit regnare anno 12. intelligendum est de regno eius

- eius post mortem patris.
7 Venitque. hic describitur occisio Iezabel regina cum dicitur.
8 Depinxit oculos id est. faciem suam fucavit.
9 Et ornauit. ut esset gratiosior in conspectu Iehu.
10 Nunquid. Quod exponunt docto. nostri communiter negatiue, id est, sicut ille non habuit pacem, nec tu habebis. sed hæc expositio non concordat literæ præced. quia ornauit se ut inueniret gratiam apud eum, & ideo non est verisimile, quod diceret sibi verbum pungitium, & ideo Hebraei sic exponunt: Nunquid pax est? & ibi fit punctus, & est sensus: rogo, ut habeas pacem mecum. Et sequitur: Zambri. q. d. istud non est nouum, quod interfecisti Ioram dominum tuum, quia Zambri similiter fecit, & tunc regnavit in pace, & post eum filius eius Achab. q. d. sic poterit esse tibi.
11 Quæ est ista. In Hebræo habetur: Qui mecum. i. de parte mea.
12 Et inclinauerunt. factis ostendentes, quod uellent obedire ei.
13 Præcipitate eam. quia fuerat causa & origo omnium malorum propter quæ domus Achab erat exterminanda.
14 Sermo domini, &c. ut habetur supra 3. lib. cap. 21.
15 Hæcne est, &c. admirantes eius deiectionem & punitionem.

CAP.

ADDITIO.

In cap. 9. ubi dicitur in postil. Et ideo Hebraei sic exponunt. Nun-

Nunquid est pax, & ibi fit punctus, &c. In Hebræo habetur: Nunquid pax Zambri, qui interfecit dñm suu? Unde

Vnde attendendū est, q̄ Zābri verē interfecit dñm suū, sed hoc nō habuit durationē nec bonū exitū: quia statim fuit igne cōbustus, nec regnauit nisi 7. diebus tñ. Amri verò nō interfecit dñm suū. Tum quia Zābri nō erat dñs ipsius Amri: quia proditorie usurpauit regnū. Tum quia Amri nō interfecit ipsū Zābri, sed ipse Zābri cōbussit seipsum, q̄ oīa patent supra in 3. lib. 16. c. Vnde expositio Hebr. eorū in hoc loco nō valet. Primo, q̄ fundatur super falsam literā, q̄a non dixit Amri, sed Zābri, ut est dictū. Secundo, quia Amri nō interfecit dñm suū, ut dictū est. Vnde expositio cōis doctorum, vñsiorū est tenenda, nec ēt discordat eam litera precedenti, cuius ratio est: Nam Iezabel orauerat caput suum, & c. nō ut apparetet gratiosior ipsi Iehu, sed in eius contemptū, & ex quadā despectiōe & superbi. videtur. quod nō erat locus pacificandi, voluit enī in facie cont. mure & vniuperare, inducendo se honorabiliter

rabiliter habitu, & prouocando sibi quod taliter ei cōtingeret sicut Zābri. Vnde dixit prout in Hebraica litera habetur: Nunquid pax fuit Zābri, qui interfecit dñm suum, q. d. non est: & per consequens sic cōtingat tibi, qui interfecisti dñm tuum. Nec est admirandū de audacia Iezabel, quia scdm Vegetium de re militari. Cū nihil spei superest, sumit arma formido, quia sepe cōtingit desperatis, ut prorūpāe in verba ignominiosa cōtra affligentes: licet non possint exadere manus eorum, praesertim cum tales desperati sint superbi, sicut Iezabel.

REPLIC. A. In c. 9. postil. adducit expositionem Hebraeorum super illo. Nunquid pax est zambri, quum reprobat Burg. & bene: soluit q; argumentum postil. contra communem doctorum expositionem factum satis competenter, & signum est, quod postillator illam expositionem Hebraeorum adduxit solum recitando, non approbando.

CAP.

CAPVT X.

CAP. X.

Erant autem Achab septuaginta filii in Samaria, & c. Iosephus. Interea dum Achab filii septuaginta in Samaria nutritentur, misit Iehu duas epistolas, aliam quidem paedagogis eorum, aliam principibus Samaritano-rum: dicens, ut fortissimum filiorum Achab constituerent regem, cum & currus haberent multos, & equos, & arma ad militiam, & ciuitates multas. Hec autem scripsit, volens Samaritanorum mentes agnoscere.



quod exponendum mysticae notabilitatis alicuius usque ad locum illum.

† Elisen

a *Elifeus au.* RAB. Redēptor noster rectorib. ecclesie armis spiritualibus se indui, & contra hostem antiquum præcipit præliari. Arcus sacrum est eloquiū, quod ex utroque testō velut ex cornu, & chorda p̄stat. Per vetus quippe test. figura tur cornu pp duritiam, per no. vero, quod incarnato domi-

quæ per facta fiebant prædicationibus. Arbitratus autem fore, vt sua sponte multa iaceret, ait primo emissō, iaculo in salutis Domini, &c.

c *Superpo.* RAB. Exemplis suis dominus actiones doctorum dirigit, & confortat.

no factum est, figuratur chorda. & dū chorda trahitur, cornu curuatur, quia cū nouum testamentū discutitur, vetus à rigore suo ad intellectū spiritualem flectitur. Sagittæ sunt verba, quæ doctores proferunt. Nos ergo cum scripturæ sacræ dicta pensamus, arcum intendimus, cum verba doctrinæ damus, sagittas emittimus.

b *Descenditque ad eum Ioas, &c.* IOSEPHVS. Iste fuit bonus, & in nullo paternæ naturæ cōsimilis. Cum Elifeus ægritudine incurrisset, venit Israelitarum rex visitare eum. Et dum eū in nouissimis inuenisset, flere cœpit eo vidente, & ingemiscere, patreque, & secum sui regni vocare, præter eum se dicens nunquam contra hostes armis egisse, sed illius prophetia sine dimicatione vicisse, qui dū à vita discederet, Hebræos Syris, & alijs inimicis captiuā dos reliqueret. Quia propter nec ipsam vitam securam vlterius fore dicebat, sed gratum sibi esse, vt cum eo à præsentī luce recederet.

* THEODORETVS. Quānam ob causam per iacula significauit futuram victoriā? Non tā credebant verbis, q̄ ijs quæ

qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauerunt. Si quidem & lucus permansit in Samaria. Et non sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem milia peditum. Interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tritura atææ. Reliqua autē sermonum Ioachaz, & vniuersa, quæ fecit, sed & fortitudo eius nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuitque Ioachaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in Samaria, regnauitque Ioas filius eius pro eo. Anno tricesimo septimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria sedecim annis, & fecit, quod malum est in conspectu Domini. Non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauit. Reliqua autem sermonum Ioas, & vniuersa, quæ fecit, sed, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amasiam regem Iuda, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Ioas cum patribus suis, Ieroboam autem sedit super solium eius. Porro Ioas sepultus est in Samaria cum regibus Israel. Elifeus autem ægorabat infirmitate, qua & mortuus est. Descenditque ad eum Ioas rex Israel, & flebat coram eo, dicebatque, pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. Et ait illi Elifeus, Affer arcum, & sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum, & sagittas, dixit ad regem Israel, pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Elifeus manus suas manibus regis, & ait: Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Elifeus, iace sagittā, & iecit. Et ait Elifeus, Sagitta salutis domini, & sagitta salutis contra Syriam: percutiesque Syriam in Aphēc donec consumas eam. Et ait, Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursus dixit ei, Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus vici-

d *Aperi se.* RAB. Lumie sciētie suos hortatur primum il lustrari, & sic iacula verborum mittere.

e *Sagitta.* RAB. Prædicatio sanāta certissima est interfectio spiritualium hostiū si perseveranter agitur. vnde non debet doctor propter auaritiā negligere animarum curam, sed magis per pietatem ad eternam prætere-

dere requiem, quod significat Aphēc. in terpretat enim continebit, vel apprehēdet. vnde Apostolus enumeratis vitijs subintulit, Tu autem homo Dei hæc fuge, seclare versu iustitiam, & pietatem, & apprehende vitam æternam.

f *Tolle.* Qui cum. RA. Doctoribus præcipitur iaculo prædicationis terram, id est, carnales percutere. Tribus vicibus terram iaculo percutere, est trinitatis fidē carnalibus per doctrinam insinuare. Postea doceantur quinque sensibus corporeis imperare, bonisque operibus, quæ per sex exprimuntur studium impendere, nec nō scientiam spiritua-

lem instanter meditari, quam septiformis spūs ad salutē humani generis gemino testamento edidit. Qui autē, solā fidē sufficere credunt ad salutem, recte arguuntur, quia secundū Jacob

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Siquidem, & lucus.* hoc erat de reliquijs cultus Baal, vituli enim aurei nō erant in Samaria, sed in Dan, & Bethel, sicut dictum fuit supra. 3. lib. 12. c. sed in Samaria fuerat templum Baal, quod destruxit Iehu, sicut habetur sup. 10. c. Sed lucus, qui erat plantatus prope illud templum, in quo exercebatur luxuria, remanserat q̄ legis mandata, q̄ p̄cepit lucos excidi, sicut, & rēpla idolorū subuerti. Cætera patēt in litera vsq̄ ibi.

2 *Et forti.* De qua pugna dicitur magis c. 2.
3 *Elifeus au.* Hic consequenter describitur mors Elisei, & eius tumulatio, & primo describitur signum ab eo datum, cū esset morti propinquus. secundo cum iam esset mortuus, ibi *Mortuus est ergo.* Circa primum dicitur.

4 *De-*

MORALITER.

3 *Elifeus autem agro.* Sequitur.
5 *Dixit ad re.* Per Elisei verba cōsequenter hic posita, demonstratur, quid bonus princeps facere debeat, & etiam bonus prælatus, qui potest dici rex à regendo in spiritualibus.
6 *Pone manum tuam.* Per hoc enim ostenditur officium principis, & prælati circa subditos, quod est debite iustitiā exercere. Nā per lignū arcus, quod est rigidū, designat iustitię rigor, per chordam autem, quæ mollis est, misericordię dulcor, & per hoc, q̄ lignū rigidū per chordam mollem curuat, signi-

4 *Descenditque ad eum.* quia vita Elisei multū valebat ad defensionem sui regni.

5 *Currus Israel, & auriga eius.* exponatur sicut supra 2. cap. Cui compassus Elifeus dixit.

6 *Pone manum tuam.* ad tendendum ipsum.

7 *Superposuit.* ad ostendendum, quod meritis ipsius daretur regi signum victoriæ.

8 *Aperi fene.* in illa enim parte erat regnum Syrię, quod molestabat regnum Israel.

9 *Sagitta sal. do.* id est, emissio huius sagittæ signat victoriam pro populo Israel, & contra Syros.

10 *Percute.* Ista percussio designat percussorem populi Syriæ à populo Israel, vt patet ex sequentibus.

Sit

significatur, quod in dubijs declinandum est magis ad misericordiæ dulcorem, quàm ad rigorem iustitię, Iac. 2. c. *Miseri cordia super exaltat iudicium.* Et, hic dicitur, quod *in unis,* id est, clemens, est diminutiuis pœnarum.

† *Iace sagit.* per quam intelligitur sententia procedens ex iustitia misericordia temperata. ideo subditur.

9 *Sagitta sal. do.* q̄a talis sentētia p̄format diuinę voluntati.

9 *Et sagitta salutis contra Syriam.* quæ interpretatur excelsa, quia talis sententia reprimat extollentiam superbiorum.

10 *Rursum dixit ei, percutite iaculo.* Per q̄d ostenditur, quod bo-

Iaco. 2. d. **G** Jacob. *Fides sine operibus mortua est.*

A *Quod cum.* * IOSEPHVS. post non multum vero tempus & propheta defunctus est, ut iustitia famosissimus, & in Dei laudibus, & studijs, valde praeclarus. Miraculū nāque, & inopinabilia opera per suas prophetias ostendit, & apud Hebræos

& magnificam sepulchram habere promeruit, & qualem viro, ita religioso decebat impendi. Illo siquidē tempore contigit, vt quidam latrones in Elisei sepulchro, motum quem ipsi videbantur interfecisse, proiecerēt, cuius cadaver dum eius iussu ferretur, continuo suscitatum est.

* THEODORET.

Propheta etiam mortuus mortuum suscitauit, qui ei appropinquarat, vt vel ipsum corpus testaretur, quod acceperit duplicem magistratiam.

* HIERONYMVS.

Sepulchrum Abdiae vsque hodie cum mausoleo Elisei, prophetæ, & Ioannis Baptistæ, in Schaste venerationi habetur.

* IDEM. Vidit Paula Samariā ibi sita sunt Elisei, & Abdias prophetæ, & Ioannes Baptistæ. Vbi multis intremuit p̄sterna

bus, & steterit, iratus est contra eum vir Dei, & ait, Si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad consummationem. Nunc autem tribus vicibus percutes eam. Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eum. † Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso † anno. Quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos, & proiecerunt cadaver in sepulchrum Elisei. † Quod cum tetigisset ossa Elisei, reuixit homo, & stetit super pedes suos. Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Ioachaz. Et miseratus est dominus eorum, & reuersus est ad eos propter pactum suum, quod habebat cum Abraham, & Isaac, & Iacob, & noluit disperdere eos, neque proicere penitus vsque in praesens tempus. Mortuus est autem Hazael rex Syriæ, & regnavit Benadad filius eius pro eo. Porro Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Benadad filii Hazael quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure praehi. Tribus vicibus percussit eum Ioas, & reddidit ciuitates Israel.

ta mirabilibus, namque cernebat varijs demones rugire cruciatibus, & ante sepulera Sanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibillare serpentum, mugire taurorum, alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, Paula vidit.

* AVGVST. Si quis sanctorum reliquias non honorandas esse dixerit, ille non Christianus, sed Eunomianus, & Vigilantianus creditur.

RAB Resurrectio cadaveris, per contactum ossium Elisei, significat, quod quicumque firma fide tangit mortem Christi, & spem suam veraciter in eo collocat, sine dubio particeps erit resurrectionis eius. vnde. *Ego sum resur. & vita. Postquā obiit Ioachaz, ingressi sunt principes Iuda, adorauerunt regē, &c.* Dicunt Iudei sicut Deū regē adoratum, & honores supra humanum modum à subditis libenter accepisse. vnde iram Dei subito expertus est, sicut Herodes. *Non est deus in Israel.* quia omnes noxij erant, & idololatria polluti, Has duas glo. ex 24. Paralip. transumptas vide, & potius ibi, quam hic habere locum.

ter accepisse. vnde iram Dei subito expertus est, sicut Herodes. *Non est deus in Israel.* quia omnes noxij erant, & idololatria polluti, Has duas glo. ex 24. Paralip. transumptas vide, & potius ibi, quam hic habere locum.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Si percussit.* Erat enim reuelatum Eliseo, quod si rex multoties percuteret terram absque interruptione, quod totaliter deiceret Syriam, non tamen habebat licentiam dicendi hoc regi, sed solum videndi, quod fieret, vt per hoc haberet certum signum, quid futurum esset, ideo sequitur.

2 *Nunc autem.* Spiritus enim sanctus tangit corda prophetarum eo modo quo vult, & ideo aliquando reuelat aliquid futurum in generali, tantum, & postea in particulari, sicut patet hic. primo fuit reuelatum Eliseo, quod si rex multoties percute-

ret terram, deiceret Syriam, non tamen fuit sibi reuelatum quoties esset percussurus, sed postquam percussisset ter, & cessauerat reuelatum fuit Eliseo, quod percuteret Syriam tribus vicibus, & in bellis particularibus.

3 *Mortuus.* Hic consequenter describitur signum factum per Eliseum post mortem eius, cum subditur.

4 *Quod cum.* ad declarandum merita ipsius Elisei. Caetera patent vsque ibi.

5 *Et reg.* Sic. n. scribitur hic in Hebræo. & ita dicit Hiero. q. d. scribitur, ille autem Benadad, q. p̄cessit Hazael, scribitur p. b. in fine. CAP.

MORALITER.

† nus princeps, vel prelatus debeat facere circa seipsum. p̄ terram. n. intelligitur caro, quæ de terra est a domino. Terra ergo percussitur, quando tria carnis vitia reprimuntur, scilicet, accidia. vñ Mat. 26. d. *Spiritus qui sem proptus est, caro autem infirma.* Et gula, & luxuria. Sed in hac percussione consistit, quando minus perfecte caro maceratur, propter quod sic percussiens per prophetam increpatur, cum subditur.

1 *Si per*

1 *Si percussit.* Mortuus est. Sequitur.

4 *Et pro.* per Eliseū, qui Dei mei salus interpretatur, Dominus noster Iesus Christus significatur, per hoc ergo, q. mortuus ossa tangens Elisei reuixit, significatur, q. mortuus morte culpæ, si fideliter, & deuote tangat Christum mortuum p̄ compassionem, redit ad vitam gratiæ, & idem fuit significatum Numc. 21. in aspectu serpentis ænei.

† MORA-

C A P. XIII.

Nanno se. a Et se. R A B. Amasias fecit bonum in conspectu domini, sed nō corde perfecto, bona quippe opera, quæ placent Deo fecit, sed nō corde perfecto, quia sub simulata specie coram

hominibus ostendebat, & sic coram Deo accepta non erant. b In val. RAB. Vallis Salinarum erat vbi sal faciebant. Vel cœno saluginis deciso, & siccato, & incenso. Vel aquis puteorū falsis seruefactis, & vſque ad falsi firmitatē coquendo perductis. Vel alio quolibet ordine quo sal fieri consuevit.

c Petram. RAB. Petra ciuitas est Arabie nobilis in terra Edō, quæ in li. Nu Recem dicitur, & à Syris sic appellatur. Sed Iosephus non ciuitatē dicit, sed magnam petram in Arabia constitutam.

IOSEPHVS. Amasias eligens exercitū de Iuda, & Benjamin quasi trecenta milia, constituit super eos Centuriones, mittēſque ad regem Israelitarum, conduxit centum talentis argenti centū milia armatorum. Deliberauerat enim, vt Amalechitarū gentibus, & Idumæis, & Gabaonitis infer-



C A P. XIII.

N anno secundo Ioas filii Ioachaz regis Israel regnavit Amasias filius Ioas regis Iuda. Viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpisset. Viginti autem, & nouem annis regnavit in Ierusalem. Nomen matris eius Ioadan de Ierusalem. Et fecit rectum coram domino, veruntamen non, vt dauid pater eius. Iuxta omnia, quæ fecit Ioas pater suus fecit, nisi hoc tantum, quod excelsa non abstulit. Adhuc enim populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis. Cumque obtinuisset regnum, percussit seruos suos, qui interfecerant regem patrem suum, filios autem eorum, qui occiderant, non occidit, iuxta verbum, quod scriptum est in libro legis Moyſi, † sic præcepit dominus dicens, † Non morientur patres pro filiis, neque filii pro patribus, sed vnusquisque in peccato suo morietur.

Amasias.

† Vetus aditio, quasi nomen regionis Gemelam posuit.

Ipsē percussit Edom in valle Salinarum decem milia, & apprehendit † petram in prælio, vocauitque nomen eius Iechel vsque in præsentem diem. Tunc misit Amasias nuntios ad Ioas filium Ioachaz filii Iehu regis Israel, dicens, Veni, & videamus nos. Remisitque Ioas rex Israel ad Amasiam re-

uid, & Salomoni. Quod si parere nollent, scirent quia bello terminum causæ perciperet, &c.

filijs, nec filij pro patribus, &c. sequitur.

6 Et apprehendit. Dicunt hic aliqui, quod petra est nomen cuiusdā ciuitatis. Alij autem dicunt, & verius, vt videtur, quod est nomen cuiusdam petre prærupte vbi interfecit plures de Idumæis, secundum quod habetur. 2. Paral. 25.

7 Vocauitque no. id est, illius Petre.

8 Iechel. signat in Hebræo acredinem dentium, quia illi, qui interfecit, ibi stridebant dentibus ex horrore mortis, & dolore.

9 Tunc. Hic consequenter describitur regnum eius tempore aduersitatis, & primo agitur de eius aebellatione. secundo de eius occisione, ibi facta; est. Circa primum sciendum, quod Amasias ex victoria, quam habuit contra Idumæos, eleuatus fuit in superbiam, ex hoc iusto Dei iudicio permissus est cadere in idololatriam, quia idola Idumæorū, quæ ceperat, reseruauit sibi, & coluit, nec ad reprehensionem prophete se corripuit, sed de morte sibi comminatus fuit, vt habetur 2. Para. 25. pp quod in tantā p̄sumptionem permissus est cadere, quod prouocauit Ioas regem Israel ad præliū, vt sic eius superbia confunderetur, & hoc est, quod dicitur. Tunc. i. post prædictas nequitias ab eo perpetratas.

10 Misit Ama. prouocando eum ad prælium. ideo subditur.

11 Veni, & vi. nos in bello die statuto.

Carduus

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XIII.

Nanno se. Hic consequenter tangitur de hoc, quod factum est tempore Amasie regis Iudæ. & primo describitur regni eius persecutio. secundo regni Israel successio ibi. Anno quinto decimo. Prima in duas, quia primo describitur regnum Amasie tempore prosperitatis.

Secundo tempore aduersitatis, bi. Tunc misit Amasias. Circa primum describitur ipsius vita, cum dicitur.

1 Et fecit. respectu regū Israel, qui erant imperfecti, ideo subditur.

2 Veruntamen non, vt Dauid pater eius. q̄ fuit valde p̄fectus.

3 Iuxta omnia, quæ fecit. sicut supradictum est c. 12. quod nec est Ioas pater eius abstulit excelsa. & ideo istud, Nisi hoc tantum, &c. non potest referri ad literam immediate præcedentem, sed refertur ad, id quod dicitur, Fecitque rectum coram domino. Nisi hoc tantum, &c. & tunc patet litera.

4 Cumque obtinuisset. in pace, & quiete, & ita quod tunc poterat facere iustitiam absque periculo perturbationis regni.

5 Percussit ser. Filios autem eorū, qui occiderant non occidit, sicut scriptum est in lege Domini. Deu. 24. c. Non morientur patres pro filijs,

M O R A L I T E R.

1 In anno secundo. Sequitur.

6 Ipsē per. Edom interpretatur terrenus, & ideo per Amasiam qui percussit Edō, significat in religione professus, qui viuēdo sine proprio terrenis abrenuntiat. & sic Edom superat in valle Salinarum, quia talis profitetur viuere in valle humilitatis, & obedientiæ, & est in castitate, q̄ per Salinas significatur, quia sicut sal præferuat carnes à putrefactione corporali sic castitas corpus, & animā à putredine peccati. Vñ per oppositum de luxuriosis dicit Iohel. 1. d. Computruerunt iumēta in stercore suo. Quod exponens GREG. dicit, Iumēta in suo stercore

core putrescere, est carnales homines in factore luxuriæ vitam finire.

9 Tunc misit. Ex victoria enim q̄ Edom in superbiam eleuatus fuit, & sic contra regem Israel pugnare voluit, vnde sibi male cōcigit. Per hoc igitur significat religiosum de p̄fectione sui status superbientem, & seculares aliquando meliores ipso contemnentem, similem Phariseo, qui dicebat de seipso Luc. 18. a. Non sum, sicut ceteri homin. rap. adul. &c. Et quia sic per superbiam eleuatur, ad obtinendum ecclesiæ gradū indebitum sibi conatur, propter quod dicendum est ei à superiori, quod subditur.

Tom. 2.

GG 2

† Conten-

D

† 2. Pa. 15. 2.

Rabbanus. Angelom. F

† abstulerunt.

† in quo. l. 9. anti. c. 10.

† Sela nomen vrbis.

E

Percus-

Diuiso.

A a Percussusque est Iud. & ceter. * JOSEPH. Dñi praelium essent commisiū milites Amasie repentinus terror, & stupor inuasit, qualem non propitius Deus immitteret, & antequam venirent ad manus, in fugam animi pauore conuersi sint.

Hom. 1. in Mach.

B Aduerte, quicūque regum placuerant Deo, diutius regnarunt, & prosperati sunt, & inimicos eorū humiliavit Deus sub manibus eorum. Quotquot maligne gesserunt, velociter & a regno, & a viuis, cum amara morte precessi sunt, & humiliavit illos Deus sub inimicis eorum.

quindecim.

2. Para. 26. a.

Rabbans, Angelom.

C Ipse restituit terminos Isr. & c. RABBANVS. De Ieroboam dicit, Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath, usque ad mare solitudinis.

gem Iuda, dicens, Carduus Libani misit ad cedrū, q̄ est in Libano, dicēs, Da filiā tuā filio meo vxorē. Transferuntq; bestiae saltus, q̄ sunt ī Libano, & conculcauerunt carduū. Percutiens inualuisti sup Edō, et subleuauit te cor tuū. Cōtētus esto gloria, & sede in domo tua. Quare prouocas malū, vt cadis tu, & Iudas tecū? Et non acquieuit Amasias. Ascēditq; Ioas rex Israel, & viderūt se ipse, & Amasias rex Iuda ī Bethfames oppido Iudæ. Percussusq; est Iuda corā Israel, & fugerunt vnus quisq; in tabernacula sua. Amasiā vero regē Iuda filium Ioas filii Ochoziæ cepit Ioas rex Israel in Bethfames, & adduxit eū in Ierusalem. Et interrupit murū Ierusalē, à porta Ephraim vsq; ad portam anguli quadringētis cubitis. Tulitq; oē aurum, & argentum, & vniuersa vasa q̄ inuenta sunt in domo dñi, & in thesauris regis, & obsides, & reuersus est in Samariā. Reliqua autē verborum Ioas, q̄ fecit, & fortitudo eius, qua pugnavit contra Amasiam regem Iuda, nonne hæc scripta sunt ī libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuitque Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Israel, & regnavit Ieroboam filius eius pro eo. Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israel † viginti quinque annis. Reliqua autem sermonum Amasie, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Factaque est cōtra eum coniuratio in Ierusalem. At ille fugit in Lachis. Miseruntque post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi, & asportauerunt in egs sepultusque est in Ierusalem cum p̄rib. suis in ciuitate Dauid. † Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natum sedecim, & cōstituerunt eum regem pro patre eius Amasia. Ipse ædificauit Ailam, & restituit eam Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis Anno quintodecimo Amasie filii Ioas regis Iuda, regnavit Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria quadraginta, & vno anno, & fecit, quod malum est coram domino. Nō recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel. Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis iuxta sermonē domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de Heth, quæ est in Hopher. Vidit enim

litudin. Emath quæ nunc Epiphania dicitur, septentrionalis erat terminus Israel. Mare autem solitudinis, mare mortuum est, quod in latitudine per stadia quingenta octuaginta vsque ad Zoaros Arabiæ, in longitudine centū quinquaginta, vsque ad vicinia Sodomorum progreditur. Igitur Ieroboam castra metatus contra Syrios, omnem eorum prouinciam (sicut Ionas prophetauerat) deuastauit. c. Quæ est in Hopher turris erat non longe à templo, enormis magnitudinis, & altitudinis, vnde Hopher dicitur, id est, tenebrarum, siue nebea, eo quod vsque ad nubes caput erigat, quæ in Zacharia, turris nebulosa vocatur.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Carduus Li. Cardu^o est herba humilis, & spinosa, & secūdu quod dicit Ra. Sal. hic signat Emor patrem Sichem, qui erat infidelis. Cedrus autem signat Iacob, qui fuit patriarcha magnus, cuius filiam, s. Dinam, petiuit Emor pro Sichem filio suo vxorem, vt habetur Gene. c. 34. Bestiæ vero saltus p̄cullantes carduū signant filios Iacob, qui interfecerunt Emor, & Sichem, & eorum populū. Tempore enim Ioas, & Amasie inter Iudæos currebat istud prouerbiū, quando aliquis attentabat aliquid præsumptuosum, & ideo ipsum applicauit Ioas sibi, & Amasie, vocans seipsum cedrum, & Amasiā carduū, & bellatores ipsius Ioas bestias saltus. ideo subditur.

2 Quare prouo. id est, bellum inter me, & te.

3 Vt ca. tu. quia non habetis virtutem standi contra me.

4 Et non ac. volens omnibus modis contra eum procedere. Cætera patent vsque ibi.

5 Et interru. vt ciuitas non posset alias sibi resistere.

6 Et obsi. id est, filios nobilium, ne patres eorum possent sibi rebellare.

7 Vixit au. In Hebræo habet 25. annis. & 2. Para. 25. c. dicitur similiter. Dicendum, quod decē anni quibus Amasias fugiens de Ierusalem latuit in Lachis, tacentur hic in Hebræo. & 2. Para. c. 25. propter multitiā Amasie, & quia tunc non regnavit proprie.

8 Factaque est con. Hic consequenter agitur de occisione ipsius Amasie, quia licet mors eius sit prædicta, hic tamen subditur modus mortis, cum dicitur, Factaque est cōtra eum coniuratio. id est, cōspiratio.

9 In Ieru. quia ciues videntes murum ciuitatis interruptum, & ciuitatem spoliatam, & filios suos dñctos obsides in Samariam occasione superbiæ eius, quia noluit desistere à bello contra Ioas, ceperunt tractare de morte eius.

10 At ille fu. quando percepit hunc tractatum.

11 Miseruntque.

11 Miseruntque. magnam multitudinē bellatorū. 12 Et inter se. pp mala ipsius prædicta. 13 Tulit autem vniuersus populus Iudæ. Ille vocatur Ozias 2. Para. 26. quia fuit b̄nominus, & vt aliqui dñt trinomus, vt ibidem patet. 14 Anno quin. Hic consequenter describitur regum Israel successio, cum dicit, Anno quintode. s. patre suo Ioas mortuo, sed iā ante ceperat regnare tribus annis viuente patre suo, vt dicit Ra. Sa.

15 Ipse resti. terra. n. illa erat occupata à regibus Syriæ, sed ipse recuperauit iuxta sermonem domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam. Hoc non scribitur in prophetia Ionæ, quæ habetur in li. 2. prophetarum, quia illa p̄phetia solum loquitur de facto Nimue. Plura autem alia tect, & prædixit iste Ionas, quia inuixit Iehu, & prædixit eū destructurum domum Achab. prout dictum fuit, supr. 9. c. & filios Iehu regnatos vsque in quartam generationem, vt habetur supr. 10. c. quæ non sunt ibi scripta. sicut, & Christus multa fecit, & dixit, quæ non sunt scripta in euangelio, secū dum, quod dicitur Io. vlt. g. Dicit tamen Ra. Sa. Quod hic dicitur, scribitur in prophetia Ione, per quandam similitudinē quia sicut per prædicationem Ione infortunium ciuitatis Nimue mutatu est in eufortuniū, eo quod Nimuite egerūt penitentia, sic & hic dicitur. Vidit. n. dominus afflictionem Israel amaram nimis, & c. quæ conuersa est in consolationem tēpore istius Ieroboam, vnde subditur. Sed saluauit eos in manu Ieroboam. & c. & hoc fuit prædictum per Ionam prophetam.

16 Qui erat. sup. 3. li. c. 17. dicitur quod erat de Sareptha. quæ fuit filius mulieris Sarepthanæ. Dicendum, quod hic nominatur de Geth, quæ est villa in regno Israel, & ibi fuit sepultus, & ab illo loco denominauit hic eū scriptor huius libri.

17 Quæ. Ista Hopher est aha ab illa Hophir, q̄ est in India, vbi

MORALITER.

† Contentus est glo. id est, in religione, quia tibi non expedit promoueri ad altiora.

† quod Beatus Franciscus interrogatus a Papa, si vellent, quod fratres sui promouerēt ad ecclesiasti-

dominus afflictionem Israel amaram nimis, & q̄
 consumpti essent vsque ad clausos carceris, † & ^{† vel carcere.}
 extremos, & non esset, qui auxiliaretur Israeli.
 Nec locutus est dominus, vt deleret nomen Israel
 de sub cœlo, sed saluauit eos in manu Ieroboam
 filij Ioas. Reliqua autem sermonum Ieroboam.

NICOLAUS DE LYRA.

ibi mittebat Salomon naues pro auro quærendo, vt habetur sup. 3. li.
 6. 10. Vnde, & in Hebræo prima litera huius Hophir est Ain: alterius
 vero prima litera est Aleph. Vltimè

MORALITER.

† siasticas dignitates, respondit, Domine fratres mei ideo
 vocati sunt minores, vt maiores fieri non p̄sumat, si vultis, q̄

CAP. XV.

Anno vice-
 si-
 ma Azaria
 RAB. ipse est O-
 zias, qui dū sacri-
 ficare in templo,
 vellet contra le-
 gē Mosi, percuss⁹
 est lepra. Hic dia-
 bolū significat,
 cui lepra iniqui-
 tatis insanabilis ē,
 qui cum maiora
 se appeteret, se-
 ditate pessima
 lepræ notabilis
 effect⁹, de domo
 eiec⁹ est, & p̄-
 scuerat vsq; in fi-
 nē leprosus sepa-
 ratus a populō
 Dei. Hoc regnā-
 te Elias p̄pheta
 oculos ad cœlū
 non lenauit, nō
 sunt ei referata cœlestia, sed postquā mortuus est. Dū Pha-
 rao



CAPVT XV.
 Anno vice-
 simo septimo Ieroboam regis Israel re-
 gnauit Azarias filius Amasia regis Iudæ. Sede-
 cim annorum erat cū regnare cœpisset, & quin-
 quaginta duobus annis regnauit in Ierusalē. No-
 men matris eius Iechelia de Ierusalem. Fecitque
 quod erat † placitum coram domino, iuxta om-
 nia, quæ fecit Amasia pater eius. Veruntamē ex-
 celsa non † est demolitus. Adhuc populus sacrificabar, & adolebat in-
 censum in excelsis. Percussit autem dominus regem, & fuit leprosus
 vsque in diem mortis suæ, & habitabat in domo † libera seorsum. Ioa-
 tham vero filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum
 terræ. Reliqua autem sermonum Azariae, & vniuersa, quæ fecit, non-
 ne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Et dormi-
 uit Azarias cum patribus suis, sepelieruntque eum cū maioribus suis
 in ciuitate Dauid, & regnauit Iotham filius eius pro eo. Anno trice-
 portam vallis, quæ superius porta Ephraim dicitur.

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. XV.

Anno vice-
 si-
 ma Azaria
 Hæc est quinta pars principalis huius
 quarti libri s̄m diuisionem in principio eius po-
 sitam, in qua agitur de his, q̄ facta sunt sub Ozia
 rege Iuda, & Iothan filio eius. Et diuiditur in
 duas, quia primo describit regni Iudæ successio
 secundo regni Iothan prosecutio ibi, Anno secundo. Prima
 in duas, quia primo ponitur dicta successio. secundo regum
 Israel frequēs mutatio, ibi, Anno tricesimo octauo. Circa primū
 dicitur, Anno vice. Ex hoc patet, quod supradictum est, qd̄
 sic Ieroboam cœpit regnare adhuc viuente patre duobus,
 et tribus annis, quia a morte patris sui vsque ad principiū
 regni Ozia, qui idē est, & Azarias, & Zacharias, ita qd̄ sit tri-
 omius, vt habetur 2. Para. 26. fluxerūt tantum viginti quin-
 que anni, loquēdo de regno Ozia quo incepit regnare mor-
 tuo patre, quia pater eius Amasia vixit viginti quinque an-
 nis post mortē Ioas patris Ieroboam, & ille vice-^{simus} quin-
 us annus fuit, vice-^{simus} septimus regni Ieroboam, incipēdo
 eius regnū a tēpore quo cœpit regnare patre adhuc viuente.
 Regnauit. Tūc. n. cœpit regnare mortuo p̄e, ante tñ regna-
 uerat per plures annos, vt dictū est, & videbit plenius infra.
 Fecitque s̄. in principio regni sui, propter quod multum p̄-
 peratus fuit in regno, vt habetur 2. Paral. 26. sed postea su-
 perbia eleuatus, deprauatus fuit, propter quod dominus eū
 percussit lepra, secundum quod subditur.

Percussit autem. ex superbia enim voluit ipse sibi vsurpare
 officium sacerdotale intrans templum ad thurificandum.
 Et cum a sacerdotibus ei diceretur, quod hoc non spectabat
 ad eius officium, minabatur eis tenens thuribulum, propter
 quod subito fuit percussus lepra, & apparuit in fronte eius
 manifeste, propter quod sacerdotes statim eum expulerūt
 de templo, & ipsemet sentiens plagam domini, exiit volū-
 tate

MORALITER.

Anno tricesimo septimo Ieroboam regis Israel re. Huius regis hi-
 storia breuiter hic scribitur, sed 2. Paralip. 15. perfectius poni-
 tur, pp̄ quod ibi ponitur explicatio mystica, domino con-
 cedente.

& vniuersa, quæ fecit, & fortitudo eius qua p̄-
 liatus est, & quomodo restituit Damascū, & E-
 math Iudæ in Israel, nonne hæc scripta sunt in
 libro sermonum dierum regum Israel? Dormi-
 uitque Ieroboam cum patribus suis regibus Is-
 rael, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

† vsque ad elau. abiecit, quamuis e in talibus deberet parci, eo
 quod aff. istis no i est danda afflictio, reges tamen Syriæ non eis peper-
 cerunt quando eos ceperant, volentes contere populū Israel. Cete-
 rapat.†

faciamt habitant in ecclesia Dei, dimitte eos in statu voca-
 tionis eorum, & ad dignitates ecclesiasticas ascendere nul-
 latenus permittatis.

rao vixit, popu-
 lus Israel ex lu-
 ti, & palearū o-
 pere non suspi-
 rauit ad Deum,
 sed post Pha-
 raonis mortem
 ascēdit clamor
 eorum ad do-
 minum. Si er-
 go intelligas in
 Ozia, & Phara-
 one contrarias
 fortitudines, vi-
 debis quomo-
 do illis viuēti-
 bus, nullus nō-
 strorum videat
 & suspiret, re-
 gnāte peccato,
 Aegyptijs ex-
 truumus ciuita-
 tes, & versamur
 in foribus. O-
 zias edificauit

4 Et habit. a frequentatione hominum, iō dicitur 2. Paralip.
 quod habitabat in domo separata, & propter hoc non vene-
 bant ad ipsum iudicia, propter qd̄ subditur, Iotham vero filius
 regis gubernabat palatium, & iudicabat populum ad placitum, &c.
 5 Sepelierunt. quantum ad locum in generali, non tamen in
 speciali, quia non fuit sepultus in sepulchris regum, sed tñ
 in agro regum sepulchrorum, eo quod esset leprosus, se-
 cundum, quod dicitur 2. Paral. 26

6 Annotu. Hic consequenter describitur regum Israel fre-
 quens mutatio. Iungebant enim se gentilibus regibus, & sic
 vnus interficiebat alium sultus auxilio infidelium, & regna-
 bat loco eius. Et posset diuidi ista pars in sex, secundum sex
 reges sibi succedentes in paruo tempore, quorum primus
 fuit Zacharias filius Ieroboam, de quo dicitur hic. Anno vi.
 Dicitur est in principio huius cap. quod iste Zacharias, qui
 & Azarias, siue Ozias cœpit regnare mortuo patre suo an-
 no. 28. Ieroboam regis Israel, qui Ieroboam regnauit qua-
 draginta, & vno anno, vt habetur capitu. præceden. ex quo
 patet, quod in morte eius Azarias regnauerat tantum 15. an-
 nis. Qualiter igitur potest esse verum, quod Zacharias filius
 Ieroboam cœpit regnare. 38. anno Azariae, quia videtur, qd̄
 deberet dici, anno 15. vel 16. Azariae regnauit iste Zacharias.
 Ad quod dendum, quod in principio huius cap. accipitur
 principium regni Azariae, quando cœpit regnare solus mor-
 tuo patre, vt dictum est. Sed ante cœperat regnare per 10. an-
 nos, quibus pater suus fugiens latuit, vt dictum est cap. præ-
 ceden. & sic tempore mortis Ieroboam regnauerat 25. an-
 nis. Item a morte Ieroboam regnum Israel fuit gubernatū.
 13. annis per principes, eo quod Zacharias filius Ieroboam
 erat puer paruulus, & sic anno 38. Azariae regis Iuda Zacha-
 rias filius Ieroboam cœpit regnare super Israel tanquam re-
 gens regnum per seipsum.

cedente. Renquit vero huius capituli sunt descriptiones
 quorundam regum sibi succedentium, de quibus non ap-
 pareret mihi aliquod notabile exponendum vsque ad illum
 locum.

A simooctauo Azariæ regis Iudæ, regnavit Zacharias filius Ieroboam super Israel in Samaria sex mensibus, & fecit, quod malum est coram domino, sicut fecerant patres eius. Non recessit à peccatis Ieroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel. Coniuravit autem contra eum ¹ Sellum filius Iabes, percussitque eum [†] palam, ² & interfecit, regnavitque pro eo. Reliqua autem verborum Zachariæ, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum regum Israel? Iste est ³ sermo domini quem locutus est ad Iehu dicens, [†] Filii tui usque ad quartam generationem sedebunt de te super thronum Israel. Factumque est, ita. Sellum filius Iabes regnavit ⁴ tricesimonono anno Azariæ regis Iudæ, regnavit autem vno mense in Samaria. Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersa, venitque in Samariam, & percussit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnavitque pro eo. Reliqua autem verborum Sellum, & coniuratio eius, [†] per quam tetendit insidias, ⁵ nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Tunc percussit Manahem ⁶ Thapsa, & omnes, qui erant in ea, & terminos eius de Thersa. Noluerant enim aperire ⁷ ei. Et interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas. Anno tricesimonono Azariæ regis Iudæ regnavit Manahem filius Gadi super Israel decem annis in Samaria, fecitque quod malum erat coram domino:

† coram populo.

† sup. 20. B

† qua coniuravit.

libr. 9. Antiq. c. 11.

C

^a Et interfecit omnes. & ca. **IOSEPHVS** Ille vicicens in eis, & quæ foris erant depopulatus est, & civitatem obsessione fortissima cepit, & grauitur ferens quod fecerat, omnes occidit,

^a [†] Alias Thersam, & hoc in libris incorrectis.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Coniuravit. Iste autem fuit vnus de principibus, qui administrauerant regnum post mortem Ieroboam, & ideo potuit se munire, & fortificare ad auferendum regnum ipsius Zachariæ.
- 2 Percussitque. In Hebræo habetur. Coram populo. & idē est, & in hoc notatur, quod habebat populum saltem pro magna parte consentaneum, quia iste Zacharias erat valde malus.
- 3 Iste est sermo. Et hoc patet ex dictis, quia Ioathan filius Iehu regnavit post eum, cui successit Ioas filius eius, & ipsi Ioas Ieroboam filius eius, & ipsi Ieroboam Zacharias filius eius.
- 4 Sellum. Hæc est secunda pars vbi agitur de regno Sellum, quod fuit valde breue. ideo subditur, Regnavit autem. sequitur.
- 5 Et coniu. scilicet ipsi Zachariæ, quem interfecit, vt dictum est.
- 6 Tunc percussit Mana. Hæc est tertia pars, in qua agitur de regno Manahem, qui interfecit Sellum, vt dictum est, cum dicitur. Tunc. i. post interfecionem Sellū, percussit Manahem Thersam. libri correcti habent Thapsa. & sic est in Hebræo. & causa subditur cum dicitur.
- 7 Nolue. &c. i. recipere eum in ciuitate tanquam regem. Ex quo patet, quod libri habentes hic Thersam, in hoc sunt falsi, quia iste Manahem fecit coniurationē contra Sellū in Thersa, vt habetur inf. Ex quo verisimile

mino: Non recessit à peccatis Ieroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel cunctis diebus eius. Veniebat Phul rex Assyriorum in terram, & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, vt esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius. Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus, & diuitibus, vt daret regi Assyriorum, quinquaginta siclos argenti per singulos. Reuersusque est rex Assyriorum, & non est moratus in terra. Reliqua autem sermonum Manahem, & vniuersa quæ fecit nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Manahem cum patribus suis. Regnavitque Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquagesimo Azariæ regis Iudæ regnavit Phaceia filius Manahem super Israel in Samaria biennio, & fecit, quod erat malum coram domino. Non recessit à peccatis Ieroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel. Coniuravit autem aduersus eum Phacee filius Romeliæ duceus eius, & percussit eum in Samaria in turre domus regis iuxta Argob, & iuxta Arie, & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit

cidit, nec paruum parcēs, & quicquid ad culmen pertinebat ferocitatis, & in iriæ suis contribulibus operatus est quod alienigenæ ceræ nō potuissent. Cumque aduenisset eum castra mouisset Procla⁹ Assyriorum rex, ad certamen quidem pugna contra Syros nō accessit, sed mittere ei mille argenti talenta, egit vt ab illo discederet. Ad hanc que causam profuere populus regi Manahem. Nā vnusquisque pro capite suo quinquaginta præbuit drachmas.

***HIERO.** L. gimus regem Isra Manahem regi Assyriorum Phul mille talenta argenti misisse, vt esset manahem eius cum eo, i. vt præberet auxilium, ter q̄ nonnulli autrant et vitulos a reos esse directos

ipse

- 8 Et interfe. Quod fuit valde crudelē. sed hoc fecit ad terrorem aliorum, vt non audent sibi resistere cunctis diebus eius.
- 9 Veniebat. Non quod veniret ibi omni die, vel anno, sed quando Manahem rogabat eum, vt veniret ad firmandum regnum suum, propter quod, & dabat illi magnum tributum. vnde subditur.
- 10 Indi. Quia non poterant soluere illud tributum de redditibus suis.
- 11 Quinquaginta. Et subintelligitur homines, potentes. Vnde in Hebræo habetur. Quinquaginta siclos argenti homini vni. i. cuiuslibet, secundum modum loquendi Hebræicum, & propter hoc libri, qui habent hic, Per singulos annos, falsi sunt in hoc, quia libri correcti non habent Annos. Cetera patent in litera.
- 12 Anno. Hæc est quarta pars in qua agitur de regno Phacee, quod durauit tantum duobus annis. Vnde subditur.
- 13 Coniura. Et propter hoc habuit militiam sibi consentaneam.
- 14 Et per. vbi refugerat pro defensione.
- 15 Iuxta ar. id est, iuxta palatium, vt dicit Ra. Sa.
- 16 Et iu. Heb. habetur. Et iuxta Arie. quod significat leonem, quia ibi erat leo aureus ad magnificentiam, & decorum, vt dicit Ra. Sa.
- 17 Et cum eo. Qui erant amici eius fauentes ei.

Anno

interfecit eum, regnavitque pro eo. Reliqua autem sermonum Phaceia, & vniuersa, quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Anno quinquagesimo secundo Azariae regis Iudae, regnavit Phacee filius Romeliae super Israel in Samaria viginti annis, & fecit, quod malum erat coram domino. Non recessit a peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel. In diebus Phacee regis Israel, venit Theglath phalasar rex Assur, & cepit Aion, & Abel + domum Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Azor, & Galaad, & Galilaam, & vniuersam terram Nephthali, & transtulit eos in Assyrios. Coniuravit autem, & attendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliae, & percussit eum, & interfecit, regnavitque pro eo vicesimo anno Ioathae filii Oziae. Reliqua autem sermonum Phacee, & vniuersa, quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Anno secundo Phacee filii Romeliae regis Israel, regnavit

regnavit Ioathan filius Oziae regis Iuda. + Vingtiquinque annorum erat cum regnare coepisset, & sedecim annis regnavit in Ierusalem. nomen matris eius Ierusa filia Sadoc. Fecitque quod erat placitum coram domino, iuxta omnia, quae fecerat Ozias pater suus operatus est, veruntamen excelsa non abstulit, adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis. Ipse aedificavit portam domus a domini sublimissimam. Reliqua autem sermonum Ioatham, & vniuersa, quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? In diebus illis coepit dominus mittere in Iuda Rasin regem Syriae, & Phacee filium Romeliae. Et dormiuit Ioathan cum patribus suis, sepultusque est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, & regnavit Achaz filius eius pro eo.

D
† 2. Para. 27. a
E
Aa. 3. a.
F

CAP.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Anno quin. Hec est quinta pars, in qua agitur de regno Phacee.
2 Et fecit. Et propter hoc de ordinatione dicitur.
3 Venit The. rex. & captiuauit magnam partem populi sui videlicet duas tribus, & dimidiam, quae erant ultra Iordanem, & de populo eius, quae erat citra Iordanem de tribu Zabulon, & Nephthali, tot captiuauit quot equiparabant dimidiam tribui. & secundum hoc dicitur a doctoribus tribus tres tunc captiuasse.
4 Et transf. eos in Assy. &c. ut essent serui, nec possent de caetero rebellare regno Assyriorum.
5 Coniuravit autem, &c. Hec est sexta pars in qua agitur de regno Osee quantum ad eius principium.
6 Et attendit insidias Osee filius Ela contra Phacee, &c. Quia propter malitias suas tandem occisus est a sua gente.
7 Regnavitque pro eo vicesimo anno, &c. Hoc videtur falsum quia postea subditur, quod Ionathan regnavit tantum 16. ann. Ad quod dicendum, quod regnavit 16. annis tantum post mortem patris sui, sed anteregnauerat pluribus annis, qui a tempore quo pater suus fuit percussus lepra, iudicabat populum terrae, ut praedictum est. Aliter soluit Ra. Sa. di. quod 4. de annis Achaz subtrahit hic scriptura propter suam malitiam, & attribuit eos Ioathan.
8 Anno. Hic reuertitur scriptura ad describendum consummationem regni Ioathan, de cuius principio supra mentionem fecerat, sed hic repetit, &

tit, & patet litera vsque ibi.
9 Fecitque quod erat. Et propter hoc dominus dedit ei prosperitatem in aedificando vrbes, & castella, & debellando regem filiorum Ammon quoniam rededit sub tributo, ut plenius habetur 2. Pa. c. 27.
10 Iuxta omnia, quae fecer. imitando cum in bonis, non autem in malis vnde. 2. Para. 17. ubi dicitur, Fecitque, quod rectum erat iuxta omnia, quae fecerat Ozias pater eius. subditur, Excepto, quod non est ingressus templum domini, usurpando sibi pontificis officium, sicut fecerat pater eius.
11 Ipse aedi. &c. Dicunt communiter doctores nostri, quod ista est porta, quae vocatur porta templi speciosa, Act. 3. a. sed non videtur verum, quia postea Nabuzardan incendit templum domini, & domum regis, & ciuitatem Ierusalem, ut habetur infr. vl. c. & ideo illa, quae in actibus apostolorum dicitur porta speciosa, fuit post captiuitatem Babylonicam reaedificata, sicut, & templum. a quo vero aedificata fuerit, non habet in textu Bibliae, sed Iosephus videtur dicere, quod eam aedificauit Herodes Aescalonita, sub quo natus est Christus, quod fecit se circumcidi, & transiit ad ritum Iudeorum, & fecit multa sumptuosa opera circa templum, ut dicit Ioseph.
12 In die, videlicet post finem regni Ioathan, incipiente regno Achaz.
13 Coepit. ad puniendum mala, quae fiebant in regno Iudae, quia populus a longo tempore immolabat in excelsis, quod erat illicitum a tempore constructionis templi, & multa alia mala faciebant propter malitiam Achaz.

Iosephus.

CAP.

MORALITER.

3 Regnavit Ioathan fi. Sequitur.
11 Ipse aedific. portam do. do. Per Ioatham, qui perfectus interpretatur, Deus ipse significatur. Nam ut dicitur. 5. Metaph. perfectum est cui nihil deest, & ideo solus Deus est simpliciter perfectus, quia nullo indiget alio. & quicquid est perfectionis in alijs totum in se continet eminenter. Ipse vero quadruplicem domum habet, scilicet corporalem, moralem, allegoricam, anagogicam. Prima est ergo Materia, in qua corporaliter habitauit. Secunda est fidelis anima, in qua per gratiam requiescit. Tertia est militans ecclesia, in qua habitat per eucharistiae sacramentum. Quarta est triumphans ecclesia, in qua se ostendit beatis per aspectum clarum. Porta primae domus est humilitas, ex qua videri Deum coepit. Ber. super Missus est. Et si placuit ex virginitate,

tate, tamen ex humilitate concepit. De altitudine vero huius portae dicit Ber. super missus est. Quae est tam sublimis humilitas quam cedere nescit honoribus, insolescere gloria nescit, in ater Dei eligitur, & ancillam se nominat. Porta vero secundae domus est fides, quam praecedit charitas, per quam Deus inhabitat mentem. 1. Io. 4. d. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. De sublimitate huius portae dicitur. Heb. 11. a. Fides est substantia sperandarum rerum. Porta vero tertiae domus est baptismus, quae est ianua sacramentorum. De altitudine vero huius portae dicit Io. 3. a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Porta vero quarta domus est resurrectio Christi, vel eius ascensio, Luc. vl. d. Oportuit pati Christum, & resurgere a mortuis, & ita intrare in gloriam suam, Et Mat. vl. d. dicitur. Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in caelum, & sedet a dextris Dei. Et sic patet sublimitas huius portae.

Tom. 2. GG 4 1 Anno

CAP. XVI.



Nro de. a Consecrauit. RABBA Beēnon filij Ennon. Tophet, siue Thaphet est in valle Beēnon iuxta Acheldemach, locus olim antumnissimus, vbi solebant sacrificare dāmonibus. Hebraice

suum per ignē, si quidē eum demonijs obtulit, &c. Syrorum rex capiens Ailach, ad mare rubrū positā, & habitatores eius cum eis, in ea Syros statuit, &c. Rex autē Hierosolymorū cognoscens Syros ad propria remeasse, & credens preualere contra Israhelitarum regē, exercitū suum aduersus eum

A Rabbanus. Angelom. Eucher. Io. ii. 18. c. Mitt. 10. c. Luc. 12. c. 12. Pa. 18. 2.

Gehennon, idest, vallis Ennō. vnde in euāgelio gehenna dicitur quia sicut perierunt ibi qui idola colebant in corpore, & in anima, ita peccatores, qui ad infernum transeunt æterna damnatione punientur.



CAP. XVI.

† Nro decimo septimo Phacee filij Romelæ regnavit Achaz filius Ioathan regis iuda. Viginti annorū erat Achaz cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnavit in Ierusalem. Nō fecit, quod erat placitum in conspectu domini Dei sui, sicut David pater eius, sed ambulavit in via regum Israhel. Insuper, & filium suum consecrauit, transferens per ignem secundum idola gentium, quæ dissipavit dominus coram filijs Israhel. Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. † Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romelæ rex Israhel in Ierusalem ad præliandum. Cumque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum. In tempore illo restituit Rasin rex Syriæ Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila. Et Idumæi, & Syri venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc. Misit autem Achaz nuntios ad

Quæst. 48.

THEODORET.

Quomodo est intelligendum illud, Traduxit filios suos in igne? Iosephus quidem dixit, Et vnum eius filium obtulit holocaustum Bala, Ego autem existimo id, quod dicitur tacite significare genus erroris, quod ad nos vsque peruenit. Vnde enim in aliquibus ciuitatibus semel in anno accendi togas, & trans eos saltare aliquos, non solum pueros, sed etiā viros, infantes autem per flammā ferri à matribus. Videbatur autem quædam esse expiatio, & purgatio. Existimo autem hoc fuisse Achazi peccatum.

a † In holocaustum. b In valle Beēnon. hæc est vallis filij Ennon.

B viridi.

IOSEPHVS. In Hierosolymis idolorum aras instituit, & super eas sacrificauit, in quibus etiam suum in holocaustum obtulit filium more Chanæeorum.

1. p. anti. c. 13.

CYRILLVS ALEX. Post Ionatham Achazus nequā, & apostata, & in erroris ceno voluntatus regnavit. Coluit enim ligna, & lapides, & omnem militiam celi, traduxitque filium suum

lonis, &c. Ergo Deus nō tā regis miseretur, quē indignū cū mabat salute, q̄ populi sui. Iuxta anagogē, Rasin, & Phacee referuntur ad hæreticos, qui consentiunt sibi, vt expugnent Eccliam. Eos autem argumentorum, & dialecticę artis gladius dimicare nulli dubium est, vt qui inter se discrepant, in Ecclie oppugnatione consentiant, iuxta illud quod Herodes, & Pilatus inter se discordantes, in domini passione amica federantur.

a Musach

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. XVI.

ANNO de. se. Hic incipit sexta pars, in qua agitur de his, quæ facta sunt tempore Achaz regis Iudæ, in quo terminatum fuit regnū Israhel. Igitur primo describitur ipsius Achaz multiplex præuaricatio. secundo regni Israhel terminatio. c. 17. Præsens vero. c. diuidit in quatuor partes, quia primo describitur Achaz, vt peruersus in conuersatione, secundo vt incredulus in prophetica denuntiatione, ibi, Misit autem Achaz, tertio, vt pphanus in religione ibi, Cumque vidisset. quarto, vt temerarius in adulatione ibi, Tulit autem rex. Circa primum tangitur peruersitas Achaz in omittendo legis opa ad quæ tenebat, cum dicitur, Non fecit, quod erat placitum in conspectu Dñi. secundo committendo ea, quæ prohibentur, cum dicitur, Sed amb. &c. idolis immolando.

Diuisio.

Trāsatio per ignē duplex.

2 Insuper. Istud potest intelligi dupliciter. Vno modo per mortem filij, quia sicut dictum fuit Leu. 20. a. Idolū Moloch erat areum, & intus concauum, & in illa concauitate fiebat ignis quousque illud idolum esset ignitum, & tunc in manibus idoli ponebatur puer idolo cōsecratus, & sacerdotes idoli percutiebant in tympanis, ne patres audirent clamorem pueri morientis, & crederent ipsum sine afflictione trāsisse ad gloriam, & propter hoc locus ille vocatur Tophet, quod signat tympanum in Hebræo. & sic, quod dicitur hic, Transferens per ignem. intelligitur de translatione de vita præsentis ad aiam. Alio modo intelligitur sine morte filij. Ex hoc. n. q̄, ignis hēt virtutē purgatiuā, sicut videmus, q̄ metalla à rubigine, & impuritate purgantur per ignem, sic credebant antiqui, q̄ purgaret ab impuritate spūali, & vsq; hodie credunt hoc Tartari. & id extranei venientes ad præsentia Impatoris transeunt

transerunt inter ignes factos hic, & inde, vt sic purificati apparent coram ipso. Et forsitan vtroque modo Achaz idololatra fecit de filiis suis, vnum transferens per ignem. primo modo offerens ipsum idolo, alios autem purgans per transitum inter ignes. vnde hic dicitur in singulari, Filium suū, quasi designans illum translatum per ignem de vita præsentis p mortē, & huic modo dicendi concordat Iosephus di. quod Achaz filium suū immolauit idolo in holocaustū. Holocaustū .n. est sacrificium totum incensum. 2. vero Par. 28. dicitur, q̄ Achaz lustrauit, idest, purgauit filios suos in igne, quasi hoc designans alios filios suos purgatos secundo modo prædicto

3 Et sub omni. In talibus enim locis delectabilibus aliqua idola colebantur. 4 Tunc as. isti enim duo reges Deo pmittentē fuerunt ad uitē p̄federati ad mutandē Achaz demeritis suis exigētibus. 5 Non va. quia non potuerunt capere Ierusalē propter murorum fortitudinem, vt dicit Iosephus. 6 In tempore. Videns enim, q̄ non poterat capere Ierusalem dimisit obsidionē, & expugnauit Ailā, expellēs inde Iudæos. 7 Misit. Hic consequenter describitur Achaz, vt incredulus prophetice denuntiationi. s̄m quod h̄ Esai. 7. q̄ Esaias denuntiabat sibi salutē à dño, & q̄ super hoc peteret signum sed ipse reuinit, & ad auxilium humanū refugit. Sciendum t̄ q̄, sicut dicit Iosephus, recedente rege Syriæ ad terram suā Achaz se credidit præualere regi Israhel, & egressus est ad pugnam contra eū, & multi de suis trucidati sunt, & captiuae vt h̄. 2. Para. 28. & tunc Achaz misit nuntios ad regem Assiriorum petens auxilium ab eo, vt hic dicitur. & suppositus tributo eius. Ascendit autē rex Assiriorū in Damascū in festiuitate ipsius Achaz, quia illa erat ciuitas metropolis regni Syriæ Perre.

Mos tartarorum.

MORALITER.

1 Anno decimo se. Ph. si. Re. reg. Acha. &c. de quo subditur. 2 Insuper, &c. MORALITER. autem filios suos per ignem transferre est ipsos in igne cupiditatis, & lasciuie in præsentis vita, quæ transitus est nutrue.

† Immola. quoque vi. in ex. &c. Hoc autem moraliter facit, quia bona sua consumit in actibus vanitatis. 3 Et sub omni li. frondo. quod facit homo moraliter luxuriosus viuendo. ad hoc enim circa idololatriæ loca arbores, & luc plantabantur, vt ibi luxuriæ actus exercerentur.

Immola.

Porro

A Theglathphalasar regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus, & filius tuus ego sum. Ascende & saluum me fac de manu regis Syriæ & de manu regis Israel, qui consurrexerunt aduersum me. Et cum collegisset * argentum & aurum quod inueniri potuit in domo domini, & in thesauris regis, misit regi Assyriorum muneribus, qui & acceperit voluntati eius. Ascendit autem rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenem, Rasin autem interfecit. Perrexitque rex Achaz in occursum Theglathphalasar regi Assyriorum in Damascum. Cumque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus eius. Extruxitque Vrias sacerdos altare. Iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit Vria sacerdos, donec veniret rex Achaz de Damasco. Cumque venisset rex de Damasco, vidit altare, & veneratus est illud. Ascenditque & immolauit holocausta & sacrificium suum, & libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorum, quæ obtulerat super altare. Porro altare æreum, quod erat coram domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi domini: posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem. Præcepit quoque rex Achaz Vriæ sacerdoti, dicens: Super altare maius offer holocaustum

stum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum regis & sacrificium eius, & holocaustum vniuersi populi terræ, & sacrificia eorum, & libamina eorum, & omnem sanguinem holocausti, & vniuersum sanguinem victimæ super illud effundes. Altare vero æreum erit paratum ad voluntatem meam. Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta omnia quæ præceperat ei rex Achaz. Tulit autem rex Achaz calatas bases, & luterem qui erat desuper, & mare deposuit de bobus æreis qui sustentabant illud, & posuit super pauimentum stratum lapide. Musach quoque sabbathi quod ædificauerat in templo, & ingressum regis exterius conuertit in templum domini propter regem Assyriorum. Reliqua autem verborum Achaz & quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate David, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

a Musach quoque, Rab. est edificium positum in vestibulo templi, vbi reges quando sabbatho ad templum ibant, elemosinam mittebant: & ita Musach sabbathi gazophylacium est regum, sicut corbona sacerdotum. Musach quoque &c. Rab. Non ideo conuertit in templum domini, quod in eo cultus Dei seruiret, sed ut cum templo profanaretur, studens placere regi Assyriorum magis quam Deo. ut cum illuc veniret illud videns concupisceret, & auferret sicut alia multa Achaz sibi tribuente: quo in veniret gratiam illius.

† erit mihi ad querendum. id est, quum placuerit mihi inquirere, vel videro quod faciam Musach sabbathi. Angelomus.

E
† i. Tegmen rectorium, siue locus rectoris, in quo custodes manebant, qui sabbatho exhibebant sancti officio.

CAP.

F

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Perre. rex &c. ad regratiandum ei verbis & muneribus & obsequiis, eo quod interfecerat eius aduersarium.
- 2 Cumque. Hic consequenter describitur Achaz vt profanus in religione, id est, in vero cultu Dei, quia fecit in atrio domini altare sacrilegum, amouens altare quod erat cultui diuino consecratum. & hoc est quod dicitur hic. Cumque vidit quod erat dedicatum cultui idolorum.
- 3 Misit rex Achaz &c. qui erat summus sacerdos in Ierusalem.
- 4 Exemplar eius. vt faceret. consimile in atrio templi domini, quod & factum est. vnde subditur.
- 5 Cumque venisset rex. scilicet Achaz.
- 6 Vidit altare & vene. est. contra diuina præcepta.
- 7 Porro altare æreum quod erat coram domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris & de loco templi, &c. ne super illud fierent holocausta & sacrificia. vnde subditur.
- 8 Præcepit quoque rex Achaz Vriæ, &c. super altare maius, &c. id est super illud quod erat factum de nouo, quod reputabat manus sanctitate, licet esset sacrilegum in veritate.
- 9 Altare vero. quod fuerat domino dedicatum: erit paratum. id est, vt fiat inde quod mihi placuerit. Et dicunt expositores communiter, quod inde fecit illud horologium famosum

sum, de quo habetur infra 20. cap.

- 10 Fecit. timore regis, & iam corruptus idololatria.
- 11 Tulit autem. Hic consequenter describitur Achaz vt temerarius in adulatione, quia vt placeret regi Assyriorum amouit ea quæ erant ad cultum diuinum, & specialiter quæ pertinebant ad deuotionem regum. & hoc est quod dicitur. Tulit. id est, luterem. 10. & 10. bases, de quibus habetur, supra 3. lib. cap. 7.
- 12 Et posuit. vt non essent ad aliquod obsequium in diuino cultu.
- 13 Musach. Dicunt expositores communiter, quod erat quoddam gazophilacium, vbi diebus sabbathorum ponebatur oblatio regum pro agendis necessariis in templo. Ra. Sa. dicit, quod erat quidam locus in porticu templi gratiosè cooperatus, in quo sedebat rex in die sabbathi & in solemnitatibus magnis.
- 14 Et ingressum re. Erat enim quedam via de domo regis ad templum, per quam rex veniens ad templum poterat videri, & illam viam sic obturauit, quod non poterat per illam viam aliquis ingredi templum domini.
- 15 Propter. id est, vt si rex Assyriorum illuc veniret, videret qualiter amouisset cultum Dei, & quod non esset via de palatio regis ad templum, vt sic Achaz se ostenderet transisse ad cultum regis Assyriorum.

CAP.

MORALITER.

7 Porro. Et idem fecit de luteribus, & de mari, de æneo & Musach sabbathi, vt habetur infra eod. c. Per altare æneum in quo offerebantur holocausta, significat cor humanum, in quo debent offerri deuotionis sacrificia. quod de loco suo transferatur, quando cor humanum à Deo per mortale peccatum auertitur. In mari æneo lauabantur sacerdotes offerentes, in luteribus autem offerendæ carnes. Igitur mare transfertur de loco suo, quando offerentes accedunt immundi coram domino.

Esa. 1.

Esa. 1. d. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestrae sanguine plene sunt. Sed luterem amouentur, quoniam preces indebite offeruntur. Vnde dicit Beda super Marcum: Est oratio quæ peccatum facit. Et sequitur: Qui enim de diuitiis vel honoribus seculi, aut certe de inimici morte sollicitus obsecrat, ipse in infimis iacens viles ad Deum preces mittit. Musach sabbathi secundum glo. locus erat vel gazophilacium, in quo regis oblatio ponebatur. Moraliter igitur Musach amouere, est oblationes ecclesie debitas vel consuetas subtrahere.

MORA-

A

C A P. XVII.



Anno duodecimo Achaz, regis Iuda regnavit Osee filius Ela in Samaria super Israel novem annis, fecitque malum coram domino, sed non sicut reges Israel qui ante eum fuerunt. Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum, & factus est ei Osee servus, reddebatque illi tributa. Cumque deprehendisset rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens misisset nuntios ad sua regem Aegypti, ne praestaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vincitum misit in carcerem. Peruagatusque est omnem terram, & ascendens Samariam, obsedit eum tribus annis. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala, & in Habor iuxta fluvium Gozam in civitatibus Medorum. Factum est autem cum peccassent filii Israel domino Deo suo, qui eduxerat eos de terra Aegypti, de manu Pharaonis regis Aegypti, coluerunt

† clausit.

† rex Assur.

† Humino
LXX. Humus.

C

NICOLAUS DE LYRA.
C A P. XVII.

Anno duodecimo. Hic consequenter describitur terminatio regni Israel. Circa quod primo ponitur populi Israel translatio, secundò populi Gentilis a Iudæis ibi: *Adiunxit autem rex Assy. &c.* Prima in duas, quia primò describitur dicta translatio, secundò translationis causa & ratio, ibi: *Factum est autem.* Circa primum dicitur.

Divisio.

1 *Anno duo.* In principio precedentis c. dicitur, quod Achaz cepit regnare anno 17. Phacee, qui regnavit 20. annis, ut dicitur in eodem. c. & sic de regno Phacee non remanebant nisi 4. anni ad plus, quàm Achaz cepit regnare. Cuius igitur Osee interfecto Phacee regnavit pro eo, sequitur quod Osee cepit regnare anno quarto Achaz. Ad hoc dicunt aliqui, quod licet tunc ceperit regnare ipse Osee, tamen non obtinuit regnum in pace usque ad 12. annus Achaz. & secundum hoc dicitur hic primò regnasse. 12. anno Achaz s. pacifice: quia octo annis ante habuerat guerram cum amicis ipsius Phacee, quem occiderat. Alii vero dicunt, quod octo annis fuit servus regis Assyriorum. & ultimo anno qui fuit. 12. ipse Achaz negavit ei tributum & sic dicitur expressè incepisse regnare, videlicet tanquam liber à servitute tributum, & simili modo exponitur dupliciter quod subditur.

2 *Novem.* scilicet in pace modo prædicto, vel liber à tributum, licet pluribus annis ante regnavit, ut dictum est.

3 *Fecitque.* eius mandata transgrediendo. sed non sicut reges Israel qui ante eum fuerunt, quia permiserunt populum Israel ascendere in Ierusalem in solennitatibus: quod non permiserunt alij. Sicut. n. dictum fuit. 3. Reg. c. 14. Ieroboam posuerat custodes in viis, ne aliqui de regno suo devoti ascenderent in Ierusalem orare. & ita fecerunt alij reges ipsum sequentes, sed ille amovit. Cuius causa fuit ut dicit Ra. Sa. q. vituli aurei quos fecerat Ieroboam,

M O R A L I T E R.

1 *Anno duodecimo Achaz regis Iudæ. rex à regendo.* Igitur pro Osee regem qui malum fecit coram domino, significatur malus prælatus, qui malè se habet in regendo populum sibi commissum à Deo Et quoniam *qui facit peccatum, servus est peccati*, Ioan. 8. d. & per consequens servus diaboli est. ideo sequitur.

4 *Contra hunc ascendit Assy. &c. & factus est ei Osee servus.* Salmanasar. n. interpretatur sentiens carcerem. Quod convenit diabolo. quia certitudinaliter scit se ad inferni carcerem deputatum. Assyrii vero facturi vigilantes interpretantur. propter quod per eos demones qui nunquam dormiunt, significantur. Et sic per Salmanasar regem Assyriorum significatur princeps demonum, cui malus prælatus servus efficitur: quia per mortale peccatum lubricatur. sed quoniam peccator non statim habituatur in malo

7 luerunt deos alienos, & ambulaverunt iuxta ritum gentium, quas consumpserat dominus in conspectu filiorum Israel & regum Israel,

† Alias ostenderunt.

quia similiter fecerant. Et irritaverunt filii Israel verbis non rectis dominum Deum suum, & edificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus

† Id est a castro usque ad civitatem.

9 suis, à turri custodum usque ad civitatem munitam. Feceruntque sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemosolum, & adolebant ibi incensum super aras, in morem gentium, quas transtulerat dominus à facie eorum. Feceruntque verba pessima, irritantes dominum, & coluerunt immunditias, de quibus præceperat dominus eis ne facerent

† Menti sic. 2. Timor 4. Testificor coram Deo & Iesu Christo &c.

12 verbum hoc. Et testificatus est dominus in Israel & in Iuda per manum omnium prophetarum & videntium, dicens: Revertimini à viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & ceremonias iuxta omnem legem quam præcepi patribus vestris, & sicut misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum. Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam, iuxta cervicem patrum suorum, qui no-

roboam, iam erant amoti & capti per reges Syriæ & Assyriorum, qui terram illam depraedati fuerant: ut patet ex prædictis.

4 *Cont. a.* Primo anno quo regnavit immediate post Phacee. & ex tunc fuit ei tributarius. cetera patent usque ibi.

5 *Obsedit.* Hoc dicitur hic per anticipationem: quia hoc factum fuit in fine regni Osee, quando Samaria expugnata ibi dem captus fuit.

6 *Factum est.* Hic consequenter ponitur translationis Israel ratio, quia offenderat Deum suum multipliciter. & ideo primò circa hoc ponitur eorum transgressio. secundò transgressio reprehensio ibi: *Et testificatus est.* tertio eorum obduratio ibi: *Qui non audierunt.* Circa primum dicitur: *Factum est.* multipliciter & longo tempore.

7 *Et amb.* propter quod iustum erat, quod ipsi similiter consumerentur, & eijcerentur de terra.

8 *Et regum.* Istud refertur ad illud quod præmittitur: iuxta ritum gentium: quia reges Israel primò declinaverunt ad idolatriam, & ex consequenti populus. unde frequenter dictum est in præcedentibus, quod reges Israel ambulabant in viis Ieroboam qui peccavit, & peccare fecit Israel.

9 *A turri.* Vocatur hic turris custodum fortalitiu, ubi sunt pauci habitatores. Et est sensus, quod à minima villa usque ad maximam in omnibus vigeat idololatria.

10 *Fecerunt ver.* id est, facta sunt opera, eo modo loquendi quod dicitur supra. 2. lib. c. 1. *Quod est verbum quod factum est.*

11 *Et coluerunt.* id est, idola quæ à Iudæis vocantur immunditias.

12 *Et testifi.* Hic consequenter describitur peccantium reprehensio, videlicet per prophetas à Deo missos, qui erant digni fide.

13 *Qui non audierunt.* Hic consequenter ponitur eorum obduratio in malis perseverando: ideo subditur.

† Et

malo firmiter & fixè, sed aliquando vult ad bonum redire, & tunc diabolus fortius eum impugnat, ut per consuetudinem peccandi ligatum ipsum teneat: quia consuetudo per modum naturæ inclinat, ideo subditur.

† *Cumque deprehendisset.* Sequitur.

† *Et ascendit Sal. Obsedit.* Et capta civitate captus fuit rex eius Osee, per quem ut dictum est malus prælatus designatur. Et quoniam ad calamitatem sequitur casus populi, secundum quod dicit Greg. in pasto. Cum pastor per abrupta graditur, consequens est ut grex ad precipitium sequatur. ideo sequitur.

† *Et transtulit.* id est, populum prælato malo subditum in subiectionem demonum. Huius autem causa subditur.

6 *Factum est autem cum.* Vbi dicitur ponitur multiplicium peccatorum perpetratio, & perpetratum obstinatio: quæ fuerunt causa

Augustinus. Per longum tempus populus Israel cum Dei legem & Prophetarum dicta transgrediens, idola colendo, Dominum ipsum comiseret, qui patres suos de terra Aegypti duxerat, in manus gentium traditus, post plurimas populi strages, & urbium obsessionum eversiones, decem tribus que in partibus Samarie fuerunt, a facie sua penitus proieciat, & reges Assyriorum Salmanasar, & Teglatphalasar, qui eos capti uandos & translatos tradiderat, Samaritanos pro eis custodes videlicet ex multis gentibus & urbibus, ne esset inculta terra congregabant. Quos leones iubente Domino, quod eum non metuisset, delacerabant, &c.

Hebrei. Cernens Oseas rex Israel abducos esse vitulos aureos, sustulit presidia que posuerat Ieroboam filius Nabath in terre sue limitibus, ne quis Hierosolymam ascenderet. Nam de vniuersis regibus Israel nominatim scriptum est: *Ambulauit in viis Ieroboam, & in peccatis eius.* At de Osea, *Fecitque malum coram Domino, sed non sicut reges Israel qui ante eum fuerunt.* Quare igitur iniquis, sententia iudicij eorum, ut abirent in captiuitatem, executio ni mandata est ipsius tempore? Certè ut ostenderetur non omnino fuisse crimen regum suorum, in quos reieciabant culpam, dicente oraculo: *fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel, etc.*

† noluerunt obedire domino Deo suo. Et † abiecerunt legitima eius, & pactum quod pepigit cum patribus eorum & testificationes quibus testificatus est eos. Secutiq; sunt vanitates, & vanè egerunt, & secuti sunt gentes quæ erant per circumitum eorum super quibus præceperat dominus eis, ut non facerent sicut & illæ faciebant. Et dereliquerunt omnia præcepta domini Dei sui. Feceruntq; sibi conflates duos vitulos & lucos, & adorauerunt vniuersam militiam celi. Seruieruntq; Baal, & consecrauerunt ei filios suos & filias suas per ignem. Et diuinationibus inserviebant & auguriis, & tradiderunt se ut facerent malum coram domino, & irritauerunt eum. Iratusq; est dominus vehementer Israeli, & abstulit eos a conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iudæ tantummodo. Sed nec ipse Iudæ custodiuit mandata domini Dei sui: verum ambulauit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Proiecitq; dominus omne semen Israel, & afflixit eos: & tradidit eos in manu diripientium, donec proieceret eos a facie sua, † ex eo iam tempore, quo scissus est Israel a domo Dauid, & constituerunt sibi regem Ieroboam filium Nabat. Separauit enim Ieroboam Israel a domino Deo, & peccare eos fecit peccatum magnum. Et ambulauerunt filii Israel in vniuersis peccatis Ieroboam quæ fecerat, nec recesserunt ab eis vsquequo auferret dominus Israel a facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium seruatorum suorum prophetarum. Translatusque est Israel de terra sua in Assyrios vsq; in hanc diem. † adduxit autem rex Assyriorum viros de Babylone, & de Cutha, & de Ana, & de Emath, & de Sepharuaim, & collocauit eos in ciuitatibus Samarie pro filiis Israel, qui possederunt Samariam & habitauerunt in urbibus eius. Cumq; ibi habitare cepissent, non timebant dominum, & immisit eis dominus leones, qui interficiebant eos. Nuntiatumq; est regi Assyriorum & dictum: *Gentes quas traxisti & habitare fecisti in ciuitatibus Samarie, ignorat legitima Dei terre, & immisit in eos dominus leones, & ecce interficiunt eos, eo quod ignorent ritum Dei terre.* Præcepit autem rex Assyriorum, dicens: *Ducite illuc unum de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxistis, ut vadat & habitet cum eis, & doceat eos legitima Dei terre.* Igitur cum venisset vnus de sacerdotibus his qui captiuus ductus fuerat de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos quomodo colerent dominum. Et vnaquæque gens fabricata est Deum suum. Posueruntque eos in phanis excel-

C A P V T XVII.

Addux. Rab. Rex Assyrius idest, diabolus cum suo exercitu populum ecclesiasticum obidendo & deuastrando quotidie atticit, cum eos propter peccata commissa de sedibus propriis euellens desert in terram alienam. vnde: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordamur Sion.*

Et vnaquæque. Rab. In libro locorum legitur, quod Benoth & Nergel fuerunt ciuitates quas construxerunt in Iudæa qui de Babylonia transtulerant. Alima quoque oppidum ædificauerunt qui ad eam venerant de Emath. Nebahat & Tharthac ciuitates sunt quas Heuæi in Iudæa condiderunt.

Rab. Videtur iuxta consequentiam sermonis & idolorum, quibus hæ gentes prius seruierant, hic posse vocabula intelligi, quia cum dictum esset: *Et vnaquæque gens fabricata est Deum suum.* quali ad expletionem sententiæ subiunctum est: *Viri enim Babylonicæ fecerunt Sochoth Benoth* idest, tabernacula. Benoth, quod est nomen idoli. In sequentibus ostendit Adramelech & Anamelech idola fuisse vrbis Sepharuaim, ita videtur consequens ut & Nergel Cuthenorum, Asima Emathcorum, Nebahath & Tharthach, idola fuerunt Heuæorum.

Et cum.

N I C O L A V S D E L Y R A.

- 1 Et abiecer. quantum ad ceremonialia præcepta.
- 2 Et pactum. quantum ad moralia.
- 3 Et testifica. quantum ad iudicialia, quæ procedunt per testes, Vel aliter: *Testificationes.* id est, penas in lege comminatas transgressoribus, quas non timuerunt.
- 4 Secuti sunt. id est, idola vana virtutem non habentia.
- 5 Feceruntque sibi conflata. duos. tempore Ieroboam.
- 6 Et adorauerunt vniuersam militiam celi. id est, solem, & lunam, Iouem, Venerem, & sic de alijs.
- 7 Et conse. sicut expositum est de Achaz capitulo precedenti.
- 8 Et tradide. voluntati demonis in omnibus assentiendo.
- 9 Sed nec ipse. quia aliqui de regibus Iudæ deprauati fuerunt per vxores, quas acceperant de filiabus regum Israel, ut patet ex supradictis.
- 10 Ex eo. ex tunc enim declinavit Israel a vero cultu Dei per ipsum Ieroboam.

- 11 Transla. propter mala predicta.
- 12 Adduxit. Hic consequenter describitur populi extranei adductio cum dicitur: *Adduxit.* Volebat enim illam terram securè tenere sub manu sua, & ideo amoto populo nativo fecit illuc venire hoies de regno suo, qui essent sibi magis fideles.
- 13 Non ii. quia erant nutriti in idololatria.
- 14 Et immi. Tu quia terra pro magna parte erat deserta, & ideo multiplicata fuerunt ibi bestie. Tu in penam sue idololatriæ.
- 15 Igno. Isti enim qui erant Gentiles credebant, quod secundum multitudinem terrarum & regnorum esset multitudo Deorum, quorum quilibet in terra sibi appropriata cultum sibi debitum & specialem vellet habere, & ideo missus fuit illuc vnus de sacerdotibus terre Israel.
- 16 Et docebat eos. non tamen perfecte, quia erat de sacerdotibus Samarie, & non de Hierusalem.
- 17 Et vnaquæque gens. id est, fecit sibi idolum simile illi quod colebat in ciuitate vel terra, vnde fuerat illuc adducta.

Transla.

Viri.

M O R A L I T E R.

† causa translationis Israel in Assyrios, & per hoc significatur quod

quod peccatorum operatio & peccantium obstinatio sunt causa translationis mali prelati & sequentis eius populi ad penam inferni.

M O R A -

Eucherius. Rabbanus. Angelomus.

et sacrificia. aut eis.

decreta.

Et cum. Habent nareuci quaedam facimenta communia cum sancta ecclesia, & quaedam sententias scripturarum rite intelligunt sed tamen idolis mundorum spirituum seruiunt. Videtur eis timorem Dei rite se custodire, cum secundum sensum suum veritati se putant fauere: sed quia catholicae fidei unitatem spernunt malignorum spirituum voluntatibus obtemperant, & non solum inuentores primi errorum (quos patres Samaritanorum significant) hoc faciunt, sed & sequaces eorum, quos filiorum nomine

sis quae fecerant Samaritae, gens & gens in urbibus suis in quibus habitabant. Viri enim Babylonij fecerunt sochothbenoth. Viri autem Cuthae fecerunt Nergel: & viri de Emath fecerunt Asina: porro Heuei fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de sepharuaaim comburebant filios suos igni, Adramelech & Anamelech diis Sepharuaaim, & nihilominus colebant dominum. Fecerunt autem sibi de nouissimis sacerdotes excellentium, & ponebant eos in phanis sublimibus. Et cum dominum colerent, diis quoque suis seruiebant iuxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samaria. Usque in praesentem diem morem sequuntur antiquum. Non timent dominum neque custodiunt ceremonias eius atque iudicia, & legem & mandatum quod praeeperat dominus filiis Iacob quem cognominauit Israel & percusserat cum eis pactum, & mandauerat eis dicens: Nolite timere deos alienos, & non adoreris eos neque colatis eos, & non immoletis eis sed dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de terra Aegypti in fortitudine magna & in brachio extento: ipsum timete, & illum adorete, & ipsi immolate. Ceremonias quoque & iudicia & legem & mandatum quod scripsit vobis, custodite: ut faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alienos. Et pactum quod percussit vobiscum nolite obliuisci, nec colatis deos alienos: sed dominum Deum vestrum timete & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum. Illi vero non audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Fuerunt igitur gentes istae timentes quidem dominum, sed nihilominus idolis suis seruientes. Nam filii eorum & nepotes sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in praesentem diem.

& nepotum intelligimus. * Cyrillus. Alex. Samaritani quamuis a Babylone in coloniam missi fuissent, tamen aut quia vicini Iudeis erant, aut quia nonnulla religionis Hebraeae probauerant, maiores Iudaeorum patres suos appellare non erubescabant. * Ambrosius. Samaritani solum legem accipiunt, id est, quinque libros Moysi. Sunt autem ex origine Persarum & Assyriorum: quos rex Assyriorum sublatis filiis Israel in captiuitate, posuit ad incolenda loca Samariae: ideo & ignem colunt more Persarum.

NICOLAUS DE LYRA.

1. *Primi.* Quod in Hebraeo sonat tabernaculum alarum. Dicitur. Ra. Sa. q. id est idoli erat factum ad modum gallinae habentis pullos, ita q. Sochoth signat domum, Benoth aut idolum seu idola ibi posita. Babyloniam multum imitabantur constellationibus, & ideo aliqui eorum fecerunt idolum in ueneratione constellationis, quae apud vulgares vocatur Gallina Pullinaria. apud literatos vero Pleades. sicut & aliqui alij faciebant imaginem

ginem soli, & aliqui lunae, prout habet in pluribus locis scripturae. 2. *Primi.* sed non secundum instructionem sacerdotis praedicti. unde & recipiebant quinque libros Moysi, & sic partim erant Gentiles, partim Iudei. 3. *Fecerunt.* id est, de uerbis personis quae non erant de genere sacerdotali secundum legem Moysi. 4. *Non.* scilicet perfecte prout praecipitur in lege, ideo subditur: Neque enim. Cetera patent.

ADDITIO.

In cap. 17. ubi dicitur in postilla: *Et docebat eos quomodo colerent dominum.* In Hebraeo dicitur: *Docebat eos quomodo timerent Deum,* & similiter ubique in hoc. c. dicitur de Samaritanis q. coluerunt Deum. Hebraica ueritas habet loco colere, uerbum timere, q. uerius dicitur. Nam licet Samaritani possint dici timentes Deum timore seruili,

uero non timere Deum, quia in uero cultu requiritur fides & charitas. q. in ipsis non erat, cum uere esset idololatras. Replica. In cap. 17. Bar. facit differentiam inter timere & colere Samaritanorum, improbandam nostram translationem. de quo uide supra lib. 3. c. 18. Non enim est uerisimile q. sacerdos missus doceret eos timere seruiliter. uerius est igitur nostra translatio q. dicit eum docuisse colere: timere enim induxit aduersitas. s. in uisio leonum &c.

CAPITULUM XVIII.

1. *Anno tertio.* a Ezechias. Apprehendens dominum vel fortitudo domini. Nam redemptor noster dominus fortis dominus potens in praelio, non solum idola



CAPITULUM XVIII. Anno tertio Osce filii Ela regis Israel regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Viginti quinque annorum erat, cum regnare coepisset, & uiginti nouem annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Abi, filia Zachariae. Fecitque quod erat bonum coram domino, iuxta omnia quae fecerat Dauid pater eius. Ipse dissipauit

idola gentium conuertit, & cultum idololatriae dissipauit quatenus unius Dei notitiam haberent, eiusque cultui dignum manciparentur: quin ipsam literam legis Moysae, quam ille populus

NICOLAUS DE LYRA. CAPITULUM XVIII.

Anno tertio. Superius in hoc quarto actu est de debilitate regni Iuda, & Israel simul, de regni Israel totali destructione, hic consequenter agitur de regno Iuda per se, & de eius destructione. ubi primo ponitur quid actum est sub Ezechia. secundo quid sub Manasse & Amon. cap. 21. tertio quid sub Iosia & Ioachaz. c. 22. quarto quid sub Ioachim. c. 24. quinto quid sub Sedechia. c. 25. Circa primum ostendit primus Ezechiae conuersatio laudabilis, secundo eius liberatio terribilis. c. 19. tertio sanatio mirabilis. c. 20. Circa praesens ostendit primus: quo Ezechias laudabiliter se habuit in praesens, secundo in aduersis, ubi: *Anno quartodecimo.* Prima in duas. in partem principalem

lem & incidentalē. secunda ibi: *Anno quarto.* Circa primum tangitur genus ex parte matris eius, cui dicitur. 1. *Nomen matris.* Dicunt autem aliqui, quod iste fuit Zacharias filius Ioada, sed hoc non uidetur uerum, quia Zacharias fuit contemporaneus ipsi Ioas, quia interfecit eum, ut dictum est supra 12. cap. a principio uero regni Ioas usque ad principium regni Achaz, cuius uxor fuit ista Abisa, fluxerunt anni 127. quod patet si computentur anni quibus successiue regnauerunt reges Iuda a dicto tempore. & sic non uidetur quod ista Abisa potuisset esse apta copulae coningali tempore Achaz, & multo minus ad concipiendum. Consequenter ponitur Ezechiae uirtus, cum dicitur: *Fecitque quod erat.* & sequitur. 2. *Ipsa dissipauit excelsa.* Quod nullus rex fecerat ante eum. Confre-

MORALITER.

1. *Anno ter.* Per Ezechiam qui fortitudo Dei interpretatur, bonus

bonus praesens significatur, qui non uirtuti suae uel meritis, sed diuinis auxiliis innititur. ideo subditur. 2. *Ipsa.* superbos humiliando.

lus legalis assidua lectione resonabat ac pro magno habebat, contriuit: ac sensum spiritualem in ea intelligere eos do. ut. Iosephus. Erat huic viro natura benigna, iusta, & valde religiosa. Nihil enim aliud prius veniens ad regnū, neque necessarium, nec vtilius sibi met & subiectis arbitratus est esse, quā vt coleret Dei religionem. Et conuocans omnem populum pariter & sacerdotes atque leuitas, concionem habuit apud eos dicens: Non ignoratis, quoniam propter peccata, qui transgressus est Dei sanctam honorabilemque culturā, multa & maxima mala estis experti, & ab eo vestra mēs corrupta est. fuitque quos ipse colebat Deos vos pariter adorare. Hortor vos, postquam opere cognouistis, quam pessimum est impiū agere, vt illorum obliuionem habētes, purgetis vos a priori pollutione, & cum Sacerdotibus ac Leuitis conuenientes, aperiatis templum, & purgantes illud solennibus sacrificiis, ad honorē antiquum & patrium reuocetis. &c.

2a Confregitque. Ezechias serpentem confregit, quia in domino Deo sperauit non in aeneo serpente. Theodoretus. Non solum contriuit statuas & lucos confregit, sed etiam aeneum serpentem quem magnus Moses extruxit, non vt adoraret, sed vt salutarem prefiguraret passionem

2 uit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem aeneum, quem fecerat Moyses. Siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum, vocauitque nomen eius Nehustan: & in domino Deo Israel sperauit. Itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iuda, sed neque in his qui ante eum fuerunt. Et adhæsit domino, & non recessit a vestigiis eius: fecitque mandata eius quæ præceperat dominus Moysi. Vnde & erat dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat. Rebellauit quoque contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei. Ipse percussit Philisthæos vsque Gazan, & omnes terminos eorum, & a turre custodum vsque ad ciuitatem munitam. Anno quarto regis Ezechia, qui erat annus septimus Osee filij Ela regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnauit eam, & cepit. Nam post annos tres anno sexto Ezechia, id est, nono anno Osee regis Israel, capta est Samaria. Et transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitque eos in Hala & in Habor, fluuiis Gozan, in ciuitatibus Medorum, quia non audierunt vocem dñi Dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius. Omnia quæ præceperat Moyses seruus dñi non audierunt, neque fecerunt.

† Anno quartodecimo regis Ezechia, ascendit Sennacherib

tionem. Ei inquit, populus perpetuo adolebat, & vocabat eum Nehustan. Hinc existimo etiam Ophytas (est autem hæretis pessima) appellatos esse Essenos.

Philistius. Hæresis quoque est in Iudæis, quæ serpenti sacrificabat, & vsque ad Ezechiam regem eandem impietate celebrabat. Ezechias cum deponi atque frangi præcepit: pro quo merito est liberatus a Domino de obsidione Persarum & Assyriorum.

L. de hæres.

b Nehustan vo. &c. quod interpretatur es eorum, vt quem illi pro numine colebāt, in diebus eius metallū cum esse, non Deum agnoscerent.

c Anno quarto dec. etc. Omne quod imposue. &c.

Quest. 51.

Theod. Cur promissit Ezechias se dona missurum Sennacherib? Achaz pater eius vocato Theglaphalassar ad bellum societatem aduersus Syros, pollicitus est se pensurū tributū. Ille perpetuo id pepedit. Ezechias nō soluit. Viso aut exercitu, promissit se daturū, & dedit trecenta auri talenta: iussit. n. Assyrius tantum tributū soluere.

E

Quest. 52.

Idem. Cur Deum studens placare, tributum præbuit ex sacris pecuniis: Quando nō

F

sufficiebant thesauri regij, mos erat in eiusmodi necessitatibus sacros etiam thesauros consumere, & eos rursus replere ex hostibus. Necessitas etiam effecit, vt & portas aeneas conflaret quas ipse construxerat.

Rabfacen

NICOLAUS DE LYRA.

Confregitque ser. &c. cuius causa subditur: Siquidem. Eo quod in aspectu illius filij Israel fuerunt sanati a morsibus serpentum, vt habetur, Nu. cap. 21.

Vocauitque no. e. id est, cuprum vel cupreum. q. d. Nihil erat diuinitatis in eo, sicut simplices credebant errore decerti, quia in eo nihil erat nisi cuprum.

Itaque post, &c. Per hoc non habetur quod fuerit sanctior David qui fuit ante eum, vel Iosia qui fuit post, sicut & de uolubet confessore canit ecclesia: Non est inuentus similis illi, & hoc propter aliquam prærogatiuam quæ non sic inuenitur in aliis, licet in multis aliis prærogatiuis deficiat ab aliis. & hoc modo dicitur hic de Ezechia.

Non fuit. Tum quia destruxit excelsa & serpentem aeneum: tum quia ad preces eius angelus domini exercitum Sennacherib percussit, & sol decem gradibus retrocessit, vt habetur infra, quæ fuerunt valde specialia.

Rab. quod est intelligendum, non quia fuisset prius ei subiectus, sed quia non recepit eum vt dominum sicut multo reges ante eum fecerant, & hoc est quod subditur: Et ideo non

non ser. &c.

6 A turre. cu. id est non solum ciuitates magnas, sed etiam fortalitia in locis inaccessibilibus sita.

7 Anno quar. Hæc est pars incidentalis, in qua agitur de captione Samariae, & Osee regis per modum cuiusdam recaptulationis, & hoc occasione Ezechie, qui misit nuntios & epistolas per regnum Israel monens populum vt reuertetur ad Deum, ut habetur 2. Par. 20. sed non auiliuit eum. & ideo cum rege suo fuit captiuatus, & translatus de terra Israel in Assyrios, vt dicitur, & patet litera ex supradictis.

8 Anno quartodecimo. Hic consequenter describitur quomodo Ezechias se habuit in aduersis, & primò ostenditur quid fecit ex timore, secundò quid ex amore, ibi: Misit autem. Circa primum sciendum, quod Ezechias sciens populum sibi subiectum, & Achaz patrem suum Deum multipliciter offendisse: ideo merito timuit ne in vindictam dictorum maiorum permetteretur rex Assyriorum venire supra regnum suum, & ideo destructionem ciuitatis Ierusalem vbi vigeabat diuinus cultus, & populum suum quantum poterat volens seruare, pecuniam exposuit. & hoc est quod dicitur hic.

Tunc

MORALITER.

Et cont. hypocritarum falsitatem detegendo, & eos abijcendo.

Et sic. luxuriosos & dissolutos extirpando.

Confre. per quem significatur calliditas malignantium. en. 3. a. Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. &c. Serpens

pens igitur aeneus frangitur, cum calliditas mali & obstinanti hominis enervatur.

8 Anno quartodec. &c. Per Sennacherib qui contra Ezechiam ascendit, significatur tyrannus, qui ecclesiam boni prelati turbat & inuadit, sicut rex Angliæ inuasit ecclesiam sancti Thomæ archiepiscopi Cantuarien. & alij plures idem leguntur fecisse.

Tunc

A Rabfacen. Ra. Quia Hebraice loquitur: filium Esaræ putat qui proclitor fuit cū Sobna. Vel Samaritæ: & ideo Hebraicam linguam sciuisse. Qui quasi quædam contraria fortitudo imitatur prophetas sua arrogantia: prophetæ dicunt: Hęc dicit dominus. Iste dixit: Hęc dicit rex magnus rex Assyriorum.

B Cyrillus. Alex. Rex Assyriorum Samaria deuastata, et ad Iudæe ciuitates duxit exercitū, captisq; multis, ad ipsa demūle rosolyma mitrit Rhaspacen: non ut arma tū iure belli moueret, sed ut vulgus & nimis & pollicitationibus, blādis iescaret.

C Eliacim. Ra. de hoc Eliacim dixit Esaias: *Vocabo seruum meū Eliacim*, qui fuit pōtifex post Sobnā: quē tradūt Hebræi, Rabfacis cōminationib. pteritū prodidisse Ierusalē: & excepta arce sicut & tēplo

rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Tunc misit Ezechias rex Iuda nuntios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: peccaui, recede à me, & omne quod imposueris mihi feram. Indixit itaque rex Assyriorum Ezechia regi Iudæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. Deditq; Ezechias omne argentum quod repperit fuerat in domo domini, & in thesauris regis. In tempore illo confregit Ezechias valuas templi domini, & laminas auri quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum. Misit autem rex Assyriorum Tharthan, & Raptaris, & Raptacen de Lachis ad Ezechiam regem cū manu valida Hierusalem. Qui cum ascēdissent, venerunt Hierusalem, & steterunt iuxta aquæ ductum piscinæ superioris quæ est in via agri Fullonis, vocaueruntq; regem. Egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahæ filius Asaph à commentariis. Dixitq; ad eos Rabfaces: Loquimini * Ezechia: Hęc dicit rex magnus rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia qua niteris? † Forsitan inisti consilium, ut præpares te ad prælium In quo confidis, ut audeas rebellare? † An speras in baculo arundineo atque confrecto Ægypto, sup quem si incubuerit homo comminutus ingreditur manum eius & perforabit eam? Sic est Pharao rex Ægypti omnibus qui confidunt in † se. Quod si dixeritis mihi: in domino Deo nostro habemus fiduciam, nonne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & præcepit Iudæ & Hierusalem: ante altare hoc adorabitis in Hierusalem? Nunc igitur † transite ad dñm meum regē Assyriorum. & dabo vobis duo milia equorum, & videte an habere valeatis ascensores eorum. Et quomodo † potestis resistere ante vnum satrapam de seruis domini mei minimis? An fiduciam habetis in Ægypto propter currus & equites? Nunquid † sine voluntate domini ascendi ad locum istum ut demolirer eum? Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc & demo-

1 plo Assyrios totā, vrbem cepisse quē etiam Sobnā cum Eliacim ad Rabfacem exisse quidā autumant. c. *Auspe.* Nulla narrat historia q; Ezechias Pharaonis auxilium postulauerit. 2 d. *In Domi.* Ra. Verum, est q; in Deo habuerunt fiduciam: sed falsum est Ezechia abstulisse excelsa Dei & altaria: hoc enim non contra Deū, sed pro Deo fecit: vt destructo errore veteri iuberet Deum in templo Ierusalem adorari. 3 e. *Dabo vo.* Ra. Rabfaces, vt paucitate obsecrori ostenderet, du milia equorum pollicetur, quoniam ascensores Ezechias non haberet: non de imbecillitate populi venit quasi e quitandi ignar sed q; Deus præcepit ne rex Iudæ equos & vxo-

res sibi multiplicaret. f. *Dominus dixit.* Raba. Ad id quod dixit: si dixeritis, in Deo confidite.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Tunc mi.* ad tractandum cum eo de recessu, quia non habebat populum ad congregandum eum eo. 2 *Peccaui.* s. dño peccatum autem patris sui & populi reputabat suum in hoc. 3 *In tempore.* in quibus erat multū de auro allixū per reges pcedentes & per ipsum ad decorē & magnificentiā. & hoc fecit necessitate cōpulsus, quia non habebat aliunde vñ posset soluere tantā summā. Ex hoc hñ argū, q; principes in necessitate pnt accipere de thesauro ecclesiæ pro conseruatione reipublicæ. 4 *Misit.* hic consequenter oñditur, quod fecerit ex Dei amore. Circa quod sciendū. q; rex Assyriorum accepta pecunia sub pacto dimittendi regnū Ezechia in pace, infideliter agens pactū non seruauit, sed misit exercitū & nuntios in Ierusalē ad terrēdū Ezechia, vt territus redderet ciuitatē: & populus trāsferretur in Assyrios, & cultus dñi de Ierusalē auferretur. Quod nullo mō ferens Ezechias, resistit: & congregans populū exhortatus fuit ad defendendū locū sanctū & gentē, vt hñ diffusus 2. Paral. 32. Igitur circa hoc primò ponitur nuntiorum regis Assyriorum cōminatio. secundò nuntiorū Ezechia postulatio, ibi: *Dixerunt autem.* tertio dicte postulationis denegatio, ibi: *Responditq; eis.* Circa primum dicitur, *Misit autem.* sic debet scribi vbiq; s. per b. 5 *Cum ma.* cum exercitu ad obsidendum Hierusalem. 6 *In via.* quia ibi fullones extēdebant pānos ad desiccādū. 7 *Vocauit.* nō tñ venit ad eos, eo quod timebat de prodicione, quia aliās expertus fuerat fraudē eorū, sed misit nuntios. 8 *Eliacim.* s. dñi, q; erat summus sacerdos, & successit Sobnæ, qui

qui fuit captiuus & deiectus à sacerdotio, vt habetur Esa 22. 9 *Et Sobna.* De officiis aut istis qualia sint, dictū fuit. sup. 2. lib. cap. 8. 10 *Quæ est ista fiducia in qua niteris, &c.* defendere te à rege Assyriorum. q. d. nulla est. 11 *An speras.* q. d. In rege Ægypti non potes habere fiduciam, sicut nec homo potest se firmiter appodiare in baculo arundineo. & sic non potest cōfidere securē de auxilio humano, similiter nec ne diuino. Cuius rationem subdit dicens. 12 *Nunc iste est cuius abstulit Ezechias excelsa.* &c. q. d. diminuit cultū diuinum, & sic nō pōt confidere in ipsum, cū magis eū offenderit q; placauerit. Iste aut Rabfaces dicebat falsum, quia sacrificare ēt domine extra templum (postquam fuit ædificatum per Salomonē) nō fuit licitū, vt frequenter dictum est suprà, vt hñ Deut. 12. 13 *Nunc igitur.* In Hebræo habetur. *Vadia date,* s. pro duobus milibus equorum. 14 *Et vide.* q. d. in toto populo tuo non poteris inuenire tot homines scientes equitare. 15 *Et quō po.* &c. Quia in acie cuiuslibet satrapæ erant plures equites. Adducit autem ad suū propositum confirmandum sacræ scripturæ testimonium, quod habetur Esaia. 8. b. *Adducet dominus aquas fortes & multas regem Assyriorum.* & subditur ibidem: *Et ibit per Iudam inundans & transiens, &c.* E hanc sententiam ponit hic sub aliis verbis cum dicitur. 16 *Domini. di. mi. ascend.* &c. sed ipse non allegauit finē prophetiæ. Iacet enim Esaias dixerit regem Assyriorum venturum in terrā Iuda, & afflicturum eam, tñ ipse prædixit exercitū eius percutiendum à dño. secundum quod habetur in c. sec. Dixit

MORALITER.

† 1 *Tunc misit Ez.* Bonus. n. prælatus considerans peccata prædecessorū suorū vel subditorum, propter quē Deus iustē permittit ecclesiā vexari: ad suam vexationem redimendam exponit aliqñ substantiam temporalem. Per hoc autem quod Sennacherib habita Ezechia pecunia à sua malitia nō cessauit, d. Ierusalem, vbi diuinus cultus erat, sibi subiugare voluit, & ad hoc nuntios misit, vnde subditur.

Misit autem rex As. &c. significatur molitia tyranni, qui molestant ecclesiam non est contentus bono temporali, sed e hoc bona spiritalia nititur impedire, & clerū subiugare mēbitē seruituti. & in tali casu prælatus debet sibi resistere, sicut fecit Beatus Thomas regi Anglorū. & hoc significat hic per hoc, quod Ezechias non obediuit mandato Sennacherib, sed magis se præparauit, & populum suum ad virtutē resistendum.

confidimus, callidè respondet, se non sua voluntate, sed Dei venisse dicentis: *Ascende.* Et est argumentum: cum multas vrbes ceperim, & pars Ierusalem maneat intacta, manifestu est me Dei venisse voluntate.

a Precamur. Rabbanus. Sensus est. Quid necesse est popu-

lum fallis terroribus commoueri, & vanam iactare virtutem? Loquere linguam qua populus non nouit. Ad quod ille arroganter. *Nun ad do. tu. & ad te mi. me do. & c. vsq;.* *vt come. ster.* per quod ostendit facere eos & fici esse capiendos, simulque illecebram iungit timori, vt quos terrore non vicit, per suasionem decipiat. Et dicit ex persona regis: *Facite mecum benedictionem. i. facite quod in vestra benedictione proficiat.* Benedicite regi Assyriorum, & eum dominum, confitemini, vt premia consequamini, donec reuertar de Aegypto. Vel: capta Lobna, redcam habitare in vrbe vestra, & rebus vestris fruimini, & postea ducam vos in similem terram vestre terram. Quam tamen non nominauit: quia simile

ei inuenire non potuit, sed similitudinem ponit, hoc enim solum quisque vult in quo natus est. Alij putant terram Mediam eis repromitti, quae terrae Iudaeae similitudinem habeat tam in situ quam in fructibus.

b Non vos, & c. Rabfacis accusatio Ezechiae testimonium est, & captis videlicet urbibus in domino confisus sit: & confortauit populum vt in domino speraret, Vnde Rabfaces destruere vultque ille construxit, & dicit ad populum: *Non seducat vos Ezechias, & non vobis tribuat fiduciam super domino Deo vestro.*

c Vbi est Deus, & c. Chrysof. Dixit diabolus per Sennacherib. Non potest Deus Ezechiam a meis manibus eripere: & effecit vt occideretur manibus filiorum suorum.

** Ambro. Phatao, & rex Assyrius, qui dicebat. Quis deorum*

lire eam. Dixerunt autem Eliacim filius Elciae, & Sobna scriba & Ioahab 1 Rabfaci: Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè, siquidè intel- 2 ligimus hanc linguam, & non loquaris nobis Iudaicè audiente populo 3 qui est super murum. Responditque eis Rabfaces, dicens, Nunquid ad 4 dominum tuum & ad te misit me dominus meus, vt loquerer sermones 5 hos, & non potius ad viros qui sedent super murum: vt comedat sterco- 6 ra sua, & bibant urinam suam vobiscum? Stetit itaque Rabfaces & clamauit 7 voce magna Iudaicè & ait: Audite verba regis magni regis Assyrio- 8 rum, Haec dicit rex: Non vos seducat Ezechias: Non enim poterit erue- 9 re vos de manu mea, neque fiduciam vobis tribuat super dominum dicens, Eruens liberabit nos dominus, & non tradetur ciuitas haec in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam. Haec enim dicit rex Assyrio- 10 rum: Facite mecum quod vobis est vtile, & egredimini ad me: Et comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua, & bibetis aquas de cister- 11 nis vestris, donec veniam & transferam vos in terram quae similis est terrae 12 vestrae, in terram fructiferam & fertilem vini, terram panis & vinearum, terram oliuarum & olei ac mellis, & viuetis & non moriemini. Nolite audire Eze- 13 chiam qui vos decipit, dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid libe- 14 rauerunt dii gentium terram suam de manu regis Assyriorum? Vbi est Deus 15 Ermath & Arphad? Vbi est Deus Sepharuaim, Ana & Aua? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quia illi sunt in vniuersis diis terrarum qui eruerunt regionem suam de manu mea, vt possit eruere domi- 16 nus Ierusalem de manu mea? Tacuit itaque populus, & non respondit ei quicquam. Siquidem praecipuum regis acceperant, vt non responderent ei. Venitque Eliacim filius Helciae praepositus domus & Sobna scriba & Ioahab filius Asaph a commentariis ad Ezechiam scissis 17 vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabfacis.

f Si tantis diis praesentibus vicimus facile, quanto magis solam Ierusalem vobis Deo prelatum vicemus?

e Ermath & Arphad? Vbi est Deus Sepharuaim, Ana & Aua? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quia illi sunt in vniuersis diis terrarum qui eruerunt regionem suam de manu mea, vt possit eruere domi- 16 nus Ierusalem de manu mea? Tacuit itaque populus, & non respondit ei quicquam. Siquidem praecipuum regis acceperant, vt non responderent ei. Venitque Eliacim filius Helciae praepositus domus & Sobna scriba & Ioahab filius Asaph a commentariis ad Ezechiam scissis 17 vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabfacis.

a Ne cum ad maiores blasphemias prouocaret.

b Omnia agens cum consilio.

f Propter Rabfacis blasphemias.

falem urbem expugnare iubet.

Rab. Ostendit harum ciuitatum suae gentium diis seruisse Samarias. & quia non erant dii, sed idola, merito cultores vanitatis dicebat esse fabuerfos. Ermath est vrbs Caesariensis, quae nunc Epiphania dicitur. Arphad vrbs Damasci. Sepharuaim, quae numero plurali libros vel literas sonat, nomen est locorum de quibus Assyrij transmigrauerunt in Samariam, vt in locorum libris inuenimus. Verum nomen ciuitatis est in Esua dicitur: *Vbi est Deus vrbis Sepharuaim?* pluraliter dictum vt Thebarum. Pro Ana & Aua vetus editio, quasi vni⁹ vrbis nomen Aneri Gauae posuit. Et quidem in Hebraeo ita scriptum est. *Vrba q. in medio est. conu. h. q. e. significat.* Potest ergo ita distingui, vt dicat Ane & Gauae iuxta Aquilam: vel Ana & Gaua, vt non inuertit interpretes.

CAP.

nitati mea: quod est melius vobis quam mori gladio & fame.

11 Et come. vnusquisque de vi. sua. id est, viuat pacifice & quiete in terra ista.

12 Donec veniam & transf. vos. q. d. Hic est modus regum Assyriorum, transferre gentem sibi subiectam, de terra sua nativam ad aliam vt sit magis securus de eius subiectione. Sic. nam ante fecerat rex Assyriorum de Ofsee rege Israel & eius populo vt dictum est cap. praecedenti, & est isto.

13 Nolite au. Ezechiam. contrarium vobis persuadentem.

14 Qui vos. Quod vult probare per locum a maiori, di.

15 Nunquid liberauerunt dii gentium, & c. quasi dicat cum essent multi dii non poterunt defendere colentes eos contra regem Assyriorum: ergo Deus vester qui est vnicus tantum, non poterit vos defendere. Sed istud argumentum nullum est: quia illi non sunt dii veri, sed falsi & nullius virtutis: Deus autem verus vnus est, & potentia infinita.

16 Tacuit itaque populus & non respondit ei quicquam. Si quidem. s. de praecipuo regis, ne Rabfaces moueretur ad dicendum adhuc blasphemias de Deo si sibi responderetur.

17 Scissis ve. Hic enim erat modus Iudeorum, quod scindebant vestes suas, quando audiebant blasphemiam contra Deum. vnde & summus sacerdos scidit vestimenta sua: quando imposuit blasphemiam ipsi Christo vt habetur Mar. 14.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

Dixerant au. Hic consequenter describitur nuntiorum Ezechiae oblatio cum dicitur.

lonem captiuus, ut dictum est sup. 24. cap. Cuius causa fuit, quia Euilmerodach tempore quo pater suus Nabuchodonosor propter amentiam in qua uersus fuit, inter feras habitauit septem annis, ut habetur Dan. 4. Multa mala fecit, ideo pater eius de insania reuertens ipsum cum Iochin: incarcerauit, ubi amicitiam adinuenit contraxerunt. propter quod cum iste Euilmerodach postea sublimatus esset in regnum, eduxit istum Iochin de carcere, & ipsum inter principes regni sui maxime honorauit, ut hic dicitur. Et patet litera. Hoc autem factum est a Deo propter duo. Primum est, ut consilium Ieremiae quo Iochin se tradiderat regi Babylonis, ostenderetur fuisse bonum: quia per hoc euasit mortem, & ciuitatis destructionem tempore suo, & tandem consecutus est exaltationem in regno Babyloniae regno Iudae destructo. Secundum est, ut uerbum Esai. de Nabuchodonosor, qui habetur Esai. 14. uidelicet, quod de sepulchro suo esset eiciendus, per consilium Iochin compleretur. Iste enim Euilmerodach, timens ne pater suus resurgeret a mortuis, sicut de insania ad sanam mentem redierat, fecit corpus patris exhumari, & in multis partibus diuidi, & uulturibus dari, quae ad diuersa loca euolauerunt. & tunc dixit Iochin: tunc resurget pater tuus, quando istae aues in uentum uenerint. q. d. de hoc non habes ultra timere. Patet igitur in hoc facto impleri prophetiam diuinitus praedictam, & exaltatio seminis diuinae sapientiae, quae mutat tempora, & arates, transfert regna, atque constituit: attingens a fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter. Cui est honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

MORALITER.

10 Factum. Sicut deum est scilicet per istum Iochin tradiderat se regi Babylonis pro liberatione templi, ciuitatis, & omnis populi. pro hoc ergo quod rex Babylonis eum de carcere liberauit, & super omnes regni sui magnates honorauit, ostendit quod Dominus pro honore Dei, &

ADDITIONE.

In cap. 25. ubi dicitur in postilla. patet igitur, &c. Potest etiam ratio exaltationis Iochin assignari non minus necessaria, scilicet ne euacuaret prophetiam Iacob, Gen. 49. b. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, &c. Si enim Iochin iste mortuo Sedecia, & alijs regibus Iudae remansisset, pieceter uiliter in carcere, iam manifeste esset ablatum sceptrum: & dux de Iuda pro longum tempus ante aduentum Christi, quod esset de direto, & prophetia praedicta. Sed in quantum ipse Iochin fuit a carcere eductus, & thronus eius super thronum regum positus: ut hic in Ista, & ideo saluat prophetiam, quia adhuc est tempus transmigrationsis dux remanebat. de femore

bono cor te traderis. uel exponeris. reseruat bona meliora in praesenti, uel futuro reddenda: redditio tamen in futuro multo melior est. nam ibi redditur bonum infinitum habendum eternaliter pro clara uisionem, & suauissimam fructum. Ad quam nos perducatur ille, qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

more Iudae, & eodem modo post mortem Iochin successit Salathiel, & Zorobabel in magno, & notabili honore. & sic credendum est successisse usque ad tempus aduentus Christi exclusiue. ut patet per historias Machabaeorum, & alias quae ad hoc faciunt. Vnde scriptum fuit ablatum propter, quando Herodes Idumaeus abstulit illam dignitatem, in cuius diebus natus est Christus, ut Matth. 2. cap. unde & Hebraei licet aduersarij nostri super praedictum uerbum: Non auferetur, &c. in quodam libro de Thalmud, qui dicitur Sanhedrin exponunt, quod illi duces de Iuda, de quibus loquitur prophetia Iacob, erant principes transmigrationsis residentes in Babylonia, &c.

A I N C I P I T P R O L O G V S
 B E A T I H I E R O N Y M I
 I N L I B R O S P A R A L I P O M E N O N ,

E G R A C O I N L A T I N U M I U X T A S E P T U A G I N T A I N T E R P R E T E S
 P E R E U M T R A N S L A T O S .



*V*sebius Hieronymus Domnioni, & Rogatiano suis in Christo Iesu, salutem. Quomodo Graecorum historias magis intelligunt qui Athenas viderint, & tertium Virgilij librum, qui a Troiade per Leucaten, & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad ostia Tyberis nauigauerint: Ita sanctam scripturam lucidius intuebitur, qui Iudaam oculis contemplatus sit, & antiquarum urbium memorias, locorumq;, vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis cura fuit cum eruditissimis Hebraeorum hunc laborem subire, ut circumiremus prouinciam, quam vniuersa Christi Ecclesia sonant. Fateor enim mi Domnion, & Rogatiane charissimi, nunquam me in diuinis Voluminibus proprijs viribus credidisse, nec habuisse opinionem meam, sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar interrogare me solitum, quanto magis de his super quibus anceps eram? Denique cum a me nuper literis flagitassetis, ut vobis Paralipomenon Latino sermone transferrem, de Tyberia de quendam legis autorem, qui apud Hebraeos admirationi habebatur, assumpsi, & contuli cum eo a vertice (ut aiunt) vsque ad extremum unguem: & sic confirmatus ausus sum facere quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor. Ita in Graecis, & Latinis Codicibus hic nominum liber vitiosus est, ut non tam Hebraea, quam Barbara quaedam, & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum sit. Nec hoc Septuaginta interpretibus qui Spiritu sancto pleni ea quae vera fuerunt transtulerant, sed scriptorum culpae ascribendum, dum de emendatis inemendata scriptitant, & saepe tria nomina subtractis è medio syllabis in unum vocabulum cogunt, vel eregione unum nomen propter latitudinem suam in duo, vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipsae appellationes non homines, ut plerique existimant, sed urbes, & regiones, & saltus, & prouincias sonant: & oblique sub interpretatione, & figura eorum, quaedam narrantur historię, de quibus in regnorum libro dicitur: Nonne ecce haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Quae utique in nostris Codicibus non habentur. Hoc primum sciendum, quod apud Hebraeos Paralipomenon liber vnus sit, & apud illos vocatus Dibre haiamim, id est, verba dierum: qui propter magnitudinem apud nos diuisus est. Quos nonnulli etiam in Bruto Ciceronis dialogo faciunt, ut cum in tres partes secent, cum vnus a suo autore sit editus. Deinde etiam illud attendendum, quod frequenter nomina non vocabula hominum, sed rerum (ut dixi) significantius sonant. Ad extremum, quod omnis eruditio scripturarum in hoc continetur, & historię quae vel praetermissae sunt in suis locis, vel perstrictè leuiter, hic per quaedam verborum compendia explicentur, Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio nisi librum beneuolis placiturum: tamen inuidis displiciturum esse non ambigo. Optima enim quaeque (ut ait Plinius) malunt contemnere plerique quam discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebraeos, suam conscientiam recolat: videat ordinem textumq;, sermonis, & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Vbiusque ergo asteriscos, id est, stellas radiare in hoc volumine videritis, ibi sciat de Hebraeo additum, quod in Latinis Codicibus non habetur. Vbi vero obelus, transversa scilicet virga praeposita est, illic signatur quid Septuaginta interpretes addiderant, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritu sancti auctoritatem, licet in Hebraeis voluminibus non legatur.

INCIPIT SECVNDVS PROLOGVS SANCTI HIERONYMI

In Librum Dibre haiamim, quem nos Paralipomenon; quod nos dicere possumus verba dierum; ab eo ex Hebræo in Latinum translatum.



I Septuaginta interpretum pura, & ut ab eis in Græcum versa est editio permaneret, superflue me, mi Chromati, Episcoporum sanctissime, atq; doctissime impelleres, ut tibi Hebræa volumina Latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis Ecclesiæ roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero cum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaq; translatio corrupta sit, atque violata, nostri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere condere, illudentibus q; † Iudæis cornicum (ut dicitur) oculos configere. Alexandria, & Aegyptus in Septuaginta suis Esichium laudat autorem. Constantinopolis vsque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Media inter has prouinciæ Palæstinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos, Eusebius, & Pamphilus vulgauerunt. Totus q; orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. Et certè Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum, è regione singula verba describens, ut unus dissentiens, statim ceteris inter se consentientibus arguatur: sed quod maioris audaciæ est, in editione Septuaginta, Theodotionis editionem miscuit: asteriscis, videlicet designans quæ minus fuerat, & virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur alijs licuit non tenere quod semel susceperant, & post Septuaginta cellulas, quæ vulgo sine autore iactantur, singulas cellulas aperuere: hoc quoque in Ecclesijs legitur, quod Septuaginta nescierunt, cur me non suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri ita nouam condidi, ut laborem meum Hebræis, & quod his maius est, Apostolis autoribus comprobem? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Euangelio: † Ex Aegypto vocaui filium meum: & quoniam Nazaraus vocabitur. † Et videbunt in quem compunxerunt: & illud Apostoli: Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ preparauit Deus diligentibus se: ceteraq; his similia, in Hebræorum libris inueniri. Certè Apostoli, & Euangelistæ, Septuaginta interpretes nouerant, & unde eis hæc dicere, quæ in Septuaginta interpretibus non habentur? Christus Dominus noster, utriusque Testamenti conditor, in Euangelio secundum Ioannem: † Qui credit, inquit, in me sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque viue. Vtique scriptum est, quod Saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est? Septuaginta non habent: apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendum est, unde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hæc pace veterum loquor, & obrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis idem, & accusatores, & defensores, cum in alijs probent quod in me reprobant: quasi virtus, & vitium non in rebus sit, sed cum autore mutetur. Ceterum memini editionem Septuaginta translatorum olim de Græco emendatam, tribuisse me nostris, nec inimicum debere existimari eorum, quos in Conuentu Fratrum semper edissero. Et quod nunc Dibre haiamim, id est, verba dierum interpretatus sum, idcirco feci, ut inextricabiles moras, & syluam nominum, quæ scriptorum confusa sunt vitio, sensuumq; barbariem apertius, & per versuum cola digererem: mihi metipsi, & meis iuxta Ismenium canens: si aures surde sunt ceterorum,

† Inuidis

† Osee 11.1
Mitth 2.6
† Zachar. 12.10
Ioan. 19. 11
1. Corint. 2.9.

† Ioan. 7. f

Argumentum in Libros Paralipomenon.

Paralipomenon liber instrumenti veteris epitome, tantus, ac talis est, ut absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, semetipsum irrideat: per singula quippe nomina, iuncturasq; verborum, & prætermisere in Libris Regum tanguntur historie, & innumerabiles explicantur Euangelij quæstiones.

C A P. I.

L I B E R

PARALIPOMENON,

IDEST, PRAETERMISSORVM

P R I M V S.

HEBRAICE DIBRE HAIAMIM,

Id est, verba dierum.

C A P. I.

A Dam, Seth, Enos, &c. Rabb. Salomon. & R. Moses. Semorum sententia est Eldram

utriusq; libri Paralipomenon fuisse authorem, collegisseq; in eis epitomen, & chronicum omnium precedentiu librorum, a principio, scilicet diuinae scripturae vsq; ad finem quarti Regum.

In Synopsi.

7 Genes. 5. a.

B Athanasius. Paralipomenon vocantur isti libri, propterea quod multa in libris regum praeterita, in ipsis continentur. Habetur autem in primo libro omnium tribuum genealogia ab Adam vsque ad reges, secundum tribus, & populos, & gentes, & familias. In secundo vero exponuntur gesta regum.

In li. Paralip.

Theodor. & Procop.

C Argumentum libri declarat appellatio. Quae enim praetermisit qui scripsit libros Regum, ea composuit qui hunc laborem suscepit collectum ex multis libris prophetis. Ab alto autem incepit ex genealogia, vt compendio ostenderet,



A Dam, Seth, Enos, Cainan, 1 Malaleel, Iared, Henoch, Mathusale, Lamech, Noe, Sem, 2 Cham, & Iaphet. † Filij Iapheth, Gomer, & Magog, Madai, Iauan, Thubal, Mosoch

^a Hi possederunt terram in Asia ab Aman, & Tauro. ^b Galathae. ^c Scythae. ^d Medii. ^e Iones qui & Graeci, vnde & mare Ioniu. ^f Cappadoces.

ret, quod ex vno homine germinarunt omnia genera hominum.

Rabban. Decimus ab Adam Noe, & in Genesi, & in Paralipomenon monstratur. & apte dicimus, quia perfectus est. Vnde, Noe vir iustus erat, & perfectus in generationibus suis, &c. Hic genuit Sem, Cham, & Iaphet, per quos post diluuium rediuita hominum dilatatur progenies.

^b Filij Iapheth. Hierony. Hi possederunt terram in Asia ab Aman, & Tauro Syriae Cheles, & Ciliciae montibus vsq; ad flumen Thanaim. In Europa vsq; ad Gadara nomina locis, & Gentilibus relinquentes, e quibus postea immutata sunt plurima, permanent caetera.

^c Thubal. Rabban. Hiberes qui & Hispani, a quibus Celtiberia, licet quidam Italos suspicentur.

^d Mosoch. Rabban. Cappadoces: vnde vrbs eorum vsque hodie Masacha dicitur. Septuaginta vero interpretes Caphthorim Cappadoces arbitrantur.

a Filij

NICOLAUS DE LYRA.



Golligite fragm. ne per. Ioan. 6. b. secundum sententiam Au. super Io. per fragmenta ista intelliguntur verba Christi ad capiendum subtilia: propter quod non fuerunt data turbis, vt ea turbae secum portarent, sed magis fuit preceptum Christi discipulis, vt ea colligerent. q. Doctores orbis terrarum futuri erant, vt dicit ibidem glossa. speciali tamen ratione verba Christi dicuntur fragmenta colligenda, quia per Christum non fuerunt in aliquo scripto collecta. no enim legitur discipulis aliquid scripto tradidisse, sed tantum verbo: quod conueniebat doctrinae Christi qui est verbum coeternum Deo patri. Vnde tamen discipuli eius ab eo inspirati, ista fragmenta collegerunt in quatuor Euangelis, & in alijs libris noui testamenti secundum quod eis dictum fuerat: Colligite fragmenta, &c. Nunc autem ita est, quod illa quae in nouo testamento facta sunt, figuratim in veteri praecesserunt. secundum quod dicitur 1. Cor. 10. c. Omnia in figura contingebat illis; propter quod in figura collectionis verborum Christi iam dicta, fuit

fuit diuinitus inspiratum Esdrae sacerdoti, & legis doctore, vt aliqua a vetus testamentum pertinentia, quae a scriptoribus ipsum praecedentibus fuerant dimissa, vel minus plene scripta, in hoc libro per ipsum colligerentur. Licet enim aliqui dicant, q. scriptor huius libri ignoratur tamen Ra. Sa. habemus dicentem, quod Esdras ipsum scripsit, & hoc ad perfectionem veteris testamenti. Vnde dicit Beatus Hieron. in Epistola ad Paulinum presbyterum de vniuersis sacrae scripturae libris, Paralip. liber, id est, instrumenti veteris epitome tantus, ac talis est, vt absq; illis si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, se ipsum irrideat. Et licet incipiat a mundi principio, propter quod chronica veteris testamenti dicitur, tamen eius principalis intentio versatur ad describendum ea quae circa libros Regum dimissa erant, propter quod Hieron. in Epistola ad Paulinum subdit: Per singula quippe nomina iuncturasq; verborum, & praetermissa in Regum libris tanguntur historiae, & innumerabiles explicantur Euangelij quaestiones. Propter quod in hoc libro similis processus est, sicut in libro Regum, sicut magis videbitur in huius libri diuisione.

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. I.



A Dam, Seth, Enos, Cainam. Liber Paralip. sic diuiditur: quia primo agitur de regno Israelis vniuerso. Secundo de bipertito 2. libro. Circa primum sciendum, q. textus generationes vsque ad Dauid, vt ostendatur qualiter Dauid descendit a patribus sanctis Iacob, Isaac, & Abraham, qui primus fidem vniuersae Dei constanter publice praedicauit, sicut dictum fuit Genes. 12. Et occasione huius ostendit qualiter Abraham descendit ab Adam per Patres sanctos, scilicet Seth, Noe, Sem, & alios electos. Primus igitur liber Paralip. sic diuiditur. quia primo quasi chronice textus genealogias vsque ad Dauid: & tunc prosequitur de factis eius 10. c. Quo ad primum primo ponit ordinem generationum vsque ad Iacob: quia vsque ad eum nulla generatio fuerat tota electa. Secundo a Iacob per duodecim Patriarchas texuntur generationes sequentes vsque ad transmigrationem in Babylonem, c. 2. Tertio generationes post transmigrationem c. 9. Circa primum textus generationes ab Adam vsq; ad Noe. Secundo per tres filios Noe venit ad Abraham, ibi: Filij Iapheth. Tertio per tres uxores Abraham venit ad Iacob, dans cuilibet numerum certum, ibi: Filij autem Abraham. Circa primum dicitur, 1 Adam, Seth. Subintelligitur genuit, & sic de alijs. De Cain autem, & Abel, & filijs Adae non facit mentionem, quia Abel mortuus fuit sine generatione, & generatio ipsius Cain fuit tota delicta in diluuium. Generationes autem istae plenius posita sunt Gen. 5. & ibidem fuerunt expositae. 2 Sem, Cham, & Iapheth. In istis non subintelligitur genuit, quia vnus non genuit alium, sed fuerunt fratres, & filij Noe, vt habetur Gen. 5. Et scribuntur hic quasi tres generationes, quia filij eorum occupauerunt tres partes orbis: filij Sem, Asiam; filij Iapheth, Europam; & filij Cham,

Cham, Aphricam, vt dicit Iosephus 1. lib. Antiquitatum. Istud tamen est intelligendum pro maiori parte, non tamen totaliter: quia filij Iapheth obtinuerunt partem Asiae, & filij Cham similiter.

3 Filij Iapheth. Hic consequenter per filios Noe descendit ad Abraham. & primo ponit generationes Iapheth, & generationes Cham, quae illae non erant prosequenda. vltimo vero generationes Sem, quia illae erant prosequenda, tanquam a Deo electae, quia ab illis descendit Abraham, Isaac, & Iacob, & duodecim Patriarchae, & tandem Dauid de Patriarcha Iuda, cuius regnum prosequitur liber iste, vt praedictum est Considerandum etiam, q. sicut dicit Hieronymus. libro de Hebraicis quaestionibus: Isti filij Noe a quibus populata est terra post diluuium nomina, locis, & gentibus reliquerunt, ex quibus postea mutata sunt plurima propter longiudinem temporum, & bella superuenientia, per quae delicta sunt nomina multa gentium, & mutata nomina ciuitatum: aliqua tamen adhuc permanent in se, vel in aliquo simili, seu propinquo.

4 Gomer. A quo nominati sunt Galathae, & postea Gallici, vt dicunt aliqui. Alii autem dicunt e conuerso q. a Gomer primo dicitur Gallici, & postea Galathae, quia Senones Gallicum duce Brenno obtinuerunt Italiam, & postea intrantes Graeciam vocati sunt a rege Bithyniae in auxilium: & obtenta victoria pro mercede laboris acceperunt quandam regni eius partem, quam vocauerunt ex suo nomine Gallograeciam, & nunc dicitur Galathia, cuius habitatores modo Galathae dicuntur.

5 Magog. A quo descenderunt Scythae secundum Hieronymum.

6 Madai. A quo Medii.

7 Iauan. A quo Graeci, vnde & adhuc Graecia in Hebraeo Iauan vocatur.

8 Thubal. A quo Hispani.

9 Mosoch. A quo Cappadoces, vnde & apud eos adhuc manet ciuitas Mosocha.

† Thiras.

MORALITER.

† 1 Adam. In hoc primo libro vsque ad decimum cap. ubi;

mihi non occurrit aliquid notabile, quod videatur mythice exponendum, quia sunt ibi quaedam descriptiones, & enumerationes genealogiarum,

Filii autem. Gregor. Ab his diuisa sunt insulae nationum, linguarum, cognationes, & gentes. De Ionibus, id est Graecis natiuntur Elisei, qui & Aeolides. Vnde ista lingua Graeciae Aeolis dicitur.

Tharsis. Rabban. Hos Iosephus Cilices arbitrat, vnde & Metropolis eorum Tharsis dicitur Paulo Apostolo gloriose.

Cethim. Rabban. A quo Cithari, alias Cithij, a quibus verba Cypri Cithia, alias Cithium dicitur vsque hodie.

Rabban. Dodanum. Rhodij. Sic enim Septuaginta transtulerunt. Legamus Varronis de antiquitatibus libros, & Sinij Capitonis, & Graecum Phlegonta caeterosque, & videbimus omnes pene insulas, & totius orbis littora, terraqueque maritimas Graecis accolis occupatas, qui ab Amano, & Tauro omnia maritima vsque ad Oceanum possedere Britannicum.

Phut. Rabban. Libyes, a quo & Mauritaniae fluvius Phut dicitur, & regio Phutensis. Multi autem scriptores iam Graeci, quam Latini huius rei testes sunt. Quare autem in vna climatis parte antiquum Libyae nomen permanet, & reliqua terra dicatur Aethiopia, non est huius temporis differere.

Saba. Rabban. A quo Sabaei: interpretatur nunc Saba Arabia. Vnde in Psalm. ubi habemus, Reges Arabum, & Saba. in Hebraeo habetur, Reges Saba, & Saba. primum per Schin, secundum per Samech.

Iste cepit esse potens in terra. Quia insuetam tyrannidem primus arripuit. Hic fuit robustus venator coram Domino,

no, quia homines a Dei cultura auerit. Vnde Iosephus. Fecit autem eos elatos ad iniuriam Dei, atque contemptum. Nemrod filius Cham filij Noe, qui cum esset audacior, & manu ferocissimus, suadebat hominibus, vt non Deo suam felicitatem, sed propriae virtuti ascriberent. Sic homines a Dei timore reuocabat, vt spe in propria virtute ponerent. Idcircoque putabant Deum interminari diluuium. Vnde turrim edificari suadebant, quam aqua non posset ascendere. Multitudo autem prompta erat, vt obediret Nemrod, graue putans seruitium obsequi Deo. Regnavit autem Nemrod in Babylone, & in Arech. Haec est Edessa, & Macha, quae est Nisibis, & in Chalamne, quae a Seleuco rege Seleucia dicta est, vel quae nunc Thelephon dicitur.

Mesraim autem genuit. Rabban. Exceptis Laabim, a quibus Libyes nominati sunt, qui prius Phurci, & Cactium, qui post Philisthim dicti sunt, quos nos corrupte Palaestinos dicimus. Caeterae gentes ignotae sunt nobis, quia bello Aethiopico subuerit in obliuionem praeteritorum nominum peruenere. Possederunt autem terram a Gaza vsque ad extremos fines Aegypti.

Gergezum, Heuenum. Hic condidit Archas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani, a quo haud procul alia ciuitas fuit nomine Sim, quae vario euentu subuersa bellorum nomen tantum loco pristinum reseruauit.

Aradium quoque. A quo Aradij, qui Aradum insulam possederunt angusto stretto a Phoenicis littore separatam.

Et

Thiraces. a Sarmathae hos Graeci Regmos vocant. b Paphlagones.

Thiras. Porro filij Gomer, Ascenez, & Riphath

& Thogorma. Filij autem Iauan, Elisa, & Tharsis, Cethim, & Dodanum. Filij Cham, Chus, &

Mesraim, Phut, & Chanaan. Filij autem Chus

Saba, & Heuila, Sabatha, & Regma, & Sabathaca. Porro filij Regma, Saba, & Dadai. Chus

autem genuit Nemrod. Iste cepit esse potens in terra. Mesraim vero genuit Ludim, & Ananiam, & Laabim, & Nephtuim, Phethrusim quoque, & Chasluim, de quibus egressi sunt Philisthim, & Capthorim. Chanaan vero genuit Sidonem patrem primogenitum suum, Hethaem quoque, & Iebusaeum, & Amorrhaeum, & Gergesum, Heuenumque, & Aracum, & Sinuim, Aradium quoque, &

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

Et

NICOLAUS DE LYRA.

Thiras. A quo Thiraces.

Filij Gomer. Non facit mentionem de filiis Magog, Tubal, Moab, & Thiras, quia sicut dicit glossa Hebraica, licet enim isti haberent filios multos, tamen omnes posterius cuiuslibet fecerunt tantum vnum populum: filij autem Gomer fecerunt plures populos, & similiter filij Manu, propter quod hic nominantur.

Riphath. In Hebraeo habetur hic, Diphath, & iste Genes. 10. vocatur Riphath etiam in Hebraeo. Cuius causam assignat glossa Hebraica, dicens, quod iste fuit binomius, & in Genes. ponitur vnum nomen, & hic aliud. Potest etiam dici, & melius videtur, quod idem nomen Riphath, & Diphath, mutatum tamen aliquantulum in principio, sicut in Latino idem nomen est Nicolinus, & Colinus, & idem potest dici in consimilibus.

Et Thogorma. A quo Thogorditae populi dicti sunt.

Filij autem Iauan Elisa. A quo dicti sunt Elisei primo, & postea Aeolides.

Et Tharsis. A quo descenderunt Cilices, vnde & ciuitas Metropolis eorum vocata est Tharsus, vnde natus fuit Paulus Apostolus, vt abetur Actuum 22.

Filij Cham. A quo dicti sunt Aethiopes, vnde & in Hebraeo Aethiopia Chus nominatur.

Et Mesraim. A quo Aegyptij, vnde & Aegyptus Mesraim dicitur in Hebraeo.

Phut. A quo dicti sunt Phutaei primo: vnde ibidem est fluvius Phut nominatus, postea dicti sunt Lybies.

Et Chanaan. A quo dicti sunt Chanaanai, quorum terram postea filij

filij Israel possederunt.

11 Filij autem Chus. A quo dicti sunt Sabaei.

12 Et Heuila. A quo Getuli.

13 Sabatha. A quo Sabathani.

14 Filij Regma, Saba. Istud nomen aliter scribitur in Hebraeo, quam Saba praedictum, quia istud scribitur per litteram Schin in principio, primum autem per Samech.

15 Iste cepit esse potens in terra. Post diluuium enim fuit potentior aliis, & induxit posteritatem Noe ad faciendum ciuitatem, & turrim contra Dominum, de quibus habetur Genes. 11. & nolentes ad opus praedictum violenter compellebat. ideo Genes. 10. b. dicitur: Robustus venator hominum coram Domino.

16 Mesraim vero genuit Ludim, & caetera. Isti populi sunt nobis ignoti, & etiam plures alij hic nominati.

17 De quibus egressi, & caetera. Dicunt autem Hebraei aliqui, quod Phethrusim, & Chasluim commutabant adinuicem uxores aliqui voluntarie, & aliqui per raptum, vel furtum, & ex tali concubitu nati sunt Philisthim, & Capthorim. Alii vero dicunt honestius, quod Phethrusim, & Chasluim contrahabant adinuicem matrimonia, & ex hoc procreati sunt Philisthim, & Capthorim.

18 Chanaan vero genuit. A quo nominata est ciuitas Sidon, quae est in prouincia Phoenicis, & terra istorum hic nominatorum fuit data filiis Israel.

19 Aracum. Qui condidit Archas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani situm.

20 Et Sinuim. Sic enim debet scribi, quia in Hebraeo incipit per litteram Samech, qui ciuitatem praedictam propinquam nomine Sin edificauit.

21 Aradium quoque. A quo dicti sunt Aradii.

Et

a Et Samarum. A quo Syriae Cheles Samaritae ciuitas, nunc quoque tam a Syris, quam ab Hebraeis, ut prius apud veteres appellatur.

b Hamathum. Rabban. A quo Emath ciuitas. Hanc Macedones qui post Alexandrum in Oriente regnauerunt Epiphantiam nuncupauerunt. Alij Antiochiam ita dictam putant. Alij non vere opinionem suam verisimili vocabulo confulentes, Emaus primam ab Antiochia mansiorem Edessam pergentibus appellari putant, & eandem apud veteres Emath.

c Filij Sem, &c. Hi ab Euphrate partes Asiae usque ad Indicum Oceanum tenent. est autem Aelam, a quo principes Persidis.

d Hus, & Hul. Vel Vs. Trachonitidis, & D. maki conditor in ter Palaestinam, & Ce eufynia tenuit principatum, a quo terra Hus de qua Iob fuit. vnde secundum LXX. vir erat in regione Aulide nomine Iob, quali Hultude.

e Phaleg. Vaticinio quodam. Phaleg enim diuisio, quia in diebus eius lingua in Babylone diuisa sunt. Narrat autem Philo in libro questionum super Genesim, quod ex tribus filiis Noe adhuc ipso viuente nati sunt 13. milia virorum, & cetum, extra mulieres, & paruulos habentes super se duces. Filij Sem, Iectan ducem, filij Cham, Nemroth, filij Iapheth, Saphene. Post obitum vero Noe conuenerunt duces cum agnibus suis in campum Sennaar, ut ibi turrim construerent. Cum autem edificarent, diuisit Deus linguas eorum, & mutant eliques: & non cognouit quisque fratrem suum, nec audiuit linguam proximi sui. Cum vero magistri lapides querebant minutim aquam affererant, & cum illi querebant aquam, illi affererant

Rabba. com. in hunc lib. Gen. 11.2.

† Gen. 25.3

Gen. 11.3

C
a Samarum, & Hamathum. Filij Sem, Aelam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram. † Hi sunt filij Ara, Hus, & Hul, & Gether, & † Mofoch, Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber. Porro Heber nati sunt duo filij, nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra, & nomen fratris eius Iectan. Iectan autem genuit Elnodad, & Saleph, & Asarmoth, & Iare, Adoram quoque, & Vzal, & Decla: Ebal etiam, & Abimael, & Saba, necnon & Ophir, & Heuila, & Iobab. Omnes isti filij Iectan. Se, Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Ragau, Serug, Nachor, Thare, Abra, iste est Abraham. Filij autem Abraham, Isaac, & Ismael. Et haec generationes eorum. Primogenitus Ismaelis, Nabaioth, & Cedar: & Abdeel, & Mabsam, & Masma, & Duma, Massa, Hadad, & Thema, Ietur, Naphis, Cedma: † Hi sunt filij Ismaelis. Filij autem Ceturae concubinae Abraham, quos genuit Zamram, Iectan, Madam, Madiam, Iesboc, & Sue. Porro filij Iectan, Saba, & Dadam. Filij autem Dadam Assurim, & Latuffim, & Lamomim. Filij autem Madiam, Ephraim, & Ephraim, & Henoch, & Abida, & Eldaa. Omnes hi filij Ceturae. Genuit autem Abraham Isaac, cuius fuerunt filij Esau, & Israel. Filij Esau,

affererant stipulam. Sicque frustrati cogitatione cessauerunt edificare, & dispersi sunt super faciem terrae.

f Iectan autem. Hieron. Harum generationum posteriora nomina, inuenire non potui: sed usque in praesens, quia praecursum a nobis sunt, vel ita vocantur ut primum, vel quae mutata sunt ignorantur, possederunt autem a C. sene fluuio omnem Indiae regionem quae vocatur Ictia.

g sem, &c. Rabb. Sicut in principio ab Adam usque ad Noe decem generationes posuit ita a Sem usque ad Abraham non sine sacramenti mysterio.

h Primogenitus. Hieron. Duo decem filij nascuntur Ismaeli primogenitum Nabaioth, a quo omnis regio ab Euphrate usque ad mare rubrum Nabaiothem dicitur, quae pars est Arabiae. Nam familiae ipsorum oppidaque, & pagi, ac minuta castella, & tribus horum appellatione celebrantur ab vna ex eis Cedar in deserto, & Duma alia regio, & Thebaram ad Austrum, & Cedema ad Orientalem plagam i Ceturae. Rabb. Quasi copulatae. vnde suspicantur Hebraei esse Agar, quae mortua Sade concubina transierit in vxorem, ne senex nouis arguatur nuptijs lasciuisset.

i sunt filij Ismaelis. Filij autem Ceturae concubinae Abraham, quos genuit Zamram, Iectan, Madam, Madiam, Iesboc, & Sue. Porro filij Iectan, Saba, & Dadam. Filij autem Dadam Assurim, & Latuffim, & Lamomim. Filij autem Madiam, Ephraim, & Ephraim, & Henoch, & Abida, & Eldaa. Omnes hi filij Ceturae. Genuit autem Abraham Isaac, cuius fuerunt filij Esau, & Israel. Filij Esau,

k Assurim. Ab Assurim Syriae quidam vocatos contendunt, & plerisque filijs Abraham de Cetura occupatas esse Indiae regiones.

l Ephraim. Rabb. Hic dicitur contra Lybiam exercitum duxisse, ibi victor confedisse, pluresque ex nomine eius Antiochiam nuncupasse.

m Thamma.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et Hamathum. A quo nominata est ciuitas Emath.
- 2 Filij Sem, &c. Hic prosequitur generationes Sem, ut perueniat ad Abraham.
- 3 Aelam. A quo dicti sunt Aclamitae.
- 4 Et Assur. A quo Assyrii.
- 5 Et Arphaxad. A quo descenderunt Chaldaei.
- 6 Et Lud. A quo Lydii.
- 7 Et Aram. A quo Syrii. Vnde & in Hebraeo Syria vocatur Aram.
- 8 Hus. In aliquibus libris inseritur, Filij autem Aram Hus, &c. eo quod sic habetur Genes. 10. sed hic non ponitur in Hebraeo, eo quod autor huius libri breuiter transire voluit, & ideo omisit quod isti essent filij Aram, exprimens tantum capita populorum. Hus. A quo nominata est terra Hus, de qua natus fuit Iob secundum aliquos, quia sic nominatur Iob 1.
- 9 Et Hul. A quo Gnari.
- 10 Gether. A quo Gethani.
- 11 Et Mofoch. A quo Meones dicti sunt.
- 12 Arphaxad autem genuit. A quo denominati sunt Hebraei. non enim denominata est ab Abraham, quasi Abraham, ut videtur dicere Aug. & alij alij. Tunc quia Abraham vocatur Hebraeus Genes. 14. b. ubi dicitur, Et ecce vnus qui euaserat nuntiavit Abrahami Hebraeo. Ex quo patet quod vocatur Hebraeus ab alio quo praecedente ipsum, scilicet, ab Heber. Tunc quia hoc nomen Abraham incipit per Aleph litteram, hoc autem nomen Hebraeus incipit per litteram Aleph, sicut & hoc nomen Heber.
- 13 Nomen vni. Quod interpretatur diuisio. Ex hoc dicunt Hebraei, quod Heber habuit quatuor prophetas, imponendo nomen filio secundum

dum proprietatem orbis futuram, scilicet, diuisionem hominum secundum diuersitatem linguarum. Ideo sequitur. Quia. Sequitur.

14 Et Iobab. Dicunt aliqui, quod iste fuit Iob, sed Hebraei dicunt contrarium dicentes, quod descendit de Nachor: & similiter Hieronimus idem dicit, prout dictum fuit Genes. 22. & plenius dicitur cum ad Abram Dominus concedente venimus.

15 Sem. Hic repetit generationes descendentes de Sem per Arphaxad, ut veniat ad Abraham propter quem facta est praedictarum generationum deductio. vnde subditur.

16 Abram iste est. Primo enim vocatus fuit Abram, sed postea mutatum est nomen eius, & vocatus est Abraham, ut habetur Genes. 17. ubi causa mutationis nominis huius plenius posita est.

17 Filij autem. Hic consequenter per vxores Abraham deducit generationes usque ad Iacob a quo descendit Dauid. Et primo facit quod dictum est. Scilicet, breuiter describit generationes Esau, quae non exprosequendae, ubi: Filij autem Esau. Circa primum dicitur: Filij autem de Sara.

18 Et Ismael. De Agar ancilla.

19 Primogenitus. Ista generationes hic nominantur propter vxorem Abraham, quia descenderunt de eo: quamuis non essent ad diuinitatem cultum electae.

20 Filij autem. Dicunt Hebraei, quod ista Cetura fuit ipsa Agar, cui plenius dicitur Genes. 25. Expositores tamen nostri communiter dicunt contrarium, sicut ibidem plenius dictum fuit.

21 Genuit autem. De vxore principali Sara.

22 Cuius fuerunt, &c. Ut habetur Genes. 25. Iste tamen Ismael primo vocatus est Iacob, & postea Israel, & ratio mutationis nominis habetur Genes. 32. Et ibidem exposita fuit plenius.

23 Filij Esau, Eliphaz, & ceteri. Hic consequenter describitur generatio

Thamna. Quæritur cum Thamna in Genesi legatur, con-
cubina esse Eliphaz de genere Horraorum, qui apud Idu-
mæos habitauerunt in terra Seir, que peperit ei Amalec,
nomodo inter filios numeretur, cum in sequentibus lega-
tur ipsa Thamna soror Lotan filij Seir, qui & Edom. Sed

Seir Hebraice pilo-
s dicitur, qui fuit
a modum pellis hi-
bidus Edom autem
Hebraice rubeus, vel
aluus. Ab eo igitur,
quod rubeo cibo vè-
didit primogenita-
ra, Edom vocatus
est. Hebræi vero ita
oluunt. Dicunt Tham-
nam concubinam fuisse
Eliphaz, & gene-
rasse ei Amalec, sed
inquam filiam in-
ter filios ab ipso fuisse
educatam.

Aliam. Qui de
genere Horraorum
est. In Genesi scri-
bitur, Aluham, id est,
xaltatus. In Paralipomenon vero A-
an, id est, eiectus, si-
gnificans: quia Hor-
raei exaltati sunt, an-
tequam Edom terram
eorum caperet: post
ero eiecti.

Sephi. Hieron. Id est, vnipes. In Genesi Sepho, id est, bi-
pes: vtrumque tamen per schin literam. Bipes autem dicitur,
quia a processu temporis multitudinem sobolis maiorem
efficaciam habuerit, quam in primis.

Hamran. In Paralipomenon Hamram, id est, rubrica-
tus, sordidus, vel temulentus. In Genesi † Amdan, id
est, concupiscibilis: sed vtraque vnus hominis nomina
sunt.

Iacan. Rabban. Iacan filius Afer de genere Horraorum,
in Genesi Acan nominatur, id est, tribulator. In Paralipome-
non Iacan, id est, tribulatus, varijs enim euentibus nomina
commutantur: vt varia mysteria significantur.

Denaba. Ciuitas Hala filij Beor regis Edom, post quem
regnauit Iobab. Est tamen vsq; hodie villa Denaba, in octa-
to miliario Arcopoleos, pergentibus Armonem, & altera
Denaba

Denaba super montem Phegor, in septimo lapide Iebus. D
Hieronymus de Iesbij.

g Iobab fi. Za. Quem Iob esse suspicantur, sed Hebræi as-
serunt eum de stirpe Nachor esse progenitum, Philo autem
in libro questionum super Genesim, narrat his temporibus

eum fuisse, & accepit
se vxorē Dinā filiam
Iacob: & ante tenta-
tionis suæ certamen
dicit eam septem fi-
lios, & tres filias illi
generasse, qui extin-
cti sunt in tentatione.
Sed ei sanato red-
didit Dominus omnia
duplicia, & item
septem filios, & tres
filias prædicta vxor
genuit: quorum no-
mina eadem fuerunt
quæ priorum, id est,
Eliphaz, Armoe, Dia-
sath, Philasia, Diphar-
celuth, Thelon. Fi-
liarum vero Meru,
Lizath, Zeli.

h Bosra, &c. Quæ
est Bosra ciuitas in
deserto trans Iorda-
nem in tribu Ruben.
Appellatur & alia
Bosra ciuitas Etai in
montibus Idumææ,
de qua dicitur, Ful-

Es. 63. 2.
secundū LXX.
Themam.

^a Quem peperit Ada. ^b Quem genuit Basemath. ^c Hi tres filij Oolibanæ. ^d Cuius mentio fit in Iob.
Eliphaz, Rahucl Iehus, Ihelon, & Core. Filij Eliphaz, The-
mam, Omar, Sephi, Gatham, Cenez, Thamna, Amalec. Filij
Rahucl, Nahath, Zara, Samma Meza. Filij Seir: Lotan, Sobal,
Sebeon, Ana, Dison, Efer, Disan. Filij Lotan, Hori, Homam.

^a Soror autem Lotan fuit Thamna. Filij Sobal, Aliam, & Ma-
^b ^a De quo in Genesi dicitur, quod inuenit aquas calidas in solitudine cum pasceret asinas patris sui Sebeon.
^c nahath, & Ebal, Sephi, & Onam. Filij Sebeon, Aia, & Ana.

^d Filij Ana Dison. Filij Dison, Hamram, & Efeban, & Iethran,
^e & Chara. Filij Efer, Balaan, & Zauan, & Iacan. Filij Dison, Hus
& Aran. † Isti sunt reges qui imperauerunt in terra Edom:
antequam esset rex super filios Israel. Bela filius Beor, & no-

^a Vel Dennaba: alij Dannaba.
^f men ciuitatis eius Denaba. Mortuus est autem Bela, & regna-
^g uit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra. Cumque & Iobab fuisset
^h mortuus, regnauit pro eo Hufam de terra Themanorum.

ⁱ Obijt quoque & Hufam, & regnauit pro eo Adad filius Ba-
^k dad, qui percussit Madian in terra Moab: & nomen ciuitatis

^a Sicut in terra Basan iuxta montem Galaad ex tribu Manasse. ^b Ciuitas regni Edom est circa Gelalenen.
eius Auith. Cuique & Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Sela
de Masreca. Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul

uida vestimenta eius ex Bosra.

ⁱ *Themanorum.* Theman regio a Themam filio Eliphaz
fortita vocabulum. Est vsque hodie villa Theman, distans
ab vrbe Petra quinque milibus, & vbi Romanorum mili-
tium præsidium sedit, de quo loco fuit Eliphaz rex Thema-
norum: vnus quoque filiorum Hismael appellabatur The-
man. Sciendum autem quod omnis Australis regio, Hebrai-
ce Theman dicitur.

^k *Madian.* Ciuitas a minimo filiorum Abraham, & Ce-
turæ, sic vocata. Est autem trans Arabiam in deserto Sa-
racenorum contra Orientem maris rubri: vnde vocantur
Madianæi, & Madianæa regio. Filia quoque socreri Moy-
si filia Madian dicuntur, sed hæc alia ciuitas est Onony-
mos eius iuxta Armonem, & Arcopolim, cuius adhuc rui-
næ monstrantur.

F
Madian.

Exo. 2. c.

g a Roboboth.

NICOLAUS DE LYRA.

generaciones Esau quæ erant dimittenda, vt quæ exposita fuerunt
Genes. trigesimo sexto, tamen ad intellectum sequentium aliqua sunt
hic breuiter repetenda. Primum est, quod eadem persona in sacra
scriptura frequenter pluribus nominibus nominatur, sicut Esau, Seir,
Edom, sunt nomina eiusdem hominis. Secundum est, quod idem no-
men aliquando variatur in principio, vel in fine, sicut Chonias Ie-
chonias Iechoniah, idem nomen est hic variatum. Et ex his con-
ingit quod vna persona aliquando putantur dua: quia vnum nomen
vni in vno loco scriptura exprimitur, & aliud in alio, vel quia idem
nomen in pluribus locis ponitur, tamen variatum modo prædicto.
Tertium est, quod Horraei habitauerunt in terra Seir, siue Idumæa ante
Esau, & filios eius, vt habetur Deuteronom. 2. postquam autem fi-
lij Esau in terra illa dominati sunt, primo fuerunt ibi duces, secundo
reges, & iterum regnum fuit reductum ad ducatum, sicut plenius di-
ctum fuit Genes. trigesimo sexto. Primo ergo describuntur hic gene-
raciones Esau ante regnum. Secundo tempore regni, ibi: Isti sunt
Reges. Tertio tempore ducum, ibi: Adad autem mor. Ad-
huc primo ponuntur generationes Esau ante regnum. Secundo gene-
raciones Horraorum, quæ fuerunt ante Esau incipiendo a Seir Horrao,
a quo Idumæa denominata fuit terra Seir. Circa primum dicit, Filij:
de Ada vxore sua.

- 1 Rahucl. De alia vxore sua nomine Basemath.
- 2 Iehus. Qui vocatur Iehus. Genes. 36.
- 3 Ihelon. Qui vocatur Ielam. Ibidem.
- 4 Et Core: Istos quatuor habuit Esau de Oolibama tertia vxore.
Filij Eli. Sequitur.
- 5 Thamna, Ama. Dicunt aliqui quod Thamna fuit concubina
Eliphaz, vt videtur haberi Genes. trigesimo sexto, computatur tamen
hic

hic inter filios Eliphaz, eo quod fuit nutrita in domo eius cum filijs
suis, & ad ostendendum, quod de ea natus fuit Amalec qui imme-
diate post eam nominatur. Potest etiam aliter dici, quod Thamna est
nomen æquiuocum ad masculum, & feminam. vnde dicitur infra dux
Thamna, eod. cap. & sic ponitur hic pro masculo inter alios filios Eli-
phaz. Genes. autem trigesimo ponitur pro femina: vbi dicitur: Con-
cubina Eliphaz.

6 Filij Seir. Hic consequenter agitur de generatione Principum
qui dominati sunt in Idumæa ante Esau, & filios eius. vnde iste Seir
fuit de genere Horraorum: & ab illo denominata fuit terra illa, ter-
ra Seir.

7 Soror autem Lotan fuit. Ista fuit concubina Eliphaz, de qua
prædictum est.

8 Filij Sebeon Aia, & Ana. Iste est Ana qui inuenit aquas cali-
das in solitudine, vt habetur Genes. 36. & ibidem fuit expositum.

9 Isti sunt Reges qui imperauerunt in terra Edom, ante-
quam esset, &c. Hic agitur de Regibus descenditibus ab Esau. &
hoc fit specialiter propter honorem Isaac, vt ostendatur reges ab eo pro-
cessisse: nõ solum per Iacob de quo descendit Dauid, sed etiam per Esau.
Dicunt etiam Hebræi, quod isti reges de Esau descendentes regnauerunt
vsque ad tempus Dauid, qui fecit sibi Idumæam tributariam, vt habe-
tur 2. Reg. 8. & abstulit ab eis nomen regium, ponens ibi custodes, siue
præfectos, qui redderent ei rationem.

10 Et regnauit pro eo Iobab. Dicunt aliqui quod iste fuit Iob
sicut & præcedens. Sed Hebræi dicunt contrarium, dicentes quod de-
scendit de Nachor, vt prædictum est, & hoc videtur per hoc quod Iob
aliter scribitur in Hebræo, quam Iobab, quia nomen Iob incipit per
Aleph literam, Iobab vero per Iod.

11 Et regna. Iste est alius ab eo qui fuit rex in Israel ante Dauid,
iste enim fuit Idumæus, & ille Iudæus.

1 Meestabel.

A *Roboboth.* Vrbs est iuxta flumē ubi erat rex Edom, & vsq; hodie est praesidiū in regione Cabalena, & vicus grandis, qui sic vocatur.
 b *Matred filiae, & cat.* Dux matres hic numerantur, ad significandum mysterium, vt aurifex genuisset dispensancem, & dispensatrix Dni benignitatē, q̄a ex pfunditate sensus nascitur facunda

a de Rohoboth, quæ iuxta amnem sita est. Mortuoque Saul, regnavit pro eo Balanā filius Achobor. Sed & hic mortuus est, & regnavit pro eo Adad: cuius vrbs nomen fuit Phai, & appellata est vxor eius Meetabel, filia Matred, filiae Mezaab.
b Adad autem mortuo duces pro regibus in Edom esse ceperant. Dux Thamna, dux Ahila, dux Ierheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiram. Hi duces Edom.

facunda locutio, q̄ f d mūdā, & gratiam De promeretur genere in cordibus auditorū c *Duces, & c.* Notandū quod prius reges dicit de Edom, postea duces cum prius fuerūt: quorum quaedam matres noīat: vt Oolibama, & Thāna d *Dux Ahila.* Alia in Genesi legitur, cuius

interpretatio eleuatio, in Paralip. Aliha, id est, super eam.

NICOLAUS DE LYRA.

B 1 Meetabel. In Hebr. eo habetur: Filia Mezahab: & sonat in Hebr. eo cuius aurum, & per hoc designatur, quod pater istius fuit dives in possessione auri, vt dicit glos. Hebraica.
 2 Adad iu. Hic describuntur duces Edom, regibus succedentes.
 3 Dux Tham. Dicitur alii quod Thanna, & Oolibama sunt nomina mulierum que ponuntur inter nomina ducum, propter actus virtutis quos fecerunt, sicut & Delbora inter Iudices, vt habetur Iudic. 4. Sed hoc fuit improbatum Genes. 36. quod Thanna, & Oolibama, quæ fuerunt

fuerunt mulieres, praeceperunt reges qui fuerunt in Edom. Thanna autem, & Oolibama qui ponuntur hic inter duces, fuerunt post illos reges vt patet in textu. Et ideo dicendum, q̄ hic sunt nomina virorum. Genes. vero 36. sunt nomina mulierum, quia sunt æquiuoca ad masculinum, & feminam, vt praedictum est. Aliqui vero Hebraei dicunt, q̄ sunt nomina civitatum, vel regionum, vt sit sensus: Dux Thanna, id est, civitatis, vel regionis sic nominat. & sic de alijs, sed textus non videtur bene ad hoc concordare: vnde concluditur in fine.
 4 Hi duces Edom. Scilicet praenominati.

A D D I T I O.

Additiones in libros Paralip. incipiunt i. Paralip. i. c. vbi dicitur in post. ll. Ipse genuit Heber, & c.

Hebraei non sunt denominati ab Heber filio Sem, nec ab aliquo alio precedente Abraham, sed nominantur Hebraei ab ipso Abraham, non ratione proprii nominis, quia sic dicerentur

cerentur Abrazicum A eph in principio, non autem Hebraei, cum Ain. Ratio autem huius denominationis habetur plene super Matth. 21. cap. in additione 2. vide ibi. Vnde replicam generalem post 30. cap. secundi totius huius positionis: vbi pro praesenti c. & eius additione replicator ad correctorium, Genes. 6. c. se remittit.

C A P. I I.

C A P. I I.

† Genes. 20. & 30. a. Li. quæst. super Gen. 9. 35

a Ilii autem Israel. & August. Duodecim filij Israel in Mesopotamia dicuntur nati, vt per symeochem intelligatur, quia Benjamin prope Bethlehema natus est longo tempore post reditū patris eius a Mesopotamia. Sed quia maior eorū pars ibi nata fuit, dicuntur ibi nati.
 b *Achar cui.* Achar qui & Achan in Iosue dicitur, id est, coluber



a Ilij autem Israel, Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, & Zabulon, Dan, Ioseph, Benjamin, Nephthali, Gad, & Aser. Filij Iuda, Her, Onan, & Sela: tres nati sunt ei de filia sue Chananitidis. Fuit autē Her primogenitus Iuda, malus coram Domino, & occidit eum. † Thamar autē nurus eius peperit ei Phares, & Zarah. Omnes ergo filij Iuda quinque. Filij autē Phares, Hefron, & Hamul: filij quoque Zarah, Zamri, & Ethan, & Eman: Calchol quoque, & Darta simul quinque. Filij Charmi, Achar, qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis. Filij Ethan, Azarias. † Filij autem Hefron qui

luber insidiās. Achar turbatus. q̄a per auaritiam insidiabatur furto aliquid rapere d anathemate, deprehensus in scelere turbatus est in vltione. Mystice innuens, quia quod post fidei indumentum conuersationis secularis cultum inducit quasi pallium de anathemate tollit. Ille quoque de anathemate tollit Iericho, qui hereticorum dogmata, vel seculariū huiusmodi rerum superstitiosa Ecclesiā inducit. hec est enim regula autē

Hieron. Rabbanus.

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. I I.

Ilij autem Isra. Hic consequenter describitur generatio ipsius Iacob, que fuit tota electa in duodecim Patriarchis, vt per Iudam Patriarcham perueniatur ad Regnum David: de quo est principalis intentio huius libri. Primo ergo agitur de dicta generatione per Patriarchas. & primo describitur ordo generationum ipsius Iuda, eo q̄ de ipso descendit David: de cuius Regno principaliter intenditur. Secundo Simeonis, qui partim habitauit in sorte Iuda in medio 4. c. ibi: Et filij Simeon. Tertio Ruben, & Gaad, & dimidia tribus Manasse, qui simul habitauerunt ultra Iordanem c. 5. Quarto ipsius Leui. c. 6. Quinto Issachar, & Nephthali, & Manasse, & Ephraim, & Azer qui residui erant extra sortem Iuda 8. c. Sexto ipsius Benjamin c. 8. Circa primum describitur prima generatio Iuda vsque ad David, & fratres eius. Secundo generatio ipsius David c. 3. Tertio reuertitur scriptura ad generationem Iuda a qua addendo c. 4. Circa primum prænuntitur duodecim Patriarcharum generatio, cum dicitur: Filij autem Isra. & c. & patet litera. Secundo describitur generatio Iuda Patriarcharum cum dicitur: Filij Iuda. Et primo ipsius immediatē, secundo filiorum eius, ibi: Filij autem Phares, & c. Circa primum dicitur.
 2 Filij Iuda. Her. Onan. Ipsi duo fuerunt mortui sine liberis, eo quod fuerunt mali coram Domino, vt habetur Genes. 38.
 3 Hi tres nati sunt de fili. Ex quo dicunt aliqui, q̄ Sue est nomen vxoris ipsius Iuda. sed hoc fuit improbatum Genes. 38. & ostensum, q̄ nomen est patri vxoris Iuda. & propter hoc debet hic poni Chananitide referendo ad filia sue, quæ fuit vxor Iuda, & fuit de genere Chanaā.
 4 Thamar autem, & c. Quos concepit de focero suo simulās se esse meretricē, eo quod iniuste deturbatur in viduitate, vt habetur Gen. 38.
 5 Filij autē Phari. Hic agitur de generatione filiorum Iuda, & primo ipsius

ipsius Phares, & Zarah. Secundo filiorum ipsorum: ibi: Filij Chama. Circa primum dicitur: Filij autem Phares, & c. Dicit hic gl. Hebraica, quod isti quatuor vltimi sunt illi iadem, de quibus dicitur 3. Reg. quod Salomon erat sapientior Ethan Ezraita, & Emam, & Chalco, & Dara filius Mahol. Sed gl. Hebraica super locum illum 4. Reg. 4. dicit, quod illi quatuor fuerunt Leuitae, & cantores in domo Domini; ij autem quatuor hic noīati fuerunt de tribu Iuda, descendentes ab eo per Zaram filium eius, vt patet in textu. Illi autē de tribu Iuda non admittentur in domo Domini ad officium Leuitarum. Itē illi dicuntur filij Mahol, isti vero filij Zarah. Ex quibus patet, quod isti sunt alii ab illi
 6 Filij Char. Hic consequenter agitur de generatione filiorum Thares, & Zarah. & primo de generatione filiorum Zarah. secundo de generatione filiorum Phares, ibi: Filij autē Hefron. Circa primum dicitur: Filij Charmi. qui fuit filius Zabdi filij Zarah, vt habetur Iosue 7.
 7 Achar. Iste Iosue 7 vocatur Achar: prout ibi plenius fuit ostensum, & in aliquibus locis vocatur Achor. Idem enim nomen Hebraicum frequenter variatur, vt d. Enm est cap. p. pced.
 8 Qui turbauit Israel, & c. Furando rem consecratam Dominum vt habetur Iosue 7.
 9 Filij Ethan. Qui fuit filius Zarah.
 9 Azarias, & c. Hoc exponitur dupliciter. Vno modo quod ponit hic plurali pro singulari, s. filij pro filius. Alio modo, quod licet sibi Azarias tanquam principaliter nominetur, tamē alij fratres eius subelliguntur: quia autor huius libri breuiter, & quasi chronice loquitur
 10 Filij autem Hefron. Hic consequenter agitur de generatione filiorum Phares diffusius. & primo de generatione Hefron. de qua descendit David. secundo de generatione Caleb, qui facta notabilia fecit vt habetur in lib. Iosue, & lib. Iudicum, ibi: Caleb vero. Circa primum dicitur: Filij autē Hefron qui nati sunt. iste vocatur Aray Mat.

luculento sermone aptata. Hanc furati sunt Arius, Marcion, & alij qui philosophorum sectam non recte conati sunt inducere in ecclesiam, ut multi per eos perirent. Ideo abiecti aceruo lapidum, i. multitudine peccatorum extincti sunt.

a Calubai. id est, canis meus, qui & Caleb. id est, canis, vnus de exploratoribus. Hefron quoque & Iephone idem est. vnde Caleb. filius Hefron, & aliquando filius Iephone legitur.

 dicitur: Fratres quoque. & dicitur fratres, quia de eadem tribu,
 vt iam dictum est.

2 Qui ordinati. quia aliqui erant ianitores, & aliqui custodes va-
 sorum, & alij ministrabant sacerdotibus in oblationibus sacrificiorum:
 & sic de aliis officiis, quæ non exprimuntur hic, ista enim cantorum,
 Leuitarum & sacerdotum, plerumque exprimuntur & describuntur infra
 eodem libro a 23. c. vsque ad 26. inclusiuè.

3 Aaron vero. Hic describuntur officia sacerdotum, breuiter tamen,
 cum dicitur.

4 Adolebant incensum super. Quod erat extra tabernaculum in
 atrio, & ibi cremabatur incensum simplex, quod offerebatur cum ho-
 stis & oblationibus.

5 Super altare. quod erat intra tabernaculum ante adificationem
 templi, & postea in templo quando fuit adificatum: & super illud cre-
 mabatur thymiamata, quod erat compositum ex quatuor speciebus pre-
 ciosis redolentibus, vt habetur Exod. 30.

6 In opus sanctifanctorum. Licet tantum illa pars tabernaculi
 in qua erat altare thymiamatis, & candelabrum & mensa propositio-
 nis, vocaretur sanctum vel sancta tantummodo: tamen omnia opera quæ
 fiebant ibi a sacerdotibus, vt pote compositio lucernarum, propositio pa-
 num, & crematio thymiamatis fiebant propter reuerentiam ipsius Dei
 cuius sedem representabant illa quæ erant intra partem tabernaculi,
 quæ dicebatur sanctum sanctorum, videlicet arca, Cherubin & propi-
 natorum, sicut dictum fuit plenius Exod. 25. c. vnde & de propinatio-
 nis dabatur responsa diuina quasi a Deo ibidem specialiter habitante,
 & ideo prædicta opera dicuntur opera sancti sanctorum.

7 Hi sunt autem filij Aaron: Eleazar filius. Hic consequenter re-
 plicat

pliat generationes Aaron, incipiendo ab Aaron, & terminando in
 Achimaas filio Sadoc: & non procedit ultra, quia solummodo hic enu-
 merantur sacerdotes ab Aaron per Eleazarum filium eius, qui fuerunt
 vsque ad tempus Salomonis qui edificauit templum.

8 Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia filiorum
 scilicet Aaron, & c. Hic consequenter agitur de ciuitatibus & locis
 filiorum Leui incipiendo a sacerdotibus filij Aaron, sicut dicitur: Dede-
 runt igitur. Sequitur.

9 Agros autem eorum. Ciuitas enim Hebron & territorium in cir-
 cuitu fuit datum Caleb per Iosue, sicut habetur Iosue 14. ita & erat
 dominus principalis ciuitatis & suburbii, quamuis concederentur ha-
 bitationi sacerdotum. Territorium autem & villa quæ erant ibi, fuerunt
 sicut quantum ad habitationem & dominium.

10 Porro filij Aaron dederunt ciuitates. & hic debet fieri pñ
 eius, & subintelliguntur quæ postea subduntur.

11 Ad confugiendum Hebron. Hic similiter fit punctus, quia il-
 le quæ immediatè sequuntur, non fuerunt ciuitates refugii, fuerunt enim
 tantum sex ciuitates refugii, tres circa Iordanem, scilicet Hebron, Sichem, &
 Cedes in Galilea, & tres trans Iordanem, scilicet Boser, Ramoth in Ga-
 laad, & Gaulon in Basan, vt habetur Iosue. 20. & licet iste sex ciuita-
 tes nominentur in hoc cap. in diuersis locis, non tamen nominantur hic
 ciuitates confugii nisi duæ tantum, scilicet Hebron & Sichem, sed de aliis
 quatuor idem est notandum.

12 Omnes ciuitates tredecim cum suburbanis suis per co-
 gnationes suas. tot fuerunt secundum veritatem, vt habetur in libro
 Iosue.

13 Filij autem Caath residuis de cognatione sua. i. qui non
 erant sacerdotes, ita quod dicebantur Caathitæ tantum, & non Aaro-
 nitæ, vt dictum est supra: istis dederunt alia habitacula.

14 Porro filij Gerson per cognationes suas de tribu, & c.
 Hic consequenter agitur de habitaculis Gersonitarum & Merariarum,
 ostendendo quæ ciuitates, & a quibus tribubus assignate sunt eis, & cū
 hoc etiam intermiscet aliqua de filiis Caath. & patet litera vsque ibi.

Quas

Ciuitates
 refugii.

A Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum Dederuntque per sortem ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Beniamin vrbes has quas vocauerunt nominibus suis & his qui erant ex cognatione filiorum Caath, fueruntque ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim. Dederuntque eis vrbes ad confugiendum, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer cum suburbanis suis, Iecmaam quoque cum suburbanis suis, & Bethoron similiter, necnon Aialon cum suburbanis suis, & Gethremmon in eundem modum. Porro ex dimidia tribu Manasse Aner & suburbana eius, Baalam & suburbana eius: his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Filij autem Gerson de cognatione dimidiæ tribus Manasse Gaulon in Basan & suburbana eius, & Altharoth cum suburbanis suis. De tribu Issachar Ceddes & suburbana eius, Dabereh cum suburbanis

† Balam. B

fuis, Ramoth quoque & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis. De tribu vero Aser Masfal cum suburbanis suis, & Abdon similiter: Haccoc quoque & suburbana eius, & Rohob cum suburbanis suis. Porro de tribu Nephthali Ceddes in Galilea & suburbana eius. Hamon cum suburbanis suis, & Cariathaim & suburbana eius. filius autem Merari residuis de tribu Zabulon Remmon & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis. Trans Iordanem quoque ex aduerso Iericho contra orientem Iordanis. De tribu Ruben Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis. Cademmeth quoque & suburbana eius, & Mephaath cum suburbanis suis. Necnon & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & suburbana eius, & Manaim cum suburbanis suis. sed & Hesebon cum suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis suis.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

* 1 Quas vo. ex nom. i. l. v. t. e. & f. u. e. dotes dero dixerunt loca eis assignata ad habitandum & autem nomina pecora ex nominibus suis.

In hac hoc quod istud est in futurum, quia ista erant eis assignata a filiis Israel quia tribus Leui non habuit hereditatem distinetam sicut alia tribus. Cetera patet in iura.

CAP.

CAPVT VII.

C



Porro filij Issachar Thola & Phua, Iasub & Simeon, quatuor. Filij Thola, Ozi & Raphaia & Ieriel & Iemai & Iebsem & Samuel principes per domos cognationum suarum.

De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid vigintiduo milia sexcenti. Filij Ozi Izrabia: de quo nati sunt Michael, & Obadia, & Ioel, & Iesai, quinque, omnes principes. Cum eis per familias & populos suos accincti ad prelium viri fortissimi triginta sex milia. Multas enim habuere vxores, & filios. Fratresque eorum per omnem cognationem Issachar, robustissimi ad pugnandum, octoginta septem milia numerati sunt. Filij Beniamin, Bela, & Bechor, & Iadihel, tres. Filij Bela Esbo, & Ozi, & Oziel, & Ierimoth & Irai quinq; principes familiarum & ad pugnandum robustissimi. Numerus autem eorum vigintiduo milia & triginta quatuor. Porro filii Bechor Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Elioenai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathoth, & Almarh. Omnes hi filii Bechor. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum ad bella fortissimi, viginti milia et ducenti. Porro filii Iadihel Bala. Filij autem Balam, Iehus, et Beniamin, Aod, et Chananaa et Iethan, et Tharsis, et Ahisahar. Oes hi filii Iadihel principes cognationum suarum viri fortissimi decem et septem milia et ducenti ad preliandum procedentes. Sepha quoque et Hapha, filii Hir, et Hasim filij

* per familias suas.

† milites exercitus belli.

† viribus, & infra omnes per seriem generationis eorum.

duo milia & triginta quatuor. Porro filii Bechor Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Elioenai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathoth, & Almarh. Omnes hi filii Bechor. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum ad bella fortissimi, viginti milia et ducenti. Porro filii Iadihel Bala. Filij autem Balam, Iehus, et Beniamin, Aod, et Chananaa et Iethan, et Tharsis, et Ahisahar. Oes hi filii Iadihel principes cognationum suarum viri fortissimi decem et septem milia et ducenti ad preliandum procedentes. Sepha quoque et Hapha, filii Hir, et Hasim filij

CAP. XVII.

Omnes hi, si. Be. Vbiq; in lege terribit: Omnes hi pbr, istius vel illius aut pro meritorum excellentia est: aut pro meritorum deterioratione, ut eius dicatur esse filii cuius fuerunt imitatores. Sepham, &c. Filii Balaa. Hic. Hec sunt concubina Iacob. Quidam putant ideo illam in hoc loco ab Ecclta nominata, quia post mortem Iacob legatione sancta fuerat inter Ioseph, &ceteros patriarchas, quia precati sunt eum, ne recorderet peccati eorum. Conub.

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. VII.

Orto filij Issachar. Hic consequenter ponit generationes aliarum sex tribuum s. Issachar, Beniamin, Nephthali, Manasse, Ephraim & Aser: de tribubus vero Dan & Zabulon non facit mentionem. Primo ergo agitur de generat. omnibus istarum tribuum. secundum famig. tribus Beniamin, ut dicitur de ser. ber. or. 8. Cuius prima in describitur primo generat. tribu. Issachar secundum Beniamin. Filij Beniamin, tertio Nephthali, ubi: Filij autem Nephthali, quarto Manasse, ubi: Porro filius Manasse. quinto Ephraim, ubi: Filij autem Ephraim, sexto Aser, ubi: Filij Aser. De tribu vero Dan & Zabulon non dicitur scribitur aliqua genealogia: cuius causa ab al. quibus assignatur: quia quilibet tribus s. habet librum genealogie sue. Esdras autem scriptor huius libri, ut dicitur in principio, forsitan non inuenit libros genealogie tribuum Dan & tribus Zabulon, quia perati fuerunt in diebus Ioseph decem tribuum, vel alio modo. Circa primum dicitur, Filij Issachar & subditur,

2 Et Sime. iste vocatur Semron: Gen 46. 3 Numerati sunt in die. Da. quando precepit numerare populum ut habetur. 2. Reg. 24. 4 Quinque omnes prin. Hoc intelligitur connumerato patre. Cetera patet vsque ibi. 5 Filij Ben. Hic consequenter describitur genealogia tribus Beniamin & patet litera vsque ibi. 6 Sepham quoque & Hapham filij Hir: & Asim filij Aser. In Hebraeo habetur: Filij Aser. Et ponitur b c filij in plurali pro filijs vel cum isto Hasim intelliguntur a c filij Aser. Dicit autem hic glossa Hebraica, quod Esdras istos Sepham & ceteros posuit hic ultimo in genealogia Beniamin, quia nesciebat utrum essent de tribu Beniamin vel non, eo quod non inuenit reuersionem genealogie ipsorum ad tribum Beniamin certitudinaliter, sed hoc non videtur conuenienter dictum. Tunc Hebraei dicunt, quod Esdras scripsit hunc librum per adiutorium & directionem Aggai & Zachariae prophetarum sibi contemporaneorum, qui spiritu prophético loquebantur. Tum quia in scriptura

a *Concu. eius. Hæc dicitur fuisse filia filij Balã, quæ in Aegyptum fame cogen- te a patre venalis ducta a Manasse: qui horreis præerat ebarijs, patri datis in cõ- iugium misericordi- ter suscepta est.*
 b *Happhim, & c. prio- ris filij Machir hæc duo nomina esse di- cuntur, sed secundũ esse Salphaad & eor- um sororem Maachan, quam Hefron cum sexaginta effec- annorum accepit v- xorem, quæ peperit ei filium Segub, sicut supra dictum est.*
 c *Soror autem eius re.*
 Soror Viam filij Phares, filij Machir, vt prædictum est, hanc quidam

Aher. Filii autem Nephthali, Iasiel, et Guni et Ieser, et Sellum, filii Balã. Porro filius Manasse Ezriel, † concubinaque eius Syra peperit Machir patrem Galaad. Machir autem accepit vxores filijs suis † Happhim, et Sapham, et habuit sororem nomine Maacha. Nomen autem secundi Salphaad. Natæq; sunt salphaad filia. et peperit Maacha vxor Machir filium, vo- cavitq; nomen eius Phares. Porro nomen fratris eius sares, et filii eius Vlam et † Recen. Filius autem Vlam, Badan. Hi sunt fi- lli Galaad filij Machir filij Manasse. soror autem eius † Regma peperit † virum decorum et Abiezer et Mophola. Erant autem fi- lli semida, Ahin, et Sechem: et Leci, et Aniaur. Filii autem Eph- raim suthala, Bared filius eius, Thahath filius eius: † Elada filius eius † Thahath filius eius, et huius filius † Zabad, et huius filius suthala, et huius filius Ezer et Elad. Occiderunt at eos viri Geth

quosdam tradunt fuisse matrem Iesu filij Nave, qui vir deco- rus nuncupatur, ob insignie virtutis, & principatus. Alij di- cunt Deborah vxo- rem Lapidoth pro- phetissam.
 d *Filii autem Ephraim. Fabulantur Hebræi quod filij Ephraim congregata multitu- dine viuente patre conati sunt ad terrã promissionis reuer- ti & in Geth Pale- stinorũ occisi sunt, vnde ceteræ tribus per desertum addu- cuntur, ne viderent ossa factum suorum, & in psã dicitur: Filii*
 Iuyic. 4.
 E
 † Reben.
 Hieron.
 † Ifeod
 † Thahad
 † Daph
 Pial. 77.
 b

Ephraim conuersi sunt in die belli.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

ra sacra si aliquid esset positum dubium, hoc esset a spiritu humano & non a spiritu diuino.

- 1 *Fi. aut. Nephthali. Hic ponitur genealogia tribus Nephthali: & multum breuiter.*
- 2 *Filij Bela. Ista autem fuit ancilla Rachel ab eadem in coniugio ip- si Jacob data, vt habetur Gen. 30. de qua natus fuit Nephthali, vt ha- betur ibidem. & ideo cum dicitur. Filii Bala, ly filij, refertur ad Neph- thali: & est singularis numeri, & genctini casus, si autem sit pluralis numeri, prout sonat litera Hebraica, sic filij Nephthali hic dicuntur fi- lli Balæ matris suæ: eo modo loquendi quo frequenter in sacra scriptura filij filiorum dicuntur filij parentum.*
- 3 *Porro filius Manasse, & c. Hic describitur genealogia tribus Ma- nasse.*
- 4 *Peperit Ma. patrem Ga. & c. sicut enim potes & magnus in ter- ra illa, propter quod dicitur pater eius, ut frequenter dictum est in con- similibus.*
- 5 *Etha. so. no. Maacha. Ista est alia ab illa Maacha, quæ citò post dicitur vxor Machir.*
- 6 *Natæque sunt Sal. fi. Iste fuit lapidatus propter collectionem li- gnorum in sabbatho, nec habuit filios: propter quod eius filia accepit partem hereditatis loco patris de voluntate domini, vt habetur Nu. 27. Sequitur.*
- 7 *Soror autem eius Re. pe. virum decorum. In Hebræo habe- tur Peperit Secor, & est nomen proprium vnus hominis, vt dicunt Hebræi.*
- 8 *Filii autem Ephra. Hic describitur genealogia tribus Ephraim, & legatur litera prout iacet, & que ibi.*
- 9 *Occiderunt autem eos viri Geth. Istud autem exponitur ab Hebræis multipliciter. Vno modo quod isti descendentes de Ephraim fi- lio Ioseph patre eius adhuc viuente, ante exitum filiorum Israel de Ae- gypto sub Moysse collegerunt multitudinem, vt intrarent terram promif- sionis: tum quia Ioseph moriens dixerat quod dominus post mortem suam educeret filios Israel de Aegypto, & induceret eos in terra prom- issionis, vt habetur Gene. vlti. Tum quia Iacob patriarcha benedicen- do filios Ioseph præposuerat Ephraim ipsi Manassa, vt habetur Genes. 48. propter quod filii eius erant magis elati & audaces. & venerunt versus terram promissionis per viam breuiorem, s. per terram Philisthi- norum, quæ vicina est, vt habetur Exod. 13. & tunc a Gethæis fuerunt debellati: quia præoccupabant tempus redendi ad terram promissionis secundum quod dicitur Gen. 15. quod 400. annis deberent esse filii Is- rael peregrini in terra non sua, vt ibidem fuit declaratum, qui nõ- dum adhuc erant completi. Et huic expositioni concordat quod postea hic dicitur. s. quod Iosue: filius Num. minister Moysi in exitu de Aegy- pto, nepos fuit El sama filij Amiad, filij Laadan, filij Thale, filij Beria, vt dicunt Hebræi, filij Ephraim, & sic in sextageneratione natus est Iosue de Ephraim, sicut & Eleazar de Leui in quinta, vt dictum fuit Genes. 15. Sed huic expositioni obuiat quod dicitur in textu: Filia aut- eius, s. Ephraim fuit Sara: quæ ædifi. Bethoron inferio. & c. quia ista ciuitates sunt in terra promissionis sorte Ephraim, vt habe-*

tur Iosue 16. vbi non potuit edificari per mulierem descendente de Ephraim nisi post ingressum filiorum Israel in terram promissionis & assignationem hereditatis singulis tribubus. A natiuitate vero Ephra- him vsque ad illud tempus fluxerunt anni. 256. ad minus. & ides non videtur quod tunc posset esse aliqua filia genita ab Ephraim, quæ ædifi- casse ciuitates illas. Probatio assumpta, quia a natiuitate Isaac vsque ad exitum de Aegypto fluxerunt anni quadringenti, vt declaratum fuit Gen. 15. a quibus si subtrahantur anni qui fluxerunt vsque ad natiuita- tem Ephraim, remanent anni ducenti & decem: quia Isaac sexagena- rius genuit Iacob, vt habetur Gen. 25. Iacob vero centum triginta an- norum erat, quando descendit in Aegyptum. vt habetur Gen. 47. & sic de prædictis quadringentis annis vsque ad exitum de Aegypto rema- nent. 210. ad minus a natiuitate Ephraim, quia natus erat quando Ia- cob descendit in Aegyptum, vt habetur, Genes. 48. quibus si addantur quadraginta anni quibus filii Israel fuerunt in deserto post exitum de Aegypto, & sex in quibus Iosue pugnavit contra reges Chanæan ante- quam diuideret terram. prout ostensum fuit Iosue 11. & 14. habentur anni 256. Igitur secundum istam expositionem oportet dicere, quod Sara quæ hic dicitur filia Ephraim non fuit filia eius immediata, sed per multas generationes descendit de eo, & fuit in potestate sua post- quam filii Israel in terra promissionis habuerunt sortes assignatas: & sic edificauit ciuitates dictas, propter quod hic nomina viri inter filios Ephraim patriarchæ propter magna quæ fecit in edificatione ciuita- tum.

Alia modo exponitur de illis qui contra voluntatem Moysi post exi- tum de Aegypto inierunt ad prælium contra aduersarios, & debellati fue- runt, & multi eorum occisi, vt habetur Num. 13. in fine. & secundum hoc non potest dici, quod iste Ephraim qui dicitur hic eos lametasse fue- rit Ephraim filius Ioseph, quia illud bellum fuit secundo anno egressio- nis de Aegypto: & sic iste Ephraim fuisse tunc 212. annorum, vt præ- tet ex prædictis, & non est verisimile, quod tantum vixerit maximè quæ Exod. 1. dicitur, quod mortuus fuit Ioseph & omnis cognatio illa antequam filii Israel exirent de Aegypto. Item dato, quod vixisset, præmissis in eo tempus generandi, & tamen de isto Ephraim qui dicitur hic lametasse filios suos, dicitur quod postea genuit Beria, sic nominans eum, eo quod in ma- lis domus eius ortus esset, id est, per occasionem filiorum. Beria enim in- terpretatur in malo. Item aliqua dicuntur hic in textu & Num. 14. que videntur obuiare huic expositioni. quia hic dicitur. Occiderunt eos viri Geth. qui erant Philisthæi. & Num. 14. dicitur, quod Amorrhæi et Amaleciti interfecerunt illos qui contra voluntatem Moysi esse fue- runt ire ad prælium. Item hic dicitur quod isti fuerunt occisi a Gethæis, eo quod descenderant ad inuadendum possessiones eorum, ibi autem dicitur: At illi contenebrati ascenderunt in montem ad pugnaudã contra Am- morrhæum & Amalec. & ideo propter ista non videtur posse stare ista expositio secunda.

Tertio modo exponitur de viris existentibus de tribu Ephraim, qui postquam habuerunt sortem in terra promissionis per Iosue multiplicati fuerunt & reborati, & confidentes de sua multitudine & fortitudi- ne descenderunt de monte Ephraim versus terram Philisthinorum: quæ est super mare mediterraneum: sed viri Geth indigenæ occiderunt eos. Et ponitur in textu.

* Indigenæ

† qui nati erant
in terra.
† acciperent
Egea.

† indigenæ, quia descenderant ut † inuaderent
possessiones eorum. Luxit igitur Ephraim pa-
ter eorum multis diebus. & venerunt fratres eius
ut consolarentur eum. Ingressusque est ad vx-
orem suam, quæ concepit & peperit filium, & vo-
cauit nomen eius Beria, eo quod in malis domus
eius ortus esset. Filia autem eius fuit Sara, quæ
ædificauit Bethoron inferiorem & superiorem &
Ozensara. Porro filius eius Rapha, Reseph, &
Thale, de quo natus est † Thaan, qui genuit Laa-
dan. Huius quoque filius Anmiud qui genuit
Elisama, de quo ortus est Num, qui habuit filium
Iosue. possessio autem eorum & habitatio Bethel
cum † filiabus suis contra orientem Noran
ad occidentalem plagam Gazer & filæ eius, si-
chem quoque cum filiabus suis usque ad Aia cum
filiabus eius iuxta filios quoque Manasse Beth-

† Theco

† viculis eius
& infra.

B

san & filias eius, Thanach & filias eius, Mageddo
& filias eius, Dor & filias eius. In his habitauerunt
filij Ioseph filij Israel: Filij Afer Iemna, & Iesua,
& Iessui, & Baria, & Sara soror eorum. Filij autem
Baria, Heber, & Melchiel: ipse est pater Barzaith.
Heber autem genuit Iephlat & Somer, & Hotha
et suaa sororem eorum Filij Iephlat Phosech et
Bamaal, et Asoth: hi filij Iephlat. Porro filij So-
mer, Ahi, et Roaga, et Haba et Aram. Filij autem
Helem fratris eius supha et Ienna et Selles, et A-
mal. Filij Supha, sue Harpher, et Sual, et Beri, et
Iamra, Bosor, et Hod, et samma, et Salusa, et Ie-
thram, et Bera. Filij, Iether Iephonne, Phalpa et
Ara. Filij autem Olla Aree et Haniel, et Resia. Om-
nes hi filij Afer, principes cognationum electi at-
que fortissimi duces ducum. Numerus autem eo-
rum ætatis quæ apta esset ad bellum 26. milia.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

Indigenæ.

1 Indigenæ. ad exprimendum molam occisionis. Indigenæ enim
dicuntur nati de terra illa. unde indigenæ dicuntur quasi inde geniti, et
propter hoc sciebant passus terre difficilis ad transendum & sic pu-
gnauerunt cum filijs Ephraim in loco ubi filij Ephraim non poterant
se bene defendere. Igitur secundum istam expositionem oportet dicere,
quod ille Ephraim qui dicitur hic lamentasse filios suos occisos, qui fuerunt
principales in hoc facto, filio constitutus fuit alius ab Ephraim filio Ioseph,
& multa tempore post ipsum, tamen nominatus eodem nomine, si-
cut frequenter contingit. Et huic expositioni confirmat quod subditur.
2 Filia autem eius fuit Sara quæ ædificauit Betho. infe. & su-
pe. Non enim potuerunt istæ ciuitates ædificari ab ipsa donec filij E-
phraim fuerunt potentes in sorte sua.
3 Et Ozensara. Istam ciuitatem nominauit ex nomine suo. Sed di-
ctæ expositioni videtur obuiare quod subditur. s. quod Iosue filius Num
descendit de istis: & tñ certum est, quod ipse fuit ante ingressum terræ pro-
missionis, & iam erat senex & prouecta ætatis, quando diuisit terram
filij Israel, ut habetur Iosue 13. & ideo secundum istam expositionem
tertiam quando subditur hic in littera.

4 Porro

4 Porro filius eius Rapha. oportet dicere quod ista littera non refertur ad
precedentia immediate, sed ad Ephraim filium Ioseph: ita quod propter re-
uerentiam Iosue, qui fuit valde magnus in populo Israel, scriptura inci-
pit describere eius genealogiam ab Ephraim patriarcha. ut sit sensus:
Porro filius eius Ephraim patriarchæ.
5 Rapha. & Reseph. & Thale. de quo dicitur Thale. natus est Thaan. sequitur.
6 Qui habuit filios. Et sic Iosue descendit de Ephraim in septima genera-
tione.
7 Possesit autem & cetera cum filiis cum viculis sibi adiunctis. ista tamen ciui-
tas Bethel alia est a Ierusalē, quæ vocata fuit Bethel, promissum dictum fuit
Gen. 28. quia Ierusalē partim fuit in sorte Iudæ & partim in sorte Be-
niamin. Ista autem Bethel fuit in sorte Ephraim, & ibi posuit Ieroboam
vnum de duobus vitulis aureis quos fecit, ut habetur 3. Reg. 12.
8 Filij Afer. Hic ultimo describitur genealogia Afer. & patet litera
vsque ibi.
9 Ipse est pater Bar. Nomen est loci ubi Melchiel fuit dominus ve-
vir famosus.
10 Filij Iether: Iephonne. Iste est alius a patre Caleb, qui fuit de
tribu Iuda: iste autem de tribu Afer.

CAP.

CAP. VIII.

Beniamin, & c.
Sequitur.
a Qui translati
sunt in Ma. Quan-
do pro scelere
in vxorem Le-
uitæ gladio cor-
ruerunt, & sex-
centi tantum re-
manserunt.
b Naaman



CAPVT VIII.

Eniamin autem genuit Bela primogenitum suū,
Asbel secundum, Ahara tertium, † Nohaa quartū,
& Rapha quintum, Fueruntque filij Bela Adda, &
Gera, & Abiud: Abisue quoque; & Naamā & Ahoc:
sed & Gera, & Sephuphan, & Iurā. Hi sunt filij
Ahod, principes cognationū habitatiū in Gabaa,
qui translati sunt in Manath. Naamā autem & Achia

b Naaman au-
tem & Achia. pri-
ncipes fuerunt,
sed Gera se sub-
diderunt. Vnde
singulariter di-
citur: ipse translu-
lit eos, de quo ex-
iijt progenies
Gera, qui fuit pa-
ter Semei.
CAP.

NICOLAUS DE LYRA.
CAP. VIII.



Eniamin autem. Hic resumitur genealogia Beniamin,
ut diffusius scribatur, & hoc fit principaliter propter
Saul regem, qui fuit de hac tribu. Primo igitur ponitur
genealogia Beniamin in generali. secundo ipsius Saul in
speciali, ibi: In Gabaon autem. Circa primum dicitur.

1 Ben. au. ge. Be. pri. su. & sec. qui vocatur Asbal Nu. 27.
2 Fuc. si. Bela. Dicunt aliqui quod iste Gera fuit pater Semei sed hoc non
est verum, quia iste Gera fuit nepos Beniamin patriarchæ, ut patet hic,
a cuius tempore usque ad tempus Semei fluxerunt sexcenti anni et plus:
quia anno 400. & 80. egressionis de Aegypto fundatum fuit templum
per Salomonem, ut habetur 3. Reg. 6. qui Salomon interfecit Semei ut
habet. 1. Reg. 2. & ideo ille Gera qui dicitur pater huius Semei. 3. Reg.
16. fuit alius ab isto Gera, & longo tempore post ipsum.

3 Hi

3 Hi sunt filii Ahod. Iste est qui vocatur Aiod Iudic. 3. qui fuit in-
dex in Israel: & interfecit Eglon regem Moab, ut ibidem habetur.
4 Qui tran. sunt in Manath. i. in sepulchrum ut dicunt aliqui ex-
positores nostri, & intelligitur hoc de Gabaonitis: qui propter vxorem
Leuitæ quam afflixerant incredibili libidine, ut habetur Iud. 16. s. in-
terfecti fuerunt, & isti descenderunt de Ahod. Sed littera sequens con-
trariatur huic expositioni, in qua dicitur.
5 Naaman au. & Achia & Ic. associati fuerunt illi in hoc facto, cum
igitur iste fuerit de tribu Beniamin, qui non interfecerunt predictos Ga-
baonitas, sed magis inuenerunt eos, ut habetur Iud. 20. patet quod dicta ex-
positio non est vera. Et ideo dicunt hic Heb. quod Manath non signifi-
cat hic sepulchrum, sed est nomen proprium cuiusdam terræ ad quam
isti fuerunt translati per Naaman & socios eius. vtrum autem fuerint
translati illuc per bellum vel per commutationem hereditatum seu alio
modo, non dicunt expositores Hebraici vel Latini.

* Porro

& Gera: ipse transtulit eos: & genuit Oza & Ahud. Porro Saharaim genuit in regione Moab postquam dimisit Husim, & Bara uxores suas. Genuit autem de Hodis uxore sua Iobab & Sebia & † Mofa & † Molchon: Iehus quoque & Sehia, & Marma. Hi sunt filii eius principes in familiis suis. † Mehufim verò genuit Abitob & Elphaal. porro filii Elphaal Heber, & Misaam, & † Samad. hic ædificauit Ono & Lod & filias eius. Baria autem & Sama principes cognationum habitantium in Aialon.

^a Quia viti sunt fratres suos filios Ephraim.

^b † Vel Hio.

Hi fugauerunt habitatores Geth, & Ahio & Sefac: & Ierimoth, & Zabadia, & Arod, & Heder, Michael quoque & Iepha, & Ioha filij Baria, & Zabadia, & mosollam, & Hezeci; & Heber, & Iesamari, & Iezlia, & Iobab filii Elphaal, & Iacim, & Zechri, & Zabdi, & Eltoenai, & Selethai, & Eliel et Adaia, et Baraia, & Samarath filii semei. Et Iesphan, & Heber, & Eliel, et Abdon, et Zechri, & Hanam, & Hanania, et Alam, et Anathothia, et Iephdaia, et Phaniel filii Sefac. Et Samsari, et Sohoria, et Otholia, et Iersia, et Elia, et Zechri, filii Ieroham. Hi † patriarchæ, et cognationum principes qui ha-

bitauerunt in Ierusalem. In Gabaon autem habitauerunt Abigobaon, et nomen vxoris eius Maacha: filiusque eius primogenitus Abdon, & Suet et Cis, et Baal, et Nadab. Gedor quoque et Ahio, et Zacher, et Macelloth. Et Macelloth genuit Samaa. Habitaueruntque ex aduerso fratrum suorum in Ierusalem cum fratribus suis.

† Ner autem genuit Cis, et Cis genuit Saul. Porro Saul genuit Jonathan et Melchisua et † Abinadab et Esbaal. Filius autem Jonathan Meribbaal genuit Micha. Filii Micha Phithon et Melech, et Tharaa, et Ahaz: et Ahaz genuit Ioadia, et Ioadia genuit Almath, et Asmoth, et Zamri. Porro Zamri genuit Mofa: et Mofa genuit Banaa: cuius filius fuit † Raphata: de quo

† 1. Reg. 9. 1.

† Ammadab.

ortus est Elisa, qui genuit Asel. Porro Asel sex filii fuerunt his nominibus Ezricam, Bochrus, Ismahel, Saria, Obdia, et Hanan: Omnes hi filii Asel. Filii autem † Esec fratris eius, Vlam primogenitus: et Iehus secundus: et Eliphalet tertius. Fueruntque filii Vlam viri robustissimi, et magno robore tendentes arcum, et multos ha-

† Raphata.

E

† Asec.

^a Numerus referitur ad filios Vlam, vt sit sensus: fuerunt filii Vlam centum quinquaginta per hunc habitorem.

bentes filios ac nepotes vsque ad centum quinquaginta. Omnes hi filii Benjamin.

F

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Porro Saharaim genuit in regione Moab. Causa autem quare illuc iuit, subditur.
- 2 Postquam dimisit Husim & Bara uxores suas. quia forte erant adulteræ vel sibi ratiôsæ. & ideo ijs dimissis accepit aliam uxorem in regione Moab, de qua subditur.
- 3 Genuit autem de Hodis uxore sua. Et ceteros.
- 4 Mehufim verò genuit. Quæ fuit prima vxor Saarahim, vt prædictum est: genuit Abitob. & subditur.
- 5 Hæc ædificauit. nomina sunt ciuitatum, quas ædificauit Samad.
- 6 Et filias eius. id est, villulas adiacentes.
- 7 Baria autem & Sama. Baria hic est nomen viri.
- 8 Principes cognationum habitantium in Aialon. nomen est ciuitatis, de qua dicitur Iosue 10. cap. Sol contra Gabaonem moueris, & luna contra vallem Aialon.
- 9 Hi fugauerunt. scilicet Baria & Sama & socij eorum.
- 10 Fugauerunt habitatores Geth. Philistini enim qui habitabant in Geth, ascenderunt in sortem Benjamin ad depredandum, & ab istis de tribu Benjamin fuerunt debellati & fugati, sicut e conuerso filii Ephraim volentes depredati Gethæos, ab ipsis fuerunt debellati & occisi, vt dictum fuit cap. præced.
- 11 Et Ahio, & c. Nomina sunt virorum de Benjamin, qui fuerunt in debellatione Gethæorum, vsque ibi exclusiue.
- 12 Filij Elphaal Vbi incipit describere alias generationes.
- 13 Hi patriarchæ. id est, principales inter principes illius cognationis.
- 14 Qui habitauerunt in Ierusalem. Hæc enim ciuitas partim edificata in sortem Iude, & partim in sortem Benjamin, vt dictum fuit in lib. Iosue. & ideo non solum habitabant ibi aliqui de tribu Iuda, sed etiam aliqui de tribu Benjamin.

15 In Gabaon autem habit. Hic consequenter describitur cognatio Saulis regis in speciali, cum dicitur: In Gabaon autem habitauerunt. & c. In Hebræo habetur. Pater Gabaon. Et sunt duæ dictiones, & significant illum qui erat principalis in illa ciuitate, & quod ista sit vera litera, patet ex hoc, quod circa finem cap. seq. resumitur ista cognatio quasi sub eisdem verbis, & dicitur ibidem: In Gabaon autem commo sunt, & c. quando autem dicitur hic habitauerunt, subintelliguntur alij qui in eadem ciuitate habitauerunt cum isto principali.

16 Cis & Baal. ex hoc dicunt doctores quod Cis pater Saul, & Ner pater Abner principis militiae Saul fuerunt fratres, & per consequens Saul & Abner cognati germani, vt dictum fuit supra 1. Reg. 14.

17 Ner autem ge. Cis. Sed quomodo genuit eum, quia dictum est quod fuit frater eius? Ad hoc dicunt expositores communiter, quod fuit frater eius senior eo: & ideo mortuo patre iste Ner educavit & custodit Cis fratrem suum, & ex hac nutritione vocatur hic pater eius. propter quod iste Cis dicitur habuisse alium patrem naturalem 1. Reg. 9. a. vbi dicitur quod erat vir de Benjamin nomine Cis filius Abiel, & c.

18 Et Cis genuit Saul, vt habetur 1. Reg. ibidem.

19 Et Esbaal. iste 2. Reg. vocatur Isboseth, & successit Saul in regno fratribus suis interfectis.

20 Meribbaal. Iste est qui vocatur Miphiboseth 2. Reg. qui fuit commensalis David propter amorem Ionathæ patris sui, Cetera legantur prout iacent in litera vsque ibi.

21 Et multos habentes filios, & c. Aliqui habent milia, sed non est de textu, quia non est in Hebr. nec in libris correctis, & merito quia in tota tribu Benjamin non erant tot viri bellatores, & multo minus in generatione vnius hominis qui vocatur hic Vlam.

CAP. IX.

A a **V** *Nine. 1*

Hieron.

Sequitur.

Hieronym.

b *Nathinei.* Domum vel in huiusmodi militate seruientes. Hi sunt Gabaonitæ, quos Iosue victæ donauit, & seruitio templi deputauit, vt aquas & ligna portarent.


Iosue. 9. b.

* Theodor. Hæc ostendit scripturæ huius libri esse posteriorē captiuitate Nemo enim scribens historiam dicit quæ postea facta sunt: est enim propheta- rum proprium prædicare futura. Dicit autem quod etiam cū eis fuerunt captiui qui ante ipsos illam habuerunt terrā. Nam cum eis multi habitabant & Chananzæ & Hetthæi & Iebusei, & fuerunt socij calamitatis.

Quæst. in Paralip.

B *scripcionē huius libri esse posteriorē captiuitate Nemo enim scribens historiam dicit quæ postea facta sunt: est enim propheta- rum proprium prædicare futura. Dicit autem quod etiam cū eis fuerunt captiui qui ante ipsos illam habuerunt terrā. Nam cum eis multi habitabant & Chananzæ & Hetthæi & Iebusei, & fuerunt socij calamitatis.*

C



CAPVT IX.

a Per David vel per Salomonem vel per quemlibet alium regem.

Niuerfus ergo Israel dinumeratus est, & summa eorum scripta est in libro Regum Israel & Iuda. Translatique sunt in Babylonem propter delictum suum. Qui autem habitauerunt primi in possessionibus & urbibus suis Israel, & sacerdotes & Leuitæ, & Nathinei. Commorati sunt in Ierusalem de filiis Iuda & de filiis Benjamin. De filiis quoque Ephraim, & Manasse. Othei filius Ammiud filius Amri, filii Omrai, filii Bonni. De filiis phares filii Iuda, & de Siloni Asaia primogenitus & filii eius, De filiis autem Zara, Ichuel, & fratres eorum, sexcenti nonaginta. Porro de filiis Benjamin, Salo filius Mosollam filii Oduia, filii Afana, & Iobania filius Ierham, & Ela filius Ozi filii Mochori, & Mosollam filius Sapharix, filii Rahuel, filii Iebania, & fratres eorum per familias suas, nongenti quinquagintasex. Omnes hi principes cognationum per domos patrum suorum. De sacerdotibus autem Iedaia, Ioiarib, & Iachin. Azarias quoque filius Helcia filii Mosollam, filii Sadoc, filii Maraioth, filii Achitob, pontifex domus Dei. Porro Adaias filius Ierham, filii phassur, filii Melchix: Maasai filius Adiel, filii Iezra, filii Mosollam, filii Mosollamith, filii Emmer. Fratres quoque eorum principes per familias suas, mille septingenti sexaginta fortissimi robore ad faciendum opus ministerii in domo Dei. De Leuitis autem Semeia filius Asub filii Ezricam, filii Hasebia de

a Sa. in per Theglathphalanasar. partim per Nabuchodonosor.

Vel Eiam.

nit in templo domini in tempore Iosue, & dicitur pater Ioseph Jeremie prophetæ.

a Carpen-

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. IX.

Diuiso.

V *Niuerfus ergo, &c.* Superius descriptæ sunt generationes descendentes à filijs Iacob vsque ad transfugationem Babylonis, hic consequenter agitur de illis qui fuerunt post transfugationem, & diuiditur præfens capitulum in tres partes, quia primò ponitur continuatio respectu præcedentium. Secundo executio presentium, ibi: *Qui autem habitauerunt.* Tertio continuatio respectu sequentium, ibi: *In Gabaon autem.* Circa primum dicitur.

1 *Vniuersus ergo Israel, &c.* q. d. licet in precedentibus genealogiæ filiorum Israel sint descriptæ, hoc tamen est breuiter & chronicè: sed numerus dictarum genealogiarum alibi descriptus est perfectius, & ubi scriptus sit hic ostendit cū subdit.

2 *Et summa, &c.* Dicit autem glos. Hebr. quod liber iste ubi scriptæ sunt genealogiæ perfectè vsque ad minima non habetur, sicut nec liber Abiæ Silonitis & Ado videtis, & plures alij libri qui in scriptura allegantur, nec tamen habentur. Aliqui verò exponunt de numeratione facta per Ioab de precepto David, qui continetur 2. lib. Reg. 24.

3 *Translatique, &c.* Non fit hic mentio de translatione filiorum Israel quæ facta fuit per Theglathphalanasar regem Assyriorum, de qua habetur 4. Reg. 15. nec de illa quæ facta est per Salmanasar nono anno Osee, de qua habetur 4. Reg. 18. quia de istis duabus captiuitatibus non redierunt ad terram Israel, sed de tertia captiuitate quæ facta fuit per Nabuchodonosor regem Babylonis, qui transfudit illos qui habitabant in regno Iuda, scilicet tribum Iuda & Benjamin & Leui quia de ista captiuitate post septuaginta annos redierunt in Ierusalem & in terra Israel de licentia Cyri regis Persarum, vt habetur 2. Paral. vlt. capit. & 1. Esdræ. 1. d. & aliqui redierunt in proprijs personis, qui adhuc vivebant, vt habetur 1. Esdræ 3. quod fundato templo secundo, illi qui viderant primū templum, flebant, alij autem redierunt in filijs: in quibus patres manent aliquo modo. Sciendum tamen, quod de alijs tribubus aliqui euaserunt manus Theglathphalanasar & Salmanasar, qui venerunt ad habitandum in regno Iuda. Sed isti postea fuerunt translati in Babylonem per Nabuchodonosor cum alijs, & de captiuitate redierunt cum ipsis aliqui in proprijs personis. Qui nondum erant mortui, & aliqui in filijs suis, vt habetur int. 2.

4 *Qui autem, pri.* Hic consequenter agitur de illis qui redierunt, & primò de tribubus in generali, secundo de tribu Leui in speciali, ibi: *De sacerdotibus autem.* Circa primū dicit. *Qui habi. pri.* id est,

id est, primò redeuntes de captiuitate Babylonica.

5 *In vbi. &c.* Et quod de illis loquitur, patet per similem modum loquendi de illis 1. Esdræ 2. ubi dicitur: *Hi sunt autem provincie filij qui ascenderunt de captiuitate & sequitur: Et reversi sunt in Ierusalem & Iudæam unusquisque in ciuitatem suam.* Et in fine ca. dicitur: *Habitauerunt ergo sacerdotes & Leuitæ de populo & cantores & tonitores & Nathinei in urbibus suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus suis.* 6 *Et Nathinei.* Isti erant Gabaonitæ ad Iudæam conuersi, & fuerunt deputati ad portandum aquas & ligna ad locum cultus diuini, vt habetur Iosue 9.

7 *Commo. &c.* in reditu de captiuitate Babylonica solliciti fuerunt illi qui prædebant populo, vt ciuitas Ierusalē habitaretur, eo quod ibi reedificatū fuit templū ad cultū diuinum, sed multi de populo magis volebant habitare in alijs locis Iudææ ad colendum agros & vineas & consimilia, & quia habitatoribus in Ierusalē imminabant pericula ab aduersariis eo quod ciuitas illa erat odiosa gentibus habitantibus in Samaria & ciuitatibus circumadiacentibus. Vnde & frequenter impedierunt reedificationem templi & ciuitatis, vt patet Esdræ 1. & 2. in pluribus locis, propter quod aliqui de populo Israel qui erant deuotiores obtulerunt se voluntarie ad habitandū in Ierusalem: propter quod benedixit illis Deus, vt haberetur Neemiæ 11. sed quia illi nō sufficiebant, misse sunt fortes ad determinandum qui habitarent de singulis tribubus in Ierusalem, vt habetur ibidem. Sciendum autem quod istorum habitantium in Ierusalem numeri & nomina in pluribus variantur hic & Neemi. 11. cuius variationis triplex ratio assignatur. Prima est quod non integraliter exprimiuntur in vtroque loco, sed partim hic, & partim ibi: propter quod aliqui hic tacentur qui ibi exprimiuntur, & e conuerso. Secunda ratio est, quia plures de istis fuerunt binomij vel trinomij, & sub uno nomine hic exprimiuntur, & ibi sub alio. Tertia est, quia idem nomen aliquando variatur in Hebreo, sicut & in Latino, vt frequenter dictum est, & propter talem variationem videntur aliquando variari personæ, quæ tamen sunt eadem, & sic possunt solui dissonantiæ apparentes, & discutatur litera sicut iacet.

8 *De sacerdotibus.* Hic consequenter agitur de tribu Leui in speciali, & primo de sacerdotibus, & patet litera vsque ibi.

9 *Fili Sadoc.* iste fuit alius ab illo Sadoc quem constituit Salomon tum tum sacerdotem pro Abiathar 3. Reg. 2. & longo tempore posterior illo.

10 *De Leuitis autem.* Postquam enumerauit sacerdotes, consequenter enumerat Leuitas secundum nomina & officia.

Bachar

a *Carpentarius.* Hieron. Bachbathar carpentarius idcirco describitur, quia artificio suo fungebatur in domo domini, & erat de tribu Leui.

b *Idithun.* cantoris Dauid, scilicet, Obseruabat enim in porta regis ad Orientem de filiis Leui per vices suas cantores & vicissim ad psallendum cum Dauid conueniebant, quia antequam templum edificaretur in palatio erat arca testamenti, & ibi seruebant editui.

c *Sellum vero fi. Co.* Prior Cora: per Aleph scribitur, & sonat Cora. secundus per He, & sonat Core. Cora clamans, Core caluus interpretatur. Hic est qui in Numeris seditionem mouit contra Mosen

d *Custodes vest.* quia custodiebant exterius ostium tabernaculi. Patres vero eorum qui subter scribuntur, & qui in psalterio titulos habent, custodiebant interius ostium, & cantores erant.

e *Phinees au.* Nepos Aaron, qui adhuc vivebat, vt tradunt Hebraei, & vices ministrorum ordinabat. Sunt autem vices vigintiquatuor quas Dauid ordinauit ad ministerium tabernaculi. Vnde in euangelio: Zacharias de vice Abia.

f *His quatuor Leuitis,* etc. Qui fuerunt hi quatuor Leuitae quibus omnis numerus creditus erat ianitorum, demonstratur cum dicitur: *De Hofa autem id est,*

a *¶ Alias Bachazar.* **b** *¶ Qui artificio suo fungebatur in domo domini: & erat de tribu Leui.* **c** *¶ Alias Galaal.*

a filiis Merari Bachar quoque carpentarius, & Galaal, & Mathania filius Micha, filij Alaph. Et Obdia filius Semeiz, filii Galaal, filij Idithun. Et Barachia filius Asa, filii Elcana qui

b habitauit in atrijs Nethophati Ianitores autem Sellum & Accub, & Telmon & Ahiman, & frater eorum Sellum princeps, & vsque ad illud tempus in porta regis ad Orientem obseruabant per vices suas de filiis Leui. Sellum vero

c filius Cora filii Abiasaph filii Core cum fratribus suis, & domo patris sui, hi sunt Coritae super opera ministerij custodes vestibulorum tabernaculi testimonij & familiae eorum per

d vices castrorum domini custodientes introitum. Phinees autem filius Eleazari erat dux eorum coram domino. Porro

e Zacharias filius Mosollamia, ianitor portae tabernaculi testimonij. Omnes hi electi in ostiarios per portas. CCXij, & descripti in villis proprijs, quos constituerunt Dauid & Samuel

f videns in fide sua, tam ipsos quam filios eorum in ostijs domus domini, & in tabernaculo vicibus suis. Per quatuor

g ventos erant ostiarij, id est, ad Orientem & ad Occidentem, ad Aquilonem & ad Austrum. Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbathis suis de tempore vsque ad tempus. His quatuor Leuitis creditus erat

h omnis numerus ianitorum, & erant super exedras & thesauros domus domini. Per gyrum quoque templi domini morabantur in custodijs suis, vt cum tempus fuisset, ipsi mane aperirent fores. De horum grege erant & super vasa ministerij. Ad numerum enim inferebantur vasa & efferebantur.

i De ipsis & qui credita habebant utensilia sanctuarij, praerant similia, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. Filij autem

k sacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant. Et Mathathias Leuitae primogenitus & Sellum Coritae praefectus

l *¶ Congregatione Leuitarum*

m *¶ Quae ad sacrificia pertinebant.* **n** *¶ Quibus coniciebantur vnguenta & thymiamata.*

o *¶ Christus primogenitus mortuorum & princeps regni terrae.*

p *¶ Domini Dei.* **q** *¶ Euulsiio vel dimissio.* **r** *¶ Dissipans vel disperdens.*

s *¶ In domo tabernaculi in vigilijs.*

t *¶ Septimo die.*

u *¶ Cubicula.*

v *¶ Quia eorum erat custodia agere & aperire fores singulo mane.*

w *¶ Gal. 5. d.*

x *¶ In fide.*

y *¶ a Panes*

z *¶*

aa *¶*

ab *¶*

ac *¶*

ad *¶*

ae *¶*

af *¶*

ag *¶*

id est, de filiis Merari, Semri princeps, & c. vt habetur in cap. 26. b. Quatuor principes ianitorum sancti doctores sunt, & quatuor euangelis ostium fidei seruantes patefaciunt credentibus, & concludunt blasphemantibus, quibus cum Petro clauis commissa sunt. Hi per quatuor ventos ostia custodiunt, quia per quatuor plagas mundi gentes ad fidem vocant, & ecclesiam vigilanter seruant.

Marth. 16. c.

g De horum grege erant & super vasa ministerij. Mystice de coetu sanctorum praedicatorum ordinantur, qui super vasa domini, id est, animas fidelium (in quibus voluntas Dei quotidie ministratur) peruigilem habent custodia, Sub eorum custodia est similia, vinum & oleum, quibus sacramenta corporis & sanguinis domini conficiuntur, & spiritu sancti gratia spirituali victione traditur. Ipsi thus orationum, & aromata virtutum in ecclesia componunt, & in conspectu domini vinum acceptabile reddunt.

† uillis. Mystice. Rabbanus. † fratres eorum. † hac vsque.

† per turbas vel per castra, aut in castris. † vel i castris.

E

† In domo tabernaculi in vigilijs.

† septimo die.

† cubicula.

† quia eorum erat custodia agere & aperire fores singulo mane. Gal. 5. d.

* in fide.

F

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Bachar quoque carpentarius.* Iste sic nominatur, quia praerant alijs carpentarijs in opere domini. Leuitae enim talia opera mechanicam non faciebant, sed in ministerijs domus domini seruebant.

2 *In por. re. vi. ori. obser.* Licet enim domus regia tunc esset destructa, tamen loca circa templum retinebant omnia praecedentia ante captiuitatem Babylonicam.

3 *Phinees autem filius Eleazari.* Dicunt aliqui quod iste fuit Phinees nepos Aaron, & tunc cum dicitur hic.

4 *Dux eorum.* Non est referendum ad illos Leuitas qui ministrabant in secundo templo post reditum captiuitatis Babylonicae fundato, sed ad illos Leuitas qui in proprijs officijs fuerunt instituti per Mosen & Aaron, vt habetur lib. Num. Videtur tamen melius dictum, quod iste Phinees fuit alius ab illo & multo tempore posterior, videlicet post reditum captiuitatis Babylonicae, & praefuit Leuitis hic praenominatis. Vnde & iste Phinees inter Leuitas ponitur. Alius vero fuit sacerdos succedens in summo sacerdotio patri suo, vt habetur Num. 25. nec est inconueniens, quod in diuersis temporibus pater & filius in eadem cognatione vel diuersis similiter nominentur, & ideo iste Phinees & Eleazar pater eius fuerunt alij ab illis qui in lib. Num. similiter nominantur.

5 *Quos constituit Dauid.* Non quod constituerunt istos in personis proprijs, sed antecessores eorum instituendo in istis officijs. Sciendum quod Dauid post mortem Samuelis istos ordines instituit, sed quia Samuel de hoc ipsum in formauerat, ideo dicitur cum ipso eos instituisse.

6 *In fide sua.* Iste potest referri ad Dauid & Samuelem, quia fideliter instituerunt, & ad institutos, quia fideliter excuti sunt.

7 *Per quatuor ventos erant ostiarij, id est, ad Orientem & ad Occidentem, & c.* Licet enim in templo esset tantum vnum ostium, scilicet, in parte Orientali, tamen in atrijs quae erant in circumitu erant introitus plures secundum quatuor partes mundi.

8 *Fratres autem eorum in viculis morabantur, videlicet extra Ierusalem & in alijs partibus Iudaeae, quia non omnes erant necessarii ad ministrandum simul in templo, sed per vices veniebant in Ierusalem ad ministrandum, & postea ad loca propria recedebant.*

9 *His quatuor Leuitis creditus erat omnis, & c.* qui erant principales in quatuor ostijs praedictis.

10 *Creditus erat omnis numerus ianitorum.* quia hoc erat in dispositione ipsorum.

11 *Et erat super exedras & thesau.* id est, habitacula circa templum edificata.

12 *Ad numerum enim inferebantur vasa & efferebantur.* Ad ministrandum in ipsis.

13 *Et qui credita habebant utensilia sanctuarij.* scilicet, suae custodie commissa.

13 *Praerant simile, & vino, & oleo.* id est, farinae de tritico purgatissimae, de qua fiebant panes propositionis.

14 *Et vino.* de quo fiebant libamenta.

15 *Et oleo.* quo concinnabantur lucernae.

16 *Et thuri, & aromatibus.* De quibus fiebat thymiamata. Cetera patent in litera.

A Panes erant prope. Duo & duo diuisim coquebantur ante sabbathum secundum Iosephum, & sabbatho mane super mensam ponebantur, de quibus in Leuitico plenus diximus.

B Capita Leuitarum per familias suas. Dignum est, vt quanto quis praelatus est ceteris, tanto deuotior sit in diuinis officiis. Ille bene principatum ministerij seruat, qui studet manere in Ierusalem, id est, in visione pacis, vt tumultus seculi & voluptates carnis fugiat & quietem mentis in contemplatione Dei habeat, dicens cum Psalmista: *Latus sum in his que dilexerunt michi.*

C Iahiel, qui in Regum Ahiel pater Cis patris Saul, & interpretatur pater meus Deus. Iahiel dicitur Dei, forte pro meritum distantia. Et notandum quod inter filios Iahiel Cis & Ner fratres vocantur & sunt

Leu. 24. 2. [†] facerum a-lio loco dictu est.

Pal. 131. 2. 1. Reg. 14. 8.

& sunt: & in Regum ita habetur: in sequentibus vero dicitur quod Ner genuit Cis, non quod genuerit, sed quod educauerit.

D Abinadab. Hic vt in Regum cum patre occisus narratur: Abinadab vocatur, & interpretatur, Abinadab pater meus votum. Aminadab populus meus votum.

E Ebaal. Ignis maritus, hic est Isboseth, id est, vir confusionis.

F Meribbaal. Litigans in maritum, hic est, Miphiboseth, qui interpretatur, de ore ignominia.

G Bochrus. Hieronymus Bochrus interpretatur primogenitus. Tradunt enim eum armigerum Saul Doech Idumzum fuisse, & puerum qui diadema & armillam Saul detulit ad Dauid filium Doech Idumzi. Ipsum etiam Doech ferunt puerum Saul fuisse, qui cum eo perrexit ad requirendas asinas patris sui.

erat eorum que in sartagine frangebantur. Porro de filiis Caath fratribus eorum, super panes erant propositionis, vt semper nouos per singula sabbatha prepararent. Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarum, qui in exedris morabantur, ita vt die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirent. Capita Leuitarum per familias suas principes manserunt in Ierusalem. In Gabaon autem commorati sunt pater Gabaon Iahiel, & nomen vxoris eius Maacha. Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab. Gedor quoque, & Ahio, & Zacharias, & Maceloth. Porro Maceloth genuit Samaam. Illi habitauerunt in regione fratrum suorum in Ierusalem cum fratribus suis. Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul, & Saul genuit Ionatham, & Melchisua, & Abinadab, & Ebaal. Filius autem Ionatham Meribbaal, & Meribbaal genuit Micha. Porro filii Micha Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz. Ahaz autem genuit Iara: & Iara genuit Alamath, & Azmoth, & Zari Zari autem genuit Mofa, Mofa vero genuit Banaa: cuius filius Raphaia genuit Elafade quo ortus est Afel. Porro Afel sex filios habuit his nonini b^o, Ezricam, Bochrus, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan, hi filii Afel.

NICOLAUS DE LYRA.

I In Gabaon autem. Hic ponitur continuatio ad sequens capitulum,

tulum, vbi agitur de translatione regni ad Dauid post mortem Saulis, & ideo resumitur genealogia Saulis que posita est cap. preced. & ideo exponatur sicut ibi.

C A P. X.

Philisthim, etc. Multis omissis que in libro Samuelis de samuele & Saule narrat historia, casum Saul & familie eius commemorat.

Mystice innuunt, quia non est necesse vitam eius describere, cuius impia conuersatio sine celerem meruit accipere, & figurate regni Iudaeorum, & sacerdotij veteris finem demonstrat. Ad Dauid se transferat, cuius facta & dispensationem regni contexit, qui typum tenet veri Dauid regni celi & terre possidentis. Quo imminente Philisthim more suo pugnant contra Israel, & vincunt: quia appropinquante gratia Gentes sicut ante castitatem Israeliticæ fidei oppugnabant: nunc mala opera, nunc idololatriæ cultu ostendendo, sicut Balaam docebat Balaac mittere scandalum coram filiis Israel edere & fornicari.

sessionem acceperunt, significant eos, qui misericordie con-
tenti, arcem virtutum turbulentiã huius seculi transcen-
dendo non appetunt, sed tamen mandata Dei opere exerce-
re non negligunt.

Quia vero nemo
hæc agit nisi do-
no Dei, is præpo-
situs dicitur esse
Afabias, id est,
faciente domi-
no, vt dicant
cum propheta.
Omnia opera nostra
operatus est in vo-
bis.

e. Hebronitarum au-
tem princeps fuit Je-
ria secundum fami-
lias, & cognationes
eorum.

In Hebron cœpit
David regnare,
qui significat eos,
qui bene conuer-
sari incipiunt, &
David in vita-
sua parant regnũ.
Hebronitis Je-
rias, timens do-
minum princeps
est, quia initium
sapientiæ timor do-
mini. Hebron ve-
ro interpretatur
coniugium, qui
enim timet profi-
cit, vt amet, &
foras mittat timo-
rem.

uisiones ianitorum filiorum Core, & Merari. porro Achias erat su-
per thesauros domus domini, ac vasa sanctorũ. Filii quoq Ledan,

filij Gersonni De Ledan principes familiarum, Ledan, & Gersonni
Iehieli. Filij Iehieli Zuthan, & Ioel, fratres eius, super thesauros do-
mus domini. Amamitis, & Isaaritis, & Hebronitis, & Ozielitis. Su-
bael autem filius Gerson filij Moyfi, præpositus thesauris, frēs quo-
que eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius filius Isaias, & huius

filius Iorã Huius quoque filius zechri, sed & huius filius Selemith.
Ipse Selemith, & fratres eius sup thesauros sanctorum, quæ sanctifi-
cauit David rex, & principes familiarum, & tribuni, & ceturiones,
& duces exercitus de bellis, & manubiis præliorum, q̄ consecraue-
rant ad instaurationem, & supellectilem templi domini. Hæc autẽ
vniuersa sanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis, & Abner fi-
lius Ner, & Ioab filius Saruię. Oēs qui sanctificauerant ea per manũ

Selemith, & fratru eius. Isaaritis vero præerat Chonenias, & filii eius
ad opera forinsecus super Israel ad docendum, & iudicandum eos.
porro de Hebronitis Hafabias, & fratres eius viri fortissimi mille se-
ptingenti præerant Israeli trans Iordanem contra Occidentem, in-
cunctis operib domini, & in ministerium regis. Hebronitarum au-
tem princeps fuit Ieria secundum familias, & cognationes eorum.

Quadragesimo anno regni David recensiti sunt & inuenti sunt viri
fortissimi in Iezer, Galaad, fratresque eius robustioris ætatis duo mi-

lia septingenti principes familiarum. præposuit autem eos David
rex Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse, in omne mi-
nisterium Dei, & regis.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

de quo dicitur Ierem. 1. Ab Aquilone pandetur omne malum.
Australis eius ascensionem, sicut in puncto Australi sol visibilis est in
sua maiori altitudine, p ista enim quatuor Christi mysteria habemus
introitum ad atrium ecclesiæ militantis, vt per hæc postea accedamus
ad templum ecclesiæ triumphantis.

Moraliter. Secundum vero sensum moralem porta Orientalis designat huma-
næ originis utilitatem. Porta Occidentalis mortis propinquitatem. Por-
ta Aquilonaris infernalis supplicii grauitatem, quia ab Aquilone
pandetur omne malum, ut supra dictum est. Australis vero cele-
stis gaudii immensitatem, quia ibi sol iustitiæ licet in sua uirtute. Ter-
considerationem. n. solum quatuor resiste homo a peccato, & incipit
bonum operari, & sic per ista quasi per quatuor portas habet introi-
tum ad atrium militantis ecclesiæ, per participationem meritouum, ut
sic ulterius transeat ad atrium triumphantis ecclesiæ per adeptionem
premorium.

1. Porro Achias erat super thesauros domus domini, &c.
Hic consequenter agitur de ordinatione sacristarum, & præfectorum,
& primo agitur de sacristis, secundo de præfctis, ibi: Isaaritis, sacri-
sts autem dicebantur illi, qui custodiebant vasa diuino cultui deputa-
ta, & sacerdotum ornamenta, & ea quæ erant in sacrificiis, & cultu
diuino necessaria, & aurum, & argentum, & similia, quæ ex deuotio-
ne fuerant domino consecrata, & pater litera vsque ibi.

2. Que sanctificauit David rex, & principes familiarum, &c.
Quando, n. habebant vniuersa solentiam, p̄cusa quæ ibi reperie-
bantur in præda principes bellatorum offerebant, vel partem eorum
consecrando diuino cultui, ita quod non possent alijs usibus applicari,
& hoc legitur esse factum a tempore Moyfi, quando deuentis Madianiti-
tis principes exercitus quicquid aui inuenerunt in prædam consecra-
uerunt domino, ut habetur Num. 31. in fi.

3. Hæc autem vniuersa sanctificauit Samuel videns, & Saul.
Hoc non refertur ad ea, quæ fuerunt sanctificata, vel consecrata domi-
no per David, & bellatores suos, qui fuerunt post Saul, sed ad ea, quæ
fuerunt

fuerunt sanctificata, & consecrata domino, ex prædis victoriarum,
quas habuerunt Saul, & principes eius.

4. Et Ioab filius Saruię. istud refertur ad tempus David, cuius mi-
litie princeps fuit Ioab.

5. Isaaritis vero præerat Chonenias, &c. Hic consequenter agi-
tur de præfctis in operibus exterioribus, & hoc est quod dicitur.

6. Ad opera forinsecus super Israel, & ad docendum, &c. Ali-
qui, n. de Leuitis scientes legem fuerunt ordinati ad docendum popu-
lum in locis distantibus a Ierusalem, & ad determinandum dubia in
quib. simplices dubitabant. Hebræi tamen aliter exponunt quod dicitur
hic. ad opera forinsecus super Israel, &c. dicentes, quod isti
Leuitę fuerunt ordinati ad hoc, quod caderentur ligna cetrina in Liba-
no, & ad adducendum ea in Ierusalem, similiter ad abscindendos lapi-
des de montib. pro reparatione eorum, quæ in templo, vel circa templũ
essent renouanda, vel de nouo edificanda, & quantum ad hoc dicitur
doctores iudices, qui præerant operariis, & disponebant quid eẽt agen-
dum, & puniebant transgressores mandatorum suorum.

7. Porro de Hebronitis Hafabias, & fratres eius, &c. i. de Le-
uitis descendens ab Hebron, de quo dictum est supra.

8. Præerant Israeli trans Iordanem contra Occidentẽ, &c.
vbi habitabant duæ tribus, & dimidia.

9. In cunctis operib. domini, & in ministerium regis. erant.
n. ibi aliquæ vineæ, & agri domino consecrati, quorum prouentus cede-
bant in ministerium templi. Erant etiam ibi aliqui redditus, & prouẽ-
tus pro rege colligendi, & in utroque officio erant ibi instrui.

10. Quadragesimo anno regni David recensiti sunt, & in-
uenti, &c. i. prædictæ enumerationes, & distinctiones Leuitarum fa-
cta fuerunt quadragesimo anno regni David, qui fuit ultimus annus, s.
vita sua, istud autem hic exprimitur, quia numeri, & ordines bellato-
rum, qui ponuntur capitulo sequenti fuerunt a principio regni David.
Quod patet ex hoc, quod Asael frater Ioab nominatur princeps in
quarta turma, & tamen ipse fuit occisus circa principium regni Da-
uid cum adhuc esset contentio inter domum David, & domum Saul de
regno, vt habetur 2. Reg. 2.

* CAP.

C A P. XXVII.



FILII autem Israel secundum numerum suum principes familiarum tribuni, & ceterationes, & praefecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas, ingredientes, & egredientes per singulos menses in anno

vigintiquatuor milibus singuli praerant. primae turmae in primo mense, Iesboam praerat filius Zabdiel: & sub eo vigintiquatuor milia. De filiis Phares, princeps cunctorum principum exercitus mense primo. Secundi mensis habebat turmam Dudia Ahohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus vigintiquatuor milium. Dux quoque turmae tertiae in mense tertio, erat Banaias filius Ioiaedae sacerdotis: & in diuisione sua vigintiquatuor milia. Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. praerat autem turmae ipsius Amizadab filius eius. Quartus, mense quarto, Azahel frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum, & in turma eius vigintiquatuor milia. Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Iezerites, & in turma eius vigintiquatuor milia. Sextus, sexto mense, Hira filius Acces Thecutes, & in turma eius vigintiqua-

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XXVII.



Filii autem Israel. Hic consequenter describitur ordinatio populi ad regem, & ad Deum. Tunc enim populus est bene ordinatus, quando est obediens regi, & rex diuinae uoluntati, talis autem fuit Dauid, & in principio regni sui facta sunt ista ordinatio, ut dictum est praecedent. capitulo.

tamen ponitur hic quasi per modum repetitionis, quia uoluit similem ordinationem esse in regno filii sui Salomonis. Circa quod primo ponitur ordinatio militaris, secundo popularis, ibi: Porro tribubus, tertio familiaris, ibi: Super thesauros autem regis. Circa primum sciendum, quod Dauid distinxit milites per 12. cohortes, & in qualibet erant 24. milia bellatorum, ita quod prima cohors erat cum rege primo mense, parata ad resistendum aduersariis, vel ad sedandum populum, si aliqua seditio oriretur, & secunda cohors in secundo mense, & sic de aliis consequenter, tamen quando imminabat bellum ubi oportebat congregare maiorem exercitum omnes 12. cohortes erant paratae, & essent cum rege. In ordine igitur istarum cohortum ostenditur hic quis fuerit princeps in prima cohorte, & quis in secunda, & sic de aliis, & patet littera ex dictis, paucis exceptis.

2 Primae turmae. i. primae cohorti militum.

3 Iesboam praerat filius, &c. iste sup. 11. cap. uocatur Iesbaa, ista nomina variantur (sicut frequenter de propriis Hebraicis dictum est) in principio, vel in fine.

4 De filiis Phares, &c. de qua tribu erat Dauid, & ideo uoluit i-

stam

M O R A L I T E R.

† 1 Filii autem Israel. Post ordinationem ministrorum in domo domini, hic consequenter ponitur ordinatio ministrantium regi in diuersis officis regni sui. Et primo ponitur ordinatio militaris, secundo popularis, tertio familiaris. Quantum ad primum describuntur hic 12. principes existentes cum rege per singulos menses successiue, & quilibet princeps habebat sub se 24. milia pugnatorum.

ALLEGORICE uero per istos 12. principes significati fuerunt 12. apostoli, de quibus dicitur Ps. 44. d. Constitues eos principes super omnem terram, &c. Per 24. milia pugnatorum sub quolibet principe, significati fuerunt martyres sancti, qui assignati

tuor milia. Septimus mense septimo, Helles phallonites de filiis Ephraim; & in turma eius, vigintiquatuor milia. Octauus, mense octauo, Sobochai Hufathites de stirpe Zarahi, & in turma eius vigintiquatuor millia. Nonus, mense nono, Abiezer Anathothites † de filiis Iemini: & in turma eius vigintiquatuor milia. Decimus, mense decimo, † Marai, & ipse Netophathites de stirpe zarahi, & in turma eius vigintiquatuor milia. Vndecimus, mense undecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephraim et in turma eius vigintiquatuor milia. Duodecimus, mense duodecimo Holdai. Netophathites de stirpe Gothoniel, et in turma eius vigintiquatuor milia. Porro tribubus praerant in Israel: Rubenitis dux Eliezer, filius zechri; Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha, Leuitis, Hafabias filius Chamuel. Aaronitis, Sadog. Iudaitis, Eliu frater Dauid, Issacharitis, Amri filius Michael. zabulonitis, Iesmaias filius Abdiae: Nephtalibus, Ierimoth filius Oziel: filijs Ephraim Osee filius Ozaziu: Dimidiae tribui Manasse, Ioel, filius Phadaiae, et dimidiae tribui Manasse in Galaad, Iaddo filius zachariae: Benjamin autem, Iasiel, filius Abner: Dan uero, Ezriel, filius Ieroham. Hi principes filiorum Israel. Noluit autem Dauid numerare eos a uiginti annis inferius, quia dixerat Dominus, ut multiplicaret Israel quasi stellas caeli. Ioab filius Saruiae coe-

stum honorare, non solum propter probitatem, sed propter tribus identitatem, unde subditur.

5 Princeps cunctorum principum, &c. quia non solum praerat prima turma, imo etiam principes aliarum 11. turmarum erant sub eo.

6 Praerat autem turmae ipsius, &c. s. Banaias.

7 Amizadab filius eius, s. sub patre, & quando pater non poterat intendere, quia erat regis consiliarius, ut habetur sup. 2. cap.

8 Quartus mense quarto, Azahel. ex quo patet quod ista ordinatio militum facta fuit uiuente adhuc Azabele.

9 Et Zabadias filius eius post eum. quia Azahel parum uixit post istam ordinationem, quia fuit occisus circa principium regni Dauid, ut habetur 2. Reg. 2. c.

10 Porro tribubus. Hic consequenter describitur ordinatio popularis, & accipitur secundum tribus, quia cuiuslibet praerat unus praefectus ex parte regis, qui leuabat censum ad prouidendum regi, & domui eius, & ostenditur hic quis cuiuslibet tribui praerat, & patet littera usque ibi.

11 Noluit autem Dauid, aliqui libri habent, Voluit, sed male, quia Ioab de mandato Dauid numerauit solum populum, qui poterat ad bellum procedere, & hoc est a uiginti annis, & supra: infra autem noluit enumerare, cuius causa subditur.

12 Quia dixerat dominus, &c. q. d. si uix potuerunt numerari uiri potentes ad bellum procedere, multo minus possent numerari, si cum uiris numerarentur etiam pueri?

13 Ioab filius Saruiae, &c. ut habetur sup. 2. 1.

* 1 Nec

nummati apostolorum exemplo fortes facti sunt in bello. Et ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato. Nam martyres sunt in maiori numero, quam numerus 24. militum per duodenarium multiplicatus, sicut de angelis dicitur Danielis 7. c. Milia milium ministrabant ei, &c. Secundum enim omnes doctores de hoc loquentes, angeli sancti sunt in numero multo maiori, sicut plenius dixi super Danielem.

10 Porro tribubus. Hic describitur ordinatio popularis, populus autem Israel per 12. tribus distinguebatur, hic autem cuiuslibet tribui ad eius regimen unus dux assignatur, per hoc autem uidetur significari, quod in bono regimine populi Christiani cuiuslibet villae notabili debeat unus praesidens praepositus assignari, qui faciat inter homines iustitiam obseruari.

Tom. 2.

NN 2

4 Thesaurus

C A P. XXVII.

P. Abbanus.

1. Paral.

numero ver-
locum dicitur.

Rabbanus.

Pycomorus

Proo 16.3

A Non est relatus in fastos, quia superueniente ira conturbatus est numerus, nec iuxta eum fuerunt distributi in ministeria.

B Super thesauros autem m. HIERONYMVS. Thesauros in hoc loco non sunt pecuniam, sed & omnes substantias notant. Ionathan autem patris Dauid, conuiliatus, ipse est Nathan propheta. Patris uero honoris, & propinquitatis causa vocatur.

Thesaurus Christi scientia, sapientia, virtutis, ex his honorat feruientes tibi. His praeficitur Azmoth, qui interpretatur fortis morte, doctrina enim uiri per patientiam dignoscitur, unde. *Mior est patiens uero fortis.* Azmoth enim filius Adiel, qui interpretatur pater meus Deus. Quicquid enim sancti uirtutum habent Deo at tribuunt.

perat numerare, nec compleuit: quia super hoc ira irruerat in Israel, & i seireo numerus eorum, qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis Dauid. Super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adiel. His autem thesauris, qui erant in uribus, & in vicis, & in turribus praesidebat Ionathan filius Ozia. Operi autem rustico, & agricolis, qui exercebant terram, praerat Ezri filius Chelub. Vinearum quoque cultoribus Semeias, Ramathites. Cellis autem uinariis Zabdius Saphonites. Nam super oliueta, & ficeta, quae erant in campestribus, Balanam Gaderites. Super apothecas autem olei, Ioas. Porro armentis, quae pascebantur in Saron praepositus fuit Segrati Saronites. Et super boues in vallibus Saphat filius Adli. Super camelo uero Vbil Ismaelites, & su-

tem boni operis fructum congregat in uitam eternam. Oliueta, & ficeta, quae erant in campestribus, &c. In his oliueta, & ficus sunt, & significant coetus sanctorum, qui misericordiae oleum habent in pectore, & mansuetudinis dulcedinem in moralitate. Quae uirtutes in campestribus, quae erant in propa-

1 perat numerare, nec compleuit: quia super hoc ira irruerat in
2 Israel, & i seireo numerus eorum, qui fuerant recensiti, non est
3 relatus in fastos regis Dauid. Super thesauros autem regis fuit
4 Azmoth filius Adiel. His autem thesauris, qui erant in urbi-
5 bus, & in vicis, & in turribus praesidebat Ionathan filius Ozia.
6 Operi autem rustico, & agricolis, qui exercebant terram, pra-
7 erat Ezri filius Chelub. Vinearum quoque cultoribus Semeias,
8 Ramathites. Cellis autem uinariis Zabdius Saphonites. Nam
9 super oliueta, & ficeta, quae erant in campestribus, Bala-
10 nam Gaderites. Super apothecas autem olei, Ioas. Porro
11 armentis, quae pascebantur in Saron praepositus fuit Se-
12 grati Saronites. Et super boues in vallibus Saphat fi-
13 lius Adli. Super camelo uero Vbil Ismaelites, & su-

14 rulo, & presso sunt om-
15 nibus, nec acceptione
16 psonarum, sed bonae
17 uoluntatis rectitudine
18 quaerunt auditoribus
19 suis.
20 f Balanam Gaderites.
21 Balanam, qui inter-
22 pretatur habens gra-
23 tiam, super oliueta,
24 & ficeta constitui-
25 tur. Ex Dei enim gra-
26 tia datur bonorum
27 operum ubertas. Ioas
28 uero, qui interpretatur
29 sperans, uel domi-
30 ni robor, apothecas
31 olei custodit, quia
32 nemo peruenit ad
33 premium, nisi qui per
34 robor mentis fiducia
35 spei tendit ad caeleste
36 regnum.
37 g Saphat. Qui inter-
38 pretatur, iudicauit, fi-
39 lius Abdi. i. patris gra-
40 tiae, significat apostolos aliis doctoribus electione domini
41 praefectos, quibus dicitur. *Sedebitis, & uos super duodecim sedes
42 in uicibus Israel.*
43 h Super camelo uero Vbil Ismaelites, & super asinos Iudias. De for-
44 mia, & immunda sunt haec animalia, & significant Gentiles
45 peccato distortos, & libidine immundos, sed in regnum no-
46 stri Dauid uenientes habent magistros Vbil, & Iudias, qui
47 spernentes philosophiam, & inanem fallaciam mundi, elegerunt
48 simplicitatem euangelii, tanquam humiles, & despecti
49 unde. *Si quis uidetur inter uos sapiens esse, stultus fiat.*

C *Hus autem thesauros.* Ille, uerum Salomonis thesauris in uribus, vicis, & turribus merito praetertur, qui dignitatem nominis Ionathae, & patris eius Oziae fide praefert, & opere. Ionathas, n. donum Dei, & Ozias fortitudo domini. Qui, n. dono Dei accipit lumen scientiae, & rectitudinem fidei fortiter seruat in opere, ecclesiarum Dei curam non immerito accipit.

d *Ezri filius Chelub.* Ezri adiutus dno. Semeias audiens dominum. Zabdius fructus uehemens, uel abundans. Qui, n. audit praeccepta domini ope misericordiae eius adiutus, abundan-

tem
a *Maasionibus amnis, de quibus dicitur in domo patris mei mansiones multae sunt.*
b *Maasionibus amnis, de quibus dicitur in domo patris mei mansiones multae sunt.*
c *Maasionibus amnis, de quibus dicitur in domo patris mei mansiones multae sunt.*
d *Maasionibus amnis, de quibus dicitur in domo patris mei mansiones multae sunt.*
e *Maasionibus amnis, de quibus dicitur in domo patris mei mansiones multae sunt.*
f *Maasionibus amnis, de quibus dicitur in domo patris mei mansiones multae sunt.*
g *Maasionibus amnis, de quibus dicitur in domo patris mei mansiones multae sunt.*
h *Maasionibus amnis, de quibus dicitur in domo patris mei mansiones multae sunt.*

NICOLAUS DE LYRA.

1 Nec compleuit, quia super hoc ira, &c. Licet enim ira Dei post numerationem uenerit super populum, ut habetur supr. 21. tamen Ioab a principio numerationis hoc timuit, propter quod inuitus iit ad uincendum, & magnam partem numerare omisit, & propter hoc dicitur hic quod ira irruerat, scilicet, antequam esset totum numeratum.

2 Et ideo numerus eorum, qui fuerant, & cetera. scilicet Ioab.

3 Non est relatus in fastos, &c. id est, in libros de hac numeratione regi traditus, quia Ioab etiam de numeratione ab eo reiecit partem, propter eandem causam, propter quam dimiserat numerare partem populi, scilicet, ne Dauid nimis superbiuere ex maiori numero sibi tradito, propter quam superbiam timebat Ioab Dei iram uenire super populum, & regem, sicut dictum fuit supra 21. & 2. Reg. 24. Alii aliter exponunt, quod numerus iste sine populi numeratione non fuit ueda. Et in fastos regis Dauid, id est, in libros de factis Dauid notabilibus, & commendabilibus, quia si numeratio non erat ad Dauid commendationem, sed magis ad uincendum. Fastus facti idem est, quod liber chron in calis, ut in H b. n. habetur. In uerbis dierum Regis Dauid, sed prima expositio uerior uideatur, quia ille, qui scribit historiam, uel chronicam debet ita fideliter scribere illa, quae sunt ad uituperium sicut illa, quae sunt ad laudem. Et ideo Iosephus reprobat Nicolaum Antiochenum,

Antiochenum, qui scripsit facta Herodis Aescalonitae omittens ea, quae erant uituperabilia.

4 Thesauros autem regis, &c. Hic consequenter describitur ordinatio familiaris, id est, familiae, quae erant in officiis domus, & in aliis negotiis, cum dicitur. Thesauros autem regis, &c. qui erant in Ierusalem. Unde sequitur.

5 His autem thesauris, qui erant in uribus, scilicet, aliis a Ierusalem.

6 Et in uicis, id est, uillis muro non clausis.

7 Et in turribus praesidebat. i. fortalitiis per regnum edificatis ad regni mutationem.

8 Operi autem rustico & agricolis, qui exercebant terram, quia Dauid habebat aliquos agros ex hereditate paterna, & aliquos ex officio regio.

9 Vinearum quoque cultoribus Semeias, &c. eodem modo exponatur sicut de agris.

10 Cellis autem uinariis Zabdius, &c. id est, cellariis ubi seruabant uina.

11 Super oliueta, & ficeta, quae erant, &c. ut colligerentur fructus, & de oliuis fieret oleum, & ficus seruarentur pro usu hominum.

12 Super apothecas, &c. i. cellaria ubi seruabantur olei uasa.

13 Super camelo uero Vbil Ismaelites, &c. quia Ismaelites melius sciunt nutrire, & custodire camelos quam Israelitae.

MORALITER.

† 4 Thesauros autem regis, &c. hic exponitur ordinatio familiaris. In familia uero regis Dauid aliqui erant custodes thesaurorum, aliqui uero super cultores agrorum, uinearum, & herbarum, aliqui uero super apothecis olei, & cellaria uinum, & aliqui super nutritionem animalium brutorum.

MORALITER autem thesauri regis nostri Iesu Christi sunt sapientia, & uirtutes, & ideo custodes istorum thesaurorum sunt boni doctores in scriptis, uel in scholis, habentes in se sapientiam, & uirtutem, & alii conuocant, & dispensant secundum sui domini uoluntatem. Per agros autem, uineas, & hortos fideles populi significantur. Quod. 1. Cor. 3. dicitur. *Dei agricultura est.* Et ideo per cultores istorum, significantur praedicatorum, & confessores

confessores pro cultura fidelium in moribus discurrentes. Per apothecas autem olei, & uini conuenienter possunt debite correctiones intelligi, in quibus esse debet rigor iustitiae, dulcore misericordiae tratus, & hoc signatur per uinum mordicatum, & oleum lenitum, sicut habetur Lu. 10. in parabola fauciati, in cuius cura Samaritanus infudit oleum, & uinum. Et ideo per illos, qui erant super apothecas olei, & uini, signatur boni iudices, qui iustitia & misericordia modo debito se uirtuti uti. Per animalia uero bruta ueri pnt intelligi, eo quod parum habent de rationis usu. Propter quod per illos, qui erant super nutritionem animalium significantur boni pedagogi, qui circa bonam nutritionem puerorum in moribus maxime sunt intenti. Nam secundum philosophum 1. Ethicorum. Non parum facit ad uirtutem, imo multum si assuescat ad uirtute-

A Tabiel filius Hachamoni, &c. * Hieronymus. Iste Iahiel est filius Dauid, qui in Regum Chilab nominatur. Ahamoni sapientissimus ipse est Dauid.

Cum Jonathan fuit consiliarius Iahiel, i. requies Dei, filius Achamoni, i. spinarum, hic significat predicatores euangelij, qui de errore Gentilitatis, & uitiorum spinetis ad fidem conuersi efficiuntur requies Dei. vnde. *Super quem r quiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?*

B Achitophel. Qui postea cupiditate deprauatus cum Absalom de necesse Dauid tractauit, & interpretatur frater meus cadens, vel irruens, vel tractans. Hic est Iudas Scarioth, qui inter Apostolos familiaris domino fuit, sed postea cum Iudeis auaritia corruptus de morte eius tractando, perpetue mortis ruinam meruit, qui etiam secundum librum Regum laqueo se suspendit. Possunt etiam per Achitophel Iudaei significari, qui patrum prerogatiua aliquando charissimi, & collocutione Dei fuere clarissimi, sed postea contra Christum auxilium mortis facientes a Romanis in propria domo sicut Achitophel, i. in Ierusalem extincti sunt.

a ¶ Stultos, vel insipientes. b ¶ Dimidium fuit, quod imperfectionem significat. c ¶ Simpliciter mansuetos, quibus dicitur, *Disce a me, quia mitis sum, & humilis corde.* d ¶ Iaziz qui tota mente ad Deum conuertitur, & aduenam se, & peregrinum conuertitur, recte a domino auxiliatus gregem dominicum pascit.

per asinos pascias Meronathites. Super omnes quoque Iaziz Agareus. Omnes hi principes substantiae Dauid regis. Jonathan autem pater Dauid consiliarius uir prudens, & literatus, ipse et Iahiel filius Hachamoni, erant eius filij regis. Achitophel etiam consiliarius regis, et Chusai Arachites amicus regis. post Achitophel fuit Ioiada, filius Banaia, & Abiathar. princeps autem exercitus regis erat Ioab.

a Doctores sancti. b Custodes. c Baptismi gratia regeneratis.

c Chusai. i. Aethiops, & Dauid fidelis per omnia Gentiles signat, de quibus dicitur. *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.*

d Post Achitophel fuit Ioiada. Frauerantem Iuda non remansit vacuus duodecimus locus, sed successit cognoscens gratiam Dei Matthias humilis & fidelis: qui gratiam, quam dono Dei percepit humiliter seruauit. Interpretatur. n. Ioiada sciens, vel cognoscens Banaia edificator domini. Quem. n. gratia Dei in apostolū elegit, agnitio sanae fidei in ipsa dignitate solidauit. Abiathar, qui ad tempus est inter consiliarios Dauid, sed in electione a domino cum Ioab contra Salomonem deuiuit, signant eos, qui dignitatis suae gradum, quem a domino ceperunt, cupiditate corrupti non custodiunt. Hi. n. a vero Salomone si in carcere poenitentiae iuxta timorem Achitophel permanere noluerint in perpetuum puniendi sunt.

e Ioab. i. inimicus, signat eos ex quorum persona dicitur: *ad omnia mandata tua dirigebar, omnem uiam iniquitatis odio habui, quibus alibi dicitur: Estote perfecti, sicut pater uester caelestis perfectus est.* Interpretatur. n. Ioab, idem pater.

c Chusai

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Super oues quoque Iaziz Agareus. Agarei autem habitabant tantum in tentoriis, & ideo melius poterant custodire oues portando habitacula sua de loco ad locum ad inueniendum pascua.

2 Omnes hi principes substantiae Dauid. i. diuitiarum artificialem, ut sunt aurum, argentum arma, & huiusmodi, & naturalium de quibus possunt homines uiuere, ut sunt bladium, uinum, oleum, animalia, & huiusmodi supra enumerata ad prouidentiam. n. bonam regis non solum pertinet habere diuitias artificiales, sed etiam naturales. Vnde Ioseph saluauit regnum Aegypti per congregationem bladi in horreis regis.

3 Jonathan. Hic consequenter agitur de familia ipsi Dauid magis propinqua, cum dicitur. Jonathan autem pater Dauid consiliarius. cuius causa subditur, cum dicitur.

4 Vir prudens, & literatus. ita quod habebat sapientiam innatam & acquisitam.

5 Ipse & Iahiel filius Hachamoni, erant cum filiis regis. i. honorati sicut filij regis. Hebraei exponunt aliter. Cum filiis regis, ad ipsos nutriendum, & docendum in moribus.

6 Post Achitophel fuit Ioiada. quia Achitophel suspendit se, ut habetur 2. Reg. 17. f. ideo iste Ioiada successit sibi in officio.

CAP. XXVIII.



a

CONVOCAUIT igitur Dauid omnes principes Israel, duces tribuum, & praepositos turmarum, qui ministrabant regi, tribunos quoque, & centuriones, & qui praerant substantiae, & possessionibus regis, filiosque suos cum eunuchis, & potentes, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem. Cumque surrexisset rex, & steterisset, ait. Audite me fratres mei, & populus meus: Cogitavi, ut edificarem domum in qua requiescet arca foederis domini, & scabellum pedum

non solent ad secreta consilij admitti. Sed tradit in hoc loco eunuchos vocari, qui a seculi actionibus alieni orationibus, & letitoni vacabant, & uxores non causa libidinis, sed suscipiendae prolis habebant: quos Iosephus Eusebii nos uocat.

† 2. Reg. supra 17. 22. b.

¶ a Dedit

CAP. XXVIII.

Convocavit igitur Dauid omnes principes Israel, duces tribuum, &c. sequitur.

a Cum eunuchis, & potentibus, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem.

RABBANVS. Lex prohibet Israelitas abscindi, & alienigenas non

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. XXVIII.

Convocavit igitur. Hic consequenter describitur qualiter Dauid tradidit Salomoni filio suo exemplar omnium agendorum in templo, & primo inducit sibi subditos ad Salomonis obedientiam secundo Salomoni iniungit aedificationis templi curam, ibi. Tu autem Salomon. tertio tradidit sibi agendorum formam, ibi. Dedit autem. Circa primum dicitur.

- 1** Convocavit igitur Dauid, &c. & consequenter specificauit istos principes, dicens.
- 2** Duces tribuum, qui praerant duodecim tribubus.
- 3** Et praepositos turmarum, militarium.
- 4** Qui ministrabant regi, in domo sua in diuersis officiis.
- 5** Tribunos quoque, qui praerant mille bellatoribus, & erant sub praepositis turmarum, quia qualibet turma continebat 24. milia bellatores, ut distum est c. precedente.
- 6** Et centuriones, qui praerant centum bellatoribus, & erant sub tri-

tribubus.

7 Et qui praerant substantiae. i. diuitiis eius artificialem, & naturalibus, mobilibus, & immobilibus.

8 Filiosque suos cum eunuchis. i. nutritoribus eorum, & doctoribus, qui dicuntur eunuchi, eo quod erant casti, & honesti.

9 Cumque surrexisset. f. super gradum ad loquendam, qui erat in atrio tabernaculi quod fecerat Dauid pro arca domini reponenda, ut habetur sup. 15. c. ut dicunt Hebraei. Alii uero dicunt quod surrexit de lecto suo in quo iacebat praenimi a senectute, & debilitate, ut habetur 3. Reg. 1. surrexit autem ad horam, ut magis audiretur.

10 Cogitavi, ut edificarem. ut habetur sup. 17. cap.

11 Et scabellum pedum domi, &c. quia intra sanctum sanctorum erat quasi sedes Dei, ita quod secundum unam opinionem propitiatorium quod portabatur ab ipsis cherubim, erat quasi sedile, & operculum arcae erat quasi scabellum. Secundum aliam uero opinionem, operculum arcae erat propitiatorium, & sedile Dei, patinamentum uero quod erat ante arcam erat quasi scabellum, prout diffusus fuit d. cum l. x. 25.

¶ 1 Ad

MORALITER.

† 1 Convocavit, &c. In hoc autem capitulo describitur institutio Salomonis in regem per Dauid patrem suum, propter quod per Dauid significatur hic Deus pater, & interpretatio nominis

nominis congruit. Nam Dauid manu tortis interpretatur, poenitentia uero personae patris appropriatur.

Per hoc igitur, quod Dauid regem instituit filium suum Salomonem, significatum fuit mystice, quod Deus pater filium regem instituerat in Tom. 2. NN 3 † assumpta

A Dei nostri, & ad ædificandum omnia præparauit. Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator & sanguinem fuderis † Sed & elegit dominus Deus Israel me de vniuersa domo patris mei, vt essem rex super Israel in sempiternum. De Iuda.n.elegit principes porro de domo Iuda, domum patris mei, & de filiis patris mei placuit ei, vt me eligeret regem super cunctum Israel. Sed & de filiis meis (filios.n. multos dedit mihi dominus) elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno regni domini super Israel. Dixitque mihi: † Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & atria mea. Ipsum.n. elegi mihi in filium, & ego ero illi in patrem, & firmabo regnum eius vsque in æternum, si perseverauerit facere præcepta mea, & iudicia sicut, & hodie. Nunc igitur coram vniuerso cætu Israel, audiente Deo nostro, custodite, & perquirite cuncta mandata domini Dei nostri, vt possideatis terram bonam, & relinquatis eam filiis vestris post vos vsque in sempiternum. Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo volutario. † Omnia.n.corda scrutatur dominus, & † vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quaesieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proiciet te in æternum. † Nunc ergo quia elegit te dominus, vt ædificares domum san-

sup. 21. b

† supra eode. 17. b

† hereditate faciant eam filios vestros.

† Her. 17. b. omnem imaginationem.

Sup. 2. b

ctuarij, confortare, & perfice. **11** Dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorum; & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis, nec non & omnium, quæ cognouerat, atriorum, & † exedrarum per circumitum, in thesauros domus domini, & in thesauros sanctorum, diuisionumque sacerdotalium, & Leuiticum in omnia opera domus domini, & in vniuersa vasa ministerii templi domini. Aurum in pondere per singula vasa ministerij, argenti quoque pondus pro vasorum, & operum diuersitate: **22** Sed ad candelabra aurea, & ad lucernas eorum, aurum pro mensura vniuscuiusque candelabri, & lucernarum. Similiter, & in candelabra argentea, & in lucernas eorum pro diuersitate mensuræ pondus argenti tradidit. Aurum quoque dedit in mensas propositionis pro diuersitate mensarum. Similiter & argentum in alias mensas argenteas. Ad fulcinulas quoque † & phialas, &

a Dedit autem David. David Psalmista, & ceteri patres veteris testamenti figuris, & ænigmatibus designabant vniuersa, quæ verus pacificus in ecclesia facturus erat: quomodo omnes nationes per fidem baptisimi introitum in ecclesiam habuerunt, qualis ecclesie status esset futurus, qualis sanctorum perfectio & in regno cælesti remuneratio cuiusque pro meritis reddenda per diuersas cellas, & exedras, quia in regno Dei milliones multæ sunt.

a Et

a In quo notor prædicationem.

a Sicut Deus diuisit singulis prout vult.

a De mensa propositionis in Exo. factis diximus.

a Hæc omnia plene in Exodo exposita inuenies.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Ad ædificandum omnia præparauit. *1. aliqua de omnibus. vt supra expositum est 22. Cetera patent, quæ sequuntur vsque ibi.*
2 De Iuda.n.elegi, &c. *quia in transitu maris rubri tribus Iuda primo secuta est Moysen, alijs formidantibus, ideo meruit regiam dignitatem, ut dictum fuit Ex. 24.*
3 De filiis patris mei, &c. *vt habetur 1. Reg. 16.*
4 Elegit Salomonem, &c. *Ex quo patet, quod Salomon fuit promotus ad regnum non solum voluntate humana, sed etiam diuina, & hæc ordinationem nuntiavit Nathan propheta ipsi David, vt habetur supra 17. & 2 Reg. 7.*
5 Nunc igitur coram vniuerso, &c. *supple dico, quæ sequuntur.*
6 Custodite, & perquirite, &c. *vt per hoc habeatis abundantiam bonorum temporalium, & vltius bonorum spiritualium, & æternorum, quæ principaliter intelliguntur promissa a Deo sub promissione temporalium bonorum, sicut dictum fuit sup. 16. & plenius Gen. 15.*
7 Tu autem Salomon, &c. *Hic consequenter David imponit Salomoni filio suo curam regni, & ædificationis templi, & quia notitia Dei via est ad omnia alia bona, eo quod non amatur bonum nisi cognitum, ideo primo inducit eum ad habendum Dei notitiam d. Scito Deum, patris tui. secundo ad eius latram. Et serui ei corde perfecte, &c. cuius causa subditur.*
8 Omnia enim, &c. *ita, quod nihil est absconditum ab oculis eius.*
9 Si quaesieris, &c. *quia facienti quod in se est, Deus supplet residuum.*
10 Quia elegit te dominus. *q. d. ex quo Deus te elegit ad regnum & templi sui ædificium, non debes timere de consummatione, quia quæ capit, ipse perficiet, si feceris debitum tuum.*
11 Dedit autem. *Hic consequenter David Salomoni tradidit formam, & exemplar omnium ægedorum.*

11 Descriptionem porticus, &c. *quæ erat ante introitum templi.*
13 Et cellariorum. *Dicunt aliqui quod sub pavimento templi erant cellaria ad reponendum aromata, & aliqua alia, quæ indigent conservari in frigido loco, alii autem dicunt, quod ista cellaria intelliguntur due mansiones templi inferiores.*
14 Et cœnaculi. *i. tertia mansionis templi.*
15 Et cubiculorum. *in adytis loca sunt vbi iacebant custodes templi, & secundum Hebr. erant quidam appendicia iuxta murum templi exteri ascendentes 15. cubitis in tribus lateribus templi, s. Australi, Aquilonari, & Occidentali.*
16 Et domus propitiationis. *i. sancti sanctorum vbi erat propitiatorium, & de omnibus istis dictum est plenius 3. Reg. 6.*
17 Atriorum. *Erant. n. ibi tria atria, s. atrium sacerdotum, atrium hominum mundorum, & atrium mulierum.*
18 Et exedrarum, &c. *i. camerarum.*
19 In thesauros domus. *vbi reponebantur vasa sacra, & vestes sacerdotales, & similia.*
20 Et in thesauros sancti. *vbi reponebantur illa, quæ erant Deo consecrata ad faciendum necessaria in templo, & reparandum ea, quæ essent reparanda.*
21 Aurum, &c. *Nen est intelligendum, quod David tradiderit Salomoni totum aurum, & argentum, quod in vasis templi faciendis erat necessarium, sed tradidit in scriptis quantum pondus auri, & argenti debebat poni in quolibet vase aureo, & argenteo.*
22 Sed & ad candelabra. *quia decem fuerunt candelabra aurea in templo Salomonis, vt habetur 3. Reg. 7. in fi.*
23 Aurum quoque dedit, &c. *sup. quæ ponebantur panes propositionis.*
24 Similiter, & argentum, &c. *super quas parabantur ea, quæ erant offerenda.*

a Et

De-

MORALITER.

† assumpta pro nobis humanitate, sicut in persona filii dicitur, Psal. 2. b. Ego enim in conspectu sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, Et subditur. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, etc. **11** Dedit autem Salomoni, &c. Per hoc designatum, quod Deus pater dedit homini Christo notitiam omnium ægedorum in ecclesia. Nam cognoscit omnia, quæ Deus cognoscit scientia visionis, & illa sunt, quæ participant esse secundum quancunque differentiam temporis. MORALITER autem per Salomonem ex ordinatione diuina promotum in regem potest conuenienter intelligi quilibet

quilibet debito modo promotus ad ecclesiasticum, vel temporale regimen. Per hoc autem quod David Salomoni dedit ægedorum descriptionem, significatur, quod illi, qui prædicto modo promouetur ad regimen, Deus dat gratiam bene regendi si debitum suum faciat erga Deum, ad ipsum se fideliter conuertendo. Nam si natura non deficit in necessariis, non est verisimile quod deficiat autor naturæ. Per hoc autem quod David dedit Salomoni aurum, & argentum ad faciendum ea, quæ in templo erant agenda, signatur quod sicut Deus bono prælato, vel principi confert notitiam in agendis, sic facultates administrat ei pro expensis moderatis. † Polliciti

A Et leunculos: Neque in Exo. in constructione tabernaculi neque in Regum in ædificatione templi vsquam leguntur facti Icones, & leunculi, nisi quod in templo calatura facta narratur in cōfectione decem basium, vbi leones, & boues & cherubim, & palmæ sculptę narrantur. Sed neque cheru-

bim in similitudine quadrigę formata, sed tantū quod duo cherubim fuissent fabricata alis suis arcę regentia. Ezechielii autem iuxta fluuiū Chobar similitudo ostensa est quatuor animalium, & hic aspectus eorum similitudo hominis i eis: & quatuor pennę vni, & quatuor facies vni, & pedes eorum pedes recti, & plāta pedis eorum quasi plāta pedis uituli, & post pauca: *Similitudo vultus eorum facies hominis, & facies leonis a dextris eorum quatuor, & facies aquilę desuper ipsorum quatuor.* Et alibi. *Quatuor facies vna facies cherub, & facies secunda facies hominis, & tertia leonis, & quarta aquilę.* Sed & horum, & sequentium expositionem in Ezechiele nostro q̄ habebat vnumquodque eorum, facies prout nobis

a thuribula ex auro purissimo, & leunculos pro qualitate men-
1 surę, pondus distribuit in leunculum, & leunculū. Similiter
2 & in leones argenteos† diuersum argenti pondus separauit.
3 Altari autē in quo adolebatur incensum, aurum purissimum
4 dedit, & vt ex ipso fieret similitudo quadrigę cherubim, extē
5 dentium alas, & velantium arcani fęderis domini. Omnia (i-
6 q̄) venerunt scripta manu domini ad me, vt intelligerē vni-
7 uersa opa exēplaris. Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo,
8 Viriliter age, & cōfortare, & fac ne timeas, & ne pauas. Do-
9 minus. n. Deus meus tecum erit, & nō dimittet te, neq. dere-
10 linquet te, donec perficias omne opus ministerii domus do-
11 mini. Ecce diuisiones sacerdotum, & Leuitarū in oē ministe-
12 riū ministerij domus dñi assistēt tibi, † & parati sunt, & noue-
13 runt tā principes, quam populi facere omnia præcepta tua.

nobis donauit Deus, perstrinximus.
 b Omnia, (inquit.) Theod Notandum est, quod supra quodam dixit, in spū datam esse cognitionem, hic autem a manu domini. Sanctus ergo Spiritus est dominus, etiam si nō sint h: qui aduersus Spiritum bellum gerūt. Cum quadam autē circumscriptione, ac limitatione, Dei curam, est Dauid Salomoni pollicitus. Non te derelinquet, ait, donec p̄feceris omne ministerium domus domini. Aedificans. n. cū pietate, est diuinam assēquitus prouidentiam: post ædificationem autem cum declinasset ad impietatem, eum deseruit diuina administratio.

D Quest. 51. Paralip.
 † argenti pondus pro singulis pariteribus.
 Rabbanus. Exo. 25. d
 † prompti, vel spontanei ad faciendum omnia opera, & docti in omni arte: principes similiter, & omnis populus parati ad omnia que dī xeris.

Tradunt Hebrę. exemplar templi, & vasorum Mosi in mōte monstrati ad Iesum peruenisse, deinde ad iudices, & ad Heli, & ad Samuel, & ad Dauid, tandem ad Salomonem. Vel manus domini filius est per cuius domū Dauid, & alii sancti perreperunt quicquid de sanctę ecclesię structura protulerunt.

NICOLAUS DELYRA.

1 Et leunculos aut. Non inuenitur scriptum quod in templo Salomonis fuissent leunculi aurei, & ideo aliqui dicunt quod isti sunt leones, qui fuerunt in throno Salomonis, de quo habetur 3. Reg. 10. Sed hoc non habet apparentiam. Tum quia nō habetur in scriptura, quod illi leones fuerint aurei, sed magis videtur quod fuerint cburnei, sicut & thronus, vni quia hic agitur tantum de ædificatione templi, & pertinentium ad ipsum: ille autem thronus non fuit in templo, nec de pertinentibus ad ipsum, sed fuit in porticu domus regię, vbi Salomon sedebat ad iudicandum. Et ideo alii dicunt, quod isti leones fuerunt in luteribus, vbi fuerunt leones figurati, ut habetur tert. Regum septimo. Sed hoc videtur falsum; quia illi fuerunt de ære, vt patet ibidem, isti autem describuntur aurei: & ideo ista videntur procedere ex discordia translationis nostrę ab Hebręo, vbi enim habemus hic. Et leunculos aut. In Hebręo habetur, expiatoria autca, & credo quod ratio huius diuersitatis translationis nostrę ad Hebræicū fuit, quia dictio signans expiatorium, & dictio signans

signans leunculum in Heb. habent magnam similitudinem literarum, secundum Hebr. vero dicuntur hic expiatoria autca bacini aurei, in quibus portabatur sanguis intra sanctum sanctorum, in die expiationis.
2 Similiter & in leones. In Heb. habetur. In expiatoria argentea. & erant bacini de argento, in quibus recipiebatur sanguis vitularum, qui erat effundendus in altari holocaustorum.
3 Altari autem, &c. Istud altare erat iuxta partem templi, quę dicebatur sancta, contra parietem diuidentem sanctum, & sanctum-sanctorum.
4 Et vt ex ipso, &c. quadri. quia portabant propitiatorium quod erat quasi sedes Dei, & de ista dispositione dictum fuit plenius 3. Reg. 6. & Exo. 25.
5 Omnia, inquit, &c. Dicunt Hebr. quod Samuel ex reuelatione Dei docuit Dauid de omnibus istis, Potest etiam dici, quod per semetipsum Dauid habuit hoc per reuelationem a Deo. Cetera patent ex dictis.

C A P. XXI X.



Locutusq; est rex Dauid ad omnem ecclesiā. Salomonem filium meum vnū elegit Deus adhuc puerum, & tenellū. Opus .n. grande est, neque .n. homini præparatur hītatio, sed Deo. Ego autem totis viribus meis præparauī impensas domus domini Dei mei.

Aurum ad vasa aureā, & argentū in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, lignum ad lignea lapides onychinos† & quasi stibinos, & diuersorum colorum, omnemque pretiosum lapidē, & marmor Parium abundantissimē. Et super hęc quę obtuli ī domum Dei mei de peculio meo, aurum & argentum do in templum Dei mei, exceptis his, quę præparauī in ædem sanctam, tria milia talenta auri de auro Ophir, & septem milia talentorum argenti probatissimi

NICOLAUS DELYRA.

C A P. XXIX.

Locutusque est rex Dauid. Hic consequenter Dauid inuitat omnem populum ad adiuuandum in opere domini Salomonem filium suum, & primo circa hoc describitur regis, & populi oblatio, secundo gratiarum actio, sibi. Sed & Dauid. tertio regis Salomonis reuocatio, ibi. Vixerūt autem. quarto ipsius Dauid felix consummatio, ibi: igitur Dauid. Circa primum ponitur inuitatio regis verbo Dei.
2 Salomonem filium, &c. Non est intelligendum per hoc quod fuerit tunc tantum 12. annorum. sicut declaratum fuit plenius 3. Reg. 11. sed dicitur paruulus, & tenellus respectu tanti operis, & hoc dicebat Dauid, vt induceret omnem populum ad auxiliandum ei, secundo ponitur inductio: per factum cum dicitur.

3 Præparauī impensas, non tuas, sed de omnibus alijs, ideo subditur. Aurum ad vasa, &c. sequitur.
4 Lapidēs onychinos. habentes colorem unguis huiusmodi.
5 Et quasi stibinos. i. coloris stibi. Est autem stibium unguentum, quo mulieres depingunt facies suas, vnde 5. Reg. 9. dicitur, quod Tezabel depinxit oculos suos stibio.
6 Et marmor Parium. i. coloribus variis, & dicitur a Pario insula, ubi primo fuit reperiunt. Et super hæc, aurum, & argentum, &c. sequitur.
7 De peculio, &c. exceptis his quę præparauī. Dupli. modo Dauid obtulit donaria pro domo domini ædificanda. Vno modo de substantia propria, & speciali, & quantum ad hoc dicit: De peculio meo. Est. n. peculium census proprius valde dilectus. Alio modo obtulit de pretiosis, quę acceperat de predijs hostium, & donis consecratis, & quantum ad hoc dicit. Exceptis his, quę præparauī, &c.
8 De auro Ophir, &c. quod est optimum, ut dicitur 3. Reg. 9.

a. Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & diuitijs, & gl. &c. Significat cum copia virtutum, & operibus lucis vitam finisse presentem, dignum quiete futura, & celestis regni gloria. Abraham similiter mortuus est in senectute bona, perfecta que ætatis, & plenus dierum. Isaac appositus est populo suo, plenus dierum. Ioseph mortuus est in senectute bona,

monem filium Dauid. Vnixerunt autem eum Domino in principem, & Sadoc in pontificem. † Seditque Salomon super solium Domini in regem pro Dauid patre suo, & † cunctis placuit, & paruit illi omnis Israel. Sed & vniuersi principes, & potentes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manū, & subiecti fuerunt Salomoni regi. Magnificauit ergo Dominus Salomonem * super omnē Israel, & dedit illi gloriam regni qualē nullus habuit ante eū rex Israel. Igitur Dauid filius Isai, regnauit super vniuersum Israel, & dies quibus regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni. In Hebron regnauit septē annis, & in Ierusalem triginta tribus. Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & diuitijs, & gloria. Regnauitque Salomon filius eius pro eo. Gestata autem Dauid regis priora, & nouissima in libro Samuelis videntis scripta sunt, & in libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad videntis: Vniuersique regni eius, & fortitudinis, & temporum quæ transierunt sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum.

bona, expletis centum decem vitæ suæ annis, & conditus aromatibus. Moyse centum viginti annorum mortuus est, cuius non caligauit oculus, nec dē es moti sunt. Viri autem sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos; Qui sibi videntur in bonis ducere dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

D. † 3. Reg. 2. c. † prospera omnia successerunt ei

E

Deut. vi. c. Plal. 54. d. Iob 21. b

F

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

Salomonis renouatio, quia aliàs fuerat vnctus in Gion per Sadoc sacerdotem de mandato Dauid, vt habetur 3. Reg. 1. Seditque Salomon super solium. Vocatur hic solium Domini thronus regni Israel, quia in illo regno Deus vere colebatur, non sic autem in alijs regnis idololatriæ subiectis. Et cunctis placuit. Non fuit autem sic de Absalon, & Adonia, vt patet per dicta 2. Reg. de Absalon, & 3. de Adonia. Et cuncti filij, &c. ded. man. Id per fidem promiserunt, seu iurauerunt, quod fideliter subessent Salomoni. Igitur Dauid filius Isai. Hic vltimo ponitur ipsius Dauid fælix

lix consummatio, cum subditur.

5 Et mortuus est in senectute. Id est, plenus bonis temporalibus, & spiritualibus. 6 Scripta sunt in lib. Sarnue. Hic liber est primus, & secundus Regum. 7 Et in libro Nathan, &c. volumine Gad videntis. Isti duo libri non habentur apud nos, nec apud Heb. quia non fuerunt per Esdram reparati. 8 Siue in Israel, &c. regnis terrarum. Quia Dauid non solum fecit facta notabilia, & memoria digna in regno Israel, sed etiam in alijs regnis per circuitum, quæ sibi subiecit virtute armorum, vt habetur supra decimo octauo, decimo nono, & vigesimo.

CAP.

MORALITER.

pacificus, & per Sadoc qui interpretatur iustus, significatur vnus, & idem Iesus Christus, qui per suum sanguinem pacificauit ea quæ in cælis sunt, & in terris. Coloss. 1. Ipse etiam dicitur iustus antonomastice, Esa. 62. a. Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splendor iustus

iustus eius. Ipse etiam est rex regum, & pontifex summus. propter quod per Melchisedech regem, & sacerdotem fuit figuratus, vt declarat Apostolus satis diffuse Hebr. 7.

Igitur moraliter inungunt secundo Salomonem in regem, Sadoc in pontificem, qui post confessionem Christi regis, & pontificis factam ab eis in baptismo, eam iterant in opere bene viuendo.

ADDITIO.

In capit. 19. vbi dicitur in postill. Est autem stibium vnguentum. Dicitio quæ hic ponitur in Hebr. vbi nos habemus stibium, non significat vnguentum, sed puluerem, seu collyrium nigrum quod ponitur in oculis ad decorem, & conseruationem sanitatis oculorum, vnde de Iezabel non habetur in Hebr. quod depinxit oculos suos stibio, sed quod Posuit stibium in oculis suis, quod consonat huic literæ: nam sicut inueniuntur marmora habentia colorem vnguis humani quæ dicuntur onychina, ita inueniuntur alia habentia colorem nigrum

nigrum cum nitore, quæ dicuntur stibina ratione prædicta.

ADDITIO II.

In capit. vltim. vbi dicitur in postill. Et in libro Nathan propheta, &c. Sicut primus liber Regum rationabiliter attribuitur Samueli, eo quod ipse fuit principalis Propheeta contemporaneus Sauli, simili modo possunt attribui secundus, & tertius Regum Nathan Propheeta, seu Gad qui fuerunt contemporanei Propheeta regi Dauid, & etiam Salomoni.

C A P. I.

Confortatus est Hierony. Sciendum quod apud Hebræos liber Paralipomenon unus sit, & apud illos vocatus Dibrechamin, id est, Verba dierum, qui propter magnitudinem apud

suum ante Deum non frustrari, hoc ab eo postulet, quod Salomon quaesivit, id est, sapientiam, scientiam, & intelligentiam. Diuitias vero, & gloriam temporalem, atq; animas inimicorum, & dies plurimos vitæ presentis, malorum est querere, non iustorum. Hæc enim, inquit Christus, gentes inquirunt. Sed primon quaerite regnum Dei, & infortiam eius, & hæc omnia adjicientur vobis scilicet, temporalia prædicta.

tiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati te in loco isto, tu audies de caelo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reducere eos in terram, quam dedisti eis, & patribus eorum. si clauso caelo pluuia non fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati fuerint te in loco isto & confessi nomini tuo, & conuersi a peccatis suis cum eos afflixeris, exaudi de caelo domine, & dimitte peccata seruis tuis, & populi tui Israel, & doce eos viam bonam, per quam ingrediantur, & da pluiam terrae, quam dedisti populo tuo ad possidendum. Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia tarugo, & aurugo, & locusta, & brucus, & hostes vastatis regionibus portas obsederint ciuitatis, omnisque plaga, & infirmitas presserit. Si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam, & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies de caelo, de sublimi, scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & reddere unicuique secundum vias suas, quas nosti eum habere in corde suo. Tu enim solus nosti corda filiorum hominum, ut timeant te, & ambulent in viis tuis, cum ceteris diebus quibus viuunt super faciem terrae, quam dedisti patribus nostris. Externum quoque; qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua propter nomen tuum magnum, & propter manum tuam robustam, & brachium tuum extensum, & adorauerit in loco isto, tu exaudies de caelo, firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus, ut sciant omnes populi terrae nomen tuum, & timeant te sicut populus tuus Israel, & cognoscant, quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc, quam aedificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos, per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam in qua ciuitas haec est, quam elegisti, & domus, quam aedificaui nomini tuo, & exaudies de caelo preces eorum, & obsecrationem, & transcuraris. Si autem peccauerint tibi (neque enim est homo, qui non peccet,) & iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captiuos eos duxerint in terram longinquam, vel certe, quam iuxta est, & conuersi in corde suo, in terra, ad quam captiui ducti fuerant, egerint poenitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suae, dicentes: Peccauimus, inique fecimus, iniuste egimus, & reuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua in terra captiuitatis suae ad quam ducti sunt, adorabunt te contra viam terrae suae, quam dedisti patribus eorum, & urbem, quam elegisti, & domus, quam aedificaui nomini tuo, tu exaudies de caelo, hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum, & facias iudicium, & dimittas populo tuo, quamuis peccatori. Tu es enim Deus meus. Aperiantur, quae sunt oculi tui, & aures tuae intentae sint ad orationem, quae fit in loco isto. Nunc igitur confurge domine Deus in requiem tuam, tu, & arca fortitudinis tuae. Sacerdotes tui domine Deus induantur salutem, et sancti tui laetentur in bonis. Domine Deus meus ne auerferis faciem Christi tui: Memento misericordiarum Dauid serui tui.

quidem ipse a Deo
 nobis tibi domum
 fieri voluisti. Nos
 autem non inhumani
 naturaliter sumus
 quando non eos,
 qui contribules non
 sunt, extraneos iudi-
 camus, sed com-
 munitur omnibus
 eum adiutorium,
 & bonorum effectum
 adesse suppliciter
 exoramus.
 c Neque enim est
 homo, &c.
 * TERTVLLIUS.
 Soli Dei filio
 seruabatur, sine
 delicto permanere.
 * HIERONYMUS.
 Sine peccato esse
 perpetuo diuinae
 solius est potentatis.
 Tunc autem iusti
 sumus quando nos
 peccatores fatemur
 & iustitia nostra
 non ex proprio merito,
 sed ex Dei
 clementia dicentem
 te scriptura. Iustus
 accusator sui est in
 principio sermonis.
 * CLEMENS.
 Rom. Peccati
 expers reperitur
 nemo, excepto
 eo, qui propter
 nos factus est
 homo, atque ob
 hanc causam veterum
 iustorum vitae
 consuetudinesque
 conferunt, &c.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

Et aurugo. 3. Re. 8. dicitur. Et rubigo. Et idem importat, quia aurugo est aura corrumpens segetes rubiginans. 2. Tu es enim. Hic ponitur praedictae orationis conclusio, videlicet, quod exauditur a Deo. Ideo subditur. 3. Aperiantur. Loquitur de Deo modo humano, quia homo erigit oculos, & aures ad deprecationem, quam vult exaudire. 4. Confurge. Quia in templo erat specialis Dei habitatio, & petebat Salomon, hoc esset ad semper. 5. Et arca. Ut non moueatur de loco ad locum amplius, sicut praeteritis temporibus, quia per desertum fuit portata annis quadraginta, & postea de Sylo, & aliis locis pluribus. ut dictum fuit 1. Re. 7. Et dicitur, hic arca fortitudinis diuinae, quia fortitudo Dei apparuit per ipsam in Iordanis siccatione. Ios. 3. Et Iericho destructione Iosue 6. Et in Philistinorum percussione 1. Re. 5. 6. Sacer. i. circundentur omnibus bonis proueniuntibus eis ex oblationibus, & sacrificiis. Vel aliter. Induantur salutem. i. indumentis sacris in suis officiis exercendis. 7. Et sancti. i. cantores psallentes coram deo. In hoc petit Salomon, quod cultus diuinus perseveranter maneat in templo ab ipso aedificato. 8. Ne auer. fa. i. a deprecatione mea, qui sum Christus tuus, id est, de voluntate tua in regem ventus. 9. Memento. q. d. quamuis non

uis non sim dignus exaudiri ex meritis meis, exaudias tamen propter merita Dauid patris mei. Totam vero partem istam aliter exponitur ab aliquibus Hebraeis dicentibus, quod hic non ponitur praedictae orationis conclusio, sed magis cuiusdam dicti declaratio. Dicitur enim. fuit super c. 5. quod sacerdotes intulerunt arcam federis domini in locum suum, sed ibi non fuit expressus introducendi modus, qui hic exprimitur. Dicunt enim quod eum sacerdotes vellent introducere arcam in templum portae templi clausurunt se contra eos. Quae videns Salomon orauit pro apertione, dicens. Nunc igitur confurge domine in requiem tuam, tu, & arca. ut ipsa ponatur in loco quietis a me preparato. Idcirco et dicebatur quies domini, quia ibi representabatur sedes Dei, ut frequenter dictum est. Similiter sacerdotes ad idem impetrandum cantauerunt psalmum 131. Et cum venirent ad versum illum. Propter Dauid seruum tuum, i. propter eius merita. Ne auerteris faciem Christi tui. i. Salomonis, denegando ingressum arcae ad locum quem preparauit, tunc portae aperuerunt se, sicut dictum fuit 3. Re. 8. in fine. Aliqui vero Hebraei exponunt aliter, Propter Dauid seruum tuum, i. propter peccata eius in factis uicis, & populi numeratione. Et per hoc, quod portae aperuerunt se, intellexit Salomon, quod peccata patris erant dimissa, & eius oratio exaudita. Sed prima expositio melior videtur.

CAP. VII.

A a
L. 3. Act. c. 4.

Cumque compleisset. IOSEPH. Hæc dicens iterum prostratus in terra, & datus ad adorandum Deum, surrexit, & in templo occulit hostias, & complens illud sacrificium, manifeste Deum vidit faciem gratie suscipientem. Ignis enim ex aere descendens omnibus videtur tibus ad altare, hostias totas abigit, & consumptus Populus manifestationem hanc esse domus habitationis in templo conciens, prociens adoravit in terra.

Rabbanus.

b *Dedicavit* Sanguine suo mundavit, & spiritali gratia sanctificavit. Christus, et diuersis domus virtutum multiplicauit. Hancque dedicant filij Israel, quia quisque fidelis secundum donum sibi a Deo collatum verbo, & exemplo proximos ad meliora, & perfectiora conuertit, & proficit.

† considerantur domo.

B

*** CONCIL. CARTHAGIN.** 5. can. 6. Similiter, & de Ecclesijs, quoties super harum consecratione tractatur, agendum est, ut sine vlla trepidatione consecrentur.

† instrumentis musicis. † vel dum laudaret Dauid per manum eorum.

Can. 14.

*** CONCIL. AGATHEN.** Altaria placuit non solum veneratione Christmas, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

Ep. ad for.

*** AMBROS.** Cum basilicam dedicasset, multi tanquam vno ore interpellare cœperant, dicentes. Sic Romana basilica dedices Respondi Faciam, si martyrum reliquias inuenero.

Apolog. ad Constant.

*** ATHANA.** Illud, & a beatæ memoriæ Alexandro, alijs que patribus actum est, qui populi conuentus habuere, & ab soluto opere agendis Deo gratijs dedicationem celebrauerunt.

*EVSEB.

EVSEB. Festiuitates a nostris frequentissime gerebantur, cum omni læticia, & exultatione, per vrbes, & loca singula ecclesiarum dedicationibus celebratis.

Quia Christus ea, quæ in lege per infirmitatem eius precepta non poterant, in ecclesia perficit. Ipsa est enim atrium domus domini, per quam ingressus patet in caelestem Ierusalem, quia ergo holocausta, & sacrificia in altari veteris testamenti non potuerunt offerri, quia omnia figuratim fiebant ibi, rex noster, & sacerdos crexit nouum altare fidei in ecclesia, in quo quotidie offerunt pingua holocausta, & accepta Deo sacrificia. Unde. *sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter, quod ostendit, etc.*

CAP. VII.



Vinque compleisset Salomon fundens preces, ignis descendit de caelo, & deuorauit holocausta, & victimas, & maiestas domini impleuit domum, nec poterant sacerdotes ingredi templum domini. Sed & omnes filij Israel videbant descendentem ignem, & gloriam domini super domum, & corruentes proni in terram super pavementum stratum lapide, adorauerunt, & laudauerunt dominum, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Rex autem, & omnis populus immolabant victimas coram domino. **M**actauit igitur rex Salomon hostias bouum vigintiduo milia arietum centum vighinti milia. Et dedicauit domum Dei, rex & vniuersus populus. sacerdotes autem stabant in officiis suis, & Leuitæ in Torganis cartinum domini, quæ fecit Dauid rex ad laudandum dominum quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Hymnos Dauid canentes per manus suas porro sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat. Sanctificauit quoque Salomon medium atrij ante templum domini. Obtulerat enim ibi holocausta, & adipem pacificorum, quia altare æneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta, & sacrificia, & adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon solennitatem in tempore illo septem diebus, & Omnis Israel cum eo ecclesia magna valde, ab introitu Emath vsque ad torrentem

^a Bene operantium. ^b Bene gubernantium. ^a Sanguine suo mundavit. ^b Ecclesiam.

expleto opere templi solennitatem celebrare fecit, & multitudo populi cum eo ab introitu Emath vsque ad torrentem Aegypti, hoc est internum gaudium sanctorum, quod cum vero pacifico in æternum habet. Emath. n. interpretatur domini veritas. Riuum vero, vel torrentem Aegypti mortem intelligimus temporalem, quam in Aegypto, id est tenebris huius mundi nemo potest euadere.

† Vnde

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. VII

1



Vinque compleisset. Hic consequenter circa completionem dedicationis ponitur signum diuinae acceptationis. Primo ponitur dicta acceptatio. Secundo Salomonis monitio, ibi. Apparuit autem. Prima in duas, quia primo signum acceptationis datur. Secundo dedicatio consummat ibi. Rex autem signum autem diuinae acceptationis ponit cum dicit.

2

2 Ignis descendit, sicut in consecratione Aaron, & filiorum eius, Leuit. 9. Et in oblatione Eliæ 3. Reg. 18. Et in sacrificio Dauid in arca Ornam Iebusei. 1. Para. 21. capit. in quibus descensus ignis fuit signum diuinae acceptationis.

3

3 Et maiestas. id est, nubes quæ erat signum diuinae presentie, sicut expositum

expositum fuit 3. Re. 8. ca. b.

4 Et corruentes. adoratione latria.

5 Rex autem. Hic consequenter dedicatio consummat per oblationem victimarum a rege mediantibus tamen sacerdotibus, ad quorum officium spectat talia offerre.

6 Et dedicauit domum Dei. non per se, sed per summum sacerdotem, & alios sacerdotes ibi adstantes, & ministrantes.

7 Sanctificauit quoque Salomon medium. Similiter per pontificem. Causa autem quare potuit sic sanctificari, dicta fuit 3. Re. 8. c. g.

8 Obtulerat. Non est per hoc intelligendum, quod oblatio processerit sanctificationem, sed e conuerso.

9 Fecit ergo Salomon. Ista fuit, solennitas tabernaculorum, quæ incepit immediate post festum dedicationis. Vnde sequitur.

Fecitque

MORALITER.

1 Cumque compleisset Salomon, &c. Per sanctificationem templi, & solennitatem tunc factam potest conuenienter intelligi solennitas angelorum, & caelestium ciuium inenarrabilis in ascensione Christi hominis. Nam illa humana natura super angelos exaltata, templum est specialissimum, de qua dixit Ioan. 2. d. *Soluite templum hoc, &c.* Et Apostolus Col. 1. d. *Complacuit in ipso omnem plenitudinem*

plenitudinem diuinitatis habitate corporaliter. In illa vero ascensione promissus fuit descensus ignis spiritus sancti, ut habet Act. 1. a. *Accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & Iudæa, & Samaria, et usque ad vltimum terræ.* Et hæc promissio in die pentecostes fuit completa. Act. 2. c. Et apertuerunt illis dispersitæ lingue tanquam ignis, seditque supra singulos eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto, &c. Cætera vero huius capituli exposita sunt mystice 3. lib. Reg. 8. & 9. cap.

MORA-

A vnde: *Quis est homo qui vivit & non videbit mortem?* De Christo quoque dicitur: *De torrente in via bibit, propterea exalabit caput.* Omnis ergo Israel à rivo Aegypti vsq; Emath festum celebre cum Salomone faciunt: quia facti post finem vite presentis cū Christo perfruunt æternis gaudiis. Bis septem diebus festiuitatem celebrant: quia electi per septiformis spiritus sancti gratiam illuminati in hac vita, quæ septenario numero discurrit: gaudent in spe, & in sabbatho, id est, in futura animarū requie ipsius veritatis perceptione in re.

B *Igitur in die, etc.* Hoc est post octauam scenophegiæ solennitatis diem: sicut in Regnum continetur. Significat autem post illius vite finem, & post sabbatissimum animarū sanctorum, quo ante iudicium quiescunt in octaua ætate, id est, resurrectionis die sanctos recepturos corpora

Ægypti. Fecitq; die octaua collectam, eo quod dedicasset altare septē diebus: & solennitatem celebrasset diebus septem. Igitur in die vicesimotertio mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua, Ieritæ atque gaudentes super bono quod fecerat dominus Dauid, & Salomoni & Israel populo suo. Compleuitq; Salomon domum domini, & domum regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo, vt faceret in domo domini, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autem ei dominus nocte, & ait: Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificij. Si clausero cœlum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ, vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum, conuersus autem populus meus super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à viis suis pessimis, & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum, Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit. Elegi enim & sanctificauit locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iustitias meas, iudiciaque seruaueris, suscitabo thronum regni tui sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir qui non sit princeps in Israel. Si autem auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea quæ proposui vobis, & abeuntes serueritis diis alienis, & adoraueritis eos, euellam vos de terra meam quam dedi vobis, & domum hanc quam sanctificauit nomini meo projiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam & in exemplum cunctis populis, & domus ista erit in prouerbiū vniuersis transeuntibus, & dicent stupentes: Quare fecit dominus sic terræ huic & domui huic? Respondebuntque quia dereliquerunt dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Ægypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos & coluerunt: idcirco t̄ venerunt super eos vniuersa hæc mala.

D pora immortalia, & in cœlestibus in nationibus secundum meritum qualitates locados, vbi semper lætetur, laudates Deum in omnibus bonis quæ in Christo pater contulit populo Christiano.

E *Audiui orationem tuam, &c.* Hic videas orationis vim & efficaciam, quæ cœlū aperit & claudit. Nam ecclesiastica oratio soluit vincula Petri, & Pauli dilatauit prædicationis fiduciam.

Oratio caminū ignis extinxit: oratio conclusit ora leonum: oratio seditionem compefcuit: oratio paradysum aperuit: oratio cœli cardines referauit: oratio sterilem fecundauit: oratio publicanum iustificauit, &c.

Idem. Dum Salomon quidē in curia fuit, & perturbatiōe de principatu gētis illius cōculcās, diuina visione dignus est habitus: vt verò natus est delicias, in ipsum malitiæ barathrum delapsus est.

Hom. 13. de reditu sua ab Aſia.

Hom. 66. ad pop. Ant.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Fecitque, quæ fiebat in crastino vltimæ diei festiuitatis tabernaculorum, vnde sequitur.
2 *Eo quod de, &c.* quæ dedicatio incepit octaua die mēsis septimi, & finita fuit quartadecima die eiusdē mēsis inclusiue.
3 *Et sole.* scilicet tabernaculorum diebus septem incipiendo à quintodecimo die mēsis septimi inclusiue, & terminando vicesimoprime die eiusdem mēsis inclusiue, & vicesimasecunda die facta fuit collecta pro necessarijs templi: ideo

ideo subditur.
4 *In die vicesimotertio.* quia omnia erant completa.
5 *Apparuit.* Hic consequenter ponitur Salomonis monitio de permanendo in obedientia Dei. Et patet sententia ex dictis tertij Regum cap. 9. a. & b. exceptis quæ sequuntur.
6 *Oculi quoque.* id est, paratus ero exaudire orationem.
7 *Vt sit nomen meum.* in tempus futurum absque determinatione, supposita tamen conditione quod Salomon & populus debeant in obedientia Dei permanere.

CAP.

CAP. VIII.

CAPVT VIII.

A *Expletis autem viginti annis.* Dederat Hiram, &c. Reddidit scilicet, quia cū Salo



Expletis autem viginti annis, postquam ædificauit Salomon domum domini & domum suam, ciuitates quas dederat Hiram Salomoni ædificauit, et habitare fecit filios Israel. Abiit quoque in Emath

Salomon dedisset nō placuerunt illi. Ideo Salomon proprijs vtilitatibus eas deputauit.

Et

NICOLAUS DE LYRA. CAP. VIII.

Expletis autem viginti annis. Superius descripta est reuerentia Salomonis circa diuina, hic consequenter describitur eius magnificentia circa humana: interponuntur tamen aliqua ad diuinam reuerentiam pertinentia, quia ista diuisio non est præcisa, sicut dictum fuit à principio huius libri secundi.

cundi. Igitur primò describitur magnificentia Salomonis conditio. Secundò ex hoc sequens famæ diffusio capite nono. Magnificentia autem ista primò describitur in ædificijs. Secundò in populis subiectis, ibi: *Omnem populum.* Tertiò in sacrificijs ibi. *Tunc obtulit.* Quartò in exquisitis diuitijs ibi: *Tunc abiit Salomon.* Sententia autem primæ partis patet ex dictis 3. Reg. 1. d. Et similiter secundæ, vsque ibi.

Omnes

MORALITER.

Expletis autem viginti annis &c. Expolitio mystica huius capituli posita fuit 3. Reg. 9. cap.

A ^a *Et edificauit Palmiram.* * Hieron. Themor ciuitas quam edificauit Salomon in deserto. cuius in libris Hebraicarum questionum mentionem plenius fecimus.

^b *Joseph. Reges Salomon in desertu superioris Syriae, caeque capiens, constituit ibi maximam ciuitatem, duorum dierum*

^c *ueneri a Syria superiore distantem, ab Euphrate uero unius & a maxima Babylone sex mansionibus procul extantem. In illo loco solummodo fontes & putei abundant, in inferiori uero terra aqua nusquam inuenitur. Hanc muris eminentibus circumtegens, Thadamor appellauit, Graeci Palmiram uocant.*

^d *vel thesauri*

^e *vel thesauri*

^f *Rabbana*

B ^a *Bethhoron.* Ciuitas est, ad quam usque Iesus persecutus est inimicos reges in tribu Ephraim. Sunt autem duo uici: duodecimo sermo ab Elia lapide Nicopolim pergentibus, quorum secundum situm unus dicitur Bethhoron superior, & alius Bethhoron inferior datus Leuitis in possessione.

^b *Et omnes.* Ezer, scilicet, Mageddo & Gazer & Mello, que omnes ecclesie monstrant decorum: quia uerus Salomon in iucunditate regni sui ad laudem & letitiam sibi preparauit. Interpretatur autem Mello adimpletio: Ezer separatus & sanctificatus: Mageddo cenaculum eius: Gazer praecilio vel diuisione: Bethhoron domus montium: Baalath ascendens. Sancta autem ecclesia, ciuitas est Dei uini, ubi impletur quoridie uoluntas Dei, & separata ab omni errore in fidelium: sanctificatur fide & bono opere. Ibi est refectio uirtutum. Ipsa discernit mundum & immundum & a uirtute uirtutum: & est domus montium, id est, habitatio sanctorum & fructus iustitiae sicut palma

^c *ma florens ascendit de uirtute in uirtute, ut uideat Deum deorum in Sion.* Omnes uicos suos munit Salomon: quia Christus cunctus

^d *Psalm. 131. b.*

^e *conuenientiam cuiusque temperis omnia in ecclesia disponit: & unusquisque ordo officio suo functus digne ministret.*

cunctis fidelium suorum gratiae suae protectione ita munit: ut d hostibus suis spiritualibus resistere possint. ^d *In Liba.* In templo, scilicet, quod cedrorum decore ueritum erat. unde Zach. *Aperi Libane portas tuas.* uel regis edificis quae facta erant de lignis Libani.

^e *Hic Zac.*

^a *Quae Hebraice dicitur Thamar.* ^b *Ciuitas est in tribu Iuda.* ^c *Omnia quaecumque uoluit fecit.* ^d *Christus.* ^e *Iudaeos, Gentiles, Haereticos.* ^f *De numero sanctorum.* ^g *Christus.* ^h *Impius uiuit iusto.* ⁱ *Quia non sunt ancillae filij, sed liberi: quia libertatem Christus nos liberauit.* ^k *Obseruantis legis uel ritu Gentili.* ^l *Contra rituales nequitas.* ^m *Se & alios bene ducentes.* ⁿ *Eorum, scilicet, qui sequuntur doctrinam euangelicam.*

^o *Quia non sunt ancillae filij, sed liberi: quia libertatem Christus nos liberauit.* ^p *Obseruantis legis uel ritu Gentili.* ^q *Contra rituales nequitas.* ^r *Se & alios bene ducentes.* ^s *Eorum, scilicet, qui sequuntur doctrinam euangelicam.*

^t *Per membra sui.* ^u *Christus.* ^v *Bonorum operum.* ^w *Fidei catholice.* ^x *In ecclesia.* ^y *Ingressum celestis patrie.* ^z *Per omne tempus praesentis uitae usque ad consummationem saeculi.* ^{aa} *Pro aeterna quiete.* ^{ab} *Pro nouitate uitae.* ^{ac} *Pro celestis gaudij perceptione.* ^{ad} *In sanctae trinitatis fide.* ^{ae} *Secundum quod in lege Dei scriptum est & prophetis.*

^{af} *In ecclesia.* ^{ag} *Ingressum celestis patrie.* ^{ah} *Per omne tempus praesentis uitae usque ad consummationem saeculi.* ^{ai} *Pro aeterna quiete.* ^{aj} *Pro nouitate uitae.* ^{ak} *Pro celestis gaudij perceptione.* ^{al} *In sanctae trinitatis fide.* ^{am} *Secundum quod in lege Dei scriptum est & prophetis.*

^{an} *In ecclesia.* ^{ao} *Ingressum celestis patrie.* ^{ap} *Per omne tempus praesentis uitae usque ad consummationem saeculi.* ^{aq} *Pro aeterna quiete.* ^{ar} *Pro nouitate uitae.* ^{as} *Pro celestis gaudij perceptione.* ^{at} *In sanctae trinitatis fide.* ^{au} *Secundum quod in lege Dei scriptum est & prophetis.*

^{av} *In ecclesia.* ^{aw} *Ingressum celestis patrie.* ^{ax} *Per omne tempus praesentis uitae usque ad consummationem saeculi.* ^{ay} *Pro aeterna quiete.* ^{az} *Pro nouitate uitae.* ^{ba} *Pro celestis gaudij perceptione.* ^{bb} *In sanctae trinitatis fide.* ^{bc} *Secundum quod in lege Dei scriptum est & prophetis.*

^c *Ducenti.* Centenarius qui in computo digitorum de leua transit in dexteram, vitam significat aeternam. Quinquagenarius uero peccatorum remissionem, & aeternam requiem: & gratiam sancti spiritus significat: quia in psalmo eiusdem numeri penitentia, confessio, & remissio, peccatorum describitur. Et per iubileum requies futura. Per penitentiam uero in aduentu spiritus sancti septiformis gratia expressa.

^f *Qui eru.* Quia ex utroque populo elegit ecclesiae rectores, qui spirituali gratia illuminati, & plenae edoceri remissionem peccatorum, vitamque aeternae salutis, & beatitudinem perpetuam appetenda, suo docerent exemplo.

^g *Filiam uero Pharaonis, &c.*

^h *Holocausa.* Holocausum totum incensum dicitur, hoc in altari crematur, cum in corde cuiusque electi qui seipsum totum, scilicet, carne & corde Deo uouit, opus bonum feruente charitatis igne succenditur.

ⁱ *Iuxta.* Secundum

^k *In Asinagar*

NICOLAUS DE LYRA.

¹ *Omnes autem.* Tertii Regum 9. b. dicitur: *Quingenti quinquaginta.* Sed responsio patet ex textu: quia hic loquitur de principibus exercitus, ubi autem non solum de principibus exercitus sed etiam de his qui praecerant omnibus Salomonis operibus, ut patet literam intuenti.

² *Filiam uero Pharaonis.* hoc expositum est 3. Regum nono capite.

³ *Tunc obtulit Salomon holocausta domino super altare domini quod extruxerat ante porticum.* Hic consequenter describitur magnificentia Salomonis in sacrificiis cum dicitur. *Tunc obtulit Salomon holocausta domino.* scilicet, holocaustorum, quod erat in atrio sacerdotum.

⁴ *In sabbathis.* qualibet hebdomada.

⁵ *Et calendis,* id est, principiis mensium.

⁶ *Et in festis diebus, ter per annum, id est, in solennitate azymorum,* scilicet, in festis paschae, pentecostes, & tabernaculorum. Caetera patent in litera.

Tunc

a In *Afiongaber*. Insula dicitur esse haud procul ab Ahila in rubro mari, vbi classis Iosaphat perijt.

***** Ioseph. Eecit rex multas naues in sinu Aegyptiaco maris rubri, in quodā loco, qui *Afiongaber* appellat, nō procul à ciuitate Elana, quæ nūc *Beronice* vocat. Hæc enim regio fuit primitus Iudæorum.

Habuit autem ad ædificandas naues beneficia regis Hiræ. Nauigauerunt itaque in locum qui olim *Ophira*, nunc terra aurea, nuncupatur. (est autem India) vt aurum deferrent, &c.

Rabbanus. Classis quam fecit Salomon in *Afiongaber*, quæ festinantes vel fortes, vel viriliter interpretatur, ecclesia fidelium intelligitur: quæ in mari huius seculi posita, thesauros sapientiæ & scientiæ opesque virtutum studeat acquirere: vbi

a perfecit eam. Tūc abiit Salomon in *Afiongaber*, & in *Ailath* ad oram maris rubri, quæ est in terra *Edom*. Misit ergo ei **b** *Hiram* per manus seruorum suorum naues & nautas, gnaros maris, & abierunt cum seruis Salomonis in *Ophir*, tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

re, vbi sunt serui *Hiram* nautici & gnari maris cū seruis **Sa** *lomonis*, quia Gentiles sapientia seculi eruditi cum in lege *Mosi* periculis sociantur in vnitatem fidei. Hos mittit *Salomon* noiter in *Ophir*, quæ interpretatur intemans, vt inde aurum afferant eum in vtilitate literæ sensum pretiosum querere

Matth. 12. d.

laborant, qui accepta summa quadringentorum quinquaginta talentorum auri ad regem deferunt, cum pretiosum sensum historiæ allegoriæ, tropologiæ atque anagogiæ in diuinis libris per gratiā spiritus sancti iueniūt,

† autem rubri.

& cum sapientiæ & consilio diuino ascribentes tribuunt.

b In *Ophir*. Nomen pronuntia *Ophir*, ab vno posteriorū *Heber* vocata, ex cuius stirpe venientes, à fluuio *Cophene* vsq; ad regionē *Indiæ* quæ vocatur *Gerā* habitasse *Iosephus* refert.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Tunc abiit. Hic describit magnificentiā Salomonis in diuitiis exquiri suis,

suis, quæ p nauigiū faciebat ex piri diuitias incesuetas in locis remotis. & inaccessibilibus p terrā, de quo nauigio dictū fuit 3. Reg. 9. in fine.

CAP. IX.

a Regina quoque. Regina austri quæ ab extremis finibus excitata venit audire sapientiā Salomonis ecclesiā de gētibus ad Christū vcturam figurabat: quæ circumamicta varietate in vestitu deaurato, obliuiscens populū & domū patris sui, barbara gente, nō animo fuit, quia optabat sanctorum fieri conciuis. vnde: *Surgat regina austri in iudicium cum generatione ista.*

b *Saba*. Iosephus. Herodotus *Alicarnaf* seu postquam dixit trecentos & triginta fuisse reges *Aegyptio* rum, regnantis postea mulieris vocabulum posuit, nomine *Nicaulam* eā vocitaram fuisse declarans. Hæc *Aegypti* *Aethiopiæ*que regina postea venit ad *Salomonē*. Dicunt autem quod & radicē *Balsami*, quam hæcenus fert nostra prouincia, ipsa dedit regi.

***** *Glycas* *Sabei* nationis sunt *Aethiopia*. Eorum regina fuit admiranda illa *Sibylla*: quippe quæ cum legē ignoraret, nec vates audisset, per *Salomonē*, sapientiæ subministratorem Deū prædicauit. Inter alia quibus *Salomonē* tentauit, etiam huiusmodi quiddam excogitauit. Formosus aliquot pueros, tā mares quā femellas, vniuersimodī vestitu & eadem tōsura cum exornasset, *Salomoni* eos exhibuit, vtriusque sexus discrimen in his vt indicaret, postulās. Tū ille iussis pueris facies suas ablucere,



CAP. V. IX.

a Regalis ciuitas *Aethiopiæ* quam *Iosephus* à *Cambyse* rege *Me* *roen* cognominatam ex *Iurors* sūz vocabulo refert.

a Regina quoque *Saba* cum audisset famam **b** *Salomonis*, venit vt tentaret eū in ænigmatibus in *Ierusalē* cum magnis opibus & camelis, qui portabant aromata & auri plurimum, gemasque pretiosas.

Cumque venisset ad *Salomonē*, locuta

a Quæ cogitabat sibi salubria & necessaria esse. **b** Per legis noticiam & spiritus sancti gratiam.

Quia hic quadam ex parte cognoscit, in futuro autē facie ad facie videbit, & cognoscat sicut & cognita est.

est ei quæcūque erant in corde suo. Et exposuit ei *Salomon* omnia quæ proposuerat, nec quicquā fuit quod perspicuum ei non fecerit. Quod postquam vidit, sapientiam, scilicet, *Salomonis*, & domum quam edificauerat, nec non cibaria mensæ eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum, pincernas quoque & vestes eorum, & victimas quas immolabant in domo domini, non erat præstupore vltra in ea spiritus. Dixitque ad regem: Verus est sermo quem audieram in terra mea de virtutibus & sapientia tua. Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei, & probassem, vix medicitatem mihi sapientiae tuæ fuisse narratam: vicisti famam virtutibus tuis. Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui assistunt coram te omnitempore, & audiunt sapientiam tuam. sit dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum, regem dñi Dei tui. Quia diligit Deus *Israel*, & vult seruare eum

a Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

a Per quam mundis cordibus dignatur se ostendere.

a Pater, scilicet. **b** Super solium quod & super regnum eius sedebit.

uinitatis presentiam, & parum ei visum est quod ante de eo audierat in comparatione perceptæ gratiæ. Vnde & admirando in laudem eius prorumpit dicens. *Beati viri tui, &c.*

De lignis

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. IX.

1 Regina. Hic consequenter circa magnificentiā *Salomonis* describitur famæ diffusio. Et primò specialiter quantum ad reginam *Saba*. Secundò generaliter quantum ad reges terræ ibi: *Magnificatus est*. Prima in duas: quia primò describitur dicta famæ diffusio. Secundò substantiæ *Salomonis* quedam

quedam numeratio, ibi: *Erat autem pondus auri*. Circa primū sciendum, quod regina *Saba* audita fama *Salomonis* venit ad eum de partibus remotis. Primò ergo ostenditur ad quid venit, scilicet, ad proponendum dubias quæstiones, & quid inuenit, scilicet, perspicuas solutiones. Secundò ostenditur quid *Salomoni* dedit, & quid ab eo recepit, ibi: *Dedit autem regi, &c.*

Erat autem

MORALITER.

Regina quoque *Saba*. Requiritur expositio mystica 3. Regum decimo capite.

Prof. eius

dum mittit, vt in credentibus afferant sibi aurū sapiētiæ, argentum eloquentiæ, & ebur castitatis Simia autē est animal ingeniosum, & hominis imitatorū, & philosophos significare pōt: qui veræ sapiētiæ sensus aliqñ mutant, & in disciplinis moralis vitæ edisserūt actus. Paulo qui laudatas ondit pen-
 a ¶ Dibi dixit cor meum quæsiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram. Et alibi. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.
 tiis & † gloria. Omnesq̄ue reges terrarum desiderabant videre faciem salomonis, vt audirent sapientiam quam dederat Deus in corde eius. Et deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, & vestes, & arma, & aromata, equos & mulos per singulos annos. Habuit quoque Salomon † quadraginta milia equorum in stabulis, & curruum equitumq̄ue duodecim milia.
 a ¶ In custodia disciplinarum.
 Constituitq̄ue eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in
 a ¶ Et dominabitur à mari vsque ad mare, &c.
 b ¶ Id e. t., super omnes qui regi regiminis exercent potestatem.
 b Ierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à
 c ¶ Fructificato vel crescente.
 c flumine Euphrate vsque ad terram philistinorum, & vsque
 a ¶ In argento nitore eloquentiæ & iucunditatis ecclesiasticæ doctrinæ.
 d ad terminos Ægypti. Tantamq̄ue copiam præbuit argenti in
 a ¶ Duritiæ & insensibilitatis Gentilium. b ¶ In cedris subtilitas & odor virtutum.
 e Ierusalem quasi lapidum, et cedrorum tantam multitudinem
 a ¶ In lycomorū utilitas & infructuositas infidelium.
 velut sycōmororum, quæ gignuntur in campestribus. * Adducebantur autem ei equi de Ægypto, et cunctis regionibus.
 a ¶ Priorum quæ fecit antequam præuaricaretur, sicut est templi edificatio, varia sacrificiorum oblatio.
 f Reliqua autem opera salomonis priorum et nouissimorum
 quæ fecit, scripta sunt in verbis Nathã prophetæ, et in † libris
 Ahia silonitis, in visione quoque Addo videntis contra Ieroboam filium Nabat. † Regnauit autem Salomon in Ierusalem super omnem Israel quadraginta annis. Dormiuitq̄ue cum patribus suis, et sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnauitq̄ue pro eo Roboam filius eius.

terpretatur ruina duplex. Hoc fit cū per absolutionē peccatorum ab inchoatione sui in Iordane baptisimatis vsq; ad conuersionē omnium gentium ad Irdē Christi redundat gratia potestatis, vt vbi defluxus fuit carnalium desideriorū, ibi stabilatur germen virtutū: & vbi idololatria & cōuersatio flagitiosa populorum fuit duplex ruina: ibi per confessionem rectæ fidei & cultum pietatis ad celeste regnum surgat vita fidelium. Pertingit enim potestas eius vsque ad terminos Ægypti, id est, tenebrosas mētes infidelium, quas complet lumine fidei. vnde: *Ceram illo procedēt Aethiopes, &c.*
 d *Tantumque.* Præbet verus Salomon in ecclesia copiam argēti quasi lapidum, cum **E** corda Gentilium insensibilia, ad veri Dei intellectum quos lapides pro Deo coluerunt, ad meditationē legis, & prædicationem euangelij conuertit. De quibus dicitur: *similes illis sunt qui faciunt ea, &c.* Et alibi. *Potēs est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Præbet etiam multitudinem cedrorum quasi sycōmororū, quia sterilitatem gentium quæ in altū se erigere non valebāt, pronexit ad fecunditatem bonorum operum & virtutum.
 e *Et cedro.* Cedrus est imputribilis natura, odore iucunda, aspectu nitida, quæ accensa nidore serpētes fugat & perimit.
 f *Reliqua verò.* Quæ fecit postquā legem Dei transgressus est, cū alienigenæ vxores vsque ad idololatriā eum pertraxerūt. Multi quidem vt Salomon, bene incipiunt & malè desinūt, diciq; beatus ante obitum nemo, supremaq; funera debet.

b In Ierusalem. Visione pacis, distantia locorum discretionē ostendit affectuū. Qui enim sunt in vrbibus quadrigarū, illos significāt qui diuersis ecclesiæ disciplinis per spirituales magistros erudiuntur. Alij verò iam eruditi, vsui regis celestis aptati præsentia eius habere mere ntur. Vnde: *curius Dei decem milibus m. &c.* Et alibi: *Ascender s super equos tuos, & equitatus tuus sanitas.*
 c *Philistinorum.* Duplicaturus cadētū. Philistinij enim interpretatur

c *Et cedro.* Cedrus est imputribilis natura, odore iucunda, aspectu nitida, quæ accensa nidore serpētes fugat & perimit.
 f *Reliqua verò.* Quæ fecit postquā legem Dei transgressus est, cū alienigenæ vxores vsque ad idololatriā eum pertraxerūt. Multi quidem vt Salomon, bene incipiunt & malè desinūt, diciq; beatus ante obitum nemo, supremaq; funera debet.

NICOLAUS DE LYRA.
 Reliqua. Hic ponitur conclusio regni Salomonis.
 Scripta.

2 Scripta. Isti libri non habentur apud nos nec apud Hebræos.
 3 Super omnem Isral. Hoc dicitur quia filius eius Roboam regnauit tantum super tres tribus, vt videbitur in sequentibus.
 CAP.

CAP. X.
 Pater tuus durissimo iugo, &c. * Hieronym. Eo quod viginti quatuor milia per vices mensibus singulis morabantur cum rege in Ierusalem.
 * Eui-



CAPVT X.
 † Profectus est autem Roboam in Sichem (illuc enim cunctus Israel conuenerat) vt constitueret eum regem. Quod cum audisset Ieroboam filius Nabat, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illuc ante salomonē) statim reuersus est. Vocaueruntq; eum, et venit * cū vniuerso Israel, et locuti sunt ad Roboam, dicentes. Pater tuus durissimo iugo nos pressit, tu leuiora impera patre tuo, qui nobis grauem imposuit seruitutē, et

* Eucherius. Israelitæ locum Sichem elegerunt, vt facilius in domum Dauid conspirarēt, & electionem impedirent, occasionem nacti in Roboam infelici vtendo auspicio.
 † 3. Reg. 12 a
 * Ieroboam.
 Reliquit

NICOLAUS DE LYRA.
 CAP. X.
 Profectus. Postquam actum est de regno Dauid vnito & integro, hic consequenter agitur de eodem diuiso & defalcato. Et licet fuerint 19. reges. quia tamen aliqui pauca aut nulla fecerunt, ideo tempus eorum cum alijs describitur. Et secundum hoc residuum huius libr. in quindecim partibus

partibus diuiditur: quia primò agitur de tempore Roboam filii Salomonis in hoc cap. Secundò de tempore Abiæ cap. 13. Tertio de tempore Afa cap. 14. Quarto de tempore Iosaphat cap. 17. Quintò de tempore Ioram cap. 21. Sextò de tempore Ochoziæ cap. 22. Septimò de tempore Ioas cap. 23. Octauò de tempore Amasiæ cap. 25. Nonò de tempore Ozia cap. 26. Decimò de tempore Ionathan cap. 27. Vndecimò de tempore Achaz cap. 28. Duodecimò de tempore Ezechia cap. 29. Decimotertiò de tempore Manasse cap. 33. Decimoquar-

C Reliquit con-
A filium suum, & c.
 Heconym. Hos aiunt He-
 brazi esse Bana-
 nam filium Iona-
 dae & Iahihel
 filium Achamo-
 ni, qui & Chila
 vocatur, quo-
 rum consilio re-
 licto, tractare
 cepit Roboam
 cum iuuenibus,
 idest, Aduram,
 qui in sequenti-
 bus, lapidatus
 dicitur, & simi-
 libus. Iuuenem
 autem non gra-
 te, sed animo se-
 pedicimus. No-
 enim erat Ro-
 boam, iuuenis
 etate, sed sensu:
 qui quadragesimo
 primo etatis
 suae anno ce-
 pit regnare.
B Responditque
 rex & c. hic signi-
 ficat malos re-
 ctiores in eccle-
 sia, qui terrenis
 cupiditatib. de-
 diti, curam sub-
 ditorum negli-
 gunt: ergaudent
 in multitudine
 sibi obsequen-
 tium. Interpre-
 tatur vero Ro-
 boam latitudo
 populi. Hi sunt
 qui latam ingre-
 diun-

paululum de onere subleua, vt seruiamus tibi. Qui ait. post tres dies reuertimini ad me. Cumq; abisset populus, iniit consiliu cu senib. qui steterat cora patre eius Salomone. du adhuc viueret, dicēs. Qd datis co-nsiliu, vt rñdeam populo? Qui dixerut ei: si placueris populo huic, & tle-neris eos verbis clementib. seruiet tibi oī tēpore. At ille reliquit consiliu senū, & cu iuuenib. tractare cepit, qui cu eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. Dixitq; ad eos. Quid vobis vī, vel quid respondere de beo populo huic, qui dixit mihi. subleua iugum quod imposuit nobis pater tuus? At illi responderunt, iuuenes, & nutriti cum eo in delitijs, atque dixerunt. Sic loqueris populo qui dixit tibi. Pater tuus aggrauauit iugum nostrum. tu subleua, & sic respondebis eis. Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis iugum graue, & ego maius pondus apponam. † Pater meus cecidit vos flagellis, ego vero caedam vos scorpionibus. Venit ergo Ieroboam, & vniuersus populus ad Roboam die tercio, sicut praeeperat eis. Responditque rex dura, derelicto consilio seniorum. Locutusque est iuxta iuuenum † voluntatem. Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod ego grauius faciam. Pater meus cecidit vos flagellis, ego vero caedam vos scorpionibus, & non acqueuit populi precibus. † Erat enim † voluntatis Dei, vt compleretur sermo eius quem locutus fuerat per manum Ahiasilonitis ad Ieroboam filium Nibat. populus autem vniuersus (rege duriora dicente) sic locutus est ad eum. † Non est nobis pars in Dauid, neque haereditas in filio Isai. Reuerrere in tabernacula tua Israel. Tu autem † pasce domum tuam Dauid. Et abiit Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. † Misitque rex Roboam Aduram qui praerat tributis & lapidauerunt eum filij Israel, & mortuus est. Porro rex Roboam † currum festinauit ascendere, & fugit in Ierusalem. Recessitque Israel a domo Dauid vsque ad diem hanc. factum est autem cum audisset omnis Israel, quod reuersus esset Ieroboam, miserunt, & vocauerunt eum congregato cetero, & constituerunt eum regem super omnem Israel. Nec secutus est quispiam domum Dauid, praeter tribum Iuda solam.

diuntur viam quod ducit ad mortem, non angustam, quae ducit ad vitam. Et relicto patrum consilio quorum dicta & facta ac altitudinem persecutionis tendunt, consilio inuenum obtemperare eligunt. qui laudibus & adulationibus grauant, qui caeci sunt & duces caecorum, & vnde. *Va tibi terra, cuius rex puer est, &c.*
C Erat enim voluntas Dei, & c.
 * Theodoretus & Procopius. Quorum Deus curam gerit, ij respiciunt quid flagedium, vt quod Deus reddat sapientes: Quae autem priuati sunt gratia temere seruntur. Hoc autem hic quoque significauit oratio, quod visum sit domino Deo bifariam regnum scindere, propter scelera patris.
 CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

Decimoquarto de tempore Iosia cap. 34. Quintodecimo de tempore filiorum eius ca. 35. Circa primum describitur primo regni Dauid diuisio. Secundo diuisionis confirmatio ca. 21. Prima in duas, quia primo describitur diuisionis occasio Secundo ipsa diuisio ibi. *Populus autem*. Sententia autem istarum

rum partium patet ex dictis Reg. 12. vsque ad medium capituli. 1. *Factum*. Totum istud vsque ad finem huius capituli non est de textu, quia non est in Heb. nec in libris correctis, sed de 3. Reg. 12. acceptum est & delatum in hoc loco ex imperitia scriptorum seu correctorum, & ex ignorantia Hebraicae veritatis, sicut & alijs pluribus locis simile factum est.

CAP XI.

Venit autem Roboam, & c. * Aug. Cum voluisset Roboam tanquam tyrannidem diuisio illius partis bello persequi prohibitus est populus pugnare cum fratrib. suis dicente Deo p. prophetam, se hoc fecisse. Vn apparuit nullum in ea re vel Israel regis, vel p. sui se peccatum, sed voluntatem Dei vindicantis, impletam esse, quae cognita, pars vtraque inter se pacata conqueuit. Non enim, religionis, sed regni, fuerat facta diuisio.
 * Euch.

* Euch. In 2. Reg. c. 3. Deus tñ hoc nisi per ipsorum hominum voluntates facere noluit, sine dubio hñs humanorum qd placeret animorum inclinadum potestatem. Sic ergo cum voluerit, reges in terra Deus constituere, magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas voluntates.
 X I.



Venit autem Roboam in Ierusalem, & conuocauit vniuersam domum Iuda & Benjamin centum octoginta milia electorum, atque bellantium, vt dimicaret contra Israel, & conuerteret ad se regnum suum. Factusque est sermo domini ad Semeiam hominem Dei, dicens. Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad vniuersum Israel, qui est in Iuda, & Benjamin. Haec dicit dominus. Non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros. Reuertatur vnusquisque in domum suam,

* Ambros. Aduersus Ieroboam parans se Roboam defendere, edificauit ciuitates munitas Etha & Thecue, hoc est, ciuitates fortitudinis: Etha quippe nobis sonat fortitudinem.
 Maachan

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XI.

Venit autem. Hic pñt describitur praedictae diuisionis confirmatio p. verbum prophetae ex parte dñi loquentis. Et patet snia ex dictis 3. Regu 12. c. Secundo describitur regni defalcati prosecutio, ibi. *Habitauit autem Roboam*. Et diuiditur in duas partes: quia primo describitur prosecutio huius regni proficiendo Secundo deficiendo. ca. 12. Primo in duas: quia primo

primo describitur profectus regni Roboam per proprium studiu Secundo p. alioru auxiliu, ibi. *Sacerdotes autem*. Tertio preponendo valentioru filium, ibi. *Duxit autem Roboam*. & c. Circa primum ostenditur profectus regni Roboam p. proprio studio eo q. multas ciuitates murauit, & plura fortalicia construxit in regno suo, muniendo ea victualibus & bellatoribus ad roborationem regni sui: & patet litera.

MORALITER.

1 Venit autem Roboam. Expositionem mysticam require. 3. Regum 2. cap.

De di. de ci. 12. cap. 21.

3. Reg. 12. c.

Diuisio.

Sacer.

quia mea hoc gestum est voluntate. Qui cum audissent sermonem domini, reuersi sunt: nec perrexerunt contra Ieroboam. Habitauit autem Roboam in Ierusalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda: extruxitq; Bethlehẽm, & Etam, & Thecue, Bethsur quoque & Socho, & Odollam, nec non & Geth, & Marefa, & Ziph: sed & Aduram, & Lachis, & Azeca, saraa quoque & Aialon, & Hebron, quæ erant in Iuda & Benjamin ciuitates munitissimas. Cumq; clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborumq; horrea, hoc est olei & vini. sed & in singulis vrbibus fecit armamentaria scutorum & hastarum, firmavitq; eas summa diligentia, & imperauit super Iudam & Benjamin. Sacerdotes autem & Leuitæ qui erant in vniuerso Israel, venerunt ad eum de cunctis sedibus suis, relinquentes suburbana & possessiones suas, & transeuntes ad Iudam & Ierusalem, eo quod abiiecisset eos Ieroboam & posterius eius: ne sacerdotio domini fungerentur. Qui constituit sibi sacerdotes excelso- rum et dæmoniorum, vitulorumque quos fecerat. Sed et de cunctis tribubus Israel quicunque dederant cor suum vt quærent dominũ Deum Israel, venerunt Ierusalem ad immo-

landum victimas domino Deo patrum suorum: et roborauerunt regnum Iuda, et confirmauerunt Roboam filium salomonis per tres annos. Ambulauerunt enim in vijs Dauid et Salomonis annis tantum tribus. Duxit autem Roboam vxorem Mahalath filiam Ierimoth, filij Dauid, Abihail quoque filiam Eliab, filij Isai, quæ peperit ei filios eius et somoriam et Boom. Post hanc quoque accepit Maacha filiam Absalon, quæ peperit ei Abia et Ethai, et Ziza et salomith. Amavit autem Roboam Maacha filiã Absalom super omnes vxores suas et cõcubinas. Nam vxores decem et octo duxerat, concubinas autem sexaginta, et genuit viginti octo filios et sexaginta filias. Constituit verò in capite Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos. † Ipsum enim regem facere cogitabat, quia † sapientior fuit super omnes filios eius, et in cunctis finibus Iuda et Benjamin, et in vniuersis ciuitatibus muratis. Præbuitque eis escas plurimas, et multas petiuit vxores.

Maacham filiam Absalom, &c. Hiero. Non est iste Absalom filius Dauid, sed alius, quod in Regum volumine demonstratur.

Question. in huic locum.

† Iosephus. Hæbuit autem leges sibi cõiunctas vxores decem & octo, concubinas verò triginta. Et filij quidem ei nati sunt decem & octo, filie verò sexaginta.

† vt eum regere faceret. † discessit de cunctis filiis.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Sacer. au.* Hic consequenter describitur profectus regni Roboã per aliorũ auxilia: q̃a Ieroboã factus rex super Israel timuit ne populus rediret ad regnũ Dauid, si iret in Ierusalẽ ad sacrificandũ domino, vt habetur 3. Reg. 12. & ideo fecit duos vitulos aureos, vt ibidem habetur. Et quia sacerdotes & Leuitæ qui habitabant in regno suo, abominabantur cultum vitulorũ, abiecti eos: & sic venerunt ad regnũ Roboã, & per consequens ipsum roborauerunt. Et hoc est quod dicitur. 2 *Venerunt ad eum de cunctis se. i.* ciuitatibus in quib. habitabãt, & quæ erant eis assignatæ pro inhabitatione, vt h̃ Iosue 21.

3 *Relinquentes*, quia sicut erant eis concessæ ciuitates ad habitandũ, sic et suburbana ad animalia nutriendũ. Similiter et homines deuoti de alijs tribubus qui volebant colere dñm, ascendebant in Ierusalem ad immolandum domino sic legitur de Thobia, Thob. 1. c. & sic roborauerunt regnum Iuda: quia parati erant ipsum adiuuare. Et hoc est quod dicitur: *Sed & de cunctis tribubus Israel, &c.*

4 *Duxit autem Roboam.* Hic consequenter describitur profectus regni Roboã, per hoc q̃ ordinauit sibi succedere valentiorẽ filiũ, scilicet, Abiam, quamuis haberet plures vxores & de his multos filios seniores ipso. Et patet litera ex dictis.

Relin-

CAP.

CAP. XII.

Cumque roboratum fuisset, &c. † Iosephus. Reor quia sepius causa malorum & iniquitatis existat hominibus magnitudo rerum, earumq; ad poriora conuersio. Videns enim Roboam regnum suum augeri, ad impias & iniustas conuersus est actiones: & spreuit Dei religionem, ita vt populus imitaretur eius iniquitatem. Cum moribus namque Principum, corrumpitur conuersatio subiectorum: & cum viderint illos luxurias, suæ castitatis meritã respicientes: quasi virtutem, eorum imitati nituntur illecebras. Non enim opera principum approbare videtur, nisi etiã similiter hæc agantur



Umq; roboratũ fuisset regnũ Roboã & confortatũ, dereliquit legẽ dñi, & ois Israel cũ eo. Anno autem quinto regni Roboã ascendit Sefac rex Ægypti in Ierusalẽ (quia peccauerunt dño) cum mille ducẽtis curribus, & sexaginta millib. equitũ: nec erat numerus vulgi quod venerat cũ eo ex Ægypto, Lybies, scilicet, & Troglodytæ & Æthiopes. Cepitq; ciuitates munitissi-

gatur. Hoc igitur accidebat sub iectis Roboã. Nã cum ille ageret impiẽ, studebãt & illi nõ esse iusti, ne rex videretur offendi.

In cap. 10. Eccles.

† Rab. Vides quam periculosa sit diuitiarũ affluẽtia, & quã foelix ciuitas est, cuius rector sapiẽs & iustus, cuius vices sapiẽs Ecclesiasticus profert: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Et qualis est rector ciuitatis; tales & habitãtes in ea. Rex insipiẽs perdet populũ suũ. Ille utique rex de quo dictũ est, *vt tibi terra, cuius puer rex est, & cuius principes mane comedunt: quia talis rex perdet populũ suũ*, hoc est, omnes sibi obediẽtes in barathrum secum præcipitat inferni.

F

Eccles. 10.

Rabbanus.

b *Anno autem quinto regni Roboã ascendit.* Mali rectores per negligentiam

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XII.

Cumque roboratum fuisset. Hic consequenter describitur profectus regni Roboam in deficiendo: Et primò describitur regis & populi transgressio. Secundò contritio, ibi: *Se-mecias aut.* Circa primum dicitur. 1 *Cumque roboratum fuisset.* modo dicto cap. præced. 2 *Dereliquit legem.* ad idololatriã declinando secundũ modũ matris suæ quæ fuit Naama Ammonitis, vt dicit infra eod. c. Et omnis

3 *Et omnis Israel.* id est, maior pars populi qui erat pronus ad idololatriam, aliqui tamen in hoc non fuerunt eum secuti, vt patet infra eod. cap. Consequenter ponitur transgressiois punitio, eum dicitur.

4 *Ascendit Sefac.* de ordinatione domini ad puniendũ peccatum regis & populi: quia malum pœnæ est à Deo, in quantum iuste inferitur, propter quod dicitur Amos 3. b. *Non est malum in ciuitate quod dominus non fecerit.*

Se-mecias

MORALITER.

Cumque roboratum &c. Expositio mystica posita est tertij Regum decimoquarto capite.

A diligentiam suam principem tenebrarum prouocant in ecclesiam qui thesauros domus domini & thesauros regis auferunt: cum scientiam scripturarum & opera virtutum subtrahunt incautis & desidiosis.

a Sefac rex. Byssus cilicij, vel gaudium cilicij. Byssus quidem subtilitatem significat: cilicium quod fit de pilis caprarum, peccata. In byssus ergo cilicij, uel suba diaboli: fraudis in persuasionem peccati Sefac Ierosolymitanas opes auferit, cum diabolus qui calide decipit &

† Ascendit itaque Sefac rex Aegypti contra Ierusalem, & abstulit thesauros.

B gaudet in multitudine peccatorum, ecclesiasticos viros, scientia spirituali & opere virtutis spoliat: & eos qui videbantur in ecclesia decori, spoliatos secum in barathrum perditionis mergit.

b Clypeos Salomon scuta aurea fecit, & custodiis domus suae tradidit, cum Christus spirituales scientias per duo testamenta doctoribus ecclesiae ad plebem tuendam commendauit.

C Hanc antiquus hostis per incuriam retrosum abstrahit. Cum enim intendunt terrenis rebus, minusque curant de cele-

mas in Iuda, & venit usque Ierusalem. Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ierusalem, fugientes sefac. Dixitque ad eos: Hec dicit dominus: Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sefac. Conternati que principes Israel & rex, dixerunt: Iustus est dominus. Cumque vidisset dominus quod humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sefac. Veruntamen seruiet ei, ut sciant distantiam seruitutis meae, & seruitutis regni terrarum. † Recessit itaque sefac rex Aegypti ab Ierusalem, sublatis thesauris domus domini, & domus regis. † Omniaque secum tulit, & clypeos aureos quos fecerat Salomon, pro quibus fecit rex aeneos: & tradidit illos principibus & scutariis, qui custodiebant vestibulum palatii. Cumque introiret rex domum domini, veniebant scutarii, & tollebant eos. Iterumque referebant ad armamentarium suum. Veruntamen quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira domini, nec delati sunt penitus. siquidem & in Iuda, † inuenta sunt opera bona. confortatus est ergo rex Roboam in Ierusalem, atque regnavit. Quadraginta autem & unius anni erat cum regnare coepisset, & decem & septem annis regnavit in Ierusalem (urbe quam elegit dominus) ut confirmaret nomen suum ibi, de cunctis tribubus Israel. Nomen autem matris eius Naama Ammanitis. Fecitque malum & non preparauit cor suum ut quaereret dominum. Opera vero Roboam prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiae prophetae &

† Ecclesia quae in unitate fidei persistit semper pugnat cum haereticis schismaticis, & cum omnibus fidei catholicae inimicis.

d Addo videntis: † & diligenter exposita. Pugnaveruntque aduersum se Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Et dormiuit Roboam cum patribus suis, sepultusque est in ciuitate Dauid, & regnavit Abia filius eius pro eo.

domini a pseudo propheta seductus ibidem manducauit.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Semeias autem. Hic ponitur regis, & populi contritio, vexatione eis dante intellectum, propter quod receperunt prophetae verbum. unde dicitur. Semeias autem, qui non potentes resistere ipsi Sefac in campo fugerant in Ierusalem tanquam ad ciuitatem regiam, fortissimam, & munitissimam.

2 Vos reliquistis me. Ad idola declinando.

3 Et ego reliquis vos. Auxilium meum subtrahendo.

4 Iustus est. confitentes peccatum suum humiliter, & veraciter exaudiendo.

5 Cumque vidisset. per delicti sui confessionem, & penitentiam. Ex hoc subditur poenae diminutio, cum subditur.

6 Qui humiliati sunt. Totaliter delendo.

7 Daboque eis. Quia non permittam Sefac ciuitatem, & populum destruere, tamen permittam eos ipsi Sefac seruire sub tributo. Cuius causa subditur.

8 Ut sciant. per experientiam.

9 Distantiam. Quia seruitus Dei suavis est, & consolabilis, seruitus autem humana dura, & quasi importabilis est. Unde legitur de multis, quod magis elegerunt mori, quam subijci seruituti, sicut refert Iosephus libro de bello Iudaico, quia Eleazar Iudaeus cum multis aliis in quodam castro a Roma-

nis

nis obsessus, qui videntes, quod erant capiendi, interfecerunt se mutuo, de subijcerentur Romanorum seruituti.

10 Recessit itaque. non ab obsidione tantum, quia ingressus fuit Ierusalem, ut patet ex sequentibus cum dicitur.

12 Sublatis. Dicit enim Iosephus, quod Roboam timore ductus fecit sibi portas aperiri, tamen sub certis pactis, quae tamen Sefac non tenuit, sed magis templum, & domum regiam spoliavit.

12 Pro quibus. ex quo patet deiectione regni ab aurea magnificentia in aeneam.

13 Siquidem. Quia aliqui ad idololatriam non declinauerant quorum intuitu Deus pepercit et alijs, non tamen a toto, sed a tanto.

14 Confortatus est ergo, &c. erat enim parui cordis, ut habet c. seq. & ideo accepit confortationem in modico, videlicet quod remansisset tibi ciuitas, & vita, & nomen regium.

15 Nomen autem. Erat enim Gethilis, & idololatra, & sic docuit filium suum. unde subditur. Fecitque.

16 In libris. Isti libri non habentur, quia non fuerunt reparati ab Esdra.

17 Pugnaveruntque. Licet enim primum bellum generale inter eos fuerit prohibitum a Deo, ut dictum est in principio 11. cap. tamen bella particularia fuerunt in extremitatibus vtriusque regni, sicut solet fieri in extremitatibus regnorum abinuicem discordantium.

CAP.

CAP. XIII.

C A P. X I I I.



Anno decimo octavo regis Ieroboam regna-
uit Abia super Iudam. Tribus annis regna-
uit in Ierusalem. Nomenque matris eius Mi-
chaia filia Vrieli de Gabaa, & erat bellum in-
ter Abiam, & Ieroboam. Cumque inisset Abia
certamen, & haberet bellicosissimos vi-
ros, & electorum quadraginta milia, Ie-
roboam intruxit e contra aciem octoginta milia virorum qui &
ipsi electi erant, & ad bella fortissimi. Stetit igitur Abia super mo-
ntem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait. Audi Ieroboam, & om-
nis Israel. Num ignoratis quod Dominus Deus Israel dederit re-
gnum David super Israel in sempiternum ipsi, & filiis eius in pa-
ctum salis? Et surrexit Ieroboam filius Nabath, seruus Salomo-
nis filii David, & rebellauit contra Dominum suum? Congrega-
tione sunt ad eum viri vanissimi, & filii Belial, & preualuerunt
contra Roboam filium Salomonis. Porro Roboam erat timidus,
& corde pauido, nec potuit resistere eis. Nunc ergo vos dicitis,
quod resistere possitis regno Domini quod possidet per filios Da-
uid. Habetisque grandem populi multitudinem, atque vitu-
los aureos quos fecit vobis Ieroboam in Deos, & eiecistis Sacer-
dotes Domini, filios Aaron, atque Leuitas, & fecistis vobis
Sacerdotes, sicut omnes populi terrarum. Quicumque vene-
rit, & iniurauerit manum suam, in tauro, & de bobus, & in
aneribus septem, sit Sacerdos eorum qui non sunt Dii. Nolite
autem Dominus Deus est, quem non relinquimus. Sacerdotes
que qui ministrant Domino de filiis Aaron, & Leuitae sunt in
ordine suo. Holocaulta quoque offerunt domino per singulos
dies mane, & vespere, & thymiam iuxta legis praecepta con-

mul uelentes cum D
hostibus pacem fer
unt firmam, ac sta-
bilem salis recorda-
tes. Pater meus in-
quit cecit tyranni-
de. ego autem uos
arguo, quod ad Ier-
sus regnum d dnu
audetis arma ma-
uere, & cofiditis in
aureis iuuenis, pro-
pter quas electis
Dei sacerdotibus,
alios pro eis suffeci-
stis, facientes similia
gentib. Nam & illi
quosius sacerdotes
eliguntis, quidii
non sunt. Nos autē
in uero Deo confi-
dimus, cuius & sa-
cerdotes, & Leuitas
honoramus.
† tenero, id est
pauido.
b. Atque uulos au-
reos, &c. Amb. Ac
gyptii colebant qua-
drupedem, quem
dicebant Apin, in si-
militudinem vac-
ce, quod malum est
Ieroboam, uaccas
instituit in Sama-
ria, quibus sacrifici-
carent Iudaei, & uo-
lueres, quia Coraci-
na sacra habent Pa-
gani.
Hec
F

Anno decimo. Cui
tas est q̄ cepit Ielus
rege illius interse-
cto, quam dnt uoca-
ri nunc Sebastie op-
pidum Palestine
ubi Ioannis Bapti-
ste conditae sunt re-
liquie. legimus aut
in Regū, q̄ Amri
Rex Israel emerit
montem Semeron
a quodā Semer, &
aedificauerit in uer-
tice illi⁹ ciuitatē q̄
ex noīe dñi, s. Se-
mer, Semeron ap-
pellant. * Theo.
Iure autē est adm-
randa Cōcio Abdie.
Nā cum uidisset ex
decē tribub. octin-
gēta millia aduersū
se stare acie dixit
aduersariis, An non
uos scire oportebat
q̄ a Deo datum est
regnum Dauid, &
finem non accipies
conuenienter diui-
nae promissio?
Quo crexistis tyā-
num, patris mei Ier-
uum? Testm̄ autē sa-
lis aternū appella-
uit regni firmitatē,
qm̄ et Barbari si-
mul

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XIII.

Anno decimo. Hic consequenter agitur de tempore Abia.
Et primo describitur eius genealogia. Secundo pugna,
ubi, *Cumque inisset Abia certamen.* Tertio victoria, ubi, *Respicens
que Iudas.* Quarto occulta, ubi, *Quem percussit dominus.* Circa
primum dicitur.
1 *Nomenque.* sup. i. c. uocatur Maacha. Et dicendum, quod
est idem nomen variarum tamē, quod frequenter fit in no-
minibus Hebræis, & Latinis, ut frequenter dictum est.
2 *Filia Vrieli.* sup. i. c. dicitur. *Filia Absalon.* sic est in Hebræo
& non Abissalon, ut habent aliqui libri, & male, & ex hoc
ulterius erant alii credentes quod fuerit Absalon filius Da-
uid. Dicitur. n. hic filia Vrieli de Gabaa, Absalon autem filius
Dauid fuit de Ierusalem. Ad illud uero quod inductum est
de discordia nominis patris istius qui uocatur hic Vrieli, &
supra Abissalon, Dicunt aliqui quod Vrieli fuit pater eius, ut
dicitur hic, *Abissalon uero anus eius;* & sic uocatur eius filia,
quia filii filiorum dicuntur filii parentum. Vnde Ruth 4. d.
Natus est filius Noemi, id est, nepos. Alter potest dici quod
pater Maacha fuit binomius, sicut & multi alii, & hic expri-
mitur unum nomen, & aliud, sup. i. c. & 3. Reg. 15.
3 *Cumque.* Hic describitur ipsius Abia cum Ieroboam pu-
gna, ubi primo describitur bellatorum hinc, & inde nume-
rus, & patet litera. Secundo pugnae locus, cum dicitur. *Super
montem Semeron.* Tertio persuasio Abie ad inducendum ad-
uersarios, ut sine bello recederent, ut patebit infra, ubi pri-
mo allegat ordinationem Domini dantis regnum David, &
filiis eius in perpetuum. Ideo subditur.
4 *In pactum.* In omni. n. sacrificio domini ponebatur sal, &
ideo apud Iudæos pactum firmum, & stabile dicebatur pa-
ctum salis. Secundo allegat ipsius Ieroboam, vsurpationem
iniustam regni, dicens, *Et surrexit Ieroboam, &c.*
5 *Congregatiue.* nihil habentes de pondere veritatis.

6 *Et sic.* quod dicitur, *Et recte rationis.*
7 *Et pater.* Cuius causa subditur, *Porro Roboam erat rudis.* i. sto-
lidus. Vnde in Hebræo hic habetur, *Pater non erat.* quia in
principio regni sui iam erat quadraginta. & unius anni, ut ha-
beretur, tertio Regum decimo quarto capitul. sed dicitur pater
sensu.
8 *Et corde.* In Hebræo habetur, *Et corde tenero.* i. impotenti
ad aliquid sustinendum.
9 *Nunc ergo.* quia ipse erat rex principalis, & filii David eius
uicarii. Et hic patet quod iste Ieroboam uolebat etiam occu-
pare regnum Iuda. Tertio allegat Abia ipsius Ieroboam, &
eius populi idololatriam, cum dicitur.
10 *Habe isque.* in qua confiditis, sed pro nihilo, quia sunt sub-
diti idololatriæ peccato, licet enim in uitis aureis primo a-
dorauerint Deum secundum opinionem aliquorum quae ip-
sabilis est, ut dictum est 3. Regum decimo secundo, tamen
extunc fuit ibi quidam idololatriæ modus, quia adorabant
eum in imagine prohibita, ut habetur Exod. vigesimo. Item
precedente tempore adorauerunt ibi demones dantes re-
sponsa. Vnde supra i. c. dicitur de Ieroboam. *Qui constituit
sibi sacerdotes excelsorum, & demoniorum.* Vnde subditur, *Atque
uiculos.*
11 *Et eiecistis sa.* vnde habetur, sup. i. c.
12 *Quicumque ue.* Hoc est, quicumque uoluerit pretium dare
erit sacerdos, & poterit offerre. Quarto allegat Abia in popu-
lo suo ipsius Dei debitam fidem, & culturam, dicens.
13 *Noster au.* est uerus Deus solus.
14 *Sacerdotesque.* quos elegit dominus in sacerdotes sibi, ut
habetur Ex. 28.
15 *Et Leuitae.* scantorum, ianitorum, & aliorum officiorum
prout ordinauit Dauid, ut habetur supra i. libro vigesimo-
quinto c.
16 *Holococausta quoque.* s. iuge sacrificium quod offerebatur om-
ni die mane, & uespere.
17 *Et thymiam iuxta.* sex quatuor rebus aromaticis, ut ha-
betur Ex. 30. c.

MORALITER.
1 *Anno deci.* Per Abiam qui interpretatur pater meus domi-
nus, signari potest quilibet fidelis Christianus, fideliter dicēs
Deo, *Pater noster qui, &c.* Per Ieroboam autē qui diuisio popu-
li

li interpretatur, signatur diabolus qui diuisione inter hoīes
ponere machinatur. Gre. hom. 29. Solerter intuentum est,
quod antiquus hostis dum mentem nostram ad rerū t pal.ū
dilectionem trahit, infirmiore contra nos proximum
Tom. 2. P P † excitat

A Hæc illo loquente, &c. Theodo. His diebus, Iudam quidem circundeſerunt decem tribus, ipſi vero iubilant, & diuini auxilium implorant. Deus autem ad belli auxilium vocatus, hoſtium audaciam conuertit in timorem, & cuncti fugerunt omnes, & caſi ſunt quinquaginta milia ex ſagittariis. Dicit et iuge clam, Et mulierum filii Iuda, qui ſperauerunt in domino Deo patrum ſuorum. Ceperunt enim ciuitates illas ſubiedas. Ieroboam autem ſe inuictorū Deus morti tradidit.

B Jos. Ad hanc regis vocem reditus eſt militum, & inuocata ope numerum, ad facerdotum clauſa in gēti clamore ſublato alacritatis indice, in hoſte irruunt. Nec detur eſt hoſti auxilium, quod hoſtiū uigorē reſtat. Abiam longe ſpōſitē. Hic. Corruerunt uulnerati ex Iſrahel quinquaginta milia ui-

ſectum, & proponunt panes in meſa mundiſſima. Eſtq; apud nos candelabrum aureū, & lucernæ eius, ut accendat ſp ad uesperā. Nos quippe cuſtodimus præcepta dñi Dei noſtri, quem uos reliquiſtis. Ergo in exercitu nro dux Deus eſt, & ſacerdotes eius qui clangunt tubis, & reſonant contra uos. Filii Iſrael nolite pugnare contra dominum Deum patrum ueſtrorum, quia non uobis ſexpedit. Hæc illo loquente, Ieroboam retro moliebatur inſidias. Cumque ex aduerſo hoſtium ſtaret, ignorantem Iudam, ſuo ambiebat exercitu. Reſpiciensque Iudas uidit inſtare bellum ex aduerſo, & poſt tergum, & clamauit ad Dominum, ac ſacerdotes tubis canere cœperunt. Omneſque uiri Iuda uociferati ſunt. Et ecce illis clamantibus perterritus Deus Ieroboam, & omnem Iſrael qui ſtabat ex aduerſo Abia, & Iuda, fugeruntque filii Iſrael Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum. Percuſit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna, & corruerunt uulnerati ex Iſrael quingenta milia uirorum fortium. Humiliatique ſunt filii Iſrael in tempore illo, & uehementiſſime confortati ſunt filii Iuda, eo quod ſperaffent in Domino Deo patrum ſuorum. Perſecutus eſt autem Abia fugientem Ieroboam, & cepit ciuitates eius, Bethel & filias eius, & Ieſana cum filiabus ſuis. Ephron quoque, & filias eius. Nec ualuit ultra reſiſtere Ieroboam in diebus Abia, quem percuffit Dominus, & mortuus eſt. Igitur Abia confortato imperio ſuo, accepit uxores quatuordecim, procreauitque uiginti duos filios, & ſedecim filias. Reliqua autem ſermonum Abia, uarumque & operum eius ſcripta ſunt diligentiſſime in libro Ado prophetæ.

rorū fortium, hi nimirū qui ad idolum curruerunt genua ſua. Præceptū n. er. in leg. ca. ſi quis idolum adoraret, moreret. b. Bethel. Ciuitas in proximo lapide ab Eſa ad dextera cun- tib. Neopolim, que prius Luza. Amigdalon uocabatur, & cecidit in ſortem Beniamin iuxta Bethan, & Hai, quam expugnatuſ Ieſus rege il- lius interfe- cto. c. Ephron. Ciuitas eſt in tribu Iuda. Unde & vill. pergrādis Ephrea cōtra ſeptē- trionem in uiceſimo ab Eſa milia- rio hæte- nus uocat. d. In diebus. Non Ieroboam, in cui⁹ uiceſimo anno ſm li. Re. ipabat Aſa filius Abia ſup Iuda, & Ieruſalē, ſed Abia qui accepta Bethel idola reſeruaſt Iſraeli i ſcādalū, ut Hebraei aſſerunt. CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et proponuntur pa. ſ. duodecim, quolibet ſabbatho renouando.
- 2 Eſtque apud nos candelaur. luc. n. eſſent in templo undecim candelabra emta, n. dictum eſt ſup. 4. c. tamen Si ſac rex Aegypti ſpoliauerat templum, ut dictum eſt ſup. 12. c. & forte abſtulit de eō que fecerat Salomon, dimittens illud ſolum quod fecerat Moyses. Vel ponitur hic ſingulare pro plurali.
- 3 Candel. i. candelabra, ſicut Ex. 8. f. Venit muſca grauiffima. i. mult. indo, &c. Unde ſubditur.
- 4 Et lucer. i. lucernæ, quia in quolibet candelabro erant ſeptem lucernæ, ut dictum eſt, ſup. c. 4.
- 5 Ut acc. Plures. n. lucernæ ardebant de nocte quam de die, & ideo aliquæ exinguebantur manu, & reaccendebantur uespere.
- 6 Ergo in exercitu. qui ſemper aſſiſit ſuis ueris cultoribus.
- 7 Filii Iſrael nolite pug. quia pugnando contra nos qui ſumus eius ſerui, pugnabitis contra ipſum. Et ſic patet quod dictum eſt in principio huius perſuaſionis, uideueri quod Abia intendebat monere filios Iſrael, ad hoc quod recederent abſque mutuo conſultu, ſed ſua perſuaſio non habuit effectum. Unde ſubditur.
- 8 Hæc illo lo. Stans. n. ex oppoſito ſungebat ſe uelle pugnare a parte

te anteriori tantum, ſed malitioſe quærebat cum, cum hoc innadere a parte poſteriori.

9 Reſpiciensque. Hic conſequenter ponitur ipſius Abia uictoria quia cum uideret ſe, & exercitum ſuum prædicto modo incluſum.

10 Clamauit ad do. conſidens de eius auxilio. ideo ſequitur.

11 Perter. Deus. Modus autem perierrendi non exprimitur 7 textu, nec in gloſſa quam uiderim, ſed potuit eſſe per aliquod exterius, ſ. per fragorem tonitruū, & lapides grandinis, uel huiusmodi, ſicut dicitur de Philiſthæis, 1. Re. 7. uel immittendo terrorem interius tantum per quem deficeret cor, & per conſequens membra exteriora ad ſe defendendum, quia motus uitalis ſpiritus procedit a corde ad membra exteriora. ſequitur.

12 Et cepit ci. i. nullas ſibi adiunctas.

13 Quem per. Hic ultimo deſcribitur ipſius Abie culpa occulta propter quam a domino interfeſtus eſt. Et iſta ut dicunt aliqui, ſuit, quæ capiendū ciuitatem Bethel idola ſibi uenta reſeruaſt in detrimentum ſui, & coluit. Nec mirum, quia de ipſo dicitur 3. Re. 15. a. Ambulante que in omnib. peccatis patris ſui. ſ. Roboam, qui tamen fuit idololatra, ut dictum eſt c. præc. Aliqui uero exponunt de Ieroboam, ſed non eſt uerifiſſime, quia non agitur hic de eius fine, ſed de fine Abie. CAP.

MORALITER.

excitat, qui ea ipſa quæ diligimus, auferre molitur, nec curat antiquus hoſtis hoc faciens, ut terrena tollat, ſed ut charitatem in nobis ſeruat. Igitur per Abiam in uirtute Dei confidentem contra Ieroboam pugnantem, ſignificatur quilibet bonus Chriſtianus in Chriſti uirtute ſiducialiter contra diabolum pugnatuus.

† Ieroboam utr. per quod ſignificatur malitia demonis que reſtis fraudulenter nocere hominib. u. tuofis, 1. Pet. 5. b. Ad uerſarius ueſter diabolus tam uam leo rugiens circum. u. quærens quem deuoret, cui reſiſte fortes in fide.

11 Et ecce il. per quod ſignificatur, quæ uociferantib. prædicatorib. uoce prædicationis, & deuotis perſonis uoce ſancæ orationis terretur diabolus, & cum exercitu ſuo fugatur.

12 Et cepit ci. per quod ſignificatur recuperatio bonorum per malitiam diaboli mortificatorum. Nam recuperata gratia, reuiuſcunt opera meritoria, quæ per deceptionem diaboli fuerant mortificata.

† Igitur Abia con. Per hanc. n. filiorum generationem ſignificatur bonorum operum multiplicatio, quæ procedunt ex gratia, & libero arbitrio, quaſi per quandam ſpiritualem generationem.

C A P. XIII.

Dormiuit autem Abia, &c. * Ioseph. Defunctus est autem Abia non multo post hanc victoriam, exacto tertio principatus sui anno, sepultusque est Ierosolymis in maiorum suorum

conditorijs, relictis filijs viginti duobus, filiabus sedecim.

b Fecit Asa quod bonum, &c.

* Glycas. Prædicant litera sacre regis Ase pietatem, quam ab initio declarauerit. Recte inquit, sese gerit Asa erga dominum Deum suum.

Quo factum, ut finitimos omnes, imperio suo subijceret. Quinctiam triumphali festo instituto, cunctos sacramento iunxit, se a præscripta in lege disciplina, viuēdique ratione non disceduros.

c Et abstulit de vrbibus Iuda, &c. * Theo. Amouit altaria aliena, hoc est, altaria idolorum. Et Excelsa. Ego existimo per ea significari, ea quæ præter leges Deo sunt dedicata in colub. & cõtriuu statuas, & excidit lucos. His autē q̄ deinceps sequuntur, p̄sequit̄ eius laudes.

d Egressus est autem contra eos Zara Aethiops cum exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis, & venit vsque Maresa. Porro Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in valle Sephatha quæ est iuxta Maresa, & inuocauit dñm Deum, & ait. Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxiliaris, an in pluribus, adiuua nos domine Deus noster. In te enim & in tuo nomine



C A P. XIII.

Dormiuit autem Abia cum patribus suis & sepelierunt eum in ciuitate David Regnauitque Asa filius eius pro eo. In cuius diebus quieuit terra annis decem. Fecit autem Asa quod bonum & placitum erat in conspectu Dei sui, & subuerat altaria peregrini cultus, & excelsa, & confregit statuas

a Hoc eos significat qui bene incipiunt & male finiunt

a Abiciens idololatriam.

lucosque succidit, ac præcepit Iudæ, vt quæreret dominum Deum patrum suorum, & faceret legem & vniuersa mandata. Et abstulit de cunctis vrbibus Iuda, aras & phana, & regnauit in pace. Aedificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella surrexerant, pacem domino largiente. Dixit autem Iudæ, Aedificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus & portis & seris, donec a bellis quieta sunt omnia, eo quod quæsierimus dominum Deum patrum nostrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. Aedificauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit. Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas, de Iuda trecenta millia, de Benjamin vero scutariorum & sagittariorum ducenta octoginta millia. Omnesque isti viri robustissimi. Egressus est autem contra eos Zara Aethiops cum exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis, & venit vsque Maresa. Porro Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in valle Sephatha quæ est iuxta Maresa, & inuocauit dñm Deum, & ait. Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxiliaris, an in pluribus, adiuua nos domine Deus noster. In te enim & in tuo nomine

leutheropolim quæ vocatur, Geraron saton in præsentem vsque diem est nominatum. Est ergo verisimile illos colonia ab Aethiopibus deducta illam habitasse regionem.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA. C A P. XIII.

Dormiuit au. Hic consequenter agitur de tempore ipsius Asa, cuius prima describitur conuersatio bona. Secunda consolatio prophetica. Tertio præuaricatio mala c. 6. Circa primum describitur primo ipsius Asa vita virtuosa. Secundo eius victoria miraculosa, ibi, Egressus est autem. Circa primum dicitur.

2 In cu. quia in principio regni vixit sancte, ideo dominus dedit ei pacem decem annis, vt posset regnum suum munire, quod et fecit, vt patet ex sequentibus.

3 Et sub. al. idest, idolorum qui dicuntur dij alieni.

4 Et excel. Contrarium videtur sequenti c. vbi dicitur, Excelsa autem derelicta sunt. Et 3. Reg. 15. dicitur de ipso, Excelsa autem non abstulit. Dicendum, quod aliqua erant excelsa, vbi colebantur idola, & illa abstulit, vt hic dicitur. Alia autem erant excelsa, in quibus offerebantur Deo sacrificia, quod fuit licitum quamdiu arca non habuit stabilem mansionem, prout dicitur Iud. 12. et 1. Reg. 7. Sed post aedificationem

nem templi non fuit licitum, nisi ex dispensatione diuina spirituali, tamen hoc permisit Asa de sacrificijs votiujs, et multi alij reges ad evitandum maius malum. s. ne talia offerrentur idolis & demonibus, sicut permittuntur meretrices in ciuitatibus, ne omnia turbentur libidinibus.

5 Et face. quantum ad præcepta decalogi, quæ proprie dicuntur lex.

6 Et vniuer. quæ sunt quedam conclusiones ex præceptis decalogi elicitæ, vel quedam supposita ad decalogi præcepta, sicut est præceptum dilectionis Dei et proximi, prout dicitur fuit Deo. 6. Cetera patent ex dilectionis vsque ibi.

7 Habuit au. Asa in ex. idest, habentium scientiam præliandi in scutis & hastis.

8 Egressus est autem, Hic consequenter describitur ipsius Asa victoria miraculosa, & patet litera vsque ibi.

9 Porro Asa per. ne intrando regnum suum deuasaret terram suam.

10 Et inuocauit. deuote & confidenter.

11 Domine non. quia est virtutis infinitæ, cui omnis alia virtus comparata nulla est.

12 In te enim. non in viribus nostris.

Non

MORALITER.

1 Dormiuit autem. Sequitur.

† Regnauitque, &c. Per Asa qui interpretatur factura vel sustolens idest, sursum tollens, significat bonus rex vel princeps qui se recognoscit esse facturam Dei, propter quod in principio regni sursum tollit vel erigit animum suum ad quærendum honorem Dei & bonum populi sui sibi commissi, iō subditur.

† Fecit autem Asa. scilicet in destructione cultus diabolici, & in promotione cultus diuini. ideo subditur.

3 Et subuertit alia. Et subditur.

† Et præcepit. Nam talis rex per se & per alios inducit populum suum quantum potest ad seruiendum domino, in bonis moribus & fide viuendo, nec tamen omittit ea quæ sunt agenda secundum

cundum viam humanam ad regni sui defensionem, ne tentare dominum videatur. ideo sequitur.

† Aedificauit quo. Egressus est au. i. contra Asa & homines suos.

8 Zara Aethiops. i. rex Aethiopum, per quem significatur rex demonum. Nam demones frequenter apparuisse leguntur in specie Aethiopum. Contra vero bonos reges & eorum populum diabolus excitat bellum spirituale per se & satellites suos, & aliquando bellum corporale per malos homines ad modum Aethiopum vitijs denigratos. Et quoniam in vtroque bello bonus rex indiget auxilio diuino. Ideo subditur.

10 Et inuoca. quia per orationes deuotas in vtroque bello victoria frequentius obtinetur. Ideo subditur. Exterruitque dominus Aethiopes, &c.

Gne habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. † Domine Deus noster tu es, non preualeat contra te homo. Exterruit itaque Dominus Aethiopes coram Asa & Iuda. fugeruntque Aethiopes, & persecutus est eos Asa, & populus qui cum eo erat, usque Gerara. Et ruerunt Aethiopes usque ad interuersionem, quia domino cedente contriti sunt &

exercitu illius preliante. Tulerunt ergo spolia multa, Et percusserunt omnes ciuitates per circumitum Geraræ. Grandis quippe eunctos terror inuaserat. Et diripuerunt vrbes, & multam prædam asportauerunt. Sed & caulas ouium destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & camelorum, reuersique sunt in Ierusalem.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Non præua. i. contra nos qui venimus ad pugnam in nomine tuo.
2 Exterruit itaque. per effectum exteriorum vel interiorum sicut dicitur sicut ca. præcedenti de Ieroboam & eius exercitu: quia non exprimitur

tur hic qualiter illud fuerit sicut nec ibi.

3 Quia do. exercitu illius preliante. i. angelicis potestatibus, quæ dicuntur domini exercitus. Vel exercitus domini potest hic intelligi exercitus Asa, qui pugnabat in nomine domini. Cetera patent in litera.

CAP. XV.

Azarias autem, & c.

✽ Hieronymus. Azarias filius Odeth ipse est Iaddo, qui ad Ieroboam missus est.

✽ Theodoretus. Is repletus Spiritu sancto, occurrens exercitui, & diuini meminit auxilij, & hortatus est ut perseuerarent in pietate. Dicit enim, Quærite dominum, &c.

C✽ Iosephus. Azarias propheta occurrens præcepit, ut paululum a via gressum itineris sustinerent, & tunc cepit ad eos dicere, quod

illa victoria fuisset eis à Deo concessa, eo quod iustos se factosque seruassent, & omnia Dei voluntate fecissent. Quos

CAP. XV.



Zarias autem filius Oded factus in se spiritu Dei egressus est in occursum Asa, & dixit ei, Audite me Asa, & omnis Iuda & Benjamin. Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. si quæsieritis eum inuenietis. Si autem dereliqueritis eum derelinquet vos. Transibunt autem dies multi in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, doctore & absque lege. Cumque reuersi fuerint in angustia sua, & clamauerint ad dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum. In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti, sed terrores undique in cunctis habitatoribus terrarum. † Pugnabit enim gens contra gentem,

in eius mandatis per manentes dixit super hostibus, præualere & habituros diuina virtute felicitatem & prosperitatem, relinquentes autem religionem, in contraria deuenire, futurum que tempus, in quo nullus inueniretur verax propheta in eo populo, neque sacerdos, ob quam rem & ciuitates subuertendas, & gentem in omni terra disseminandam, & vitam miserabilem & inopem habituros.

b Dominus vobiscum, quia, &c. ✽ Theod. Nolite inquit, emulati, fratrum vestrorum impietatem, Illi. n. non verum Deum sed

NICOLAUS DE LYRA.
CAP. XV.

AZarias autem. Sic debet scribi, quia sic est in Hebræo. Hic consequenter circa Asa ponitur consolatio prophetica. Circa quam primo describitur propheta denuntiatio. Secundo ipsius Asa & populi consolatio, ibi, Quod cum audisset Asa. Circa primum dicitur.

2 Egressus est in oc. Ad denuntiandum sibi bona quæ libenter citò nuntiantur. Vnde subditur.

3 Domi. vo. supple est: & fuit in isto prælio.

4 Quia fuistis. per veram fidem & cultum debitum.

5 Transibunt au. Dicunt expositores nostri. quod ista propheta intelligitur communiter de futuro, sicut sonat nostra translatio, & fuit impleta tempore captiuitatis Babylonicæ, quia Iudæi extra Ierusalem non poterant offerre Deo sacrificia: & ideo tempore captiuitatis Babylonicæ fuerunt sine Deo vero. Hoc modo, scilicet colendo eum per sacrificia: multi etiam de ipsis relicto Iudaismo, conuersi fuerunt ad cultum idolorum.

6 Et absque sa. quia officium sacerdotum in oblatione sacrificiorum tunc cessauit.

7 Absque le. quia Nabuzardan libros legis combussit, quos postea per magnum tempus Esdras reparauit.

8 Cumque re. sue. i. existentes in captiuitate Babylonicæ.

9 Ad domi. per veram penitentiam, vexatione dante eis intellectum.

10 Repe. cum. quod fuit impletum tempore Cyri, qui dedit licentiam Iudæis redendi in Ierusalem, & reedificandi templum domini, ut habetur Esdræ. 1.

12 In tem. quia Iudæi reuersi de captiuitate Babylonicæ, per longum tempus fuerunt in magna afflictione positi: quia Samaritani & alii eorum vicini frequenter molestabant eos & inuadebant, ut habetur libro Næmie in pluribus locis.

Pugna-

MORALITER.

✽ 1 Azarias au. Per Azariam qui adiutor Dei interpretatur prædicator deuotus significatur. Vnde Paulus apostolus de se & alijs deuotis prædicatoribus dicit 1. Cor. 3. c. Dei adiutores sumus. Talis igitur prædicator ex instinctu Spiritus sancti dicit bono regi vel principi & populo suo victori.

Domini-

12 Pugnabit enim. quia temporibus illis surrexerunt multa bella in partibus illis, ut patet inuenti historias illius temporis. Dicunt etiam quod perfectius impleta est illa propheta per captiuitatem Iudæorum factam per Titum & Vespasianum. Iudæi vero totam istam literam exponunt de tempore quod fuit ante Asa: ut melius intelligatur ista expositio. Primo ponam literam prout iacet & secundum Hebræicam veritatem: litera. n. Hebræica hæc, Transibunt, sed sic incipit. Et dies multi in Israel ad non Deum verum, & ad non sacerdotem, & ad non legem: & reuersus est in angustia & ad annu Deum Israel, & requisierunt eum, & inuentus est eis: & in temporibus illis non pax egredienti & venienti: quia consumptiones multe super omnes habitantes terram: & diminuti sunt, gens in gente: & ciuitas in ciuitate, quia Deus consumpsit eos in omni angustia, vos autem confortamini &c. Sic igitur exponitur ab Hebræis litera prædicta: Et dies multi in Israel supple iam fuerunt. Ad non Deum verum: quia in ipsis non recurrerunt filii Israel ad dominum verum: & hoc fuit a quarto anno Roboam, in quo declinauit ad idolatriam, et omnes Israel cum eo, ut dictum est supra. ca. 12. & tempore filij sui Abia, qui ambulauit in omnibus peccatis patris sui, ut dictum est. supra 13. c. & 3. Re. 15. Et ad non sacerdotem, i. absque sacerdote docente, quia ex quo declinauerunt ad idolatriam, parum curauerunt de sacerdotibus & lege. Et reuersus est in angustia sua ad dominum Deum Israel, quia tempore Asa qui successit Abia, populus Israel reuersus fuit ad cultum veri Dei, ut patet c. præcedenti, & maxime, quando fuerunt in angustia positi propter aduentum regis Aethiopum. Et inuentus est ab eis, quia dedit eis victoriam miraculosam, ut patet ex dictis ca. præc. Et in temporibus illis, s. Roboam & Abia, non pax egredienti & venienti, supple fuit, quia quinto anno Roboam Sesac rex Aegypti intrauit Ierusalem, & spoliauit templum & domum regiam, & facti sunt ei Iudæi serui, ut habetur supra ca. 12. Tempore vero Abia filij eius Ieroboam molestauit regnum eius, licet finaliter fuerit debellatus. Et diminuta sunt, gens in gente

✽ te &

4 Dominus vobiscum, ostendens quod habita victoria de hostibus corporalibus vel spiritualibus processit ex adiutorio diuino, & transgressoribus legis prædicat contrarium de futuro dicens.

† Si autem dere. in manibus vestrorum hostium vos tradendo.

✽ Quod

sed eos qui falso nominantur. colunt, & priuati sunt sacerdotibus & doctoribus qui docent Dei legem. Sed discunt experientia quantum malum sit impietas. Nam cum incidit in omne genus calamitatum, diuinum quaerent auxilium, & id assequuntur propter bonitatem inestibi lem.

a Vos ergo confortamini. &c.

** Augustinus.*

Sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit, quam doquidem & ipsi qui bella volunt, nihil aliud quam vincere volunt. Ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt peruenire. Nam quid est aliud victoria, nisi subiectio repugnantium? Quod cum factum fuerit, pax erit.

b Quod cum audisset rex, &c.

** Theodoret.*

Rex his auditis quaecumque

& ciuitas contra ciuitatem, quia dominus conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini, & non dissoluatur manus vestrae: Erit enim merces operi vestro. Quod cum audisset Asa verba, scilicet & prophetam Azarię filij Obed prophetae, confortatus est, & abstulit idola de omni terra Iuda & Benjamin, & ex urbibus quas ceperat montis Ephraim: & dedicauit altare domini quod erat ante porticum domini. Congregauitque vniuersum Iudam & Benjamin & aduenas cum eis de Ephraim, & de Manasse, & de Simeon. Plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes quod dominus Deus illius esset cum illo. Cumque venissent Ierusalem mense tertio, anno quintodecimo regni Asa, immolauerunt domino in die illo de manubijs, & praeda quam adduxerant, boues septingentos, & arietes septem milia. Et intrauit ex more ad corroborandum fedus ut quærerent dominum Deum patrum suorum in toto corde & in tota anima sua. Si quis autem (inquit) non quærserit dominum Deum Israel, moriatur a minimo usque ad maximum, a viro usque ad mulierem. Iuraueruntque domino voce magna in iubilo, & in clangore tubae, & in sonitu buccinarum. Omnes qui erant in Iuda cum execratione. In omni enim corde suo iurauerunt, & in tota voluntate quærserunt eum, & inuenerunt. Praestititque eis dominus requiem per circumitum. Sed & Maachan matrem Asa regis ex angusto deposuit imperio, eo quod fecisset in luco simulachrum Priapi, quod omne contriuit, & in frustra comminuens combussit in torrente Cedron: Excelsa autem derelicta sunt in Ierusalem. Attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius. Eaque quae tunc voverat pater suus, & ipse intulit in domum domini argentum & aurum, vasorumque diuersam suppellectilem. Bellum vero non fuit usque ad tricesimum quintum annum regni Asa.

cun- que cepit ciuitates ex decem tribubus expurgauit.

*c Sed & Maachan, &c. * Theodoretus.*

D
Vbi sup.

uinas leges est amplexus, ut etiam matrem suam, quae maluit colere Astarthē, regno priuauerit, & conflatum idolum combusserit in torrente Cedron.

** Glycas. Astarthē sunt qui Luciferum esse tradunt, eandem*

E
scilicet Deam cum Venere.

** Hieronymus.*

Idecirco non dixit Maachan matrem suam, sed matrem regis, quia non ambulabat viam rectam sicut filius eius. Ex angusto deposuit imperio, hoc est, de sacerdotio Commiuit simula-

crum Priapi. Aunt, commiuisse istud, & clam voluisse proijcere, quod Dominus ut pat-

refaceret, in tor-

rente Cedron ex aqua ignis processit.

F

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

te, & ciuitas in ciuitate, quia tunc Iudaei habuerunt insulas ab exterioribus, & intra se diuisiones ex quibus diminutus fuit populus. Et id eo sequitur.

1 Vos er. con. id est, tu Asa & populus tuus qui quærseris dominum & inuenisti.

2 Confor. in domino, quia saluabit vos.

3 Et non dis. a bono opere quod cepistis. Cuius causa subditur.

4 Erit enim mer. Sic igitur patet, quod ista expositio satis concordat litterae praecedenti & subsequenti, in ista tamen expositione aliqua addidi ad maiorem intelligentiam, quia grauis & Hebraica breuiter loquuntur & magis obscure, tenui tamen sententiam earum.

5 Quod cum. Hic consequenter describitur ipse Asa & populi confortatio, ex qua consolatione abstulit Asa idola non solum de terra Iuda & Benjamin, sed etiam de urbibus quas ceperat in regno decem tribuum.

6 Et dedicauit. quia altare factum a Salomone de nouo solennizauit, offerens ibi sacrificia valde magna, qualia non fuerant ibi oblata a tempore Salomonis.

7 Quod erat. scilicet, in atrio sacerdotum, ibi enim erant altare holocaustorum. Unde subditur.

8 Immolauerunt. valde sollemniter, ut dictum est.

9 De

9 De manub. id est, manibus captis.

10 Boues septingentos, &c. quia adduxerant pecorum infinitam multitudinem, habita victoria, ut habetur capitulo praecedenti in fine.

11 Et intra. scilicet atrium templi.

12 Ad corro. inter Deum & populum suum, ibi enim fiebant talia foedera vel renouabantur.

13 Iuraueruntque Domino. quod seruirent ei fideliter.

14 Voce ma. ad maiorem sollemnitatem iuramenti.

15 Cum execratione. supponentes se maledicto & pena mortis, si venirent contra iuramentum.

16 Sed & ma. Istud expositum est. 3. Reg. 15. hoc excepto.

17 Ex angusto deposuit. quia Maacha fecerat specum, ut habetur. 3. Reg. 15. in quo colebatur Priapus, in quo cultu ipsa praerat, & ideo dicitur huiusmodi imperium angustum. id est, strictum.

18 Excelsa autem de. scilicet illi, in quibus offerebatur domino, sicut dictum fuit in principio cap. praecedentis.

19 Attamen cor. scilicet usque ad tempus praeruaricationis suae, quae habetur ca. seq.

20 Bellum vero. in Hebraeo habetur usque ad tricesimum quintum annum regni Asa. & huic concordat quod habetur in prin. c. seq. Anno autem tricesimo sexto regni eius ascendit Baasa ad inuadendum regnum Asa.

CAP.

MORALITER.

† Quod cum audisset Asa, &c. Sequitur.

2 Confortatus est. Nam bonus princeps ad verba praedicatoris debet in bono confirmari, & de malorum exterminatione amplius sollicitari.

Sed

16 Sed & Maachan ma. Asa regis de po. Amouit enim eam ne esset princeps in sacris Priapi, ut dicitur 3. Reg. 15. Per hoc autem ostenditur, quod bonus princeps in his quae sunt contra honorem Dei parcere non debet cuicumque personae quantumcunque sibi propinqua.

Tom. 2.

PP 3 1 Anno

CAP. XVI.

CAP. XVI.

† edificabat.

-tute

Voi supr.

† omnes the-
saurus urbium
Nephthali.

† innoxius fuisse.

† 2. M. 9. a.

A Anno autem tricesimo sexto regni, & car.

* Theodoret. Non fuit Afa perfectus in omnibus. Nam primum quidem non omnia abstulit excelsa, hoc est, altaria que Deo uiuer forum erant de dicata in locis excelsis. Prohibitus enim erat alibi Dei cultus, quam in loco circumscripto. Deinde, cum Baasa aduersus eum fecisset expeditionem, & inuissit, Rama aduersus Ierosolyma, & oporteret vocare in auxilium Deum, qui tot bona ei suppeditauerat, Regem Syriae uocauit in auxilium, magno auri numero ad eum

misso



est. Pater quoque meus & pater tuus habuerunt concordiam: quomobrem misi tibi argentum & aurum, ut rupto federe quod habes cum Baasa rege Israel, facias eum a me recedere. Quo comperto Benadad misit principes exercituum suorum ad urbes Israel, qui percusserunt Abion, & Da & Abelnaim, & uniuersas urbes muratas Nephthali. Quod cum audisset Baasa, desijt edificare Rama, & intermisit opus suum. Porro Afa rex assumpsit uniuersum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna que edificationi praparauerat Baasa, edificauitque ex eis Gabaa, & Maspha. In tempore illo uenit Hanani propheta ad Asam regem Iuda, & dixit ei; Quia habuisti fiduciam in rege Syriae, & non in domino Deo tuo, idcirco euasit regis Syriae exercitus de manu tua. Nonne Aethiopes & Libyes multo plures erant quadrigis & equitibus & multitudinem nimia? Quos cum domino credidisses, tradidit in manu tua? Oculi enim domini contemplantur uniuersam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. stultè igitur egisti, & propter hoc ex præsentis tempore aduersum te bella consurgent.

uere & sincerè cor suum in eum iactat, consequetur salutem.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVI.



Nno autem tricesimo sexto. Hic consequenter describitur prauaricatio Afa circa finem uitæ suæ, cum iam bonæ uitæ præcessisset. Ex quo patet, quod nullus debet de præcedentibus meritis nimis confidere, sed semper timere ne cadat: sicut dictum fuit 3. Reg. 11. de Salomoe.

Præuaricatio autem illius Afa fuit, quia diffusus de diuino auxilio quod expertus fuerat in maiori periculo, recurrit ad auxilium infidelium. Et primo describitur ipsius præuaricatio. Secundo præuaricationis obliuio, ubi, in tempore illo. Sententiæ primæ partis patet ex dictis 3. Reg. 15. hoc excepto quod dicitur hic.

1 Anno au. scilicet Afa.

2 Ascendit Baasa. ad debellandum regnum Afa, confidens de auxilio regis Syriae, quia 3. Reg. 15. in fi. dicitur: Anno tertio Afa regis Iuda regnauit Baasa, & statim subditur, quod regnauit tantum uiginti quatuor annis, ex quo sequitur quod mortuus fuit uicesimo sexto anno regni Afa, & sic uidetur impossibile quod uenerit contra Afa uicesimo sexto anno regni eius, cum iam esset mortuus per decem annos ante. In gl. Hebraica ponitur ad hoc quadam solutio proluxa implicans plura falsa, propter quod eam dimitto, & dico quod primus annus regni alienius regis dupliciter accipitur in scriptura. In modo quando simpliciter incipit regnare, & sic accipitur communiter. Alio modo dicitur primus annus regni eius ab aliquo eius facti notabili. Verbi gratia, Danielis. 2. dicitur: quod anno secundo Nabuchodonosor uidit somnium, & secundum omnes historiographos & expositores ille annus non fuit secundus a prin-

principio regni sui simpliciter, quia per plures annos ante regnauerat, sed dicitur secundus a uictoria notabili quam habuit de rege Aegypti & ita potest dici in proposito, quia Afa decimo anno regni sui habuit uictoriam ualde notabilem de rege Aethiopia, ut dictum est supra 13. Et ideo hoc modo accipiendo primum annum regni eius, in quo habuit hanc uictoriam notabilem, tertius decimus annus regni sui similiter accepti fuit tertius: & sic accipitur 3. Reg. 15. ubi dicitur, quod anno tertio Afa Baasa cepit regnare: & cum regnauerit uiginti quatuor annis, sequitur, quod uixit usque ad tricesimum sextum annum Afa inclusiue: & in principio huius anni inuasit regnum Afa, & in fine mortuus est. forte ex dolore & tristitia, & eo quod opus eius impeditum & dissipatum fuerat, & pecunia quam regi Syriae dederat pro confederatione ad inuadendum ipsum contra Afa non solum perditam fuerat, sed etiam ei nocuerat: quia ad petitionem Afa rex Syriae rupit fedus predictum, & inuasit ipsum Baasa regnum, ut habetur in littera.

3 In tem. Hic consequenter describitur ipsius Afa obstinatio, quia reprehensus a propheta, eo quod refugerat ad humanum auxilium, diffidens de diuino, non se correxit, sed magis peccatum aggravauit propheta tam incarcerando, propter quod a domino punitus fuit in persona propria & in populo suo. Ex his dictis patet sententiæ, paucis exceptis que d securrunt.

4 Idcirco euasit reg. Sy. exerc. de manu tua. Quia si confidens de domino, constanter iussit contra regem Israel & Syria simul cum coasderatos, sicut fecerat contra Aethiopes, uterque rex fuisset ab eo debellatus.

5 Et pro hoc, &c. aduers. te bella. Licet enim habuisset plura bella ante, quia inter ipsum & Baasa fuit bellum cunctis diebus quibus congregauerunt, ut habetur 3. Reg. 15. tamen illa bella non fuerunt ei graua, quia superauerat, sed de cetero fuerunt graua. unde sequitur.

Et

MORALITER.

* 1 Anno autem tricesimo. Sequitur.

† Protulit autem Afa ar. & au. the. do. Domini, &c. Contingit autem aliquando iudicio Dei iusto, nobis tamen occulto quod bonus princeps, Deo permittente & diabolo procurante incipit de Deo diffidere, & indebitè de humano auxilio confidere, & ad ipsum malè recurrere, quod significatur per regem

Afa,

Afa, qui post tantam uictoriam de uirtute Dei consecutam ueniente Baasa contra ipsum de Deo diffidens refugit ad idolatram regis auxilium dicens.

† Fedus inter me &c. Et quoniam talia sunt a deuotis prædicatoribus arguenda. Ideo sequitur postea.

3 In tem. uenit Hana. prophe. sed quoniam dicitur Eccl. 7. b. Considera opera altissimi, quod nemo potest corrigere quod ille despexit. ideo subditur.

* Iratus

A Iratusque Afa, &c. Theod. Cum oporteret Afa dolere, & flere, & diuinam implorare clementiam, non solum fuit iratus, sed etiam in carcerem coniecit prophetam. Populus autem ex eius quoque peccato sensit aliquid, Eum autem reprehendit, quod etiam cum aegrotasset, non quaesivit dominum sed medicos.

b Aegrotauit. n. a. *Afa, &c.*
 * Hier. Tandem itaque a Deo punitus est ob quandam conspirationem, quam (relicta in Deum fiducia) inierat cum Benadad rege Syriae. Ideo podagrico humore a Deo correptus est.

* Ambr. Non est requirens Deum. Nec istud occultum est, quia sic intelligeret quid pdesset, Deum quaerere, & non sicut Afa rex Iuda, ut infirmitate pedum passus, propheta praesente, non quaereret Deum.

* Idem. Utinam Aza tam fidelis processu, quam exordio. Na seruatus in paucis & uictor, postea a Syriis auxilia relicto do-

domino postulauit, & medicos adhibuit ad pedum dolore, D
 Accepto n. tanto iudicio diuini fauoris, auxiliatorem suum non derelinquere debuit, sed tenere. Ideo ei, nec medici profuerunt, & quasi incredulus mortem impleuit.

c Aromatibus. &c. Hac uana fame iactantia, quam philosophi vel poetae post mortem regum suorum, uel etiam facti Christiani ob euntibus magistris impendunt & haec in igne mittunt, quia omnia gehennae ignibus obnoxia esse ostenduntur, quae hic sine utilitate, & adificatione fratrum protulerunt.

d Combusserunt su. eum. Nota quod regibus ut Hebraei tradunt, reuerentiae causa, combustiones pretiosarum uesuum simul cum aromatibus fiebant, unde alibi. *Iuxta combustionem maiorum facient tibi.* Mos. n. fuit apud ueteres, ut pretiosa ornamenta regum post obitum eorum pro exequiis in pyra uterentur, sed sine cadaueribus.

Vanitas circa sumos regum. 13. Re. 15. usque ad uerticem tuit a-gritudo ipsius.

fecerat
 † speciebus subuari odoribus. fenum combustione.
 Hier.

inf. 21. d.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et inter. de po. in temp. il. plu. in bellis superuenientibus, & sic peccato principis sui punitus populus, & quia forte consenserat regi in peccato.
- 2 Aegr. etiam Afa. an. tri. reg. sui dolo. pe. uel. Ut sic puniretur in quo peccauerat, ponendo prophetam in cippa per pedes.
- 3 Et nec in infir. Ex quo etiam apparet obstinatio in peccato. Posue-

- 4 Posuerunt eum su. le. su. i. feretrum, uel sepulturae locum.
- 5 Plenum aro. ad reprimeudum fetorem cadaueris.
- 6 Et unguentis merc. i. rebus odoriferis, quibus meretrices antiquitus aspergebant lectos suos ad allucendum homines ad luxuriam, secundum quod dicitur Prou. 7. ca. in persona meretricis, Aspersi cubile meum myrrha, aloe, & cinnamomo, &c.
- 7 Ambitione nimia. i. apparatu magno, uel sumptu.

E

MORALITER.

† Iratusq. Afa adu uid. iussit eum mitti in ner. Et in hoc Afa figuram tenuit hominis obstinati qui uerba praedicatoris non recipit, & insuper ipsum persequitur, & affligit. Et quoniam sic impu-

impugnare ueritatem agnitam est peccatum grauitimum ideo de communi cursu dominus permittit tales in saeculis suis mori, & hoc significatur per hoc quod subditur.
 2 Aegro. au. Afa. Sequitur.
 3 Et nec in infirmitate, &c.

† quod

CAPVT XVII.

CAP. XVII.

a Regnauit aut. * Chrysol. Iosaphat interpretatur, Dominus iudex, uel Dni iudicium. Puto quod Afa pater eius cum propter iustitiam eius eum Dominus prosperasset in omnibus, & inimicos eius confregisset ante faciem eius, quasi in ipso nomine filii sui confessionem offerens Deo suo iudici iusto, uocauit eum Dominus iudex. Nam uere iusti iudicis est, bene agentem remunerare, & negligentem corripere



b Regnauit autem Iosaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Israel. Constituitque militum numeros in cunctis urbibus Iudae, quae erant vallatae muris praesidiaque disposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim, quas ceperat Afa pater eius. Et fuit dominus cum Iosaphat, quia ambulauit in uitiis Dauid patris sui primis, & non sperauit in Baalim, sed in Deo patris sui, & perrexit in praecipis illius, & non iuxta peccata Israel. Confirmauitque dominus regnum in manu eius, &

corripere, sicut fecit Deus Afa. Propter diffidentiam puto quod & in senectute doluit pedes. Nam nec modicam iustitiam seruorum suorum sine remuneratione relinquit, nec modicam culpam sine correctione distimulat. Sequi-

F

Rabb.

tur.
 b Amb. in ui. Da. Ostendit eum executores fuisse sicut Dauid diuinorum mandatorum antequam peccaret in uxore Uriae, cuius peccati satisfactio aeterna illi memoriae comparauit. Dedit

NICOLAUS DE LYRA.

Regnauit autem Iosaphat. Hic consequenter agitur de tempore Iosaphat cuius primo describitur uita prospera, secundo societas praui, cap. 18. tertio correctio prompta c. 19. quarto uictoria magna, c. 20. Circa primum quatuor per ordinem tanguntur, primo. n. Deum coluit. Secundo populum instruxit. Tertio hostes subiecit. Quarto ciuitates munuit, partes patebunt prosequendo. Circa primum dicitur.
 2 Inualuit con. Is. propter bonam uitam suam, sicut e contrario pater suus in fine uitae suae propter peccatum suum fuerat afflictus, ut de eum

Etum est cap. praecedenti.
 3 Et in ciuitatibus Ephraim. Ille. n. indigebant maiori munitione, eo quod erant propere aduersarius, & eis ablatae.
a Saceritas domini.

ditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. Iosabeth autem, quae absconderat eum, erat filia Regis Ioram, vxor Ioiadae pontificis, soror Ochoziae, & idcirco Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnavit Athalia super terram.

a Temporalis domini.

nequitiam mentis semini Christi insidiatur inexorabili odio. D

poralis domini sed Iosabeth strenuitate (quae interpretatur futuritas Domini, i. ecclesia in qua sunt verae deliciae) servat Ioas, qui interpretatur memoria domini, id est, Christus, in quo est memoria nominis Domini, ne per crudelitatem fatientis interimatur in sanctis, sed nutriatur in domo Ioiadae pontificis, qui interpretatur dilectus domini, i. Christus, de quo patet ait. *Hic est filius &c. quo mi-* *com.* Cuius domus est ecclesia, ubi in fide electorum manens quotidie facit augmentum corporis sui, ut in tempore iudicii sceptrum regni, & potentiam extollat aduersum eos qui eum deprimebant.

Mat. 17.2

F

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

cedentis, capit. dictum est, quod Ioram pater eius 32. annorum erat, quando cepit regnare, & octo annis regnavit, ex quo sequitur quod filius eius Ochozias senior fuit patre duobus annis. Ad quod dicendum secundum sententiam Hier. quod Ioram regnavit 28. annis, & octo annis regnavit satis bene post mortem patris sui Iosaphat antequam per uxorem suam ad idololatriam traheretur, & ideo illi octo anni tantum in eius regno computantur, aliis autem 20. annis regnavit pessime, propter quod in eius regno non computantur, sicut lib. 1. Reg. 13. dicitur, quod Saul regnavit duobus annis, & residuum taceatur, quia duobus annis tantum bene regnavit, cum tamen pluribus regnavit licet male, ut ibidem dictum fuit, sed annis vitae filii sui copulantur, ne error in historia fieret, si omnino tacerentur. Similiter, & alii anni Saul alibi exprimuntur, sicut lib. 13. & propter hoc dicitur 4. Reg. 8. quod iste Ochozias 12. annorum erat, quando regnare cepit, & quia ibi rescantur anni viginti patris sui, qui hic adduntur ratione dicta.

1 Ipsi. n. su. s. illi, de domo Achab, qui erant idololatrae.

2 Et per. cum Io. fi. Ach. ex amicitia, & familiaritate.

3 Igitur Aza. &c. Hic consequenter describitur eius poena debita

&

& primo in persona propria, secundo in prole sua, ibi. Nec erat ultra spes. Sententia autem primae partis patet ex dictis 4. Reg. 9. & 8. excepto quod sequitur.

4 Quem un. do. per unum de discipulis Elisei, ut habetur 4. Regum 9.

5 Et si. fra. Ocho. quia fratres Ochoziae fuerant interfecti, ut dictum est, sed filii eorum remanserunt, vocantur tamen fratres Ochoziae 3. Reg. 10. c. i. propinqui, & de eadem cognatione in libro de Hebraicis quaest. dicitur quod erant consobrini Ochoziae.

6 Nec erat, &c. Hic consequenter describitur punitio Ochoziae in prole sua, quia mater eius Athalia interfecit omnes filios eius, uno excepto, et patet sententia huius partis ex dictis 4. Reg. 11. excepto quod sequitur.

7 Absconditque eum. i. in dormitorio sacerdotum in templo ministrantium, ut dicit hic glossa Hebraica 4. Reg. dicitur. Eratque cum ea in domo domini clam, ubi dicit Reg. Sal. quod hoc fuit in solariis templi, & forte ibi iacebant sacerdotes in sua hebdomada ministrantes, vel saltem eorum aliqui. Vel dici potest quod primo abscondit eum in dormitorio sacerdotum, quod erat circa templum, postea transtulit eum ad solarium templi, ut secretius servaretur ibi.

CAP.

C A P. XXIII.

monium autem coronam regiam, ut quæ significaret regnū. Colligationem autem seu conurationem solent uocare ty-

Li. Antiqu. cap. 1.

Anno autem septimo, &c. Joseph. Ochozias rex ex vno patre habuit sororem nomi-



C A P. XXIII.

Hæc in libro Regum scripta, & exposita sunt.

Anno autem septimo confortatus Ioiada assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Ieroham, & Ismahel filium Iohannam, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaia, & Elisaphat filiū Zechri. Et inuit cum eis fœdus. Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbi-

que in Ierusalem. Inuit igitur omnis multitudo Israel pactum in domo domini cum rege. Dixitque ad eos Ioiada. Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est dominus super filios Dauid. Iste est ergo sermo quem facietis. Tertia pars vestrum, qui veniunt ad sabbathum, & Leuitarum, & ianitorum erit in portis, tertia vero pars ad domum regis, & tertia ad portam quæ appellatur fundamenti. Omne vero reliquum vulgus sit in atriis domus domini, nec quispiam alius ingrediatur domum domini, nisi sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis. Ipsi tantummodo ingrediantur, quia sanctificati sunt, & omne reliquum vulgus obseruet custodias domini. Leuitæ autem circudent regem, habentes singuli arma sua. Et si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur, & sintque cum rege, & intrante, & egrediente. Fecerunt igitur Leuitæ, & vniuersus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex. Et assumpserunt singuli viros qui sub se erant, & veniebant per ordinem sabbathi cum his qui impleuerant sabbathum, & egressuri erant. Si quidem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant. Deditque Ioiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeosque, & peltas regis Dauid, quas consecrauerat in domo Domini. Constituitque omnem populum tenentium pugiones, a parte templi dextera vsque ad partem templi sinistram coram altari, & templo per circumitum regis. Et eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium, dederuntque in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum regem. Vixit quoque illum Ioiada pontifex, & filii eius, imprecantique sunt ei, atque dixerunt. Viuat rex. Quod cum audisset Athalia uocem f. currentium, atque laudantium regem, ingressa est ad populum in templum domini. Cumque uidisset regem stantem super gradū in introitu, & principes turmasq. circa eum, oēmque populum terræ gaudentem atque clangentem rubis, & diuersi gñis organis concinentem, uocemque laudantium, scidit vestimenta sua, & ait. Insidiæ, insidiæ. Egressus autem Ioiada pontifex ad centuriones, & principes exercitus, dixit eis. Educite illam extra septa templi, & interficiatur foris gladio. Præcepitque sacerdos, ne occideretur in domo domini, Et imposuerunt ceruicibus eius manus. Cumque intrasset portā equorum domus regis, interfecerunt eā ibi. pepigit autem Ioiada fœdus inter se, vniuersumq. populum, & regem

tanta erat peruersitas, ut nepotem suum regnasse conspicata, vestem sciderit, & exclamavit. Colligatio, colligatio, seu conuratio. Sed centurionibus iussit Sanctissimus Sacerdos, ut ea extra sacrum ambitum educerent.

c Super gr. Columnam, s. & basim, quam parauerat Salomon, & posuerat in medio basilicæ, habentem quinq. cubitos longitudinis, & quinq. latitudinis, & tres in altum.

d Tepig. au. lo. Ioiada interpretat cognoscens dominum, vel diligens, quia filios Israel Dominum cognoscere docuit. Pepigit ergo fœdus inter dominum populum que regem, ut domino. s. obedirent, & legi eius. Pepigit et inter regem, & populū, ut populus erga regem fideliter ageret & rex populū iuste regeret secundum doctrinam sacerdotū & Leuitarum quorum officij, fuit in sinuate præcepta domini.

* Theo. Quantum iuuet pius Doctor docet hæc historia.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

Anno au. sep. Hic agitur de tempore ipsius Ios regis Iudæ, & primo describitur eius institutio, secundo regni sui prosecutio, cap. 24. Circa primum primo describitur ipsius Ios institutio, secundo Athalia occisio, ibi: Quod cum audisset Athalia. tertio regis instituti confirmatio, ibi: Pepigit autem Ioiada. sententia autem istarum partium patet ex dictis 4. Reg. 11. exceptis quæ sequuntur. In prima parte dicitur.

2 Assump. cen. Az. romia. isforum omittuntur 4. Reg. 11. quæ exprimitur hic ad maiorem historice certitudinem.

3 Erat in port. 4 Reg. 11. dicitur. Ad portam Scit. & forte ex illa parte erant prius porta, ideo dicitur hic, in portis.

4 Ad portam quæ appellatur fundamenti. Ista est porta q. 4. Reg. 11. dicitur post habitaculum sentariorum, port. e. n. pluribus nominibus nominantur ex diuersis proprietatibus.

5 Et peltas reg. s. sicut rotunda, a peilendo dicta, quia repellunt istus. In secunda parte dicitur.

6 Cumque vi. re. stan. su. Dicunt aliqui quod iste gradus erat basis aenea, super quam orauit Salomon, ut habetur sup. 6. & vocatur gradus, quia ad eam ascendebatur per aliquot gradus, quia habebat tres cubitos in altitudine, ut ibidem dicitur. Secundum alios uero erat quedam sedes notabilis in porticu templi, ubi rex sedebat quando ueniebat ad domum domini. In tertia parte dicitur.

* 1 Const.

Ad

MORALITER.

1 Anno septimo confortatus Ioiada assum. Expositio mystica huius capituli requiritur 4. Reg. 11. cap.

† 1 sc.

A vt esset populus Domini. Itaque ingressus est omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam, & altaria, ac simulachra illius confecerunt. Mathan quoque Sacerdotem Baal interfecerunt ante aras. Constituit autem Ioiada præpositos in domo domini, sub manibus sacerdotum, & Leuitarum, quos distribuit Dauid in domo Domini, vt offerrent holocausta Domino, & sicut scriptum est in lege Moyse in gaudio, & canticis iuxta dispositionem,

Dauid. constituit quoque ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immunus in omni re. Assumpsitque centuriones, & fortissimos viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ superioris in domum regis, & collocauerunt eum in folio regali. Lætatusque est omnis populus terræ & vrbs quieuit. Porro Athalia interfecta est gladio.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Const. au. Io. vt fierent ibi diuina obsequia, sicut fiebat, antequam regnaret Athalia, quæ cultum diuinum prout potuit, destruxit, ut habetur c. sequenti.

2 Iux. di. Da. quæ dispositio habetur sup. li. 1. 24. & 25. cap.

3 Læta. est o. eo quod liberatus erat a dominio mulieris, quod erat opprobriosum, & quia regnum restitutum erat ad heredem debitum.

Iux.

CAP.

C A P. XXIII.

Septem annorum erat Ioas, cum regnare, &c. **CLEMENS.** Rom. Si in parua parocchia grandior natus

populo collata iussu regis per manus magistrorum cementariis, & artificibus operum datur, ut scissuras parietum reficiant, & sartatecta restaurent. Ioas. n. & hoc nomine, & hoc opere

C A P. XXIII.



aliquis non reperitur, qui in Episcopum institui possit, iuuenis vero ibi est testimonium habens eorum, qui cum eo uixerunt, Episcopatus munere illum dignum esse, in mansuetudine, & modestia senectutem præ se ferens, is constituatur in pace. Nam Salomon duodecimum agens annum, in Israele regnauit, & Ioas octo annos natus regnauit in iustitia, item Ioas in septimo anno præfuit populo. Sequitur.

Septem annorum erat Ioas, cum regnare cepisset, & quadraginta annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius sebia de Bersabee. Fecitque quod bonum est coram domino cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Accepit autem ei Ioiada uxores duas, e quibus genuit filios, & filias. Post quæ placuit Ioas, ut instauraret domum domini. Congregauitque sacerdotes & Leuitas, & dixit eis. Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de uniuerso Israel pecuniam ad sartatecta templi Dei vestri per singulos annos, festinatoque hoc facite. Porro Leuitæ egere negligentius. Vocauitque rex Iuda Ioiadam principem, & dixit ei. Quare non tibi fuit curæ, vt cogeres Leuitas auferre de Iuda, & de Ierusalé pecuniam, quæ constituta est a Moyse seruo dñi, vt inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonii? Athalia. n. impiissima, & filii eius destruxerunt domum Dei, & de uniuersis quæ sanctificata fuerant in templo dñi, ornauerunt phanum Baalim. Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam, posueruntque eam iuxta portam domus dñi forissecus. Et prædicatum est in Iuda, & Ierusalem, vt deferrent singuli pretium dño, quod constituit Moyse seruus Dei super omnem Israel in deserto. Lætatiq. sunt cuncti principes, & omnis populus, & ingressi contulerunt in arcam dñi

Christum significat. Interpretatur enim Domini robur. Hic Doctoribus mandat, vt accipiant omnem pecuniam quæ a prætereuntibus offertur in domum Dei, quicquid, scilicet, a sanctis scientiæ spiritualis, vel bonæ operationis collatum est in thesaurum domini, ut per prædicatorum officia ad restaurationem spiritualis templi conferatur, ut quicquid inuenerit per errorem scissum, uel per uitia læsum, restauret, ne per negligentiam doctorum peccati auditorum multitudo.

e Et filii eius. Nō quod filios tunc habuerit, quia

b Post quæ plac. Ioas Rex Sacerdotes arguit, quia minus studiosi fuerant in instauracione templi, & pecunia a po-

NICOLAUS DE LYRA. C A P. XXIII.

Septem an. Hic consequenter describitur regni Ioas prosecutio, & primo tempore prosperitatis, secundo tempore aduersitatis, sibi. Postquam autem obiit Ioiada. Prima in duas, quia primo describitur processus Regni Ioas in bono, secundo Ioiadæ pontificis sancta consummatio, ibi. Senuit autem Ioiad. Sententia primæ partis patet ex dictis 4. Reg. 12. exceptis quæ sequuntur.

2 Egr. ad ci. Præter. n. illam pecuniam, quæ sponte offerebatur in templo pro necessariis templi, uoluit rex, vt a quolibet capitaneo de regno suo colligeretur dimidius sclus argenti, qui soluebatur a communitate, & in hoc equaliter soluebat pauper, & diues, ut habetur Exo. 25 & hac pecunia dabatur pro redemptione animæ, quia cum sic enumerabantur per dimidios sclusos datos, non erat plaga in populo, ut ibidem dicitur

dicitur. 3 Athalia enim & filii Athaliæ non possunt hic intelligi fratres Ochoziæ filii sui, quia omnes fuerant interfecti, vt habetur supra in princ. 2. 2. c. Nec filii Ochoziæ, quia illos interfecit Athalia, vt habetur supr. 2. 2. c. in fin. & ideo filii eius hic dicuntur sacerdotes Baal, quos ipsa nutrebat, vt dicitur lib. de Hebraicis quæst. 4 Destru. do. de. dimitentes multa cadere, & spoliantes templum vasibus, & ornamentis, applicantes cultui Baal, & propter hoc ad restaurandum ista, requirebatur magna pecunia, & maxime quia illa quæ erant applicata idolis, non erant ulterius diuino cultui applicanda. 5 Et fecerunt. 3. Reg. dicitur gazophylacium, locus est ubi potest reponi pecunia, sine apertione, non tamen inde retrahi, sicut pro fabricis ecclesiarum solet fieri. 6 Vt def. sin. pretium domino, quod conf. Moy. s. dimidium sclusum, vt dictum est supra,

Et

MORALITER.

† Septem ann. erat Io. cum regna. ca. Hoc capitulum expositum

tum est mystice 4. Reg. 12. c. vsque ibi. Tom. 2.

Post-

O thozia in ortuo, eo quod non habuerat filium, omne semine regum interiree mober est, sed filios eius sacerdotis adolozum non auit, qui templum spolauerunt, & ex ornamentis eius idola sua exornauerunt, septem filii imitatores dicitur a illi. Hoc faciunt apostoli, quando per labie eos tibi discipulos uerbi di-

parte pecunie. i. de ea que aliis donationibus collata fuerat. Potuit. n. fieri, ut in diuersis temporibus pecunie oblatæ diuersæ facturæ materiam præberent, sicut alia etiam doctrina quæ iudes imbuuntur ad fidem, alia qua perfecti instruantur ad plenitudinem.

ad orationem regis.

A regum interiree mober est, sed filios eius sacerdotis adolozum non auit, qui templum spolauerunt, & ex ornamentis eius idola sua exornauerunt, septem filii imitatores dicitur a illi. Hoc faciunt apostoli, quando per labie eos tibi discipulos uerbi di-

B querum alii fabricant ligna, cum te, & tibi obediens ligna fructifera in domo Dei preparant. Alii tatecta faciebant, quando illa que per heresim vel schismata ruper fuerant, reedificabant. Alii laxa cedunt, cum dueros corde, & incredulos fortiter increpant. Alii metalla ferri, & æris, cum robur fidei, & confessio nem catholicæ veritatis ab uno quoque expetunt, ut impleatur domus Dei iuxta illud. *Vnicuique nostrum datur est gratia secundum mensuram donationis Christi.*

Et ceperunt operari operari.

C Sed non hic dicitur de eadem pecunia que efferebatur a populo in templo domini ad instauracionem domus Dei facta fuerunt facta uasa in ministerium templi, & ad holocausta, sed de reliqua

Eph. 4. b

Reliquam par. Videatur contrarium quod legitur in li. Re. *Verantamen non sibi ex eadem pecunia hys templi, & susci.*

† del'nicus ob seq uis coru.

Reliquam par. Videatur contrarium quod legitur in li. Re. *Verantamen non sibi ex eadem pecunia hys templi, & susci.*

4 Reg. 12. c

Sed non hic dicitur de eadem pecunia que efferebatur a populo in templo domini ad instauracionem domus Dei facta fuerunt facta uasa in ministerium templi, & ad holocausta, sed de reliqua

atque miserunt, ita ut impleretur. Cumque tempus esset, ut deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur Scriba regis, & quem primus sacerdos collauerant, effundebantque pecuniam que erat in arca. Porro arcam reportabant ad locum suum, sicque faciebant per singulos dies. Et

cōgregata est infinita pecunia, quam dederunt Rex, & Ioiada his, qui præerant operibus domus domini. At illi conducebant ex ea caesores lapidum, & artifices operum singulorum, ut instaurarent domum domini, fabros quoque ferri, & æris, ut quod cadere ceperat, fulciretur. Egeruntque hi qui operabantur industriè, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac suscitauerunt domum Domini in statum pristinum, & firmiter eam stare fecerunt. Cumque compleissent omnia opera, detulerunt coram rege, & Ioiada reliqua

partem pecuniæ, de qua facta sunt uasa templi in ministerium, & ad holocausta, phialæ quoque & cætera uasa aurea, & argentea. Et offerrebantur holocausta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ. Senuit autem Ioiada plenus dierum, & mortuus est cum centum & triginta esset annorum. Sepelieruntque eum in ciuitate David cum regibus, eo quod fecisset bonum cum Israel & cum domo eius.

Postquam autem obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adora uerunt Regem. Qui delinitus obsequiis eorum, acquieuit eis. Et dereliquerunt templum domini Dei patrum suorum, seruiueruntque lucis, & sculptilibus, & facta est ira domini contra Iudam, & Ierusalem propter hoc peccatum. Mittebatque eis prophetas, ut reuerterentur ad dominum, quos protestantes illi audire nolebant. Spiritus itaque domini induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit in conspectu populi, & dixit eis. Hæc dicit Dominus. Quare trans gredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereli-

quos legitur in Actibus apostolorum ab angelo percussus. **Spiritus itaque Domini, & c.** Theod. Meminit unius solius pro-

c Senuit autem Ioiada, etc. Hebraei. Oriente diebus Salomonis lahe & ruina, natus est simul Ioiada, qui eam corrigeret. Postquam autem obiit, principes Iuda, adorauerunt regem. Qui delinitus eorum obsequiis, acquieuit eis. Scipsu. n. Rex Ioas Deum consecrauit, & noiauit. Nā hæc declarat quod ponit, Et adorauerunt regem. Item illud, Acquieuit eis rex. Theod. Cū decessisset Ioiada, Ioas declinauit ad impietatem, inductus a principibus. Sed non eius curam abiicit aiam medicus. Misit. n. iugiter Dominus ad ipsos, prophetas ad conuertendum ipsos ad Dominum & testificatus est eis, & non audierunt. **d** Et facta est. Tradit Hebraei principes Iuda regem, ut Deum adoraret, & illum libenter accepisse: unde nimis dominum offendit, & subito expetuit est iram quæ meruit. Ob hæc etiam culpam Herodes legitur in Actibus apostolorum ab angelo percussus. **e** Spiritus itaque Domini, & c. Theod. Meminit unius solius pro-

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et congregata est infinita pecunia. hyperbole est, ad denotandum magnam summam, licet esset finita simpliciter.
- 2 Reliquam par. Contrarium uidetur 4 Reg. 12. c. ubi dicitur. Non sibi ex eadem pecunia hydriae templi domini, &c. *Incedum, quod quamdā reparabatur templi edificium non sibi ex illa pecunia, que ordinata erat ad reparandum edificium, & sensuum hoc loquitur scriptura 4. Re. sed edificium reparato de residuo pecuniæ facta sunt uasa templi, ut hic dicitur.*
- 3 Senuit autem Io. Hic consequenter describitur ipsius Ioiadæ felix consummatio, cum dicitur.
- 4 Plenus di. quia non transit tempus in vacuum, sed in bonis operibus continui se exercuit, propter quod ualde solemniter sepultus fuit, cum dicitur. Sepelieruntque eum in ciuitate David. Et subditur causa laudis.
- 5 Eo quod se. bo. cum Isr. *is sum a dominio mulieris liberando & ab idololatria renouando.*
- 6 Et cum do. eius. regem de eius semine restitucendo, ut patet per prædicta.

7 Post-

- 7 Postquam autem ob. Hic consequenter describitur regnum Ioas tempore aduersitatis, & primo describitur ipsius, & populi malum culpæ, secundo malum pænæ, ubi: Cumque euolutus. Circa primum tangitur duplex culpa. Prima est idololatria, cum dicitur.
- 8 Ingressi sunt prin. Iu. & ado. re. impendendo sibi diuinum honorem, sicut dictum fuit diffusus 4. Reg. 12.
- 9 Et derelique. temp. do. Dei pa. suo. Abyssus enim abyssum inuocat. & ideo de uno peccato trahit sunt ad alia.
- 10 Mittebatque pr. ut re. ad do. Ex quo apparuit Dei miserationis, & eorum obstinatio. Consequenter notantur pericidia in infidelitate Zacharia, qui patri successerat in summo sacerdotio, non habetur ex glossa magna Hebraica, Thren. 2. g. super illud. Si occiditur in sanctuario domini sacerdos, & propheta. & in presentia cum dicitur.
- 11 Spiritus ita. do. in. Za. Ex reuelatione enim spiritus sancti, & eius impulsa, motus fuit ad constanter arguendum regem, & populum.
- 12 Filium Ioiadæ sacerdotem. Per hoc ostenditur conditio aggrauans peccatum, quia Ioiada fecerat bona erga regem, & populum, ut patet ex prædictis.

8 i Mife-

MORALITER.

7 Postquam au. etc. ad. re. Ier principes Iuda, qui diuinos honores regi Ioas exhibuerunt, bene dicitur plenus in expositione 2. ad. super 12. c. 4. lib. 1. regum, signantur adulatores regum, &

potentum, & sic faciunt eos insanire, & relinquere timorem diuinum, sicut iste Ioas dereliquit adulationibus principum delinitus, & predicatoris veritatis contemnere, & usque ad mortem aliquem persequi, sicut iste Ioas Zachariam prophetam iussit lapidari.

A propheta, &c. Neque solum verbis diuinis restiterunt, & cōtradixerunt, sed etiam lapidibus eum obruerunt in atrio templi. Tanto iste laborauit ingrati animi crimine, & in eum quod fuerat salutis administrer. Cum autem inoreretur dixit. Videat Dominus, & iudicet. Neque a sua exiit petitione. Nā cum praterisset annus, in eos quidem impetum fecit modicus Syrorum exercitus, traditi sunt autem a Domino qui ab eis fuerat contemptus. Et alios quidem interemerunt, aliis in captiuitatem reductis abierunt. Iste autem cum incidisset in infirmitatem, occisus fuit a subiectis. Vera est ergo oratio illa quae dicta fuit. **Noc.** Qui effundit sanguinem hominis, pro sanguine sanguis effundetur, quoniam in imagine Dei fecit hominem.

B a Zacharia filii Ioiadae. Dominus in Euangelio Zachariam inter templum, & altare occisum memorans, filium Barachiae dicit, quem praesens historia testatur filium fuisse Ioiadae. Sed a II Zachariam filium Barachiae dicit, qui in duodecim prophetis undecimus est, patrisque nomen consentit in eo. Sed ubi occisus sit inter templum, & altare, scriptura non docet, maxime cum temporibus eius uix ruinae templi fuerint. Alii Zachariam patrem Ioannis intelligi volunt, ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia praedicauit aduentum Saluatoris, hoc quia de scripturis non habet autoritatem, eadem facilitate

quiritis dominum, ut derelinqueret vos? † Qui † congregati aduersus eum miserunt lapides iuxta regis imperium, in atrio domus dñi. Et non est recordatus Ioas rex misericordiae, quae fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius. Qui cum moreretur ait. Videat dominus, & requirat. Cum que euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus syriae, venitque in Iudam, & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atque uniuersam praedam miserunt regi Damascum. Et certe cum pro modicus venisset numerus Syrorum tradidit dominus in manibus eorum infinitam multitudinem eo quod dereliquissent dominum Deum patrum suorum. In Ioas quoque ignominiosa exercuere iudicia, & abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis. Surrexerunt autem contra eum serui sui in ultionem sanguinis Zachariae filii Ioiadae sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo & mortuus est. Sepelieruntque eum in ciuitate David, sed non in sepulchris regum. † Insidiati vero sunt ei Zabad filius Semaath Ammonitidis, & Iozabad filius Semarihi Moabitis. Porro filii eius, ac lumina pecuniae quae adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei, scripta sunt † diligentius in libro regum. Regnauit autem Amasias filius eius pro eo.

facilitate contemnitur qua probatur. Alii istum volunt Zachariam esse, qui occisus sit inter templum, & altare a Iouis rege, sicut Regum narrat historia. Sed obseruandum, quod iste Zacharias non sit filius Barachiae, sed Ioiadae, cum ergo Zachariam tenemus, & occisionis consentiat locus, quae

mus quare dicitur hic filius Barachiae, & non Ioiadae. Barachias benedictus domini dicitur, & sacerdotis Ioiadae iustitia Hebraeo nomine monstratur. In euangelio (quo utuntur Nazareni) pro filio Barachiae filius Ioiadae legitur, simpliciores fratres inter ruinas templi, & altaris, vel in portarum exitibus, quae Siloam dicunt, rubra saxa monstrantes Zachariae sanguine putant esse polluta.

b *Insidia. ve.* Afferunt Hebraei Ammonitas, & Moabitas insidiatos esse regi Ioas pro iniusta nece Zachariae ad exaggerandam malitiam Israelitarum, quae uicisti noluerunt sacerdotem Dei, quae uindicauerunt filii alienigenarum.

* Iosephi. Cum pessimum languorem incurrisset Ioas, instantes amici qui mortem Zachariae Ioiadae filii defendebant, eique insidias facientes interemerunt eum, & sepultus est quidem Ierofolymis, non autem in monumentis patrum, quia fuerat impius, & diuinae religionis inimicus.

* Theod. Ioram quidem interfecerunt non diuino zelo accensi, sed saeuo, & sanguinolento animo incitati.

CAP.

NICOLAUS DELYRA.

1 Miserunt la. iux. re. imp. Ex quo patet, quod rex, & populus perpetraverunt parricidium.

2 Videat do. & re. Hoc dicit non zelo uindictae, sed iustitia diuinae.

3 Cumque e. Hic consequenter ponitur debita poena, & primo in debellatione Ioas, cum dicitur. Ascendit con. eum ex. Sy. Ex quo patet sententia usque ibi.

4 In Ioas quo. igno. iu. qua autem fuerunt illa, hic non exprimitur, nec 4. Reg. sed libro de Hebraicis questionibus dicitur, quod occiderunt filios eius coram eo, improperando ei interfectionem Zachariae. Sed hoc non videtur verum, quia in principio se. ca. dicitur quod Amasias filius eius regnauit pro eo, propter quod & multa alia, iste liber de

de Hebraicis questionibus a multis, & rationabiliter, ut videtur, negatur esse Hieronymi, tum quia non habet eius stilum, tum quia in libro illustrium virorum, ubi Hieron. enumerat libros ab eo editos, facit solum mentionem de Hebraicis questionibus super Ge. & ideo dicitur, quod liber de Hebraicis questionibus super alios libros factus fuit a quodam Iudaeo conuerso, qui multa iusticia immiscuit, ut videtur, propter quod de illo libro parum curandum est, nisi quantum consonat veritati. Et ideo aliter dicitur, quod fecerunt isti Ioas plagas turpes, & ignominiosas, & ideo subdicitur. Et ideo abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis. Secundo describitur poena eius in interfectione, cum dicitur.

5 Surrexerunt autem con. Et patet sententia huius partis ex di. Etis 4. Reg. 12. in fi.

6 Sed non in se. quia erat indignus, propter malitias suas.

* CAP.

MORALITER.

3 Cumque euolutus esset. Per Syros qui interpretantur sublimis, significantur superbi daemones. Vnde Iob 41. d. dicitur de daemone principe, quod ipse est rex super omnes filios superbiae. Igitur per exercitum Syriae significatur exercitus gehennae, siue daemorum, unde subditur.

Et

†. Et interfecit cunctos, per quos significantur adultores regum, & potentum, ut praedictum est.

§ In Ioas quo. ign. qui fuerat adulationibus principum delinitus. Per hoc igitur designatur, quod daemones secum trahunt ad inferni supplicia adultores, & adulationibus eorum acquiescentes.

Vigin-

CAPVT XXV.

CAPVT XXV.

Viginti quinque annorum erat Amasias cum regnare



coepisset, & vigintinovem annis regnavit in Ierusalem: Nomen matris eius Ioadā de Ierusalem. Fecitque quod bonum est in conspectu domini, veruntamen non in corde perfecto. Cumque roboratum sibi videret imperium, iugulavit seruos qui occiderant regem patrem suum, sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in libro legis Moyse, ubi praecepit dominus, dicens. Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis, sed unusquisque in peccato suo morietur. Congregavit igitur Amasias Iudam, & constituit eos per familias tribunosque, & centuriones in uniuerso Iuda & Benjamin. Et recensuit a viginti annis, & sursum, inuenitque trecenta milia iuuenum qui egredierentur ad pugnam, & tenerent hastam, & clypeum. Mercede quoque conduxit de Israel centum milia robustorum centum talentis argenti. Venit autem homo Dei ad illum, & ait. O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel. Non est enim dominus cum Israel, & cunctis filiis Ephraim. Quod si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet dominus ab hostibus. Dei quippe est, & adiuuare, & in fugam conuertere. Dixitque Amasias ad hominem Dei. Quid ergo fiet de centum talentis, quae dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei. Habet dominus unde tibi dare possit multo his plura: separavit itaque Amasias exercitum, qui venerat ad eum ex Ephraim, ut reuerteretur in locum suum. At illi contra Iudam vehementer irati, reuersi sunt in regionem suam: porro Amasias confidenter eduxit populum suum, & abiit in vallem Salinarum. Percussitque filios Seir decem milia, & alia decem milia virorum ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad praeruptum cuiusdam petrae, praecipitaueruntque eos de summo in praeruptum, qui uniuersi crepuerunt. At ille exercitus quem remiserat Amasias, ne secum iret ad praerium, diffusus est in ciuitatibus Iuda a Samaria usque ad Bethhoron. Et interfectis tribus milibus diripuit praedam magnam. Amasias vero post caedem Idumaeorum, & allatos Deos filiorum Seir, statuit illos in Deos sibi, & adorabat eos,

Homil. 1. in Mt. ope. imp.

sibi praecepit dominus, ne occiderentur.

in tribunos.

B

Ioas pater eius. Nam Amasias in primis placuit Deo, sicut Ioas, sed postea malignatus est sicut Ioas. Secundum hoc fuit melior, quam Ioas pater suus, quia Ioas corripientem se prophetam lapidibus interfecit. Amasias autem cum misisset ad eum Deus prophetam, non interfecit, sed comminatus respondit ei. Nunquid consilia unius regis dedi te? Caue tibi, ne flagelleris. Sequitur.

facere cadere.

viuorum.

Rabbanus.

In uallem Salinae, &c. ubi sal fiebat, vel seno, falsuginis, ut multis in locis de ciso, & siccat, & incenso vel aquis putreorum falsis fer-

C

fer. & allatos Deos filiorum Seir, statuit illos in Deos sibi, & adorabat eos,

a De quo Ieroboam Quia sui dicitis, nec cum praetatis dominus est.

b Decem tribuum qui idola colebant, & Deo abominabiles erant.

a Qui secundum Hebraeos cum praeruptarentur aciem milia de petra, idola responderunt illos ideo interfectos, quia in cultu eorum negligentes fuerant.

seruefactis, & ad falsis firmitatem coque do perductis. Vel aliter, ubi & Ioab duodecim milia Idumaeorum percussisse legitur. Pro uale autem Salinarum uetus editio qualis nomen regionis Gemelap posuit.

c Statuit eos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat.

Theodoro retus. Diuinum affecutus auxilium non cognouit benefactorem. Deos enim eorum qui fuerant superari, quos asportauit cum spoliis, tanquam uictoriae datores honorauit, & sacrificiis est profecutus.

COMESTOR. Audiuit eos dates respōsa, ideo petiisse Amalech, quia negligentes fuerant in cultu eorum, pro quo tali poena percussus est.

a Scio

NICOLAUS DE LYRA.

CAP XXV.

Diuisio.

Viginti quinque. Hic consequenter agitur de tempore Amasiae & primo describitur regni eius prosperitas, quamdiu uixit innocenter. Secundo eius aduersitas postquam uixit insolenter, ibi. At ille exercitus. Sententia autem prima partis patet ex dictis 4. Regum 14. in princ. exceptis quae sequuntur.

1 Iugulauit seruos. & hoc iustè, quia licet esset dignus morte, tamen isti non habebant auctoritatem eum occidendi.

2 Congregauit igitur. ad pugnandum contra Idumaeos infestantes regnum suum.

3 O rex ne. quia erant idololatres, & ideo eorum societas magis nocisset, quam iuuisset. Ideo sequitur.

4 Non est enim. qui a in regno illo colebantur vituli aurei, & etiam idola alia.

5 Et cunctis filiis. a quibus denominabatur regnum illud, quia Ieroboam primus rex fuit de tribu Ephraim, & plures alii post eum.

6 Habet dominus unde tibi. ex quo patet, quod illam pecuniam illis non dedit.

7 At illi contra Iudam. non propter pecuniae retrahionem, ut dicitur, sed quoniam reputauerunt se contemni in illa separatione.

8 Percussitque filios Seir. sic est in Hebraeo, & 4 Reg. 14. & non 20.

20. milia, ut habent aliqui libri, & male.

10 At ille exercitus. Hic consequenter describitur aduersitas regni sui postquam uixit insolenter, & primo ponitur aduersitas, inducta pro peccato superbiae, & secundo pro peccato idololatriae, ibi. Amasias quoque. Circa primum sciendum, quod Amasias rex habita uictoria clatus fuit in superbiam, eam magis attribuens uirtuti propriae, quam diuinae, & ideo exercitus Israel, qui redierat ad terram suam, excitatus fuit ex diuina ordinatione ut intraderet regnum suum non. inuaserunt in reditu de exercitu Amasiae, sed postquam uenerant ad terram suam, & hoc notatur, cum dicitur.

11 Diffusus est in ciuitatibus. scilicet, ueniedo.

12 Usque ad Bethhoron. Samaria autem erat in regno Israel. Bethhoron autem in regno Iudae, & ideo si rediendo de exercitu Amasiae hoc fecisset, scriptura dixisset modo, scilicet, a Bethhoron usque ad Samariam.

13 Amasias uero. Hic consequenter ponitur aduersitas pro peccato idololatriae, & primo ponitur culpa, secundo poena ibi. Igitur Amasias. Circa primum dicitur. Amasias quoque. In libris de Hebraeo. dicitur, quia idola cum morerentur Idumaei, dederunt responsa, quod hoc accidebat Idumaeis, eo quod negligentes fuerant in cultu eorum, quod audiens Amasias eos coluit, sed hoc uidetur fictitium, quia nulla gl. Hebraica hoc dicit, nec aliquis expositor Latinus authenticus, uidetur etiam esse contra textum, quia propheta de hoc reprehendens Amasiam dixit.

*Cur

A Scio, inquit, quod cogitauerit dominus, &c. Qui neminem vult perire, sed eum qui in peccato perseuerat, iusto iudicio dānat. Ideo ergo Amasias perit, quia ad monitum per prophetam, vt ageret pœnitentiam, non obediuit, sed usque ad finem permansit.

B Carduus qui. Hanc similitudinem inuit, quia Amasias nobilissimis ortus natalibus de stirpe Dauid veniens, propter idololatriæ fœditatem degens, & uilis factus propriam mensuram non considerat sed ultra modum superbiæ fastu se eleuat.

C Iosep. Amasias dū se abstinere non posset in rebus scelicibus constitutus, scripsit ad regem Israelitarum, ut ei obaudiret, & populus vniuersus, sicut prius obaudiebant parentibus eius Dauidi, & Salomoni. Qui si parere nollent, scient quia bello terminum causa periret. Cui Iosias scripsit. Erat in Libano monte cypresus pœra, & puluis misit ad cypressum, petens filiam eius filio suo vxorem. Et dum hæc ageret, bestia quedam trantiens puluerem conculcauit. Hoc ergo tibi erit exemplum, vt maiora non appetas, &c.

C Bethsames. In Regum dicitur Bethsames oppidum Iudæ quia pertinet ad regnum Iudæ, id est, ad duas

duas tribus quibus imperabat domus Dauid, sed secundum situm locorum pertinet ad tribum Benjamin.

D Corruit, iud. 15, &c.

E Iosephus. Cum produxisset exercitum Iosias, essetque iam bellum commissurus, milites Amasie repentinus terror, & stupor inuasit, qualem non propitius Deus immitteret, & antequam venirent ad manus, in fugam animi pauore conuersi sunt. Illis ergo dispersis, contigit vt Amasias caperetur, eique Iosias mortem interminatus est ni Ierosolymis suaderet vt aperientes portas cum exercitu susceperent. Qui mortis terrore compulsi suscipere fecit hostem. Qui destruens partem muri quali quadringentorum cubitorum, cum curru ingressus est Ierosolymam, Amasiam captiuum ducens.

E Et ap. Ob. Quia non solum uasa abstulit, quæ in domo Dei reperiuntur, sed etiam illa quæ obseruabant ianitores & custodes templi. In Regum autem legitur, quod Dauid elegit de filiis Obededom 72. ad ministrandum in domo Dei, & custodiam templi.

F Qui post. Ex quo prophete consilium non audiuit, neque ad dominum conuertitur, coniuatio præparata est, & dilata, donec ad consummationem perueniret.

G CAP.

& illis adolebat incensum. Quamobrem iratus dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetam qui diceret ei. Cur adorasti Deos, qui non liberauerunt populum suum de manu tua? Cumque hæc ille loqueretur, respondit ei. A quo missus hæc dicere? Num consiliarius regis es? Quiesce, ne interficiam te. Discedensque propheta: scio, inquit, quod cogitauerit Dominus occidere te, quia fecisti hoc malum, & insuper non acquieuisi consilio meo. † Igitur Amasias rex Iuda inuito pessimo consilio, misit ad Iosias filium Iosachaz filii Iehu Regem Israel, dicens. Veni, videamus nos mutuo.

B At ille remisit nuntios, dicens. Carduus, qui est in Libano, misit ad cedrum Libani dicens. Da filiam tuam filio meo vxorem. Et ecce bestie quæ erant in sylua Libani, transierunt, & conculcauerunt carduum. Dixisti. Percussi Edom, & idco erigitur cor tuum in † superbiam. Sede in domo tua. Cur malum aduersum te prouocas, vt cadas tu, & Iudas tecum? Noluit audire Amasias, eo quod Domini esset voluntas, vt traderetur in † manus hostium propter deos Edom. Ascendit igitur Iosias Rex Israel, & mutuos sibi præbuere conspectus.

C Curias sacerdotalis in tribu Benjamin, altera Bethsames est in tribu Nephthali ad regnum decem tribuum pertinens.

C Amasias autem rex Iuda † erat in Bethsames Iudæ. Corruitque Iudas coram Israel, & fugit in tabernacula sua. Porro Amasiam regem Iuda, filium Iosias filii Iosachaz cepit Iosias Rex Israel in Bethsames, & adduxit in Ierusalem. Destruxitque † murum eius a porta Ephraim vsque ad portam anguli quadringentis cubitis. Omne quoque aurum, & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo domini, & apud Obededom, in thesauris etiam domus regie, necnon & filios obsidum reduxit in Samariam. Vixit autem Amasias filius Iosias Rex Iuda, postquam mortuus est Iosias filius Iosachaz Rex Israel, quindecim annis. Reliqua vero sermonum Amasie priorum, & nouissimorum scripta sunt in libro Regum Iuda, & Israel. Qui postquam recessit a Domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalem. Cumque fugisset Lachis, miserunt, & interfecerunt eum ibi. Reportantesque super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid.

F Quia deos Edom qui in equis portabantur adorauit, non super humeros hominum, quia neglexit seruare Deo Israel, cuius mysteria super humeros patriarcharum portabantur.

NICOLAUS DE LYRA.

2 Cur adorasti, &c. non. n. dicitur populus alicuius veri Dei, vel falsi, nisi cultum impendat sibi secundum ordinem illius ritus. Vnde & filii Israel, quando non colebant debito modo dominum, dicebantur non populus eius, ut patet Osee 1. c. & in pluribus aliis locis veter. test. Item quia Amasias respondisset prophete causam dictam idola colendi, vt videtur probabiliter, quod non fecit, sed dixit.

2 Num consiliarius reg. ex hoc etiam apparet obstinatio ipsius Amasie.

3 Igiur Ama. Hic post culpam ponitur pœna debita. Et patet sententia ex dictis 3. Reg. 14. addenda tamen sunt aliqua.

4 Carduus qui est. Carduus est herba vilis, & despecta. Cedrus autem est arbor alta, et ideo uocat Amasiam carduum, qui sub se habebat tres

tres tribus tantum, se autem vocat cedrum, quia habebat decem tribus in regno suo.

5 Porro Ama. re. sic habetur in Hebræo, & in libris correctis, & iste Iosachaz idem est cum Ochozia qui uocatur etiam Ioathan, ut habetur sup. 21. cap.

6 Vasa quæ re. Iste tempore Dauid fuit constitutus ad custodiam thesaurorum, & filii eius successerunt sibi in eodem officio, & idco locus ille ubi talia seruabantur, ab eo denominabatur.

7 Necnon & fi. Dixerunt aliqui, quod isti erant filii principum regni Israel, quos tenebat Amasias obsides. Sed hoc non videtur verum, quia non legitur Amasias tantum præualuisse regno Israel, propter quod dicendum, quod isti erant filii principum regni Iuda, quos cepit rex Israel in prælio, & quando uenit in Ierusalem commutauit, accipiendo filios pro patribus quos tenebat.

CAP.

CAPVT XXVI.

C A P. X X V I.

A
† Reg. 14. c.

Omnis autem. Iosep. Erat hic bonus, & naruraliter iustus, atq; magnanimus, & ad rerum promedētiā naturaliter industrus.

*EVCHERIVS. Quantum admodum agebat in morte patris, interim tamen vsque ad 16. annum regnū administratum est p Senatum quē uocabāt Sanhedrim, iō 12. ante regni sui sedecim annorum fuit, & regnum solus admistrare cepit. Sequitur.

† visiones Dei
† propter
cō fecit Deus.

† Mchunim

b Ozias cum re. Qui & Azarias. Ozias interpretatur uirtus domini. Azarias auxilium domini, quia quādiu recte egit, diuina ope aditus plurima bella feliciter commisit, & de hostibus triumphauit. Sed priuquā per superbiam illi cita tentauit, lepra percussus nominis, & honoris offuscata dignitate, exclusus a populo usque ad diē mortis.

† qui roboratus
† in
excelsium.

† planicie

* secundum numerum eorum.

Rabbanus supra eod. 25. f

C
† mirificaret eum dominus auxiliando ei.



† Mn̄is autem populus Iuda filium eius Oziam annorum xvj. constituit regem pro patre suo Amasia. Ipse ædificauit Ailath, & restituit eam ditioni Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis.

Sedecim annorum erat Ozias, cum regnare cœpisset, & quinquagintaduobus annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Iechelia de Ierusalem. Fecitque quod erat rectum in oculis Domini iuxta omnia, quæ fecerat Amasias

a † Hunc autem esse filium Zachariæ filii Ioiadæ, qui post mortem patris natus, & ob hoc patris nomen sortitus est, intelligens. n. propter sacerdotum, videns propter prophetiam dicitur.

pater eius, & exquisiuit Dominum in diebus zachariæ intelligentis, & † uidentis Deum. Cumque requireret Dominum † direxit eum in omnibus. Denique egressus est, & pugnauit contra philisthim, & destruxit murum Geth, & murum Iabniæ, murumque Azoti. Aedificauit quoque oppida in Azoto, & philisthim, & adiuuuit eum Deus contra philisthim, & contra

a † Locum esse dicunt, qui in Genesi Gerara dicitur, ubi regnauit Abimelec, & ubi peregrinatus est Abraham cum Sara uxore sua.

Arabes, qui habitabant in Gūrbaal, & contra Ammonitas. Appendebantque Ammonitæ munera Ozias, & diuulgatum est nomen eius vsque ad introitum Aegypti, † propter crebras uictorias.

Aedificauitque Ozias turres in Ierusalem super portam anguli, & super portam uallis, & reliquas in eodem muri latere, firmauitque eas. Extruxit etiam turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo quod haberet multa pecora, tam in campetribus, quam in

teremi vastitate. † Vineas quoque habuit, & uinitores in montibus, & in Carmelo. Erat quippe homo agriculturæ deditus. Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant ad prælia * sub manu Iehiel scribæ, Maasiaque † doctoris, & sub manu Hananiæ,

qui erat de ducibus regis, omnisque numerus principum per familias suas virorum fortium duorum milium sexcentorum, & sub eis uniuersus exercitus trecentorum, & septem milium quingentorum qui erant apti ad bella, & pro rege contra aduersarios dimicabant.

Præparauit quoque eis Ozias, i. cuncto exercitui clypeos, & hastas, & galeas, & loricas, arcusque, & fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in Ierusalem diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, ut mitterent sagittas, & saxa grandia. Egressumque est nomen eius procul, eo quod † auxiliaretur ei dominus, & corroborasset illum. Sed cum roboratus esset eleuatum est cor eius † in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum, ingressusque templum Domini, adolere uo-

lens † in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum, ingressusque templum Domini, adolere uolens

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XXVI.

Omnis a. Hic consequenter agitur de tempore Ozias, cuius primo scribitur laudabilis conuersatio, secundo deestabilis elatio, ibi. Sed cum rob. Circa primū primo describitur, ut gratiosus cum dē. 2. Fecitque. s. in principio regni sui, ut habetur in c. precedenti. 3. Exquisiuit do. die. Dicit hic gl. Hebraica, quod hæc est litera intelligentis timores domini, & quod iste Zacharias idem est quod rex Ozias, & quod uocatus fuit trib. nominib. s. Ozias in principio huius c. & hoc Zacharias, & 3. Reg. 15. Azarias, & dicitur hic intelligens timores domini, quia fuit bonus, & sapiens, & timens dominum in principio regni sui. Expositores autem nostri dicunt communiter, quod iste Zacharias fuit filius Ioiadæ sacerdotis, quem occidit Ioas rex Iuda ut dicitur in sup. 24. c. Secundo describitur, ut uictoriosus, cum dicitur. Denique egressus est, & pugnauit contra Philisthim. Tertio describitur, ut famosus, cum dicitur. Et diuulgatum est nomen eius. Quarto ut in bonis temporalibus copiosus, quod apparet primo in ædificiis quæ fecit, cum dicitur.

4 Aedi-

MORALITER.

1 Omnis. Per istum Oziam qui sedecimo anno regnare cepit, & quod rectum erat in conspectu dñi fecit, signatur iuuenis bonæ indolis, & bene disponens regnum animæ suæ, per debita n. subiectionem uirium sensitiuarum regimini rōnis redita. Et quā ex hoc sequitur diffusio bonæ famæ, ideo sequit. † Et diuulgata talis. n. iuuenis frequenter triumphat de concupiscentiis mundi, & carnis, & de insultibus diaboli. Verumptamen talis iuuenis uirtuosus non est p hoc cōfirmatus in bono,

4 Aedificauit. &c. & hæc est quæ c. præc. uocatur porta Ephraim ibi. n. fortius ædificauit, quia magis indigebat, eo quod murus Ierusalem interruptus fuerat a porta Ephraim vsque ad portam anguli 400. cubitis, ut habetur c. præc.

5 Extruxitque tur. in so. ad custodiam animalium.

6 Et effodit cisternas. ad potum eorum, ideo subditur.

7 Eo quod ha. mul. & in hoc secundo ostenditur copiosus in diuitiis naturalib. quæ sunt valde necessaria regiō. quia tempore obsidionis nihil ualere artificiales diuitiæ absque istis. Tertio ostenditur copiosus in rebus bellicis, cum dicitur. Fuit au. ex bel. eius. Et patet litera vsque ibi.

8 Quas in tur. co. ibi. n. efficaciares sunt defensiones, eo quod ex angulis possunt defendi duæ partes muri hinc, & inde.

9 Sed cum ro. el. Hic consequenter describitur Ozias deestabilis elatio, quia cum deberet ex præteritis Dei beneficiis humiliari, in tantum superbiam eleuatus est, quod non suffecit sibi honor regius, sed etiam uoluit usurpare sacerdotis officium super altare thymiamatis offerendo incensum, & patet litera vsque ibi.

Non

no, maxime quia mutabilis est inuentus. Vnde contingit aliquando, quod iusto Dei iudicio nobis tamen occulto permittitur ex donis a Deo sibi collatis in superbiam eleuari quod significatur per hoc quod sequitur.

9 Sed cum ro. nam usurpare sibi uoluit officium sacerdotis offerendo incensum, unde subditur.

† Ingressusq. propter quod a dño percussus fuit lepra, per q̄ significata fuit mortalis culpa, propter q̄ superbus separatur a consortio iustorum sicut leprosus a cohabitatione sanorū.

Dormi-

stante solenni festiuitate intrauit in tēplum ad altare aureū, oblaturus incensum secundū Iosephum. Vnde ante ciuitatē in loco, qui dicitur Eroge, scissa est media pars montis ad Occidentem, & sua volubilitate per quatuor stadia procedens ad Orientalem restitit montē, ita ut vias clauderet, & regias vites opprimeret. Vo-

lunt Hebræi in anno 25. Ozias hoc accidisse, cuius reliqui anni sunt 27. Regnavit autem annis 52.
 * Theodor. Ozias superbo, & arroganti ductus spiritu, ausus est fungi munere sacerdotali. Sed intus in tēplo nō cessit tāquā regi pōtifex, sed eū libere arguit. Definita sunt, inquit, a Deo q̄ regibus cōueniūt, & quæ sacerdotibus cōgruunt. Singulare munus habēt sacerdotes. Quid cōculcas legem a Deo datā? Cur transgredieris terminos? Rapiēs ea quæ nō cōueniunt, tua ēt perdes. Nō solū aut nō cessit, sed ēt verba egre tulit insolescēs. Sed pro gloria collegit ignominia. Eadē ac eiderunt ei quæ primo parēti Adamo. Ille. n. cū desiderasset fieri Deus, eē quoq; Dei imaginē perdidit. ferebat hic in fronte argm̄ iniquitatis.

luit incēsum super altare thymiamatis. Statimq; ingressus post eū Azarias sacerdos, & cū eo sacerdotes Domini octoginta viri fortissimi restiterunt regi, atque dixerūt: Non est tui officii Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium. Egredere de sanctuario, tne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo tuo. Iratusq; Ozias, & tenens in manu thuribulum, vt adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis. Cumque respexisset eum Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes viderunt lepram in fronte eius, & festinato expulerunt eum. Sed & ipse perterritus acceleravit egredi, eo quod sensisset illico plagā Domini. Fuit igitur Ozias rex leprosus vsque ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini. Porro Ioathan filius eius rexit domum regis, & iudicabat populum terræ. Reliqua autem sermo Ozias priorum, & nouissimorum scripsit Isaias filius Amos Propheta. Dormiuitque Ozias cum patribus suis, & sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum, eo quod esset leprosus. Regnavitque Ioathan filius eius pro eo.

* Chrysoſtomus. Tantum malum est arrogantia, quæ persuadet vt quisque semetipsum ignoret.
 * Clemens Rom. Vt Ozias cum non esset sacerdos, & sacerdotum sacra administrasset, in leprā incidit propter iniquitatem, sic omnis laicus non effugiet supplicium, si Deum

D Homil. 1. de verbis Isa. Lib. Contli. cap. 31.

cotempserit, suosq; sacerdotes despexerit, sibiq; honorem arrogauerit, nō imitatus Christum, qui non ipse se glorificauit, vt fieret sacerdos, sed expectauit, vt a patre audiret, *Tues sacerdos in aternum, &c.*

Regnavit Ozias annis 52. quo tempore apud Latinos Amulius, apud Athenienses Agamestor imperabant, quo mortuo vidit Isaias visionē, sicut ipse testatur, eo scilicet, tēpore quo Romulus Romani imperij conditor natus est.

-perterritus Ha. 6. a

2 In agro regalium sepulchrorum. Non in regalibus sepulchris, non in ciuitate Dauid. Hæretici enim, atq; schismatici indigni sunt societate, & communionē sanctę Ecclesię, nec memoria eorum inter Catholicos habetur, quia erroribus maculati, & vitijs squalidi ab eorum consortio separantur.

E

NICOLAUS DE LYRA.

1 Nō est tui officii. Ozi. q̄ distincta sunt regis, & sacerdotis officia.
 2 Non re. ti. in gl. a Do. i. illud quod reputas sibi honorificum, erit magis in vituperium ex Dei punitione. ideo sequitur.
 3 Statimq; orta est lep. in fron. eius. Quamuis enim percussus fuerit lepra in toto corpore: tamen fit magis mentio de fronte: quia ibi apparuit clarius, vt a sacerdotibus expelleretur celerius, ad ostendendum

dum etiam detestationem sui peccati, factus fuit terræ motus terribilis in Ierusalem, vt habetur Zachar. vlti.

4 Reliqua aut. ser. Ozi. pri. & no. scr. Isa. Non in libro Isaia quem habemus, sed in alio qui non fuit per Esdram reparatus, sicut & de pluribus alijs libris frequenter dictum est.
 5 Et sepel. eum in ag. reg. sep. Non tamen in sepulchris Regum propter infectionem lepræ.

MORALITER.

5 Dormiuitq; &c. Et nō in sepulchris regū, p̄ qd̄ significat q̄ motiens

moriens in mortali culpa, quæ est spiritualis lepra nō recipitur in quiete beatorum, qui cum Christo regnant in æternū.

CAP. XXVII.

Viginti quinque annorū. In principio, & in fine annos Ioathā enumerat, quia sicut in iusticia cepit, vtq; ad finem perseueravit. Vnde tempora vitæ eius laudē digna prædicantur.

* Iosephus. Huic regi nulla virtus defuit erga Deum pio,

autem in Zacharia scriptū est: *Et turris gregis nebulosa filia Sion* In Hebræo habetur, *Turris Ophel*. Turris Ophel cimmēciā sc̄pturæ significat, quæ in historia fundata spiritualis sensus caput inter nubila condit, dū sciētiæ magnitudinē ab oculis hominū abscondit. vnde: *Posuit tenebras laibulum suum.* Ioatham,

Zachar. 14 Mich. 4. c

Psal. 17.

Ibid. 47.

Hebr. 5. c

† erat corruptor LXX. c rumpebat. Ioan. 10. b

Psal. 112.

CAP. XXVII.



iuſto erga homines, & republicę studioſo. Quicquid enim instauratione opus habebat diligenter faciendum curauit. Sic autem propriū auxit regnū, vt hostibus quidem esset valde terribilis, familiaribus vero præcipue fœlix.

o Ipse ædificauit portam in Aetibus Apostolorū dicitur speciosa, secundū Hebræos, & ab eis porta Ioatham, quia ipse ædificauit eam, vsque hodie nuncupatur. c Ophel. Turris erat nō longe a tēplo, miræ altitudinis. Vnde & Ophel, id est, tenebrarum, vel nubili nomē accepit. vbi autem

Viginti quinque annorum erat Ioatham cum regnare cepisset: & sedecim annis regnavit in Ierusalem. Nomen matris eius Ierusa filia Sadoc. Fecitque quod rectum erat coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, excepto quod non est ingressus templum Domini, & adhuc populus delinquebat. Ipse ædificauit portam domus Domini excelsam, & in muro Ophel multa construxit.

b mini, & adhuc populus delinquebat. Ipse ædificauit portam c domus Domini excelsam, & in muro Ophel multa construxit.

cuius vitā laudatur, Christum significat, de quo dicitur: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, &c.* Interpretatur enī Ioatham cōsummatum, vel perfectum, & de Christo dicit Apostolus: *Et consummatum factus est omnib. obtemperatibus sibi causa salutis æternæ, &c.* Ipse cōstruxit portam domus Dñi excelsam, & mysteriū suæ incarnationis mirabili potentia effecit, qui de se ait: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur.* Hæc porta excelsa vocabatur, de qua Psalmista ait: *Excelsus super omnes gentes Dominus, &c.*

CAP.

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XXVII.

Viginti quinque annorū. Hic consequenter agitur de tempore Ioatham, cuius describitur deuotus ingressus, strenuus processus, victoriosus

victoriosus congressus, & quietus egressus, secunda pars incipit ibi; Ipse ædificauit. tertia ibi; Ipse pugnavit. quarta ibi; Reliqua autem. & patet sententia ex d. clis 4. Reg. 15. b. Moraliter.

MORALITER.

Viginti quinque annorum erat Ioatham, cum regnare cepisset:

& sedecim annis reg. & c. Huius capituli explicatio mystica 4. Regum 15. requiratur.

A Vrbes quoque edificauit in montibus Iuda, & in saltibus castella, & turres. Ipse pugnavit contra regem filiorum Ammon, & vicit eos. Dederuntque ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem milia coros tritici, ac totidem coros hordei. Hæc ei præbuerunt filij Ammon in anno secundo, & tertio. Corroboratusque est ioatham, eo quod direxisset

vias suas coram Domino Deo suo. Reliqua autem sermonum ioatham, & omnes pugnae eius, & opera scripta sunt in libro regum Israel, & Iuda. Vigintiquinque annorum erat cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnavit in Ierusalem. Dormiuitque ioatham cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, & regnavit Achaz filius eius pro eo.

C A P. XXVIII.

Ralbanus.



*V*iginti annorum erat Achaz, &c. Sequitur. In valle Benennom. Hæc est vallis Benennom, id est, filij Ennom, vel Ennom iuxta murum Ierusalem contra Orientem, in qua nemus pulcher-

rimum Siloe fontibus irrigatur. Taphet autem, vel Tojhet (vtrunq; enim dicitur) locus est in eadē conualle iuxta piscinā Fullonis, & iuxta agrū Acheldomach, qui vsq; hodie monstratur ad Australem plagam montis Sion. Solebant autē in Taphet (qui locus erat amœnissimus, vnde & hodie præbet horrorū delicias) posita ara sacrificare demonibus, nefandoque igne liberos suos consecrare, & holocaustum offerre. Vallis ergo Benennom, id est, filij Ennom, Hebraice Gehinnom dicitur, cuius nomine in nouo Testamento pœna inferni gehenna vocatur. Sicut enim in valle Benennom, quidolis seruierunt prophetis attestantibus perierunt, ita peccatores ex eis, qui peccauerunt, æterna dānatione peribunt. Achaz iusti patris filius in perfidiā, & scelus idololatriæ lapsus, significat hæreticos,

4 Reg. 16. a

B

Et 30. b.

† fecit

Jerom. 19. a

C

C A P. XXVIII.



Viginti annorum erat Achaz cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnavit in Ierusalem. Non fecit rectum in cōspectu Domini, sicut Dauid pater eius; sed ambulauit in vijs regum Israel. Insuper & statuas fudit Baalim. Ipse est qui adoleuit incensum in valle Benennom, & lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum gentiū, quas interfecit Dominus in aduentu filiorū Israel. Sacrificabat quoq; & thymiama succendebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. Tradiditque eum Dominus Deus eius in manu regis Syriæ, qui percussit eū, magnamque prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Damascū. Manibus quoque regis Israel traditus est, & percussus plaga grādi. Occiditque Phacee filius Romeliæ de Iuda cētum viginti milia in die vno omnes viros bellatores, eo quod reliquissent Dñm Deū patrum suorum. Eodem tempore occidit Zechri vir potēs ex Ephraim Maasiam filium regis, & Ezricam duce[m] domus eius, Elcanā quoq; secundū a rege. Ceperuntque filij Israel de fratribus suis ducenta milia mulierum puerorum, & puellarum, & infinitā prædam, pertuleruntque eam in Samariam. Ea tempestate erat ibi Propheta Dñi nomine Obed, qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Iudam, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt ad cœlum pertingeret vestra crudelitas. Insuper filios Iuda, & Ierusalem vultis vobis subiicere in seruos, & ancillas, quod nequa-

reticos, qui ex Catholicis patribus sacramento fidei sunt imbuti, sed ad apostasiam declinantes cultum diuinum, præbent simulacris, & fructum veteri sui, id est, effectum prauæ cogitationis dæmonijs immolant igne zeli. Omnes enim adulterantes quali cibantur corda eorum.

† Theodoretus. Hic summa impietate, aliorum obscurauit impietatem. Iussit edificari aram in templo Dei, nō Deo vniuersorum, sed alicui exijs, qui falsè nominantur Diij. Dixit: Quæram Deo Damasceni, qui me vberant, & me corroborabunt. Iplis ego sacrificabo, & me defendent. In omni angulo in Ierusalem fecit hæc. Iam vero, & æneum altare quod Salomon construxit, transtulit. Imouauit etiam aliam impietatem. Regum enim portam, quæ erat intus in diuino tēplo transtulit, sacros ambitus faciens peruios. In omni loco edificauit altaria demonibus, nec solum in ciuitatibus, & pagis, sed etiam in agris, quæ sunt in via in quibus pauci solent ignem accendere. Tradiditque eum Demus, &c. † Theodoretus. Docet hæc historia

NICOLAUS DE LYRA. C A P. XXVIII.

Diuisio.

Viginti annorum erat, &c. Hic consequenter agitur de tempore ipsius Achaz, & primo describitur ipsius prauaricatio, secundo flagellatio, ibi: Tradiditq; eū. & tertio obstinatio, ibi: Insuper & tempore angustie. vterque prima pars patet ex dictis 4. Reg. 16. a. Tradiditq; eū. Hic consequenter ponitur ipsius flagellatio. Circa quod sciendum, qd Phacee filius Romeliæ rex Israel, & Rasi rex Syriæ simul cōfederati inuaserunt regnum Achaz, propter quod Achaz, & eius populus fuerunt multum territi, vt habetur Isa. 7. sed cum Isaias ipsum Achaz consolaretur, dicens: Noli timere, &c. & ad confirmationē huius signi uisum obuius fuit, dicens: Pete tibi signū a Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra, Achaz

Achaz nō credidit, & signū oblatū recusauit, & de Domino diffidens ad humanū auxiliū refugit, mittēs inuera mulas, et magna Thebelsaphalasar regi Assyriorum, rogans, vt regnum Syriæ inuaderet, ac per hoc Rasi rex Syriæ recederet de regno Achaz, & iret ad defendendum regnum suū, quod & factū fuit, sed rex Syriæ recedēs de regno Achaz magnam prædam secum portauit, & tunc Achaz credens pualere contra regem Israhel solum, egressus fuit ad pugna[m] contra eum, & tunc fuit debellatus, & populus eius p magna parte occisus. Primo igitur ponitur flagellatio Achaz per regem Syriæ, cum dicitur: Tradiditq; eum d. Et patet litera ex dictis secundo per regem Israel, cum dicitur. 3 Manibus quoque regis Israel tra. est. Et patet litera vsq; ibi. 4 Ea tem. erat ibi pre. do. no. Obe. Iste non erat mansurus in Samaria, sed uenit illuc de Iuda missus a Domina, ad arguendam filiorum Israhel crudelitatem. Cetera patent vsque ibi.

1 Tempore

MORALITER.

1 Viginti annorum erat Achaz. Huius cap. moralis expositio 4 Reg. 16. posita est vsque ibi. † Ecce iratus Dominus. Hic habent principes Christiani documentum, vt non utantur crudeliter victorijs habitis contra

contra alios Christianos. Licet enim populus Iuda puniri meruisset a Domino propter sua peccata: tamen quia erat de eadem lege cum populo Israel, Dominus iratus fuit contra filios Israel, eo quod victoria habita de filijs Iuda crudeliter vsi fuerunt, dicente eis Propheca Domini Obed.

1 Peccastis

historia quā sustinuit calamitatem. Nā primum traditi fuerunt Syris. Deinde Phacca rex decem tribuum in vno conflictu occidit eorum duodecim millia: occidit etiam filios regis, & duces exercitus, viginti autem milia duxit in captiuitatem.

CAP.

quā factū opus est Peccastis † enim super hoc Dño Deo vestro. Sed audite cōsiliū meū, & reducite captiuos, quos † adduxistis de fratribus vestris: quia magnus furor Dñi imminet vobis. Steterūt itaque viri de principibus filiorum Ephraim: Azarias filius Iohanā, Barachias filius Mossamoth, Ezechias filius Sellum, & Amala filius Hadali, contra eos, qui veniebant de praelio, & dixerunt eis: Non introducetis huc captiuos, † ne peccemus Domino. Quare vultis adijcere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? Grande quippe peccatum est, & ira furoris Dñi imminet super Israel. Dimiseruntq; viri bellatores prędam, & vniuersa quę ceperant coram principibus, & omni multitudine. Steteruntq; viri quos supra memorauimus, & apprehendentes captiuos, omnesq; qui nudi erant, vestierunt de spoliis. Cumq; vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo, ac potu: vniuersi quoque † propter laborem, & adhibuissent eis curam quicumque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore: imposuerunt eos iumentis, & adduxerunt eos Iericho ciuitatem palmarum ad fratres eorum, ipsi reuersi sunt in Samariam. Tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum postulans auxiliū. Veneruntq; Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda, & ceperunt † prędam magnam. Philisthiim quoque

diffusi sunt per vrbes campestris, & ad meridiem Iudæ. Ceperuntq; Bethsames, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoque, & Thamnam, & Ganzo cum viculis suis: & habitauerunt in eis. Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda, eo quod † nudasset eum auxilio, & contemptui habuissent Dominum. Adduxitq; contra eum Thelgathphalnasar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, & † nullo resistente vastauit. Igitur Achaz spoliata domo Domini, & domo regum, & principum, dedit regi Assyriorum munera, & tamē nihil ei profuit. Insuper & tempore angustię suę auxit contemptum in Dominum. Ipse per se rex Achaz immolauit diis Damasci victimas percussoribus suis, & dixit: Dii regum Syrię auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi. Cum e contrario ipsi fuerint ruinę ei, & vniuerso Israel. Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, atque contractis clausit ianuas templi Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem. In omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus, atque ad iracundiam prouocauit Dominum Deum patrum suorum. Reliqua autem sermonum eius priorum, & nouissimorum, & omnium operum scripta sunt in libro regum Iuda, & Israel. Dormiuitq; Achaz cum patribus suis, & sepelirunt eum in ciuitate Ierusalem. Neque enim receperunt eum in sepulchra regum Israel. Regnauitq; Ezechias filius eius pro eo.

† titionem fecit in Iuda, & pruaricatus est pruaricationem in Domino. † non roborauit eum, id est non preualuit ei.

-per se E

* dijs alienis

F

a Non est dignum hæreticos cum Catholicis in futuro quietescere, qui ab eis hic discordant fide, & opere.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Tempore illo mi. rex Achaz ad re. Af. Hoc fuit ante illud bellum contra regem Israel, vt dictum est. tertio ponitur flagellatio Achaz per Idumaos, cum dicitur: Veneruntque Idumæi, &c. quarto per Philisthæos, cum dicitur.
2 Philisthijm quo. dif. fu. Isti enim videntes regnum Iuda debilitatum modo prædicto, inuaserunt ipsum in confiniis suis, accipientes prædas, & ciuitates, prout poterant.
3 Eo quod nu. cum au. Scilicet, diuino, propter enim malitias ipsius Achaz regis Iudæ, Deus suo iusto iudicio subtraxerat suam protectionem ab eo, & populo suo. quinto ponitur flagellatio Achaz per regem Assyriorum, cum dicitur.
4 Adduxitq; cō. c. Thel. Licet enim Thelgathphalnasar ad preces Achaz primo venerit contra regem Syrię, vt dictum est, & ipsum interfecit, vt habetur 4. Reg. 16. cap. tamen postea iste Thelgathphalnasar videns debilitatem ipsius Achaz, & populi eius, intrauit eius regnum, & tributo graui subiugauit. Et hoc est quod subditur postea.
5 Dedit re. Af. m. Quia licet misisset magna munera, & multa regi Assyriorū, vt prædictū est, nō tamen propter hoc dimisit, quin postea † astaret regnū ei? redigēs sub graui tributo. Ista vero litera ab illo loco: Adduxitq; cō. c. Thel. aliter exponitur ab Hebręis, qui dicūt, q; hæc est vera litera. Et venit ad eū Thelgathphalnasar rex Assyriorū, quia ad preces eius venit cōtra regē, Syrię, vt dictū est. Qui afflixit eum, & non fortificauit: quia licet per acumentum Thelgathphalnasar rex Syrię aduersarius Achaz fuerit occisus, tamen Achaz propter munera magna, quę miserat regi Assyriorum, fuit depauperatus, & afflictus. Et tamen

tamen nihil ei profuit: quia ciuitates de regno Iudæ captę ab Idumæis, & Philisthæis, vt prædictum est, non fuerunt sibi per reges Assyriorum restitute.

6 Insuper & tem. an. suę. Hic consequenter describitur ipsius Achaz obstinatio: quia prædictis flagellationibus non fuit emendatus, sed magis peioratus, sicut & Pharaon rex Aegypti, vt habetur in lib. Exod. & hoc est quod dicitur. Insuper & tem. an. suę. id est, flagellationis prædictę.

7 Auxit con. in d. Exercendo nouum idololatrię modū, cū dicitur.

8 Inmo. dijs Da. Et hoc fuit, quando iuit obuiam Thelgathphalnasar in Damascum ad faciendum sibi reuerentiam, eo quod occiderat Rasin aduersarium suum, vt habetur 4. Reg. 16.

9 Et di. dij re. Sy. au. c. Quia sic corde credidit, & opere exteriori monstrauit, sicut enim corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, vt habetur Rom. 10. b. ita infidelitas existens in corde, quando exterius declaratur in opere, facit ad damnationis augmentationem.

10 Clausit ianuas temp. Dei. Quia non suffecit sibi inducere idololatriam, sed etiam abstulit latrariam.

11 Et se. & c. vni. an. Ie. Vt statim haberentur in promptu quocunque. Cetera patent vsque ibi.

12 Et se. cum in ci. Ie. Non enim fuit sepultus in ciuitate David, in qua erant sepulchra regalia, sicut fuerat Amasias: non enim fuit sepultus cum regibus, vt dictum fuit 4. Reg. 18. nec in agro regalium sepulchrorum, sicut fuit Ozias leprosus, vt habetur supra 26. sed magis fuit elongatus a sepulchris regum, tanquam omnibus odiosus, & ideo execrabilis, & facinorosus.

CAP.

MORALITER.

† Peccastis enim super hoc do. Deo vest. Propter quod ibidem Propheta induxit eos ad tractandum misericorditer captos in praelio, dicens.

† Reducite

† Reducite captiuos quos addu. de fra. vest. quia. mag. fur. do. Per hoc autem, quod in hoc crediderunt Prophetę, demonstratur, quod Christiani bellatores debent captiuos Christianos misericorditer tractare.

C A P. XXIX.

Lib. 16. ciuit. cap. 22.



Igitur Ezechias, &c. * Augustin. Tempore quo Roma condita est, rex erat in Iuda Ezechias, quē

C A P. XXIX.



Igitur Ezechias regnare coepit cum viginti quinque esset annorum, & viginti unum annis regnavit in Ierusalē. Nomen matris eius Abia filia Zacharię. Fecitq; quod erat placitum in conspectu Dñi, iuxta omnia, quę fecerat David pater eius. In ipso anno, & mense primo regni sui aperuit valvas domus Domini, & instauravit eas. Adduxitq; sacerdotes, atq; Leuitas, & cōgregavit eos in plateam Orientalem. Dixitq; ad eos: Audite me Leuitę, & sanctificamini. Mundate domū Domini Dei patrum vestrorum, & auferre omnem immūditiam de sanctuario. Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquētes eum. Averterunt facies suas a tabernaculo Domini Dei nostri, & prębuerunt dorsum Clauferunt ostia, quę erant in porticu, & extinxerunt lucernas. Incensumq; nō adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israel. Concitatus est itaq; furor Dñi super Iudā, & Ierusalē, tradiditq; eos in cōmotionem, & in interitū, & in sibilum, sicut ipsi certitis oculis vestris. En, corruerunt patres nostri gladiis: filii uostri, & filię nostrę, & cōiuges captiue ductę sunt ppter hoc scelus. Nunc igitur placet mihi, ut ineamus scēdus cū Dño Deo Israel, & auertēt a nobis furorē irę suę. Filii mei nolite me negligere. Vos elegit Dñs, ut steteris coram eo, & ministretis illi: Colatis eum, & cremetis ei incensum. Surrexerunt ergo Leuitę. Mahath filius Amasai, & Ioel filius Azarię, de filiis Caath. Potro de filiis Merari; Cis filius

quidē constat optimū, & p̄simum regē Romulj regnasse temporibus. In ea vero populi Hebraici parte, quę appellatur Israhel, regnare cęperat Oseas.

* Eusebius. Ezechias rex quintusdecimus Hebręorum Iudę annis decem, & nouē. Apud Hebręos prophetabant Isaias, Osee, & ceteri. Tarpeia clypeis Sabinorū obruta: unde mons Tarpeius, in quo nūc Capitoliū. Romulus primus milites sumpsit ex populo, & nobilissimos centum senes, ob ætatem Senatores, ad similitudinem Curię, Patres appellauit: templa quoque & multos Romanę ut bis tunc extruxit.

In ipso anno, &c. Non aliter imitaretur David patrem suum, qui ab infantia Deo deditus in principio regni sui cultum Dei magnificauit.

MORALITER autem admonet rectores Ecclesię, ne sint desidiōsi in officio

cio sibi commissi, sed omnia diligenter agant, Myrice, Ezechias, qui non tm̄ per se, vel p̄ suos opus Dei st̄ tenuerit, imo p̄ n̄cios ad simile studiū alios puocauit, Christum significat, quod etiam nominis interpretatio testatur. Ezechias enim apprehēdens Dñm, vel tortitudo Domini. Christus autē Dei virtus, & Dei sapientia, qui omnes patrū præuaricationes, quę sub lege fuerāt, sanguine tuo diluit, & cultum pietatis in Ecclesia plane instaurauit. Ipse legatos ad conuocandas gentes ad fidem, misit. Primum Prophetas, deinde Apostolos, & eorum iucessores, hic secundo mense Pascha celebrare instituit: quia umbra legis cessante, verum Pascha seruari docuit, de quo Paulus ait: Ecce enim Pascha nostrum immolatus est Christus.

Peccauerunt patres nostri, & ceteri. Hieronymus. Hoc plene scribitur Ezechielis 18. Et ecce in ostium templi Domini inter vestibulum, & altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra Templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum solis, &c.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. XXIX.

Igitur Ezechias. Hic consequenter agitur de tempore Ezechias, sub quo primo facta est expiatio legalis sacrificii, secundo celebratio paschalis beneficii: cap. 30. tertio reparatio sacerdotalis ministerii, c. 32. Circa primum Ezechias cupiens renouare scēdus cum Deo primo pręcepit Leuitas, & sacerdotes sanctificari, secundo per sanctificatos templum mundari, ibi: Congregaueruntq; tertio per mundatos pro peccato populi sacrificari, ibi: Constituitque. quinto expiatione facta holocausta offerri, ibi: Ezechias autē. Circa primum præmittitur genealogia Ezechias ex parte matris; quia satis erat nota ex parte patris, cum dicitur.

2 Nomen matris Abia fil Zacharię. Dicitur aliqui, q̄ iste Zacharias fuit ille, quem præcepit occidi Iouis rex Iuda, ut dictum est sup. 24. Alii autem dicunt, q̄ fuit filius illius Zacharię, & q̄ tempore mortis patris sui adhuc erat in utero matris: & ideo natus ex utero, sortitus est nomen patris. Sed ista non sunt multum verisimilia, quia Achaz, pater ipsius Ezechias fuit idololatra pessimus a principio regni sui, & destruxit quantum potuit cultum Dei: & ideo non est verisimile, q̄ uxorem accepit de genere sacerdotali: & maxime de genere Zacharię, qui usque ad mortem zelauit pro cultu Dei, illud autem quod prædictum est, acceptum fuit de libro Hebraicarum questionum, qui non est authenticus.

ticus, nisi super Genes. vi supra dictum est.

3 In ipso anno, &c. Dicunt Hebręi, quod hoc fuit in primo anno regni sui, & consequenter oportet dicere, quod fuit in prima die coronationis suę, ut videbitur postea.

4 Et mense primo, &c. Ut templum posset purificari, & officium diuinum celebrari, ad præcludendum tamen ista Achaz pater eius clauferat ianuas templi, ut dicitur est cap. preced.

5 Adduxitque sacerdotes. Secunda prædicta oportet dicere, quod ista adductio fuit eorum vocatio ad diem suę coronationis, in qua etiam die inuitauit eos ad renouandum cultum diuinum.

6 Et congregauerunt, &c. Id est, in auium sacerdotum, ubi erat altare holocaustorum, quod erat in parte Orientali. atq; ipsius templi.

7 Et sanctificamini. Per aquam lustrationis, & etiam per continentiam ab vxoribus, & alia ad hoc requisita.

8 Mundate domum &c. Quia Achaz eam scēdauerat multis ad idololatriam pertinentibus.

9 Averterunt facies suas, &c. Retrocedendo totaliter a diuino cultu. Aliqui autem exponunt aliter, scilicet, quod adorabant versa facie ad ortum solis opposito modo, quam fiebat adoratio in templo, ubi fiebat versus Occidentem. Sed prima expositio magis consonat literę præcedenti, & sequenti. Cetera patent usque ibi.

10 Vos elegit Dominus. Tribum enim Levi elegit Deus ad seruandum sibi, ut habetur Numeri 2. Cetera patent in litera.

MORALITER.

Igitur Ezechias regnare cepit cum viginti quinque, &c. Per Ezechias, qui fortitudo Domini interpretatur, Constantinus Imperator conuenienter allegorice significatur, cum Dominus dedit fortitudinē extirpandi quatuor tyrannos Christianorū persecutores in quatuor partibus mūdi, scilicet, Maximū in Oriente: Seuerum in Italia: Maxentium Romę: Licinium in Alexandria, quibus destructis, & ipso Constantino baptizato Ecclesię portę Romanū aperte fuerūt, & alię plures edificatę de nouo de Cōstantini mādato, & sacerdotes Catholici cū ceteris Ecclesię ministris ad cultū diuinū, sicut Ezechias fecit templū aperiri, & ad obsequia diuina, sacerdotes, & Leuitas, ac etiam populi applicari. Aliter p̄ Ezechias, q̄ interpretatur fortitudo

tudo Dei, potest Dei filius cōuenienter intelligi, qui dicitur Dei virtus. 1. Cor. 1. d. Predicamus Christi Dei virtutem. Per templū autē mēs humana, in quo Deus habitabat p̄ gratiā. 1. Cor. 3. d. Templū Dei sanctū est, quod estis vos. Hoc autē templū polluit p̄ peccatū: & maxime si fuerit p̄ assuetudinē continuatū, sicut fuerat a tpe Achaz patris Ezechias. Lucernę vero extinguitur p̄ gratię subtractionē, & ostia clauduntur p̄ mentis obtinationē, sed p̄ verū Ezechias, s. Dei filiū aperitur ostia: qñ peccator verā concipit cōtritionē. Templū ē purgatur per integrā confessionē, & lucernę reaccendantur p̄ gratię recuperationē: & oblationes offeruntur per debitā satisfactionem, sacerdotes autē concrepant tubis, & Leuitę instrumentis mulicis per deuotarum orationum, & laudū iubilationem.

Abdi, & Azarias filius Ialaleel. De filiis autem Gerson: Ioah filius Zemmas, & Edem filius Ioah. At vero de filiis Elisaphan, Samri, & Iahiel. De filiis quoque Asaph, Zacharias, & Mathanias: necnon de filiis Heman, Iahiel, & Semei. Sed de filiis Idithum, Semenas, & Oziel. Congregaueruntque fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi iuxta mandatum regis, & imperium Domini, ut expiaret domum Dei. Sacerdotes quoque ingressi templum Domini, ut sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam quam intro repperant in vestibulo domus Domini, quam tulerunt Leuitæ: & asportauerunt ad torrentem Cedron foras. Ceperunt autem prima die mensis primi mundare, & in die octaua eiusdem mensis ingressi sunt porticum domus templi Domini. Expiaueruntque templum diebus octo, & in die sextadecima mensis eiusdem, quod ceperant, impleuerunt. Ingressique sunt ad Ezechiam regem & dixerunt ei: Sanctificauimus omnem domum Domini, & altare holocausti, vasaque eius: necnon & mensam propositionis, cum omnibus vasis suis. Cunctamque templi supellectilem, quam polluerat Achaz in regno suo, postquam prauaricatus est: & ecce exposita sunt omnia coram altari Domini. Confurgensque diluculo Ezechias rex adunauit omnes principes ciuitatis, & ascendit in domum Domini. Obtuleruntque simul tauros septem, & arietes septem, & agnos septem, & hircos septem, pro peccato, pro regno, pro Iuda, pro sanctuario. Dixit quoque sacerdotibus filiis Aaron, ut offerrent super altare Domini. Mactauerunt igitur tauros, & susce-

perunt sacerdotes sanguinem, & fuderunt illum super altare. Mactauerunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt. Immolauerunt agnos, & fuderunt super altare sanguinem. Applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuersa multitudine, imposueruntque manus suas super eos, & immolauerunt illos sacerdotes, & asperferunt sanguinem eorum coram altari pro piaculo vniuersi Israelis. Pro omni quippe Israel preceperat rex, ut holocaustum fieret pro peccato. Constituit quoque Leuitas in domo Domini cum cymbalis, & psalteriis, & citharis secundum dispositionem Dauid regis, & Gad videntis, & Nathan Prophetæ. Siquidem Domini preceptum fuit per manum prophetarum eius. Steteruntque Leuitæ tenentes organa Dauid, & sacerdotes tubas. Et iussit Ezechias, ut offerrent holocausta super altare, cum offerrentur holocausta, ceperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuersis organis, quæ Dauid rex Israel preceperat concrepare. Omni autem turba adorante, cantores, & hi qui tenebant tubas, erant in officio suo, donec compleretur holocaustum. Cumque finita esset oblatio, incuruatus est rex & omnes, qui erant cum eo, & adorauerunt. Precepitque Ezechias, & principes Leuitis, ut laudarent Dominum sermonibus Dauid, & Asaph videntis. Qui laudauerunt cum magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt. Ezechias autem etiam hæc addidit: Implestis manus vestras Domino. Accedite, & offerite victimas, & laudes in domo Domini. Oblit ergo

NICOLAUS DE LYRA.

1 Congregaueruntque. Hic consequenter describitur mundatio templi per sacerdotes, & Leuitas sanctificatos, cum dicitur.
2 Et sanctificati sunt. Scilicet, modo predicto.
3 Et ingressi iuxta mandatum regis. Scilicet, ad purgandum templum Domini, & modus purgationis ostenditur cum dicitur.
4 Sacerdos ingressus templum. Do. Leuitæ enim non poterant illuc ingredi: & ideo oportuit quod sacerdotes immunditias intus existentes deportarent extra ad locum, ubi Leuitæ poterant accedere, ideo subditur.
5 In ve. d. d. Id est, in atrio ubi Leuitæ poterant ingredi: postea subditur tempus in quo fecerunt istam purgationem, cum dicitur.
6 Cœpe. au. p. die men. pri. In illis enim diebus, mundauerunt atrium sacerdotes, ubi erat altare holocaustorum, & mare æneum, & cetera ad sacrificium pertinentia.
7 In die octaua eiusdem mensis. &c. Expiauerunt templum diebus octo. Et hanc expiationem fecerunt sacerdotes modo predicto.
8 Et in die sex. mens. eius. q. cœ. im. Ex hoc patet, quod dictum est supra, videlicet, quod si anno primo, & primo mense regni sui fecerit fieri ista, oportet, quod sacerdotes inchoauerint in die crastina coronationis regis, quia sextadecima die mensis compleuerunt mundationem, & illam fecerunt in quindecim diebus, & sic Ezechias in die coronationis suæ aperuit portas templi Domini, & ibidem congregans sacerdotes, & Leuitas inuinxit eis dictam purgationem: & in crastino inceperunt. Et in hoc apparet magna laus Ezechie, qui statim a prima die suæ coronationis precepit renouationem diuini cultus, qui per patrem suum fuerat destructus, apparet etiam ex dictis malitia Achaz, qui tantum atrium, & templum polluerat, quod sacerdotes, & Leuitæ posuerunt quindecim dies in eius emundatione. Dicit enim hic gloss. Hebraica, quod imagines idololatriæ multas affixerat in partibus templi cum clavis fortibus, & magnis: & ideo cum difficultate poterant euelli, multa etiam de pertinentibus ad diuinum cultum destruxerat, quæ reparari oportuit, antequam posset ibi diuinus cultus exerceri: & ideo oportuit tantum de tempore apponi. Cetera patent in litera.

9 Confurgensque. Post templi expiationem hic consequenter describitur expiatio populi per hostiarum immolationem pro peccato, ideo subditur: Obtulerunt simul tauros septem. consequenter ostenditur pro quorum peccato, cum dicitur.
10 Pro regno, &c. Id est, regis, & principibus.
11 Pro Iuda, &c. Id est, pro communi populo. Circa autem ista sciendum, quod licet Leuit. 4. pro peccato principis non ponatur nisi vnus hircus offerendus, & pro peccato sacerdotis vnus vitulus, & similiter pro peccato multitudinis: tamen Num. 15 dicitur, quod cum hircus offerendo pro peccato offerretur etiam vitulus cum hoc in holocaustum, & ideo illud quod ponitur Leuit. 4. non excludit, quin in sacrificio pro peccato plura offerri possunt, & debent aliquando; maxime quando fuerat magna peccatorum multiplicatio, sicut fuerat in proposito, ut patet in predictis, & ideo cum septem hircis oblati pro peccatis regis, & principum, & sacerdotum, & Leuitarum, & communis populi fuerunt oblata tauri, arietes, & agni in eodem numero in holocaustum.
12 Pro Sanctuatio, &c. Id est, pro sacerdotibus, & Leuitis ibidem ministrantibus.
13 Applicueruntque. Ex quo patet, quod illa oblatio pro peccato erat pro peccatis omnium simul.
14 Imposueruntque manus. Non singule personæ, sed aliquæ gerentes in hoc vicem omnium.
15 Constituit, &c. Hic consequenter describitur in dicta oblatione diuina laudatio, cum dicitur: Constituit quoque Leuitas. Non enim in tali oblatione inuenitur preceptum in lege, quod fieret talis iubilatio: sed Dauid hoc ordinauit, & prophetæ a Deo inspirati. Ex quo patet, quod veris Dei prophetis ita credendum est, sicut & legi. Cetera patent vsque ibi.
16 Precepitque Ezechias, & principes, &c. Id est, canticis, & laudibus ab eis compositis.
17 Ezechias autem. Hic consequenter describitur oblatio hostiarum ex deuotione, cum subditur.
18 Accedite, & offerite victimas, & laudes in domo, & cetera. Et patet litera vsque ibi.

A Unde & Leuita fratres eorum adiuuent eos. Theodoretus. Docet historia quod sacerdotibus non

nire fieri. Nam cum non adest presbyter, & vrg et vsus, necesse etiam habet Diaconus ei, qui opus habet exhibere baptismum.

In hunc loc. voluntaria. excoriandū holocaustum, eos adiuuabant fratres eorū Leuitæ, donec perfectum esset opus, & donec sanctificati essent sacerdotes, quoniam Leuitæ prompto, & alacri animo sunt sanctificati circa sacerdotes. Hoc autem nūc quoque licet conuenire

uniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente deuota. Porro numerus holocaustorum, quæ obtulit multitudo, hic fuit: Tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos. Sanctificaueruntque Domino boues sexcentos, & oues tria milia. Sacerdotes vero pauci erant, nec poterant sufficere, vt pelles holocaustorum detraherēt. Unde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites. Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificatur quàm sacerdotes. Fuerunt igitur holocausta plurima, adipēs pacificorum, & libamina holocaustorum, & completus est cultus domus Domini. Lætatusque est Ezechias, & omnis populus, eo quod ministerium Domini esset expletum. De repente quippe hoc fieri placuerat.

HIERONYMVS. Quia sacerdotum numerus non sufficiens, erat ad id peragendum, quoniam, tempore Achaz regis dispersi, necdum reuersi erant: ideo iuuerunt eos fratres eorum Leuitæ.

B

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Sanctificaueruntque Domino boues, &c. Non fuerunt isti tunc immolati, sed reseruari ad immolandum tempore competentis: & ideo tunc, dicitur sanctificati: quia non poterat de cetero ad vsus alios applicari.
- 2 Sacerdotes vero. Qui possent tunc officium exercere: quia plures eorum non erant sufficienter sanctificati, vt postea subditur.
- 3 Unde, & Leuitæ, &c. Licet enim detractione pellium pertineret ad sacerdotum officium, tamen Leuitæ poterant in hoc adiuuare sacerdotes in necessitate. Multa enim licet ratione necessitatis, quæ alias non liceret, ideo subditur.
- 4 Donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites. Id est, sacerdotes, quorum plures non erant sufficienter sanctificati, cuius vna causa subditur, cum dicitur.

- 5 Leuitæ quippe faciliori. Et ideo in minori tempore fuerunt purificati, & sic potuerunt iuuare sacerdotes purificatos loco illorum, qui nondum erant sufficienter purificati. Alia causa fuit, vt dicit glossa Hebraica: quia sacerdotes per ipsum Achaz fuerant elongati de Ierusalem: & ideo non venerunt ita cito plures eorum: quia non credebant, quod cultus diuinus deberet ita cito reparari post mortem Achaz, & ideo non fuerunt ita cito purificati.
- 6 Lætatusque est Ezechias. Et vna causa huius lætitiæ subditur, cum dicitur.
- 7 De repente quippe hoc fieri. Rex enim, & populus non solum gaudebant de impletione mysterii, sed etiam de modo implendi, scilicet, in tempore tam breui: ex quo videbatur magis opus diuinum, quàm humanum, & sic erat secundum veritatem.

5 Leuitæ

CAP. XXX.

C A P. X X X.

C Misit quoque, & Hieronymus. Cum omni Israel publice misisset nuntios, Manasse, & Ephraim latenter misit, ad eos quos sciebat conuersum iri posse per epistolas. Illi enim superbiores erant propter regiam dignitatem quæ erat in domo Ephraim.



Isit quoque Ezechias ad omnem Israel, & Iudam, scripsitque epistolas ad Ephraim, & Manassen, vt venirent ad domum Domini in Ierusalem, & facerent phase Domino Deo suo. Inito ergo consilio regis, & principum, & uniuersi cœtus in Ierusalem, decreuerunt, vt facerent phase mense secundo. Non enim occurrerant facere in tempore tuo: quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, & populus nondum congregatus fuerat in Ierusalem. Placuitque sermo regi, & omni multitudini, & decreuerunt, vt mitteret nuntios in uniuersum Israel de Bersabee vsque Dan, vt venirent, & facerent phase Domino Deo Israel in Ierusalem.

tatibus decē tribuum, conuocauit ad festum. Et aliqui quidem iridebāt eos, qui conuocabant, alii vero ibant obediētes. Plurima autē congregata multitudi- ne, celebratū est festū paschatis. Rursus autē sacerdotibus non sufficiētibus, Leuitæ sacrificabāt hostias multitudi- ni, & sacerdotibus offerrebant

Theodoretus. Rex etiam eos, qui habitabant in ciuitatibus

sanguinem: illi autem effundebant in basi altaris.

Cumque

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. X X X.

- 1 Misit quoque Ezechias ad omnem. Hic consequenter describitur celebratio paschalis beneficij. Celebratur enim istud festum in memoriam beneficij educationis filiorum Israel de terra Aegypti. Igitur circa hanc celebrationem Ezechias de consilio sacerdotum diem instituit, secundo ad hoc populum inuitauit, ibi: Placuit. tertio solenniter celebrant, ibi: Congregati que sunt. Circa primum dicitur.
- 2 Inito ergo consilio regis, &c. Ita est in Hebræo, & in libris correctis. Aliqui enim libri male habent Israel.
- 3 Decreuerunt, vt facerent phase. Quia præcipitur Num. 9. qd si aliqui sint impediti celebrare phase in mense primo 14. die mensis, vt præcipitur Exo. 12. qd faciant mense secundo quartadecima die mensis. Rex autem & totus populus primo mense fuit legitime impeditus: quia sacerdotes non complerent purificationem templi ante diem sextadecimam illius mensis, vt patet ex dictis c. præced. & ideo non potuerunt celebrare phase illo mense, quia in illa celebratione debent offerri sacrificia solennia in templo Domini, quæ offerri non poterant ante purificationem templi. Alia etiam causa exprimitur, cum dicitur.

- 4 Quia sacerdotes, qui possent, &c. Pro tanta solennitate.
- 5 Sanctificati. Et ideo dato, qd templum fuisset ante purgatum, tamen oportebat differri celebrationem paschæ propter insufficientiam sacerdotum. Tertia etiam causa additur cum dicitur.
- 6 Et populus nondum con. Qui tamen debebat congregari in solennitate paschali. Ter enim in anno debebant omnes masculi comparere in Ierusalem coram Domino, vt habetur Exo. 33. s. in festis paschæ, penthecostes, & tabernaculorum, dispensabatur tamen de duobus vltimis festis cum illis, qui erant remoti a Ierusalem, non autem de primo, & ideo non potuerunt congregari ita cito de longinquis partibus a Ierusalem. Item non poterat immolari phase, nisi in Ierusalem, vt habetur Deuter. 16. Et quia tempore Achaz iste solennitates cessauerant, propter quod non venisset populus remotus, nisi fuisset per literas Ezechia mandatum: propter quod venit tardius.
- 7 Placuitque. Hic consequenter describitur inuitatio populi ad diē paschæ determinatum; & hoc per literas regis missas, non solum ad illos de regno suo, sed etiam ad illos, qui erant in toto regno Israel; ideo dicitur.
- 8 Vt mitteret nuntios in vni. Isra. de Bersa. &c. Termini sunt totius terræ pmissionis secundū suā longitudinē, vt frequenter dictū est.

4 Quia

MORALITER.

1 Misit quoque, &c. Per Ezechiam significatur Dñs noster Iesus Christus, vt predictū est: & sic per nuntios ab eo missos intel-

intelliguntur Apostoli, alijque discipuli Christi ad prædicandum Euangelium per orbem ab eodem missi, Matth. vlti. d. Euntes in mundum uniuersum prædicare Euangelium omni creature.

Multi enim non fecerant, sicut lege prescriptum est. Perrexeruntque cursores cum epistolis† ex† regis imperio, & principum eius in vniuersum Israel, & Iudam, iuxta id quod rex iusserat prae-
 dicantes: Filij Israel reuertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isaac, & Israel, & reuertetur ad reliquias, quae effugerunt manus regis Assyriorum. Nolite fieri sicut patres vestri, & fratres, qui recesserunt a Domino Deo patrum suorum, & tradidit eos in† interitum, vt ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices, sicut patres vestri. Tradite manus Domino, & venite ad Sanctuarium eius, quod sanctificauit in aeternum. Seruite Domino Deo patrum vestrorum, & auerteretur a vobis ira furoris eius. Si enim vos reuersi fueritis ad Dominum, fratres vestri, & filij habebunt misericordiam coram† Dominis suis, qui illos duxerunt captiuos, & reuertentur in terram hanc. † Pius enim, & clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam a vobis, si reuersi fueritis ad eum. Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim, & Manasse, vsque ad Zabulon, illis irridentibus, & subsannantibus eos. Attamen

quidam viri ex Aser, & Manasse, & Zabulon ac-
 quiescentes consilio, venerunt Ierusalem. In Iuda vero facta est manus Domini, vt daret eis cor vnum, vt facerent iuxta praeceptum regis, & principum† verbum Domini. Congregati que sunt in Ierusalem populi multj; vt facerent solennitatem azymorum in mense secundo. Et surgentes destruxerunt altaria, quae erant in Ierusalem, atque vniuersa, in quibus idolis adolebatur incensum, subuertentes, proiecerunt in torrentem Cedron. Immolauerunt autem phase quattadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoque, atque Leuitae† tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo Dñi. Steteruntque in ordine suo, iuxta dispositionem, & legem Moysi, hominis Dei. Sacerdotes vero suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum, † eo quod multa turba sanctificata non esset, & idcirco immolarent Leuitae phase his, qui non potuerant sanctificari Domino. Magna etiam pars populi de Ephraim, & Manasse, & Issachar, & Zabulon, quae sanctificata non fuerat, comedit phase, non iuxta quod scriptum est. Et orauit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus

D
 † iuxta
 E
 † pondore affectu
 † Quia multi erant in egiptu, qui non sanctificauerant se, Idcirco ostentum est, vt Leuitae immolarent phase p omnibus illis, qui mundi nati erunt, vt sanctificarentur Domino.
 Magna.
 F
 Diuiso.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Multi enim, &c. Videlicet quolibet anno, quia tempore Achaz non veniebat populus ad hanc solennitatem: quia quantum poterat, cultum Dei remouerat.
 2 Praedicantes. Vt reuertantur ad Deum, & eius cultum, & maxime in solennitate paschali imminente.
 3 Et reuertetur ad reliq. &c. Quia vna pars populi Israel erat iam captiuata per Teglatphalnasar regem Assyriorum, & translata in Assyrios, vt habetur 4. Reg. 15.
 4 Tradite manus. Promittendo, quod ei seruietis fideliter: & hoc non solum proficiet vobis, sed etiam amicis vestris iam in captiuitatem ductis, ideo subditur. Si enim vos reuersi fueritis ad Dominum, fratres vestri, & filij habebunt misericordiam coram Dominis suis.
 5 Illis irridentibus. Erant enim iam habituati in idololatria: & ideo irridebant admonitionem de cultu Dñi.
 6 Attamen quidam viri. Quia inter illos de regno Israel remanserant aliqui viri boni, qui non coluerant idola, secundum quod dicit Dominus ad Eliam 3. Reg. 19. d. Et reliqui mihi in Israel septem milia virorum, quorum genua non sunt curuata ante Baal.
 7 In Iuda vero, &c. A Deo enim specialiter factum est, qd omnes vniuersim affertirent ordinationi regis de celebratione paschali.
 8 Congregati que. Hic consequenter describitur ipsius paschae solennis celebratio, & secundo super hoc additio, ibi: Placuitque.
 Circa

Circa primum, primo ponitur idololatria destruetio, quae impediabat diuinum cultum, quia primo remouenda sunt impedimenta, & hoc est quod dicitur: Et surgentes destruxerunt alta. & caetera. & secundo subditur paschae celebratio, cum dicitur: Immolauerunt autem phase, &c.
 9 Sacerdotes quoque, &c. Dicit tandem: quia multi eorum tardauerunt venire in Ierusalem rationibus dictis cap. praeced.
 10 Sacerdotes vero, &c. Exod. 12. vbi praecipitur immolatio agni paschalis, non dicitur, qd hoc fieret per Leuitas: quia fiebat in qualibet domo, dum tamen sufficeret ad usum agni, & ideo illa immolatio fiebat a patre familias domus, vt vult amien quia multi de populo, qui venerant in Ierusalem, non erant purificati; & ista immolatio debebat fieri ab homine mundo; ideo Leuitae, qui iam erant purgati de mandato regis, immolauerunt pro illis, qui iam non erant sufficienter mundati: & sic partem sanguinis effundendam in altari holocaustorum, portauerunt sacerdotibus; & hoc est quod subditur.
 11 Eo quod multa, &c. Id est, non poterant sanctificari Domino, vnde subditur.
 12 Comedit phase, non iuxta, &c. Quia debebat comedi tantum a mundis; sed tunc fuit dispensatum cum istis de comestione, non autem de immolatione; quia maior purificatio requirebatur in immolantibus, quam in comedentibus tantum, sicut & in noua lege maior sanctitas requiritur in sacerdote consecrante, quam in populo communicante.
 13 Et orauit. Vt talis defectus sufficientis purificationis non noceret eis impediendo sacramenti effectum.
 1 Quem

MORALITER.

Perrexeruntque. Per quos significatur sollicita promptitudo Apostolorum, aliorumque discipulorum ad implendum Christi mandatum, quod patet ex hoc, qd a tempore Apostolorum praedicatum fuit Euangelium, vt videtur per orbem vniuersum: nam ab Ierusalem (quae est in medio climate terrae habitabilis) exierunt Apostoli alijque discipuli ad praedicandum per orbem Euangelium, & adhuc viuente Petro praedicatum fuit versus Occidentem vsque ad mare Oceanum, quod est terminus terrae habitabilis, quod ex hoc apparet, quia Senonis est quaedam Ecclesia, quae vocatur Sancti Petri viui, eo qd ipso viuente fuit primo constructa per Sanctum Saunianum, & per alios eius socios fuit praedicata fides in partibus maris propinquioribus. Et sicut viuente Petro, sic praedicatum fuit Euangelium versus Occidentem; ita probabiliter dicitur ex praedictis, quod praedicatum

praedicatum fuerit similiter in alijs partibus orbis.
 5 Illis irridentibus. Per quod significatur, quod non omnes crediderunt ad discipulorum Christi praedicationem: sed multi intulerunt eis vituperia magna, & plurimis eorum est mortem: quorum imitatores sunt, qui persequuntur praedicatorum veritatis, & praedicationem eorum derident.
 6 Attamen quidam. Per quos significati fuerunt illi, qui deuote susceperunt fidem, & sic venerunt in Ierusalem; quae in allegorico sensu, signat Ecclesiam militantem; vt facerent solennitatem azymorum, scilicet, in azymis sinceritatis, & veritatis, prout dicit Apostolus 1. Corinth. 5. b.
 9 Sacerdotes quoque. Per quos ostenditur, quod ministri Ecclesiae mundi, & puri praeter ceteris debent esse ad offerendum Eucharistiae sacramentum.
 13 Et orauit. Per quod significatur, quod Dei filius, in quantum homo, pro membris suis infirmis orat patrem.
 1 Cumque.

ruatur mors no- uissima, & regna bit dominus so- lus in die illa. sunt excelsa, & altaria destru- xerunt, non solum de vniuer- so Iuda & Benjamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse; donec penitus euenterent. Reuersique sunt omnes filij Israel in possessiones, & ciuitates suas. Ezechias vero constituit turmas sacerdotales, & Leuiticas per diuisiones suas, vnumquemque in of- ficio proprio, tam sacerdotum videlicet, quam Leuitarum, ad holocausta & ad pacifica, vt mi- nistrarent, & confiterentur, canerentque in portis castrorum domini. Pars autem regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum mane semper, & vespere, sab- bathis quoque, & calendis, & solennitatibus cæteris, sicut scriptum est in lege domini. Præcepit autem populo habitantium Ierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi domini. Quod cum per- crebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filij Israel, frumenti, vini, & olei, mellis quoque, & omnium quæ gignit humus decimas obtulerunt. Sed & filij Israel & Iuda, qui habitabant in vrbibus Iuda, ob- tulerunt decimas boum & ouium, decimasque sanctorum, quæ + vouerant domino Deo suo, & que vniuersa portantes fecerunt acruos plurimos. Mense tertio cœperunt acruorum facere fundamenta, & mense septimo com- pleuerunt eos. Cumque ingressi fuissent Eze- chias & principes eius, viderunt acruos, & bene-

benedixerunt domino ac populo eius Israel. D
9 Interrogauitque Ezechias sacerdotes, & Le-
10 uitas, & cur ita iacerent acruus. Respondit il-
li Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoc, di-
cens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ in do-
mo domini, comedimus & saturati sumus, &
11 remanserunt plurima, eo quod benedixerit
12 dominus populo suo. Reliquiarum autem co-
pia est quam cernis. Præcepit igitur Ezechias
13 vt præpararent + horrea in domo domini. Quod cum fecissent, intulerunt tam primi-
tias quam decimas, & quæcunque uouerant
14 fideliter. Fuit autem præfectus eorum Cho-
nenias Leuita, & Semei frater eius secundus.
Post quem Iahiel, & Azarias, & Nahath, &
& Afael, & Ierimoth, Iozabad quoque & Eliel,
& Iesmachias, & Mahath, & Banaias præpo-
siti sub manibus Chonenias, & Semei fratris
eius ex imperio Ezechias regis, & Azariæ pon-
tificis domus Dei, ad quos omnia pertine-
bant. Core vero filius Lemna Leuites, & ianitor
orientalis portæ præpositus erat his quæ spon-
te offerebantur domino, primitiisque & con-
secratis in sancta sanctorum. Et sub cura eius
Eden & Benjamin, Iosue & Semeias. Ama-
rias quoque & Sechenias in ciuitatibus sacer-
dotum, vt fideliter distribuere fratibus suis
16 partes, minoribus atque maioribus, exceptis
maribus ab annis tribus & supra, cunctisque
qui ingrediebantur templum domini. Et quic-
quid per singulos dies conducebatur in mini-
sterio F

+ vel egeuola aut gazophylacia.

+ ad quos omnia pertinebant.

NICOLAUS DE LYRA.

Canerentque in portis castrorum domini. *Castra domini hic canuntur atria sacerdotum, ubi habitabant sacerdotes, canitores, & illi qui custodiebant templum.*
Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem. *Hic consequenter describitur qualiter Ezechias prouidit eis de victualibus cum dicitur, Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem, &c. s. decimas, & primitias quæ erant assignata eis per legem.*
Vt possent vacare legi domini. *videlicet, studendo, docendo, tē uō officinando. Istud enim semper fuit obseruatum apud omnes, quod illi qui in te debent studio & cultui diuino, acciperent necessaria vitæ a populo, propter quod etiā sacerdotes Aegypti tempore famis non fuerunt compulsi vendere possessiones suas sicut alij: quia ipsi statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, vt habetur Gen. 42. c.*
Plurimas obtulere primitias, &c. *Quantitas autē primitiarum non determinata in lege, sed primo fuit facta voluntarie, secundum deuotionē dantium: postea vero propter auariā crescentem, quia multi aut nihil dabant, per sapientes Hebræorum fuit determinatum, quod ad minus sexagesima pars daretur: illi tamen qui erant magis deuoti, dabant quadragesimam, medijs vero quinquagesimam. Et hoc tē dicitur in collationibus Patrum, collatione prima Theonis abbatis.*
Mellis quoque & omnium quæ gignit humus. *Licet de melle non possit fieri oblatio, quæ tota vel secundum partem cremaretur super altare, vt habetur Leui. 2. tamen inde debebant dari primitiæ cedentes solum sacerdotum. Hebræi tamen dicunt, quod nomine mellis intelliguntur hic dulcis fructus, vt dactyli, ficus, & huiusmodi.*
Et om. quæ gig. hu. *Dicit autē Ra. Sa. super Deut. 26. quod primitiæ quantum ad terræ nascētia dabantur tantum de septē rebus, scilicet,*

licet, frumento, hordeo, vinea, oliua, malo granato, ficu, & palma, tamen poterant homines de alijs dare ex speciali deuotione, & sic factum fuit hic.
7 Decimasque sanct. *secundum Hebræos ista sunt decimæ quas Leuita dabant sacerdotibus de decimis quas receperant a populo, vt habetur Num. 18. c.*
8 Mense tertio cœperunt acruorum. *ia. sum. i. principia quæ super apponuntur.*
9 Interrogauitque Ezechias. *quia ministrabatur de tantis acruis victualium.*
10 Respondit illi Aza. *id est, maior, & iste reslitit Ozia regi iherosolimitano, vt dicitur supra 25.*
11 Remanse. plu. *scilicet, de primitiis & decimis, habito sufficienti victu sacerdotum & Leuitarum.*
12 Eo quod bene. do. po. *id est, abundare fecit in bonis temporalibus: & ideo dabant abundanter primitias & decimas: quia tunc erant magis deuoti, vt patet ex prædictis.*
13 Præcepit igitur Ezechias. *Vt ibi reponerentur ea quæ pro tunc erant superflua, & vsque ad tempus congruum seruari.*
14 Fuit autem præ. *Hic consequenter ostenditur qualiter Ezechias prouidit de fidelibus personis ad conseruandum prædicta, & prouidendum ea quæ essent pro sacerdotibus et Leuitis recipienda, & ad conseruandum de oblata & consecrata, vt patet littera vsque ibi:*
15 Et conse. in san. *Non accipitur hic sancta sanctorum pro parte interiori templi, in quo erat arca testamenti, quæ proprie dicebatur sancta sanctorum: prout accipitur conuicte, sed hic accipitur de iunctura in sancta, quæ sunt de numero sanctorum omnia enim Deo consecrata dicebantur sancta, & de numero sanctorum.*
16 Exceptis maribus ab annis tribus, &c. *Licet enim Leuitæ nu- merentur*

MORALITER.

3 Præcepit igitur Ezechias vt præpararent horrea in domo domini. Per

Per quod significatur allegorice quod ministris ecclesie debentur necessaria vitæ. Moraliter autem per horrea ista Tom. 2. RR + possunt

Asterio atque obseruationibus iuxta diuisiones suas sacerdotibus per familias, & Leuitis a vicefimo anno, & supra per ordines, & turmas suas, vniuersæque multitudini tam vxoribus quam liberis eorum vtriusque sexus, fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerant, præbebantur. Sed & filiorum Aaron per agros suburbana vibum singularum dispositi erant viri, qui par-

partes distribuere vniuerso sexui masculino de sacerdotibus & Leuitis. Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda. Operatusque est bonum, & rectum, & verum coram domino Deo suo in vniuersa cultura ministerij domus domini, iuxta legem & ceremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo. Fecitque & prosperatus est.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

Bacciperentur pro redemptione primo genitorum aliam tribuunt, sed de distribuitur inibus, quæ sibi Leuitis, non recipiebatur pro eis donec haberent tres annos. Sequitur postea.

- 1 Et Leuita vicefimo. N. 4. accipiuntur Leuitæ ad ministerium tabernaculi a tricesimo anno usque ad quinquagesimum annum, et N. 5. viginti quinque annis. Et sicut dictum fuit ibidem non instruebantur ministri nisi in tricesimo anno, tamen a vicefimo quinto anno exercebantur in aliquibus officijs, ut sic in illis quinque annis experirent sacerdotes, qui Leuitæ essent apti ad ministrandum, et in quibus officijs, in post dedicationem templi, quæ a Leuitæ non habuerunt ita graua officia sicut ante, quando tabernaculum cum pertinentibus ad ipsum portabatur

tur de loco ad locum, in minori ætate instituebatur, scilicet, vicefimo anno & per aliquod tempus ante accipiebatur experientia de ipsis. Sciedum tamen quod ea quæ dicta sunt, sic fiebant de communi lege, ex speciali tamen causa aliqui minoris ætatis recipi poterant ad ministerium tabernaculi, sicut Eli recepit Saruuelem ad ministerium tabernaculi, cum adhuc esset puer decem annorum, et circiter ut dictum fuit 1. Reg. 1. c. quia mater sua antequam conceperet ipsum, dno vouerat, quod si daret ei sexum virilem daret eum ministerio domini cunctis diebus quibus posset ministrare. Hoc etiam fuit ante adificationem templi.

- 2 Operatusque est, scilicet, Ezechias.
- 3 Et re. erga proximum.
- 4 Bonum. quantum ad ipsum.
- 5 Et ve. quantum ad Deum, ideo sequitur. Coram do. Deo suo.

CAP.

MORALITER.

† possunt intelligi sacre scripture, deuotionisque studia, in

in quibus reponuntur verbi Dei eucharistia nutrimenta.

CAP.

CAPVT XXXII.

Postque & huic. Theodoret. Sed iunxit scriptor, quod post hæc verba & hanc veritatem venit Sennacherib rex Assyriorum. Significat autem oratio, quæ dicitur in viros pios probans Deum, permittit ut in eam in calamitates. Rex autem habens in Domino fiduciam, & quæ poterat ex se conferens, priusquam obturavit fontes ante ciuitatem, ne obsidens haberet aquæ



CAP. XXXII.

Ost quæ & huiuscemodi veritatem venit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Iudam obsedit ciuitates munitas, volens eas capere. Quod cum vidisset Ezechias, venisse scilicet, Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Ierusalem, inito cum principibus consilio, virisque fortissimis, ut obturarentur capita fontium qui erant extra urbem, & hoc omnium decernente sententia, congregauit plurimam multitudinem, & obturauerunt cum-

aquæ copiam. Dein de septa murorum muniuit, & turres in altum excitauit, & etiam alterum ædificauit, propugnaculum. Sed neque his armis confidit, verum dixit ad multitudinem, Estote strenui, etc. Sequitur.

b Obiurauerunt enim. Contra paganos & hereticos pugnantem diligens cautela adhibenda est, & velanda

mysteria, vnde. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas ante porcos.

Adi.

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XXXII.

Post quæ. ultimo sub Ezechia describitur restauratio regalis imperij primo per auerſam terribilem deiectionem. secundo, per ipsius Ezechia mirabilem sanationem. b. In diebus illis. Circa primum primo accipitur circa Ezechia prouidentia in humanis: secundo conſideratio de arboribus, ubi et conuocatur vniuersos. tertio pestilentia in ciuitate per 35. b. Quæ postquæ gesta sunt. Scendum autem, quod circa istam b. arborum augi a hic omittitur quæ plenius dicta sunt 4. Reg. 18. c. 19. Circa primam igitur partem dicitur sic:

- 1 Post quæ & huic. scilicet, ut ipsius Ezechia in idololatriæ destructione, & in diuini restauracione.
- 2 Venit Sennacherib rex. Ex quo patet quod aliquando iusti tribulantur in

in hac vita, ut habeant patientia meritum: & alij exemplum.

3 Quod cum au. Hic omittitur quod. 4. Reg. 18. suppletur, scilicet quod Ezechias merito timens destructionem Ierusalem propter peccata Achaz patris sui, aurum & argentum misit Sennacherib regi Assyriorum sub pacto iuramento firmato, quod recederet de regno Iudæ, & dimitteret illud in pacem. Sed si actio sedere, & c. a pecunia venit postea ad desolandum Ierusalem si posset: & tunc Ezechias disposuit se ad resistendum, & hoc est quod dicitur. Quod cum audi. Eze. scilicet, frationem iuramenti pradiſi.

4 Inito cum principibus. consilio. quia homo in periculo positus non debet onerare ea quæ sunt agenda secundum humanam prouidentiam ad sui liberationem: aliter tentaret Deum.

5 Et obturauit cunctos fontes. ad hoc quod exercitus veniens ad obsidendum ciuitatem pateretur aquæ penuriam: & sic recedere cogeretur.

E

MORALITER.

1 Post quæ & huic. etc. Sicut per Ezechia superius significatus est Christus, ita per ipsum hic significari potest eius vicarius scilicet bonus prelati, qui contra demonem, contra se ac populum suum venientem obturat fontes, id est, meatus aquarum, per

per quos significantur origines peccatorum: quæ dicuntur figuratim aquæ amarissimæ, in quibus sunt maledicta cõgesta Numme. 5. & istas aquas sitiunt & desiderant Assyrii, per quos significantur demones, Ierusalem allegoricam, id est, fidelium ecclesiam impugnare querentes. Et de quolibet eorum dici potest illud Iob. 15. b. Bibit quasi aquas iniquitatem.

Adi.

a Aedificauit. Christus edificauit ecclesiam quæ est ciuitas Dei, & murum sanæ fidei & veræ religionis, qui malitia paganorum uel hereticorum in aliquibus dissipatur, restaurat. Extruxit turre virtutum, ponit forissecus alterum murum, id est, antemurale, cum docet bonorum operum efficaciam tenet. Non enim sufficit murus fidei, nisi confirmetur operibus bonis. Facit armaturam & clypeos scripturæ, scilicet, & diuerfa testimonia & doctrinam ecclesiasticam ad munimentum ecclesie suæ, & disposuit doctores spiritualium bellorum principes. *b Viriliter agite,* &c. Theod. Per hæc nos etiam locuit Dei auxilium esse inexugnabile, & humanam naturam esse caducam & momentaneam & interitui ob-

ctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicentes. Ne veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. † Aedificauit quoque agens industrie omnem murum qui fuerat dissipatus, & extruxit turre desuper, & forissecus alterum murum. Instaurauitque Mello in ciuitate Dauid, & fecit vniuersi generis armaturam & clypeos. Constituitque principes bellatorum in exercitu, & conuocauit omnes in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad eos dicens. Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum & vniuersam multitudinem quæ est cum eo. † Multo enim plures nobiscum sunt quam cum illo. Cum illo enim est brachiū carneum, nobiscum dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. Confortatusque est populus huiusmodi verbis Ezechie regis Iuda. Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum seruos suos in Ierusalem (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnem populum, qui erat in vrbe, dicens. Hæc dixit Sennacherib rex Assyriorum. In quo habentes fiduciam, sedetis obfessi in Ierusalem? Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans quod dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum? Nunquid non iste est Ezechias, qui destruxit excelsa illius & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens, coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incensum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? Nunquid præualuerunt dii gentium, omniumque terrarum liberare regionem suam de manu mea? Quis est de vniuersis dijs gentium, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, vt possit etiam Deus vester eruere vos de hac manu? Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit Deus cunctarum gentium atque regionum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum, consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de manu hac. Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra dominum Deum, & contra Ezechiam seruum eius. Epistolas quoque scripsit plenas blasphemiarum

noxiam. Cetera continet quartus liber Regum. *c. Nunquid non iste est Ezechias, qui destruxit excelsa &c.* Eucher. In 4. Re. c. 18. Rursum iungit mendacium veritati, quod abstulerit Ezechias excelsa illius & altaria. Hoc enim non erat contra dominum, sed pro domino fecerat vt idololatria & veteri errore destructo, iuberet dominum adorare in Ierusalem, vbi erat templum eius. *d. Epistolas quoque scripsit, &c.* Ioseph. Ipsi siquidem tempore scripsit Ezechias Assyriorum epistolas in quibus eum fatuum esse dicebat, credentem quia eius seruitium posset euadere, qui multas gentes & maximas subdidisset. Et interminabatur funditus se eum disperdere dum caperet urbem, nisi portas aperiens sponte in Ierosolymis exercitum eius reciperet. *e. Re-*

NICOLAUS DE LYRA.

Et riuum. Qui fluebat de Ierusalem.

In medio terræ. hoc est extra urbem, ita quod cum sum illius riuus sic disposuerunt, quod partim retinebatur iuxta urbem per modum lacus, & quod ibi capi non poterat, terram reintraret per aliam viam, ita quod exercitus obsidens ciuitatem haberet inde aliquam subuentionem.

Aedificauit quoque. id est prouidit.

Omnem. Ita quod nihil ommitteret de contingentiis ad sui defensionem.

Et fecit. scilicet, ad inuadendum aduersarios et sustinendum inuastores eorum.

Et conuocauit. Hic consequenter describitur eius confidentia de diuinis, quia quando homo in periculis positus nihil omittit de his quæ possunt erari per prouidentiam humanam, secure potest confidere de Deo in resilio, et hoc est quod dicitur. Et conuocauit. vt oēs possent eum audire.

Ac locutus. Efficaciter monens eos ad bonum.

Nolite timere. Cuius causa subditur.

Multo enim. id est, virtus diuina et angelorum ipsius, quorum fortitudo præualeat omni virtuti humanæ, vnde infra dicitur, quod angelus domini percussit omnem virum robustum & bellatorem exercitus regis Assyriorum.

Quæ postquam. Hic consequenter describitur pestilentia in aduersariis. Circa quam primo ponitur Sennacherib blasphemiam, secundo dei vindicta, ibi. Orauerunt autem. Circa primum dicitur. Quæ postquam. id est, post munitionem Ezechie ad resistendum.

Misit

11 Misit Sennacherib, Rabfacem et quosdam alios cum exercitu, vt tererent Ezechiam et populum eius rebus et factis, vt hetur plenius 4. Reg. cap. 18.

12 In quo habentes fiduciam. q. d. in nullo, quia non in virtute humana, & hoc notatur cum dicitur.

13 Sedetis obfessi. quasi dicat, si haberetis virtutem resistendi, exiretis ad prælium, similiter nec in diuina, & hoc notatur cum dicitur.

14 Num Ezechias decepit vos. quasi dicat, sic.

15 Affirmans. Et ad hoc improbatum inducit duplicem rationem. Prima est, quod Ezechias destruxit omnia altaria, in quibus populus offerebat domino excepto altari, quod erat in templo, et ex hoc arguit quod magis meruerat Deo offensam quam misericordiam, et hæc ratio tangitur, cum dicitur.

16 Nunquid non iste, &c. Sed hæc ratio concludit falsum, quia illa altaria non fuerunt licita post templi adificationem, sicut frequenter dicitur est supra. Secunda ratio est, quia dii aliarum gentium cum tamen essent multi, non poterant eas liberare de manibus regum Assyriorum, ergo nec Deus Israel, cum sit vnicus, poterit liberare populum suum de manu mea, & hæc ratio diffuse tangitur, cum dicitur.

17 An ignoratis. Et patet littera. Sed hæc ratio non valet, quia illi erant dii falsi, et nullius potentia, Deus autem Israel verus Deus est, vnicus & omnipotens.

18 Epistol. Istud non fuit tunc factum sed post recessum Rabfacis, cum rex Assyriorum audisset per nuntium, quod rex Achæopum inuadebat terram

MORALITER.

Aedificauit, &c. Quia bonus prælatus non solum studet peccatorum origines obturare, sed etiam muros virtutum carnalium reparare.

Et extruxit turre. Per quas intelliguntur theologice virtutes cardinalibus supereminentes.

Et locutus. Per quem intelligit clausura honestatis ad proximum.

Et fecit. Omnis autem armatura vel ad sustinendum vel ad inuadendum. Ad sustinendum autem armaturam exercituum patientie. Ad in-

inuadendum autem inimicum armaturam studium feruentis orationis, & prædicationis sanæ.

7 Ac locutus, &c. Armando sermonibus bonis populum suum exemplo Iudæ Machabæi, de quo dicitur 2 Machab. 15. b. Armavit singulos, non hastæ & clypei munitione, sed sermonibus optimis. ideo sequitur.

† Confortatusque est populus huiusmodi verbis Ezechie regis Iuda, &c.

† Ipse. Etiam Ezechias & Esaias propheta pugnaverunt contra Sennacherib orationibus deuotis, sicut dicitur infra.

A Reuersusque est cum ignominia, & cetera.

Hieronym. Tractat. Hebraei illi caput & barbam radam ab angelo in ignominiam, & hoc fuisse quod per prophetam Isaiam dictum est.

4 Reg. 19. & c.

† egressi fuerant.

In die illa in leuconice acuta condita in regno Assyriorum caput & barbā, &c. quem cum eadem ignominia peruenisset ad templum Dei in Nisibis, quē dicunt in reliquis arca Noe culturam habuisse.

B duxit eos de circum. & dicit eis miserere dicit ubi ne pauerit ab omnibus qui erant in circum.

Cum ergo quereretur deprecans, cur se non adiuuaret, qui etiam filios suos Adramelech, & Sarasar sibi offerret, si hoc ille ratum duceret, illi hoc audientes post tot clades, ruinas, & ignominias, timentes ab eo interire, interceperunt eum.

† concupiscibilium.

b Attamen in legatione principum Babylonis qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento quod, &c.

† concupiscibilium.

C Comestor. Chil.

† propter pines.

in dominum Deū Israel, & locutus est aduersum eū. Sicut dij gentiū ceterarum non potuerunt liberare populū suum de manu mea, sic & Deus Ezechie erueri non poterit populū suum de manu ista. Insuper & clamore magno lingua Iudaica cōtra populum qui sedebat in muris Ierusalem personabat, ut terreret eos & caperet ciuitatem. Locutusque est contra Deum Ierusalem sicut aduersum deos populorum terrę opera manuum hoīum. Orauerunt igitur Ezechias rex & Isaias filius Amos prophetae aduersum hanc blasphemiam, ac vociferati sunt usque in cælum. † Et misit dominus angelum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principes exercitus regis Assyriorum. Reuersusque est cum ignominiam in terram suam. Cumque ingressus esset domum Dei sui, filij qui † exierant de utero eius, interfecerunt eum gladio. Saluauitque dominus Ezechiam, & habitatores Ierusalē de manu Sēnacherib regis Assyriorum, & de manu omnium, & † pręstitit ei quietem per circuitū. Multi etiā deferebant hostias, & sacrificia domino in Ierusalem, & munera Ezechie regi Iuda, qui exaltatus est post hęc coram cunctis gentib. † In diebus illis egrotauit Ezechias usque ad mortem, & orauit dominum. Exaudiuitque eum, & dedit ei signum, sed non iuxta beneficia quę acceperat, retribuit. quia eleuatum est cor eius, & facta est contra eum ira, & contra Iudā & Ierusalem. Humiliatusque est postea, eo quod exaltatum fuisset cor eius, tam ipse quam habitatores Ierusalem, & idcirco non venit super eos ira domini in diebus Ezechie. Fuit autem Ezechias diues & inclarus valde, & thesauros sibi plurimos congregauit argenti, & auri, & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum vniuersi generis, & vasorum † magni pretij. Apothecas quoque frumenti, vini, & olei, & pręsepia omnium iumentorum, caulisque pecorum, & vires ædificauit sibi, habebat quippe greges cuius, & armentorum innumerabiles, eo quod dedisset ei dominus substantiā multā nimis. Ipse est Ezechias, qui obturauit † superiorem fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad Occidentē vr̄bis Dauid. In omnibus operibus suis fecit prospere quę voluit. Attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus ut tentaretur, & nota fierēt omnia

a Hęc in Esaiā secundum partem in hęc plene glossauimus.

a Hęc in libris Regum plenius scripta sunt.

a Solis reu. un. sign. fiat per decem lines.

a Non, exhibuit scilicet, per prophetam, ne ostenderet thesauros suos, & thesauros domus domini alienigenis. b Occulta elatio mentis.

b super terram, dereliquit eum Deus ut tentaretur, & nota fierēt omnia

Chaldæi vige-
bant in astrono-
mia, nec pote-
rant inuenire se-
cundum artem
suam quare dies
fere in duplum
protenfa fuerat,
tandem cum au-
dierant hęc pro-
rege Ierofoly-
morum factum
esse, miserunt ad
eum ut sciscita-
rentur rei verita-
tem. Pręterea
Chaldæi adora-
bant solem, &
miserāt regi mu-
nera, ut honora-
rent hominem,
quem honorauit
Deus eorum
Et letatus est E-
zechias in aduē-
tu eorum, & ite-
rum elatus est in
animo suo, nec
fuit in domo sua
nec in omni po-
testate sua quod
non ostenderet,
eis.

c Dereliquit eum
Deus, ut tentare-
tur, & nota fierent
omnia quę erant
in corde eius, & ca-
tera.

† Hieronym.
Quia non prohib-
uit ei per pro-
phetam ostende-
re thesauros
suos, sed thesau-
ros domus do-
mini, unde & po-
stea ab eodem
propheta obiur-
gatus est.

Duo-

NICOLAUS DE LYRA.

† rom suam, et si fuit impulsus recedere de terra Israel ad bellā, lum
contra ipsum, et tunc misit literas cōminatorias Ezechie, qđ debella-
to rege. De hęcū videt ad expuzandū Ierusalem. Sed hoc interpo-
nitur ut v. v. Rabfacis quasi chronice loquendo. Consequenter re-
uertitur scriptura ad verba Rabfacis, cum dicitur.
1. Insuper. Et ista verba plenius continentur 4. Reg. 18. f. et g. Ex hoc
autem loco dicitur eum in uerbo, quod iste Rabfacis erat apostata a fide
conuersus ad Gentilitatem. Et dicitur aliqui, quod fuit filius Esaię.
2. Orauerunt. Posita blasphemiam Sēnacherib verbis et scriptis, hic
consequenter describitur Dei vindicta ad preces Ezechie et Esaię, quę
plenius habentur 3. Reg. 19. & similit. re exercitus Sennacherib percussit,
& ista fuerunt ibi d. ff. si exposita excepto quod sequitur.
3. Reuert. est cum ign. &c. in u. paucis fugie. Aliqui autē expo-
nunt: quod ang. l. percussit exercitū Sennacherib, rasi caput & bar-
bam ipsius Sennach. & secundū quod habetur Esa. 7. d. In illa die ra-
det dominus in rege Assyriorum caput, & barbā, quod erat
valde ignominiosum in terra illa, et adhuc est. Sciendū est, quod illa per-
cussio Sennacherib et sui exercitus fuit per annos annos, postquā recessit
de terra Israel, mittens epistolas cōminatorias Ezechie, ut di-
ctum fuit plenius 3. Reg. 19. Cetera patet in litera.

4 In diebus illis. Hic consequenter describitur ipsius Ezechie mira-
bilis sanatio, cuius modus plenius habetur 4. Reg. 20. et ex actis ibidē
patet litera exceptis paucis, quę sequuntur.
5 Sed non iuxta beneficia. scilicet, dom. ino.
6 Quia eleuatum. istā sanationē pro magna parte suis meritis at-
tribuit. Superbiuit etiam de hoc, quod rex Babylonis misit sibi literas
et munera, et ex illa elatione ostendit eis omnes diuitias suas, thesau-
ros, & secreta ad sui iactantiam.
7 Et facta est contra eum ira. scilicet, domini propter prædicta.
8 Humiliatus, &c. ad arguentionem Esaię propheta, ut habetur 4.
Reg. 20. f. & Esa. 38. & 39.
9 Et idcirco. sed dilata fuit usque ad tempus Sedecie.
10 Fuit autem Ezechias diues. diuitijs artificialibus, et naturali-
bus, et alijs ad magnificentiam regiam pertinentib. et patet litera usq; ibi.
11 Ipse est &c. Gihon nomen fontis, ex quo fluebat riuus extra ciui-
tatem, cuius cursum impediuit Ezechias propter regem Assyriorum,
ut prædictum est supra circa principium huius c.
12 Attamen in lega. &c. ut interrogarent de portento. i. de
signo sibi dato de retrocessione solis, ut habetur 4. Reg. 20.
13 Dereliquit eum, &c. non preseruando eum ab elatione, ut dicitur
est supra. Sequitur.

In

Et

MORALITER.

2. Orauerunt autem. Et sic exercitus Sennacherib ab angelo do-
mi percussus, sicut subditur.
† Et misit dominus. Per quod significatur, qđ orationibus de-
uotis

uotis boni prelati qui per Ezechiam, & boni religiosi qui per
Esaiam, significantur, demonum exercitus debellantur.
4. In diebus illis. &c. Require expositionem mysticam
huius quarti Regum vigesimo capite.

† Regna-

quæ erant in corde eius. Reliqua autem sermonum Ezechie, & misericordiarum eius, scripta sunt in visione Isaie filij Amos prophete, & in libro Regum Iuda, & Israel. Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & sepe-

† Quia sepulchrum eius excelsus ex prærogativa mentis & pietatis.
† Hierunt eum super sepulchra filiorum Dauid, & celebrauit exequias eius vniversus Iuda, & omnes habitatores Ierusalem. † Regnauitque Manasses filius eius pro eo.

D
† Reg. 21.

NICOLAUS DE LYRA.

† Et sepelierunt super sepulchra filiorum Dauid, & celebrauit ex-

exequias, &c. id est, in loco solemniori et celebriori propter bona, quæ fecerat, licet in aliquibus deliquisset.

MORALITER.

† Regnauitque, s. Ezechie. Per Manassæ quæ obliuio interpretatur, filij pro-

prodigium suæ virtutis & fame signatur, quæ bonæ doctrinæ patris sui carnalis vel spiritualis oblitus, ad mala peruertit, id subdit.

ADDITIONO.

In c. 32. ubi dicitur in postil. Ex hoc autem loco dicitur, &c. Ex hoc autem quod Rabfaces loquebatur lingua Iudaica, non habet quod fuisset apostata a fide Iudeorum. Multi enim loquuntur lingua Saracenicâ, quæ non sunt Saraceni, &c. Iste enim Rabfaces Syriacâ linguam

quæ sciebat, vñ ei dicebatur a nuntijs Ezechie, ut eisdem loqueretur Syriace, vñ nullum fundamentum habet in litera ad hoc, quod Rabfaces fuisset apostata a fide Hebræorum, & multo minus quod fuisset filius Isaie, & id talia secundum sententiâ Aug. eadem facilitate contemnuntur, qua approbantur.

CAP. XXXIII.

† Vodecim annor.
† Hieron. Tradunt Hebræi Manassen filium fuisse filie Isaie, & ideo in hoc loco, quamquam nomen matris scribitur, patris tamen illius non scribitur, quia indignus erat profanus rex tanto auctore. Tradunt quoque idcirco occisum Esaiam, eo quod eos appellauerit principes Sodomorum. Et quia dixerit. Vidi dominum sedentem, cum per Moysen dictum sit, Non videbit me homo, & vinct.
† Adorauit omnem militiam celi, & coluit eam.
† Idem. Duodecim signa quæ in Zodiaco sunt.
† Chrysostom. Manasses interpretatur, ex obliuione. Pro uidentia autem Dei dispensauit sic eum vocari, quia oblitus fuerat omnem conuersationem patris sui sanctam, & omnia beneficia



CAP. XXXIII.
Vodecim annorum erat Manasses, cum regnare cepisset, & quinquagintaquinque annis regnauit in Ierusalem. Fecit autem malum coram domino, iuxta abominationes gentium, quas subuertit dominus coram filiis Israel. Et conuersus in staurauit excelsa, quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius. Construxitque aras Baalim, & fecit lucos, & adorauit omnem militiam celi, & coluit eam. Aedificauit quoque altaria in domo domini, de qua dixerat dominus, in Ierusalem erit nomen meum in æternum. Aedificauit autem ea cuncta exercitui celi in duobus atrijs domus domini. Transireque fecit filios suos per ignem in valle Benennon. Obseruabat et somnia, sectabatur auguria maleficis artibus inseruebat. Habebat secum magos & incantatores, multaque mala operatus est coram domino, ut irritaret eum. sculptile quoque & constabile signum posuit in domo Dei, de qua locutus est dominus ad Dauid & ad Salomonem filium eius, dicens. In domo hac, & in Ierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum, & mouere non faciam pedem Israel de terra, quam tradidi patribus eorum. Ita duntaxat si custodierint facere quæ præcepi eis cunctamque legem, & ceremonias atque iudicia, quæ mandauit per manum Moysi. Igitur Manasses seduxit Iudam, & habitatores Ierusalem, ut facerent malum super omnes gentes, quas subuerterat dominus a facie filiorum Israel. Locutusque est dominus ad eum, & ad populum illius, & attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum.

† E
† neficia Dei pro merito eius collata ipsi sunt. & stimulatus ab insurgente diabolo, gesturus omnia, quæ Deum ad iracundiam prouocarent. Denique cum egrotasset Ezechias, & venisset Esaias ad eum visitandum, vocauit Ezechias filium Manassæ, & cepit ei mandare quod debebat Deum timere, & quomodo regere regnum, &c. Et dixit ad eum Esaias. Vere non deducunt verba tua in cor eius, sed & me ipsum oportet per manum eius interficere. Quod audiens Ezechias, volebat filium suum interficere, dicens, quia melius est sine filio mori, quam talem filium relinquere, qui & Deum exasperet, & sanctos eius persequatur. Tenuit autem eum vix Esaias, videns Ezechias religionem, quæ plus amabat Deum quam filium suum.
† Qui

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XXXIII.

† Vodecim annor. &c. Hic consequenter describitur tempus ipsius Manasse, et secundo sub ipso tempore Amos filij sui, quia pauca de eo dicitur, ibi. Dormiuit autem. Circa primum primum describitur ipsius Manasse multiplex peruariatio, secundo eius emendatio, ibi. Idcirco superinduxit. tertio recapitulatio, ibi. Reliqua autem. Sententia autem prima patet ex dictis 4. Reg. 21. exceptis quæ sequuntur.
† Obseruabat somnia, quorum aliqua erant vana, aliqua a demonibus immissa, et diuinare de futuris per talia illicitum est, ut dictum fuit plenius de ista materia Gen. 41.

3 Sectabatur, &c. id est, diuinationes per garrum et volatuum animarum.
4 Maleficis artibus querendo responsa demonum per magicas artes.
5 Habebat se magis diuinantes per astra, ultra quam se extendat virtus constellationis.
6 Et incantatores, &c. sensus hominum illudentes.
7 Locutusque est dominus. misericorditer reuocando.
8 Et attendere. ex quo patet eorum obstinatio.
9 Idcirco. Hic consequenter describitur ipsius Manasse emendatio, flagellatione sibi intellectum præbente, cum dicitur.
10 Superinduxit eis. secundum Iosephum et alios expositores contra Manassen venit rex Babylonis, unde subditur.

Secta-

Du-

MORALITER.

† Duodecim. Sequitur. † Instaura. Per quæ signantur superbie peccata, quæ hominem eleuant indigne, ut postea corruat maligne. † Construxit. Baal autem deuorator interpretatur, & sic Baalim, quod est plurale huius nominis Baal, deuoratores signat, per quod per Baalim signantur peccata gulæ, quæ in comestationibus & porationibus excelsius consistunt.
† Et ado. Per quæ signatur conatus ad magna statui suo indecens.
† In duobus alijs. Volens clericis & laicis tyrannice dominari.
† Transireque. Per istum transitum intelligitur nutritio filiorum in igne concupiscentiæ carnalis & mundanæ.

2 Obseruabat somnia. sequendo falsa consilia mala.
3 Sectabatur. adulatoribus assentiendo & maleficis credendo.
† Sculptile. Hoc autem moraliter facit, qui hominem vita vel scientia carentem, in ecclesiastica dignitate ponit.
† Igitur Ma. Per quæ significatur illius malitia, cui non sufficit, quod sit malus in se, sed alios nititur ad suam malitiam trahere.
7 Locutus est. s. per prophetas per quos signatur prædicatores nouæ legis, qui principes & populares constanter arguunt de prædictis & consimilibus peccatis.
8 Et atten. Per quæ signantur illi, qui prædicationes & admonitiones bonas contemnunt.
9 Idcirco. quia dominus tales rebelles veritati aliqui puniit.
Tom. 2. RR 3 † ceteris

Obser-

A Qui postquam conuulsus est, &c. & Chrysof. Erat ligatus & catenatus in domo carceris, & dabatur ei panis hordeaceus ad mensuram modicam, & aqua cum aceto modica, ut uiuere

seruauit, equidem ausim dicere, quod etiam diabolus ipsum seruaturus fuerit, si reuerteretur ad Deum uoluisset. * Ambrosius. Congruo correptus flagello conuer-

Hieron. in
Mach.
in abditiis.
In hunc locum.
1. exaudi-
uit eum.
2. in uocauit
se ualde.

ret tantum, & erat confusus idolorum ualde.

* Hieron. Dum in Babylonia ductus fuit, & in uase genero perforato missus, ad motum igni, inuocant omnia nomina idolorum, que colunt, & cum non uideret ab eis exaudiri, neque liberari, recordatus fuit quod a patre crebro audierat

B Deut. 4. Cum inuocaueris me in tribulatione, & conuersus fueris, exaudiam te.

* Glycias: Diuinus ille Anastasius commemorat, accepta haud dubie huiusmodi narratione quibusdam ex historicis, Manasse in animal quoddam a rege Babylonia conclusum fuisse, in quo, deinceps Deum agnouit, & carmen illud suum cecinit. Qua propter diuina uis simulacro rutilo angelas cum Hierosolymam rediit, ubi deinceps in ante actorum penitentia uixit, & priora delicta emendauit. Tot autem tantaque facinora Manasse patrauit, ut diuinus ille Anastasius dicere non dubitauerit. Si Manasse Deus

C ferua-

Ceperuntque Manasse, & catenis uinctum, atque compedibus duxerunt in Babylonem. Qui postquam conuulsus est, orauit dominum Deum suum, & egit penitentiam ualde coram Deo patrum suorum. Deprecatusque est eum, & obsecrauit intente, & exaudiuit orationem eius. Rediitque eum Ierusalem in regnum suum, & cognouit Manasse, quod dominus ipse esset Deus. Post haec edificauit murum extra ciuitatem Dauid ad Occidentem Gihon, in conualle ab introitu portae piscium per circumitum usque Ophel, & exaltauit illum uehementer. Constituitque principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, & abstulit deos alienos, & simulachrum de domo domini. Aras quoque quas fecerat in monte domus domini, & in Ierusalem, & proiecit omnia extra urbem. Porro instaurauit altare domini, & immolauit super illud uictimas, & pacifica, & laudem. Precepitque Iudae, ut seruiret domino Deo Israel. Attamen populus adhuc immolabat in excelsis domino Deo suo. Reliqua autem gestorum Manasse, & obsecratio eius ad Deum suum, uerba quoque uidentium quae loquebantur ad eum in nomine domini Dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel. Oratio quoque eius & exauditio, & cuncta peccata, atque contemptus, loca etiam in quibus edificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas, antequam ageret penitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozia. Dormiuit ergo Manasse cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua. Regnauit pro eo filius eius Amon uiginti duorum annorum erat Amon cum regnare coepisset, & duobus annis regnauit in Ierusalem. Fecitque malum in conspectu domini, sicut fecerat Manasse pater eius. Et cunctis idolis quae Manasse fuerat fabricatus, immolauit atque seruiuit, & non est reueritus faciem domini, sicut reueritus est Manasse pater eius, & multo maiora deliquit. Cumque coniuressent aduersus eum serui sui, interfecerunt eum in domo sua. Porro reliqua populi multitudo caesis his qui Amon percusserant, constituit regem Iosiam filium eius pro eo.

1 in poena constitu-
tus agnouit,
quem in regno
positus antea non
2 quaeuit. Pro-
fuit affectio de-
3 sperato, & corre-
4 eta est in agni-
5 tione de stimu-
6 lo correctionis
7 improbitas. Fuit
8 uindicta illa me-
9 tis perditae me-
10 dicina, & mul-
11 tum salutis con-
12 tute castigatio,
13 quae ideo uer-
14 berauit impiu,
15 ut Deo faceret
16 acceptum que
17 diabolus per im-
18 potentiam fece-
19 rat alienu. Ani-
20 mae sanitati pro-
21 fuit, quod inflit-
22 tum fuerat uan-
23 itati, &c. Pec-
24 catum suum fle-
25 uit et diluit, &
26 lachrymis ter-
27 sit, quod nefas
28 infecerat. Ora-
29 uit conscius rea-
30 tus sui, & uenia
31 meruit satisfac-
32 tione mercari.
33 * Hebraei.
34 Reperitur egisse
35 penitentiam
36 triginta tribus
37 annis ante obitum
38 suum.
39 b Et egit peni-
40 tentiam ualde co-
41 ram Deo patrum

suorum. Rabbanus. Audita penitentia Manasse nemo debet de Dei misericordia desperare, sed magis penitentiam de uenia presumere.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Duxerunt eum. Dicitur enim quod monarchia Assyriorum iam pro parte magna deiecerat, quia iam Medi et Babyloni reuersionem ab ea, si ueniret quod dicit Iosephus & alij historiographi, & ideo quae dicitur hic. Superinduxit. reuersionem est hoc ad tempus praeteritum, id est, ad eos qui solebant esse principes, quando rex Babyloniae erat ei subditus, quia tunc rex Babyloniae cum matribus regni sui erat de exercitu regis Assyriorum.
- 2 Deprecatusque. dicitur autem obsecratio deprecatio per rem sacram, sicut in fine orationem ecclesiae dicitur committere: Per dominum Iesum Christum, &c. ut per sanctitatem ipsius obtineamus, quae obtinere nostris uicibus non ualemus, & sic orabat Manasse, ut per diuini nominis sanctitatem impetraret remissionem.
- 3 Et cognouit. per experientiam suae flagellationis & liberationis, sicut scriptum est Iob quinto ca. Ipse uulnerat & medetur: percussit & manus eius

- eius sanabunt.
- 4 Post haec, scilicet post reuersionem suam de captiuitate.
- 5 Ad oc. Gihon est fons existens in parte Occidentali ciuitatis Dauid.
- 6 Aras quoque. id est, in monte Moria, in quo erat templum.
- 7 Porro instaurauit. quod erat destructum & prophanatum.
- 8 Precepitque. & sic patet emendatio Manasse in spiritualibus & temporalibus, quantum ad personam propriam & subditos.
- 9 Reliqua. Hic ponitur recapitulatio, & patet litera usque ibi.
- 10 In ser. patet quod iste liber apud nos non habetur: quia ista 4. lib. Reg. non ita exprimentur, ut hic dicitur, & eodem modo dicendum de hoc quod sequitur Scriptu. Sequitur.
- 11 Dormiuit ergo. Hic consequenter agitur de factis ipsius Amon filii Manasse, & patet sententia ex dictis 3. Re. 12. g. excepto quae sequitur.
- 12 Et non est. in hoc enim de fecit a bonitate patris sui: quia non penituit sicut ipse.

CAP.

MORALITER.

- 1 exterioris grauius pena, & quoniam in ista uexatio aliquando dat intellectum, et sic qui prius erat rebelles, concipiunt spiritum uerae penitentiae reuertentes ad Deum, ideo subditur.
- 2 Et cognouit. In quo Manasse figuram gessit cuiuslibet magni peccatoris ad Deum ueraciter reuertentis.
- 3 Constituit. Per quos significatur, quae uere reuertens ad Deum per penitentiam, quanto commisit peccata grauiora, tanto conatus debet ad faciendum opera meliora.
- 4 Dormiuit. Per quod significatur, quod peccator quantumcunque

- cunque magnus, si uere peniteat, & in bono terminet uitam suam, finaliter consequitur uitam beatam.
- 1 Regnauitque pro eo. de quo subditur.
- 2 Fecitque malum. Et sic fecutus eum in malis, sed non in bonis quia per penitentiam non rediit ad dominum sicut pater eius, ideo subditur.
- 3 Et non est. Propter quod per istum Amon significant illi qui mala patrum suorum ut rapinas & huiusmodi quasi pro iure hereditario uolunt sequi, sed bonos eorum actus nolunt aliquantulum imitari.

C A P. XXXIII.

Olo annorum erat Iosias &c. * Chrysol. Iosias interpretatur, ubi est hostia dno, aut salus domini. Forsita Amos secundum cor suum auersum, & cauit filium suum, ubi hostia domino, aut, salus domini est, hoc est, quia nusquam est, neque prodest. Prouidentia autem Dei secundum quod futurum erat Iosias, dispensauit nomen ei imponi, ubi est hostia domino, quonia vere in illo fuit hostia domini. Tale enim obtulit sacrificium domino Deo, quale nec ante eum aliquis regum, nec post eum. Et ipse fuit hostia Deo, secundum quod mandat Apostolus. Exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, &c. Et ipse fuit populi in tempore uo a domino saluus. Vide qualis fuerit, ut etiam ante multas generationes natiuri eum nomen prophetaretur.

Ossa praterea. deo combussit sacerdotes in altaribus idolorum, ut ostenderet, quia iuncta eant eorum sacrificia qui non solum pecudum hostias demonijs offerrebant, sed & seipsos idololatriae trahebant. Hic significat omnes qui diaboli seruitio macipati vitam sacrilega temporaliter fuerant, aeternis cruciatibus consumedos pro cuiusq; merito.



C A P. XXXIII.

Olo annorum erat Iosias, cum regnare coepisset, & triginta & uno anno regnauit in Ierusalē, Fecitq; quod erat rectum in conspectu domini, & ambulauit in uis Dauid patris sui. Non declinauit neque ad dextram neque ad sinistram. Octauo autem anno regni sui, cum adhuc esset puer cepit querere Deum patris sui Dauid. Et duodecimo anno postquam regnare coeperat, mundauit Iudam & Ierusalem ab excelsis, & lucis, simulachrisq; & sculptrilibus. Destruerunt coram eo aras Baalim, & simulachra quae superposita fuerant demoliti sunt, lucos etiam, & sculptribilia succidit, atque comminuit, & super tumulos eorum, qui eis immolare consueuerant, fragmenta disperfit. Ossa praeterea sacerdotum combussit in altaribus idolorum. Munda uitq; Iudam & Ierusalem, sed & in urbibus Manasse, & Ephraim, & Simeon usque Nephtali cuncta subuertit. Cumq; altaria dissipasset, & lucos, & sculptribilia contriuisset in frusta, cunctaq; delubra demolitus esset de uniuersa terra Israel, reuersus est in Ierusalē. Igitur anno decimo octauo regni sui mundata iam terra & templo domini, misit Saphan filium Eseliae & Maasiam principem ciuitatis, & Ioha filium Iochaz a commentarijs, ut instaurarent domum domini Dei sui. Qui uenerunt ad Helciam sacerdotem magnum, acceptamq; pecuniam ab eo quae illata fuerat in domum domini, & quam congregauerant Leuitae & ianitores de Manasse, & Ephraim, & uniuersis reliquijs Israel, ab omni quoque Iuda & Benjamin, & habitatoribus Ierusalem, tradiderunt in manibus eorum qui praerant operarijs in domo domini, ut instaurarent templum, & infirma quaeque sarcirent. At illi dederunt eam artificibus & caementarijs, ut emerent lapides de lapidinis, & ligna ad commissuras aedificij, & ad conignationem domorum, quas destruxerant reges Iuda Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem praepositi operantium Iahath & Abdias de filijs Merari, Zacharias & Mosollam de filijs Caath, qui uigebant opus: omnes Leuitae scientes organo canere. Super eos uero qui ad varios usus onera portabant erant scribae & magistri de Leuitis ianitores. Cumque efferrent pecuniam quae illata fuerat in templum domini, reperit Helcias sacerdos librum legis domini, qui datus fuerat per manum Moysi, & ait ad Saphan scribam: Librum legis inueni in domo domini. Et tradidit ei. At ille intulit uolumen ad regem, & nuntiauit ei dicens. Omnia quae dedisti in manu seruatorum tuorum ecce complentur. Argentum quod

* Bed. Iosias longe laudatissimus quantum uis puer, Iudaea, D. Ierusalem, & omnem sibi subiectam regionem ab idolis & excelsis purgauit, aliasq; abominationes a Iuda abstulit, et fecit omnes qui residui erant in Israel seruire domino suo. Cunctis diebus eius non recesserunt a domino Deo patrum suorum. In 2. ca. Isa.

omnes qui residui erant in Israel seruire domino suo. Cunctis diebus eius non recesserunt a domino Deo patrum suorum. Quomodo enim Amos & Manasse inclinarent populum ad impietatem, & lucos plantantes, & tepla demonibus excitantes ita Iosias cum esset rex pius, uasa quae constructa fuerant Baali, & Astarre, & caeteris idolis contriuit, & conflauit in torrente Cedron, in Bethel autem inter fecit sacerdotes idolorum.

Et habitatoribus Ierusalem, &c. Hieron. Dimidiam tribum Manasse dicit, qui plerumque, in tribu Benjamin computatur. Comest. Postquam principes eius scrutati sunt urbes & villas, inde scrutati sunt domos ne quid latenter maneret suspectum in illis. Misitque in totam prouinciam ut deferrent ad reparationem templi munera pro sua uoluntate uisusque. Et proposuit huic operi Helciam sacerdotem ma

gnum, & Amasiam qui erat super ciuitatem, & Saphan scribam, & facta est reparatio templi.

Tradidit eum, & facta est reparatio templi.

Tradidit eum, & facta est reparatio templi.

Tradidit eum, & facta est reparatio templi.

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XXXIII.

Olo annorum. Hic consequenter agitur de tempore Iosiae. Circa quod primo describitur diuini cultus restauratio, secundo phase celebratio. cap. se. tertio ipsius Iosiae mors et tumulatio, ibi. Postquam in laur. Circa primum describitur primo idololatriae destructio, secundo templi omni reparatio ibi. Igitur 18. ann. Sententia autem primae partis patet ex dictis 4. Reg. 23. ubi ista destructio idololatriae facta per Iosiam effusus describitur, excepto quod sequitur.

Cuncta delubra demo. Dicitur autem delubrum a deleo, deles, & umbra, bra, quasi delens umbram peccatorum, & hoc fit secundum ueritatem in templo ecclesiae per sacramentorum administrationem, secundum estimationem uero falsam & erroneam Gentilium hoc fiebat in templis idolorum de quibus est hic sermo.

Igitur anno deci. Hic consequenter descriantur templi dñi reparatio, & diuiditur in duas, in partem principalem et incidentalem, secunda,

cūda, ibi. Cumque efferrent pecuniam. Sicut prima partis patet ex dictis 4. Reg. 22. prope prin. nisi quod aliqua nomina propria ibi tacentur, quae hic exprimitur, et econuerso, & aliqua et variantur, quia sicut frequenter dictum est, nomina propria Hebraica frequenter variantur sicut & Latina, per ista tamen non mutantur sententia.

4 De Manasse & Ephraim. Al qui. u. fugitini euaserunt de captiuitate decem tribuum, et illi iuxerunt sereno Iuda subiectis se ipsi Iosiae, et simul captiuitati fuerunt cum captiuitate Ierusalē tempore Sedecij.

5 Cumque effer. Hae est pars incidentalis, quia cum acciperet pecunia q̄ erat in domo domini inuenit ibi liber absconditus, quē misit Helcias sacerdos regi, qui cum legeretur corā eo, uinuit rex diuinum iudicium, et secundo super hoc requisit diuinum consilium, ibi. Et praecipit Helciae, et tertio renouauit foedus inter Deum, & se, & populum, ibi. At ille conuocatis uniuersis. Sententia autem istarum partium patet ex dictis secundi Reg. 22. d. usque ad finem cap. 36.

C A P.

MORALITER. Olo an. Expositio mystica ca. huius & duorum sequentium posita est 4. Reg. 22. cap. & 23. & 24. Oratio uero Manasse,

nasse, quae poni solet in fine huius lib. moralis est secundum sensum literalem, & ideo non indiget alia moralitate, nisi quod in ea orandi deuote uere poenitentibus forma datur. Tom. 2. RR 4

A repertum est in domo domini, conflauerunt. Datumque est prefectis artificii & diuersa opera fabricantium. Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librū. Quem cum rege præsentem recisset, audissetque ille verba legis, scidit vestimenta sua, & præcepit Helciæ, & Ahicæ filio saphan, & Abdon filio Micha, saphan quoque scribæ & Asaiæ seruo regis dicens. Ite, & orate dominū pro me, & pro reliquis Israel, & Iuda, super vniuersis sermonibus libri istius qui repertus est. Magnus enim furor domini stillauit super nos, eo quod nō custodierint patres nostri verba domini, vt facerent omnia, quæ scripta sunt in isto volumine. Abijt ergo Helcias & hi qui simul a rege missi fuerant ad Oldam prophetidem

a Traa. cui mihi Helcias hūc librū. &c.

** Comelio.*
Cum Helcias diligenter omnia scrutaretur, inuenit librū Moysi in templo. Forte aperuit arcā, & inuenit Deuteronomium quē Moses reponi tegerat in arcā. & misit eum ad regem per manum Saphan scribæ. Qui cum legisset, scidit rex vestimenta sua. Audiuit enim maledictiones scriptas in transgressores legis, & crebras cōminationes Dei, quod si frequerentur idola, eijceret eos de terra quam dederat eis, sicut eiecerat Amorrhæos a facie eorū. Et mirabatur quomodo adhuc essent in terra illa, & verebatur imminere captiuitatem.

B Ad Oldam prophetidem, &c. Hieron. Holdam uxor fuit Sellum auūculi patris Ieremie, & patris Ananæ. Habitabat in secunda. Locus erat Ierusalem extra murum, id est, inter murum ciuitatis, & antemurale, qui vocabatur secūda, cuius mentio fit in Sophonia propheta.

In hunc loc.

Cap. 1.

C Cunctaque maledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda,

quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum. Idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. Ad regem autem Iuda qui misit vos pro domino deprecando, sic loquimini. Hæc dicit dominus Deus Israel: Quoniam audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Dei super his quæ dicta sunt contra locum hunc & habitatores Ierusalem. Reuertisque faciem meam scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, ego quoque exaudiui te, dicit dominus. Iam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius. Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. At ille conuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Ierusalem, ascendit in domum domini. Vnaque omnes viri Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdotes, & Leuitæ, & cunctus populus a minimo vsque ad maximum. Quibus audientibus in domo domini, legit rex omnia verba voluminis, & stans in tribunali suo percussit fœdus coram domino, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima sua, faceretque quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. Adiurauit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in Ierusalem & Benjamin, & fecerunt habitatores Ierusalem iuxta pactum domini Dei patrum suorum. Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes qui residui erant in Israel, seruire domino Deo suo. Cunctis diebus vitæ eius non recesserunt a domino Deo patrum suorum.

a Quæ Hebræi autumant auunculum esse Ieremie patrem Ananæ.

vxorē sellum filij Thecuath, filij Hasra custodis vestium, quæ habitabat in Ierusalem

a Scilicet, muri parte, pro quo vetus editio habet in Massena quasi nomen loci, Massena quippe interpretatur secūda.

in secūda, & locuti sunt ei verba quæ supra narrauimus. At illa respondit eis. Hæc dicit dominus Deus Israel. Dicit viro qui misit vos ad me: Hæc dicit dominus. Ecce, ego inducam mala super locum istum, & super habitatores eius. Cunctaque maledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda,

quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum. Idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. Ad regem autem Iuda qui misit vos pro domino deprecando, sic loquimini. Hæc dicit dominus Deus Israel: Quoniam audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Dei super his quæ dicta sunt contra locum hunc & habitatores Ierusalem. Reuertisque faciem meam scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, ego quoque exaudiui te, dicit dominus. Iam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius. Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. At ille conuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Ierusalem, ascendit in domum domini. Vnaque omnes viri Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdotes, & Leuitæ, & cunctus populus a minimo vsque ad maximum. Quibus audientibus in domo domini, legit rex omnia verba voluminis, & stans in tribunali suo percussit fœdus coram domino, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima sua, faceretque quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. Adiurauit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in Ierusalem & Benjamin, & fecerunt habitatores Ierusalem iuxta pactum domini Dei patrum suorum. Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes qui residui erant in Israel, seruire domino Deo suo. Cunctis diebus vitæ eius non recesserunt a domino Deo patrum suorum.

CAPVT XXXV.

Rabbanus.

Fecit autem Iosias in Ierusalem phase domino, quod immolatum est decimaquarta die mensis primi, & constituit sacerdotes in officijs suis. Hortatusque est eos, vt ministrarent in domo dñi. Leuitis quoque ad quorum eruditionem oīs Israel sancti-



1. Cor. 5. e. domino celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento mali-

CAP. XXXV.

Ecit autem Iosias in Ierusalem phase domino, quod immolatum est decimaquarta die mensis primi, & constituit sacerdotes in officijs suis. Hortatusque est eos, vt ministrarent in domo dñi. Leuitis quoque ad quorum eruditionem oīs Israel sancti-

malitiæ & nequitie, sed in azimis sinceritatis & veritatis.

Mystice autem Iosias, est, fortitudo domini. Christus significat, de quo legitur. Dominus fortis, & potens, dominus potens in pralio. Ince-

legitur. Dominus fortis, & potens, dominus potens in pralio.

NICOLAUS DE LYRA.

Fecit autem Iosias in Ierusalem phase domino, quod immolatum est decimaquarta die mensis primi. Hic consequenter describitur phase celebratio, et primo ponitur ad hoc debita preparatio.

ratio, secundo deuota executio, ibi. Preparatumque est ministerium.

2. Et constituit sacerdotes in officijs suis. Hortatusque est & vt debite se prepararent ad hoc quod deuote celebrare possent solennitatem paschæ.

Poni

Interpretatur etiam Iosias salus domini, & Christus saluum facit populum suum a peccatis eorum. Ipse zelo Dei mundat terram Iuda & Ierusalem ab omnibus immunditijs, qui per prophetam dixit: *Zeus domus tue comedit me.* De quo alibi: *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit arcam suam.* hic celebrat verum phasem 18. anno regni sui: quia octava eate generali resurrectione donata, sanctos suos cum perfectione bonorum operum perducit ad aeternam beatitudinis denarium, eiecit prius omnibus scandalis de regno eius.

a *Ponite arcam in sanctuario templi, quod edificauit Salomon filius David rex Israel.* Tradunt Hebraei arcam tempore Achaz de templo fuisse elatam, simulacris ab eo in templo missis, & in domum Sellu viri Oldae auunculi Ieremiae fuisse traductam. Non enim poterat esse simul cum simulacris.

Non

eius sponte quod voverant, obtulerunt tam populo, quam sacerdotibus, & Leuitis porro Helcias, & Zacharias, & Iahiel principes domus domini

ficabatur domino, locutus est: Ponite arcam in sanctuario templi, quod edificauit Salomon filius David rex Israel. Nequaquam enim eam ultra portabitis. Nunc ergo ministrare domino Deo vestro, & populo eius Israel, & preparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, sicut praecipit David rex Israel, & descripsit Salomon filius eius. Ministrare in sanctuario eius per familias turmasque Leuiticas, & sanctificati immolate phasem. Fratres etiam vestros, ut possint iuxta verba quae locutus est dominus in manu Moysi facere, preparate. Dedit praeterea Iosias omni populo, qui ibi fuerat inuentus in solennitate phasem, agnos & hedos de gregibus, & reliqui pecoris triginta milia, bouum quoque tria milia. Haec de regis vniuersa substantia. Duces quoque

6 mini dederunt sacerdotibus ad faciendum phasem, pecora commisit duo millia sexcenta, & boues trecentos. Chonenias autem & Semeias etiam, & Nathanael fratres eius, necnon Hasabias, & Iahiel, & Iozabad, principes Leuitarum, dederunt caeteris Leuitis ad celebrandum phasem, quinque 7 millia pecorum & boues quingentos. Praeparatumque est ministerium, & steterunt sacerdotes in officio suo, Leuitae quinque in turmis iuxta regis imperium, & immolatum est phasem. Asperseruntque sacerdotes manus suas sanguine, & Leuitae detraxerunt pelles holocaustorum, & separauerunt ea, ut darent per domos & familias singulorum, & offerrentur domino, sicut scriptum est in libro Moysi. De bobus quoque fecerunt similiter, & assauerunt phasem super ignem iuxta quod 11 in lege praecipit. † Pacificas vero hostias coxerunt in lebetibus, cacabis, & ollis: & festinato distribuerunt vniuersae plebi: Sibi autem & sacerdotibus postea parauerunt. Nam in oblatione holocaustorum, & adipum usque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati. Vnde Leuitae sibi, & sacerdotibus filijs Aaron parauerunt nouissimis. Porro cantores filij Asaph stabant in ordine suo iuxta praecipit David, & Asaph, & Hemai, & Idithun, prophetae regis David. Ianitores vero per portas singulas obseruabant: ita ut nec puncto quidem discederent a ministerio. Quomobrem & fratres eorum Leuitae praeparauerunt eis cibos. Omnis igitur cultura domini rite completa est in die illa, ut facerent phasem, & offerrent holocausta super altare domini iuxta praecipit regis Iosiae. Feceruntque filij Israel qui reperi fuerant ibi phasem

† Sancta quoque

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Ponite ar.* Libro de Hebraicis quaestionibus dicitur, quod tempore Achaz qui posuit idola in templo, arca fuit inde amota, quae non debebat esse cum idolis, & fuit transportata in domum Sellum mariti Oldae prophetae. & ibi mansit usque ad tempus Iosue, Glossa vero Hebraica dicit, quod non fuit portata extra templum, sed quia Manasses posuit idolum in domum domini, ut habetur supra 33. ideo voluit eam ponere in loco honorabiliore. ubi erat arca, & arcam fecit trahi ad partem quasi minor cederet maiori: sed Iosias fecit eam in loco suo reponi: Sed utrunque dictum videtur in aliquo dissonare a veritate, si enim fuisset transportata tempore Achaz, non est verisimile, quia, Ezechias filius eius, qui templum fecerat purgari, & maximus zelator fuit cultus diuini, ut patet ex praecedentibus, fecisset eam tempore suo reportari. Similiter si per Manassen fuisset tantum tracta ad partem intra templum, Iosias non dixisset Leuitis: *Ponite arcam.* prout hic dicitur, quia Leuitae non poterant ingredi illam partem templi, sed sacerdotes tantum. Et ideo probabilius videtur dici, quod tempore Manasse fuit portata extra templum & non ante: & tempore Iosiae per Leuitas fuit reportata usque ad templum ingressum, & inde per sacerdotes fuit in loco suo reposita.

2 *Nunc ergo.* quasi dicat ex quo arca erit in loco suo & illa quae pertinent ad Dei cultum reparata, vos non habebitis alios labores nisi solum ministrare domino.

3 *Sicut pra.* Contrarium videtur supra pri. lib. 28. ubi dicitur, quod David

David dedit filio suo descriptionem porticus, & templi, & omnium aliorum ad ministerium templi pertinentium. Dicendum, quod David dedit hoc primo disponendo, sed Salomon dedit istam descriptionem alij, patris voluntatem exequendo.

4 *Dedit.* hoc est ad faciendum solennitatem phasem.

5 *Agnos &c.* quia tam agnus quam hodus poterat immolari in solennitate paschali. Exo. 12. Caetera patent usque ibi: 6 *Dederunt sacerdotibus ad faciendum.* id est, communitate, quia isti praenommati simul iuncti dederunt ista.

7 *Prepara.* Descripta preparatione debita ad solennitatem paschalem, hic consequenter ponitur executio deuota, cum dicitur: *Et steterunt.* & patet litera usque ibi.

8 *Aspereruntque.* qui ab eis estundebatur super altare.

9 *Et Leui.* licet enim hoc pertineret ad officium sacerdotum, ut habetur in Leu. tamen in necessitate propter multitudinem victimarum Leuitae poterant eos adiuuare sicut dictum fuit supra 39.

10 *Et sepa.* Ex hoc patet, quod non erant holocausta proprie dicta quae totaliter incenduntur, sed large, eo quod aliqua pars in altari cremabatur.

11 *Simi. assa.* iuxta quod in lege scriptum est Exod. 12. d. *Non comedetis ex eo crutum quid, nec coctum aqua, sed assum tatum igni.*

12 *Pacificas.* quarum maior pars cedebat in usum offerentium. Caetera patent usque ibi.

Non

A Non fuit p hife. * Hieron. Quia omnes qui inuenti sunt in illa festiuitate, ibi septē diebus cōmorati sunt, & oues sufficienter de regis sublimitate, & de ijs que supra memorata sunt, epulati sunt.

1. 1. Oz. c. 3.

* Ambros. Eadem diligite, quoniam per fidem & deuotionem Iosias magnum sibi ab vniuersis amorem acquisiuit.

† & sacerdotibus, & Leuitis, & omnis Iuda.

quoniam celebravit pascha domini, cum esset annorum decem & octo, quemadmodū nemo ante eū.

Zelo itaq; vt vicer superiores, ita & vos filij zelum Dei sumite. Exquirat vos Dei zelus, & deuoret, vt vnusquisque vestrū dicat: Exquisiuit me zelus domus tuæ.

B

Io. 2. Pal. 68. De p̄m. di. 1. c. si enim. - mox regio.

Quia ablatis figuris in die iudicij, transibunt sancti de morte ad vitam, de corruptione ad gloriam, & in conspectu conditoris sui in celesti Ierusalem in æternum gaudebunt: quia videbit Deus deorum in Sion: quā nuntiauit misericordiam suam in ciuitate munita.

Pal. 83. b.

b Ad quam Deus. Quia ex verbis Ieremie, & aliorum prophetarum potuit voluntatem domini cognoscere, qua iudicandum erat in populo peccatore. Vnde & Rabaces dixit de Sennacherib rege Assyriorum: *Domine iussit me ascendere ad terram.* quia prophetae p̄dixerant eum esse ascensurum, quod eum minime latuit.

Li. 10. Antiq. cap. 5.

* Ioseph. Dum Iosias in pace, diuitijs, atque gloria super omnes excelleret, Nechaon rex Aegyptiorum castra posuit contra Euphratem fluum, vt contra Medos & Babylonios dimicaret. qui Assyriorum dissoluerunt principatum. Habebat enim desiderium, vt regnaret in Asia.

Quæst. 58. in 4. Reg.

* Theodor. Si qui existimet reprehendi Ezechiam, vt qui fuerit magni & elati spiritus, videbit etiam Iosiam nō esse liberum ab omni reprehensione. Etenim quando Pharaon Nechaon

chao suscepit expeditionem aduersus Assyrios, studuit op̄e ferre Assyrijs. Non attendens igitur dictū prophetae ex ore domini aduersus Pharaonem conflixit p̄lio.

* Hiero. Quid inter reges Iosia sanctus? Aegyptio microchao interfecit. Quid Petro & Paulo sublimius: Neronianum gladium

Epi. stru.

a phase in tempore illo, & solennitatem a z y morū septem diebus. Nō fuit phase simile huic in Israel a diebus Samuelis prophetae, sed ne quisquā de cunctis regibus Israel fecit phase sicut Iosia & sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Israel qui repertus fuerat, & habitantibus in Ierusalem. Octauodecimo anno regni Iosia hoc phase celebratum est postquam instaurauerat Iosias templū, ascēdit Nechao rex Aegypti ad pugnandum in Charcamis iuxta Euphratem, & processit in occursum eius Iosias. At ille missis ad eum nuntijs ait: Quid mihi & tibi

a Regis. f. Adremon filij Thabrinon qui regnabat in Charcamis, quem eodem tempore, quo & Iosiam Nechao interfecit.

b est rex Iuda? Non aduersum te hodie venio, sed contra aliam domum pugno, ad quam Deus festinato me ire p̄cepit. Desine aduersum Deum facere, qui mecum est: ne interficiat te. Noluit Iosias reuerti, sed p̄parauit contra eum bellum. Nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei: verum perrexit, vt dimicaret in campo Mageddo, ibique vulneratus a sagittarijs, dixit pueris suis: † Educite me de p̄lio, quia oppido vulneratus sum. Qui transfulerunt eum de curru in alterum curru, qui sequebatur eum more regio, & asportauerunt eum in Ierusalem. Mortuusque est, & sepultus in mausoleo patrū suorum, & vniuersus Iuda, & Ierusalem luxerunt eum, Ieremias maximē, † cuius omnes cantores, atque cantatrices vsque in p̄sentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel. Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Reliqua autem sermonum Iosia, & misericordiarum eius, quæ lege p̄cepta sunt domini, opera quoque vltius prima, & nouissima scripta sunt in libro Regum Iuda, & Israel.

1 cruentarunt. Et Dei filius sustulit ignominiam crucis. Et tu putas beatos, qui felicitate istius seculi, & delicijs perfruuntur? Magna ira est, quando peccatibus non irascitur Deus.

c In campo Mageddo. Inteseptio Iosia qui a Pharaone Nechao interfecit est in Mageddo significat anti qui hostis persecutionem aduersum p̄dicatores, quos neci tradere, & de ecclesia auferre conatur, vt facilius totam plebem inuadere, & dissipare possit. Interpretatur enim Pharaon dissipans, Nechao percussio, Mageddo de tentatione. Permittitur quippe dia

bolus confurgere aduersum sanctos, & hoc totis viribus certat, vt tentando gregem Dei percussio eos prius dissipando auferat, quorum nō solutio alij contra hostem dimicant.

d Ieremias maximē, &c. * Comestor. Hic super exequias eius scripsit Threnos lamentabiles: Quomodo sedet sola ciuitas, &c. quibus utebantur cantores, & cantatrices super exequias Iosia, & longis temporibus in Iudæa supra Iosiam replicabant.

* Procopius. Tanta hominis virtus erat, vt cantoribus & cantatricibus lamentandi ipsum persona sic imposita, ac singulis annis ipsius memoria sic celebrata.

* Hierony. Quod lamentationes p̄dictæ non solum super vrbis Ierusalem vastatione, & iudicij populi captiuitate, sed etiam super Iosia regis occasum conscriptæ sint, liber verborum dierum demonstrat.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Non fuit. a diebus Samuelis prophetae. 4. Regum 23. dicitur, a diebus iudicij, & in idem redit. quia Samuel fuit vltimus iudex.

2 Sed nec. Non est per hoc intelligendum, quod istud phase fuerit excellentius omnibus p̄teritis quantū ad multitudinē populi: quia tempore Dauid & Salomonis, quando regnum fuit vniū, & nulla tribus erat captiuata, frequenter maior multitudo cōuenit in Ierusalē ad solennitatē paschalem. sed ista excellentia intelligitur, quantū ad regis Iosia liberalitatē, q̄ cum esset longe impotentior Dauid & Salomone: tamen maiora legitur munera dedisset illa solennitate. sed sufficiētia pro omnium refectioe. ideo subditur.

3 Sicut Iosia sacerdotibus. Quia dedit ad hoc triginta millia peco-

rum, & triginta millia boum, vt habetur in litera.

4 Qui repertus fuerat. Hoc additur: quia illi de regno Israel iam erant in captiuitatem ducti, exceptis aliquibus qui fugiendo euaserant, & recedente exercitu reuersi fuerant.

5 Postquā instaurauerat. Hic consequenter describitur ipsius Iosia mors, & tumulatio, & patet sententia ex dictis 4. Reg. 23. f. exceptis quæ sequuntur.

6 Qui transfulerunt. Sicut. n. principes in belis habent plures equos, sic tunc reges pugnantes in curribus habebant plures currus pro personis suis.

7 Et vniuersus Iuda. Propter bonitatem vite sue & regiminis, vt patet ex p̄dictis.

8 Ieremias max. In libro qui int̄tulat: Lamentationes Ieremie.

CAP.

ADDITIO.

In c. 35. vbi dicitur in fossil. Agnos & hados: quia tā agnus qui in hodus poterant immolari.

In

In solennitate paschali agnus debet immolari, non autē hodus: licet agnus immolāndus accipiendus esset de grege in quo essent agni & hēdi, vt latius fuit ostēsum in additione super Exod. 12.

C A P. XXXVI.

T Vlit ergo. Chryfosto. Post mortē Iosīæ, rex factus est Ioachaz filius eius, quē veniens Pharaō pp peccata eius abduxit i Aegyptū, & in loco eius posuit Eliachim fratrem ipsius alterū filiū Iosīæ qui interpretatur, Dei adiu-



dicatus, & vocavit eum alio noīe Ioachim, quod interpretatur, dñi preparatio. Cū autē & ipse malignus fuisset in Deū, quasi verē impius, in condemnationē ad iudicat⁹ a Deo, & postea preparatus ad euer- sionē Iudę, sūm iracundiā Dei veniens rex Assyriorū, abduxit eū i Babiloniā.

Qui interpretatur recens, & significat prauos rectores, quos populus terre, qui dediti sunt. s. cupiditati terrenę secundum mores suos cōsentientes vitij eligūt, quos Pharaō in Reblatha vincit, & in Aegyptū du-

cit, quia per multitudinē adulatorū eneruans decipit corda prelatorum. Rebla. n. multitudo interpretatur, neq; vinctos catenis peccatorum in spiritualis Aegypti mergit abyssum.

Constituitq; Nechao regē Ioachim constituit, imposuit mulctam terrę centum talentis argenti, quia diabolus pensum seruitij a populo perditorum expetit, vt tam sensu quam eloquio parati sint eius obsequio.

Et vertit. Notandū q, de eodē Ioachim filio Iosīæ in Regum ita scriptum est: Dormiuit Ioachim cum patribus suis, regnauitq; Ioachim filius eius pro eo. Iosephus tñ dicit, dum rex Baby- lonis intrasset ciuitatē, fidē nequaquā seruauit, sed iuuenes fortissimos & pulchritudine decoros occidit: vna cū rege Ioachim, quē an murū in sepultū, p̄ijci iussit. Filium verō eius Ioachim p̄stituit regē vniuersę puincię. Eos autē q erāt in dignitatib. p̄stituti numero tria millia, duxit in Babilonē, iter quos erat Ezechiel adhuc puer. hic ergo finis habuit Ioachim regē, q vixit an. 36. regnauit autē 12. annis. Successor verō regni Ioachim rex noīe Ononimus regn. mē sib. trib. & dieb. x.

Sciendū autē, q, cum semel qs cuilibet vitio se mancipauerit, multis dñis obnoxius erit. Vñ Ioachim quē Pharaō ante cēsum sibi solvere coegit, hūc Nabuchodonosor rex Baby- lonis trib. annis seruire cōpellit. Nabuchodonosor eundem significat quē & Pharaō, principem, s. confusionis & rectorē tenebrarum harū. Cū autem diabolus aliquē sibi cen-

sum peccati solvere coegit, totum in dominium suum redi- git, & plenum seruitium exigit, persuasione. s. delectatione, consensu, cogitatione quoque, locutione, & operatione. Hier. Sciendū q, nomen istius Ioachim, qui alio nomi- ne Iechonias dicitur, elementis non eisdem in fine apud Heb. scribitur; quo & p̄ris eius: Ioachim qui & Eliachim. Sed priorem, i. patre in fine noīs per Coph & Mem, sūm. i. filium per Caph & Nun anno- tant. Vnde nemo putet in Danielis princ. esse Ioachim in Ezechielis ex- ordio Ioachim scribitur. Extre- mā syllabā hēt iste cim, ille chin. & ideo in euangelio sūm Mathaū vna v̄ deesse gñatio, quia secūda tessaredecas in Ioachim desinit filio Iosīę. ter- tia incipit a Ioachim filio Elia- cim. Q̄ igno- rās Porphyrius calūniā struit ecclēsię, suam ostēdens impe- ritiam, dum euangelistę Matthę nititur arguere falsitatē. Ioachim captiuus in Babilonē ductus lapsū rectorū signifi- cat, q diaboli arte delusi adducunt in cōfusione errorū ac vi- tiorū, & q alios verbo & ope docere debuerāt, & p̄tō susci- tate, varijs absorbent p̄tis. Ioachim. n. resuscitās, vel q est cō- surgens in tpe. Cū eo p̄tiosi dñi vasa captiuant. Qui. n. inge- nij acumine excellebat, vel morū honestate fulgebant, pre- positorum deprauati exēplis cedūt cū ipsi in p̄dā diaboli. Regem ve. Sedecias signat eos, qui regimē in populo Dei suscipiunt. interpretatur. n. Sedecias iustus dñi. Illi enim acci- piunt sedem iustitię ad exercenda opera iustitię, honoris & officij accipiunt dignitatē, maxime quia filij Iosīæ. i. salu- tis dñi per gratiam baptismi & vñctionem chrisimatis nuncupari merentur, sed degenerantes relabuntur in vitiorum feditatem, & se subditos conuertunt ad impietatē, nec fidē quam Deo pronuerant custodiunt, nec cum hominibus pa- cis federa seruant. Tales quotidie lex diuina prophetarum, & Apōstolorum miracula a peccatis recedere, & ad dñm p̄- p̄niam reuerti monent. Sed semel indurati verba salutis de- spiciunt. vnde Deus iratus mittit contra eos regem Chal- dæorum, idest, diabolum cum satellitibus suis, idest, sp̄ualibus nequitij, qui nulli parentes ætati, nulli deferentes di- gnitati, quoscūq; capiunt in Babilonem, idest, in confusio- nem transferunt: & domum domini incendunt, q̄a fideles, qui sunt

C A P. XXXVI. Vlit ergo populus terrę Ioachaz filium Iosīæ, & con- stituit eum pro patre suo regem in Ierusalem. Viginti- trium annorum erat Ioachaz, cum regnare cōpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Amouit autem eum rex Aegypti cum venisset in Ierusalem, & condemnauit terram centum talentis argenti, & ta- lēto auri. Constituitq; regē pro eo Eliachim fratre eius sup Iudā & Ieru- salē: & vertit nomē eius Ioachim. Ipsū vero Ioachaz tulit secū, & abduxit in Aegyptum. Vigintiquinque annorum erat Ioachim, cum regnare cō- pisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: fecitque malum coram domino Deo suo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babilonem. Ad quam & vasa domini transtulit, & posuit ea in templo suo. Reliqua autem verborū Ioachim & abominationum eius, quas fecit, & quę inuentę sunt in eo, continentur in libro regum Iuda, & Israel. Regnauit autem Ioachim filius eius pro eo. Octo annorū erat Ioachim cum regnare cō- pisset, & tribus mensibus, ac decem diebus regnauit in Ierusalem. Fe- citque malum in conspectu domini. Cumque anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex nuntios, qui & adduxerunt eum in Baby- lonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus domini. Regem vero

annorū erat Ioachim, &c. Dicendum, q Ioachim pater eius regna- uit 11. annis, vt habetur in textu. & secundo anno regni sui instituit filiu suum Ioachim regem qui tunc erat octo annorū, vt hic dicitur, & quia regnauit 10. annis cura patre, ideo fuit 18. annorū, quando cepit regnare mortuo patre, & sic loquitur scriptura 4 Reg. 8 Cumq;. Non est intelligendum q anni circulus esset reuolutus a principio regni sui, quia post patrem regnauit tantum tribus mensib. & 10. diebus, vt habetur in textu, sed dicitur hic reuolutio anni tēpus aptum procedendi ad bellum in quo exercitus Babilonicus venit con- tra eum, & hoc fuit post tres menses, & x. dies suę coronationis. 9. Regem. Hic cōsequenter agitur de tempore Sedecię qui fuit ter- tius filius Iosīæ, & primo ponitur tēporis sui descriptio, & secūdo hu- ius libri ad li. Esdrę cōtinuatio, ibi: Anno autē primo. Circa primū primo ponit Sedecię & populi sui multiplex trāsgressio. secūdo sequēs punitio, ibi: Adduxit sup eos. Circa primū dicitur: Regē verō. In Heb. habetur. fratē eius, eo modo loquendi quō Arabā vocant Loth nepotē suum fratē suum Gen. 13. quia certū est q iste Sedecias fuit auunculus Ioachim, quia fuit frater patris sui, vt patet ex p̄d. li: Nec

Quest. in hunc lib.

Differētia in- ter Ioachim & Ioachim.

E

Vide textum ad hoc in se- quenti folio.

F

Diuisio.

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XXXVI.

T Vlit ergo. Hic vltimo agitur de tempore filiorum Iosīæ, & diuiditur in tres partes, secundum filios eius. secundū ibi: Constituitq;. tertia ibi: Regē verō constituit. Sententia primę partis patet ex dictis 4. Reg. 23. f. 2 Constituitq; regem. Hic consequenter agitur de tempore Ioachim filij Iosīæ, & secūdo de tempo- re filij eius, ibi: Regnauit autē Ioachim. Sententia autē primę partis patet ex dictis 4. Reg. 23. in fi. & in prin. 24. cap. excepto qd sequitur: 3 Et vinctum. Fuit enim vinctus catenis ad hoc quod ibi duceretur, sed mutatum fuit cōsiliū, eo q rebellauerat contra regem Baby- lonis, & fuit occisus, & proiectum cadauer eius extra murum Ierusa- lem, prout dictum fuit 4. Reg. 14. 4 Reliqua autē ver. Idē, stig- mata & figurę, quas fecerat in corpore suo in honorem idolorum. 5 Et quę inuentę. idest, in cadauere eius proiecto, vt dictum est. 6 Regnauit. Hic cōsequenter agitur de tēpore Ioachim nepotis Io- na, & patet sūa ex dictis 4. Reg. 25. c. & d. excepto quod sequitur. 7 Octo ann. erat Ioachim. 4. Reg. 24. b. dicitur: Decē & octo annorum

annorū erat Ioachim, &c. Dicendum, q Ioachim pater eius regna- uit 11. annis, vt habetur in textu. & secundo anno regni sui instituit filiu suum Ioachim regem qui tunc erat octo annorū, vt hic dicitur, & quia regnauit 10. annis cura patre, ideo fuit 18. annorū, quando cepit regnare mortuo patre, & sic loquitur scriptura 4 Reg. 8 Cumq;. Non est intelligendum q anni circulus esset reuolutus a principio regni sui, quia post patrem regnauit tantum tribus mensib. & 10. diebus, vt habetur in textu, sed dicitur hic reuolutio anni tēpus aptum procedendi ad bellum in quo exercitus Babilonicus venit con- tra eum, & hoc fuit post tres menses, & x. dies suę coronationis. 9. Regem. Hic cōsequenter agitur de tempore Sedecię qui fuit ter- tius filius Iosīæ, & primo ponitur tēporis sui descriptio, & secūdo hu- ius libri ad li. Esdrę cōtinuatio, ibi: Anno autē primo. Circa primū primo ponit Sedecię & populi sui multiplex trāsgressio. secūdo sequēs punitio, ibi: Adduxit sup eos. Circa primū dicitur: Regē verō. In Heb. habetur. fratē eius, eo modo loquendi quō Arabā vocant Loth nepotē suum fratē suum Gen. 13. quia certū est q iste Sedecias fuit auunculus Ioachim, quia fuit frater patris sui, vt patet ex p̄d. li: Nec

qui sunt templum Dei, blasphemare cōpellūt. Muros Ierusalē destrunt, cum custodias pastōrū deiecerint, turres cōburrunt, cum p̄latos per illicita delicta exurunt. oē pretiosum demoluntur, cum eos qui de virtutis & scientiæ prærogatiōe sibi applaudunt, ad nihilum redigunt.

Finis libri Pa-

† fratrem

† Humiliavit
se a facie

tal. Finis prin-
cipio libri sa-
cerdotis Esaię.
vnde quod ibi
expōsumus. hic
replicare nō est
opus. De Cyro
quoque quomodo
Christū
significet, &
quæ de eo dicitur,
& quæ ad
ipsum referantur,
in Esaiā ex-
posuimus.

Allegorice.
Bala.
R. habuit.
A. Salomon.

B

Salomō tem-
plum dñi septē
annis cōstituit
in Ierusalē, o-
ctavo anno con-
sumant & de-
dicavit: quia to-
to tempore hu-
ius vitæ quæ se-
p̄m diebus a-
gitur: Christus
ecclēsiā con-
struit de suis fi-
delibus. In futu-
ra vita peribit,
& ad æternę vi-
tæ claritatē vi-
sionē sustollit
in gloria resur-
rectionis proce-
dente tempore
quædā tēp̄a ad-
dificia vetusta-
te dissoluta sūt,
sicut infantia re-
gū & sacerdotū
ih̄us temporis
restaurata i pri-
stinū statū, quæ
signat quodiam
nos & leuissi-
mos erratus si-

Prou. 24. b.

C

deliā De quibus Salomon: *Septies, inquit cadit iustus, & resur-
git, qui per exēpia & hortamenta iustorū corrigunt, quali p̄
indulgentiā regum & sacerdotū, qui sunt mēbra veri regis &
summi sacerdotis. Postmodū crescentibus malis tēplū do-
lorum*

lorum foridib. prophanatū, & tandē a Chaldæis destructum
& incensum, signat grauiores lapsus eorum, q. ecclēsię mē-
bris adunati, sed post fraudē diabolica statu fidei deiecit. vi-
torū flāma cōburunt. Diruto tēplo, & vrbe Ierusalē emes-
in Babylonē transmigrati, post lxx. annos peracti p̄tia ad pa-
triam reuersi, rur-
sus idē templū
& vrbe sanctā
labore gradire
staurāt. Signan-
tes eos qui dece-
pti a diabolo nō
solum fidei syn-
ceritatē & ope-
ris integritatem
perdunt, sed et
immanitate sce-
lerum ethnicis
& publicanis si-
miles sunt. Quo-
rum nonnulli
diuina gratia re-
suscitantes ad
ecclēsiā redeūt
cū illustratione
spiritus sancti
cōpuncti, præ-
cepta legis quæ
reliquerant, au-
dire & custo-
dire incipiunt.
Septem enim
sunt dona Spiri-
tus sancti, decē
præcepta legis.
septē verō per
decem multi-
plicata septua-
genarium red-
dunt. Vnde be-
ne qui per ope-
ra peruersa in
Babylone cap-
tini fuerunt,
post lxx. annos
liberantur: &
domum Dei ac
ciuitatem san-
ctam reedifi-
cant. Qui enim
per sua pecca-
ta a commu-
nionē ecclēsię

constituit Sedeciam m̄ patrūm eius super Iudā & Ierusalem. † Viginti
& vnus anni erat Sedecias, cum regnare cōpisset, & vndecim annis
regnavit in Ierusalē. † Fecitque malum in oculis domini Dei sui,

† Alias ore Dei.

nec erubuit faciem Ieremię prophetę loquentis ad se in ore domini.
A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per
Deum & indurauit ceruicem suam, & cor, vt nō reueteretur ad domi-
num Deum Israel, sed & vniuersi principes sacerdotū, & populus præ-
uaricati sunt iniquē iuxta vniuersas abominationes gentiū, & pollue-
runt domum dñi quam sanctificauerat sibi in Ierusalē. Mittebat autē
dñs Deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de
nocte consurgens, & † quotidie cōmonēs, eo quod parceret populo,
& habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios Dei, & paruipēdebāt
sermōnes eius. Illudebātque prophetis donec ascēderet furor domi-
ni in populum eius: & esset nulla curatio. Adduxit. n. super eos regē
Chaldæorū, & interfecit iuuenes eorū gladio in domo sãctuarij sui.
Non est misertus adolescētis, & virginis, & senis, nec decrepiti qui-
dem, sed omnes tradidit in manibus eius, vniuersaq; vasa domus do-
mini tam maiora quàm minora, & thesauros templi, & regis, & prin-
cipū transfudit in Babylonē. Incenderunt hostes domū Dei, destru-
xeruntq; murum Ierusalē. Vniuersas turres cōbussērunt, & quicquid
pretiosum fuerat, demoliti sūt. Si quis euaserat gladiū, ductus in Ba-

a Diabolo. b Virtus. c Quod donec exurgat aliud regnum prophetico elogio prænun-
tium & corruat peccati regnum diuino iudicio.

bylonem, seruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Persarū, vt
compleretur sermo domini ex ore Ieremię, & celebrāret terra lab-
batha sua. Cunctis enim diebus desolationis egit sabbathū vsq; dū
complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Per-
sarum, ad explendum sermonē dñi, quem locutus fuerat per os Iere-
mię, † suscitauit dñs spiritum Cyri regis Persarum, qui iussit prædica-
ri in vniuerso regno suo et per scripturam, dicens: † Hęc dicit Cyrus
rex Persarū. Omnia regna terræ dedit mihi dñs Deus cæli, & ipse præ-
cepit mihi, vt edificarē ei domū in Ierusalē quę est in Iudæa. Quis ex
vobis est ex omni populo eius, sit dñs Deus suus cum eo, & ascēdat.

separati, & infidelū numero sunt copulati, rursūm per do-
na spiritus sãcti studio se bonę operationis exercent, & sic
cōfortium fidelium domus, scilicet & ciuitatis Dei de qua
eieci fuerant, recipiunt.

Expositio

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Nec erubuit. Et sic concupit prophetam, & dominum eum mit-
tentem, & maxime, quia non solum verbo eius non acquieuit, sed
etiam ipsum in carcere reclusit, vt habetur Ier. 32.
- 2 Qui adiurauerat. Et sic sui transgressor iuramenti.
- 3 Sed & vniuersi. Quia ad malitiam regis sequuta est malitia in
omnibus alijs.
- 4 Mittebat autem. In quo apparet diuina miseratio.
- 5 At illi. In quo dicitur de eorum obstinatio.
- 6 Et esset. R. spiritū p̄nē quę infligenda erat ex determinatione di-
uine sententię, tamen respice ad culpā, siemper potest esse curatio, quan-
dū homo habet vsū lib. arbitrij in via p̄sensu.
- 7 Adduxit. Hic cōsequēter describitur se. non puritio, cū dicitur:
8 In manu. Vbi creditur se habere aliqđ refugij pro sanctitate loci.
- 9 Non est am. Ex propositis vritis p̄mittit, quia in bellis solet
pari lib. personis. Cetera patet ex dictis 4. Reg. 35. vbi plenius tra-
ditur vsq; ibi.
- 10 Si quis euaserat. exceptio Godolia & populo
p̄cipue sollicita eius dñi, vt habetur 4. Regum ult. & aliquibus
lib. scribitur qui euaserunt fugiendo.
- 11 Donec rex Persarū. scilicet Cyrus qui dedit licentiam Iudæis
recedendi in terram suam, vt habetur infra.
- 12 Vt com. fer. De lxx. annis huius Babylonicę captiuitatis.

Et ce.

- 13 Et cæl. Id est, quiesceret a cultura, quia toto illo tēpore pro maio-
ri parte remansit inculta.
- 14 Anno aut. Hic ultimo ponitur con-
nuatio huius libri ad li. Esaię, quę incipit a reductione captiuitatis Ba-
bylonicę, sicu iste liber terminat in deducione populi in Babylonē, vt
patet ex prædictis, dicit igitur: Anno autem. scilicet tempore suę monar-
chię, quia iam pluribus annis regnavit in Perside, & postea inuit cum
Dario anunculo suo rege Medorū contra Babylonem, sub tali conue-
tione, qđ capta Babylonia, Darius primo regnaret, & post eum monar-
chia denentret ad Cyrū qđ & factū est mortuo Dario, qui post destru-
ctiōnē Babylonię, vixit duobus annis: et tūc Cyrus remisit captiuitatē.
- 15 Ad explendum. Quia tūc fuerunt 70. anni transmigratiōnis
completi, quos prædixera Ieremias. Ierem. 25. cap. & 29.
- 16 Suscitauit dominus. id est, voluntatem Cyri regis Persarum,
per ipsam enim monarchia translata est ad Persas.
- 17 Qui iussit prædicari. id est, solenniter diuulgari.
- 18 Omnia regnatare. id est, multa regna, quia regna Orientalia
fuerunt ei subiecta, non autem Occidentalia, & est modus loquendi
hyperbolicus ad sui magnificentiam.
- 19 Et ipse præ. Signatum enim fuit sibi de prophetia Esa. 45. & in
eo completa, vbi prædixit Esaias, qđ Cyrus subiiceret sibi gentes, & re-
gna, & captiuitatem Iudeorum remitteret, & templum reedificari
præciperet, quod & factum est, vt plenius habetur Esaię. 1.

Exposi-

Expositio orationis Manasses.

Domine Deus. Clemens Rom. Aequum est, Episcopo, ut in iudicando, Dei sententiam sequaris: & si Deus iudicat peccatores, vel conuersos, item in eodem modo iudices. Nonne Dauid lapsum, increpatum per Natha,

dicentemque se penitere, continuo morte liberauit? Ionam nolentem Niuiitis predicare, iussit a mari atque acetate deuorari, orantem in ventre ceti, ab interitu ad vitam reduxit? Ezechiam paululum in superbiam elatum cum lachrymis rogantem, crimine liberauit? Audite o Episcopi, uile ad tales res exemplum. Scriptum est enim in quarto Regum, & in secundo Paralipomenon lib. dicendum, his uerbis: Regnauit Manasses, &c. Et postquam uolenter afflictus est: quesituit faciem domini Dei sui, &c. Et orauit ad dominum dicens: Domine omnipotens Deus, &c. Audistis quemadmodum dominus eum qui idola coluerat, & multos infantes occiderat, leuiter castigatum recepit, & dimissis delictis, eum in regnum reduxit. Non solum enim penitentibus indulget, sed etiam pristinam dignitatem restituit, &c. Nazianzenus. Dominus Deus iusto iudicio misericordiam expendere solet. Nam & Pauli plantationem accipit, & rigationem Apollo, & duo uiduae minuta, & publicani deiectionem, & Manassis confessionem. Iustorum omnipotens Deus est, non impiorum, qui sibi noua fragmenta componunt. Cur istorum trium tantum Deus est, & non etiam aliorum? Quia in istis Christiani mysterij figurata est plenitudo. Per Abrahamam Christi natiuitas: per Isaac congregatio credulae plebis: per Iacob resurrectio intimata est saluatoris. Mare Tropo. Mare populus subditus idololatrie, qui infidelitatis fluctibus vagabatur, quem dominus uerbo suo signauit, cur: Christi crux (qui uerbum patris) cordibus & frontibus eorum insignitur, quod est mare signari uerbo diuino. Quod omnes. Tremunt angeli, presentiam contemplantes: patient homines, iudicium expectantes: formidant demones, uirtutem ingentissimam sentientes: quia uultus domini circumspicit uniuersa. Uniuersa rationalis creatura, et si non omnis respicit creatorem, uirtutem tamen eius agnoscit omnis.

Super peccatores. Non aduersus, unde in euangelio. Sed ira Dei

Dei manet super eos. originis uidelicet damnationis, vel ecclesiis iudicij, quia non de inferioribus, sed de superioribus iudicantur peccatores a caelo enim iudicium iaculatum est. Immensa uero. Immensa misericordia domini dicitur, quonia euangelica promissa nullam hnt promissam mensuram. Legalia uero mensurata fuerant. unde: Replebo cellaria uestra tritico, uino, & oleo, &c. Et inuestigabilis misericordia. Superant enim imbecillitatem nostram diuinae promissiones, quae nec sermonibus explicari, nec oculis possunt contemplari. Dominus Deus altissimus. Nihil mirum est in laudibus Dei quod dictum est: Tu es Deus altissimus super omnem terram. Et caeli, & angeli altiores sunt terra, nisi mirabilis intendamus. Mysterio nimirum Christi praedictum, qui cum fuisset caro (quia uerbum caro factum est,) altissimus factus est super omnem carnem, quae terrae nomine nuncupatur. Longanimis. Peccatores ad penitentiam differendo, nec delicti tempore puniendo. Multum misericors. Quoties peccaueris ueniam pollicendo. Penitens super malitiam. Quod testatur Iere. ostendens dominum promittere bona bonis, & mala malis: sed tamen posse uictorio citroque conuerti, si commutatio fuerit infecuta. Nec de bona pollicitatione securior uideatis cum facies mala, nec de mala comminatione distidas si conuersus facias meliora. Multum misericors. Siquidem si semel indulgentiam tribuisset misericors: nunc autem cum frequenter delinquentibus, frequenter misericordiam impedit, multum misericors appellatur. His qui tibi non peccauerunt. Peccauerunt, utique, & in delicto nati sunt genitrali. Haeredes nimirum Adae, sed gratia gratis praesenti sine peccato sunt constituti, qui etiam de peccatorum semine propagati. Super numerum arenam maris, multiplicatae sunt iniquitates. Solent delicta capillis capitis aliquoties coaptari, sicut propheta egregius: Comprenderunt me iniquitates meae, & non potui ut uiderem. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. Arenae maris ille, capillis iste comparat multitudinem peccatorum. Sed interest, quod arenae maris ille, qui uictorum ponderibus ita uolentissime praegratur, ut sub eorum sarcina nequeat respirare.

Oratio Manasses Regis Iuda cum captus teneretur in Babylone, quae neque in Hebraeo, neque in Graeco habetur.



Domine Deus omnipotens patrum nostrorum Abraham, Isaac, & Iacob, & semini eorum iusto, qui fecisti caelum & terram cum omni ornatu eorum, qui signasti mare uerbo praeccepti tui, qui conclusisti abyssum & signasti terribili, & laudabili nomini tuo, quod omnes pauent & tremunt a uultu uirtutis tuae, & insustentabilis ira super peccatores cominationis tuae. Immensa uero & inuestigabilis misericordia promissionis tuae, quoniam tu es dominus Deus altissimus super omnem terram longanimis & multum misericors, & poenitens super malitiam hominum. Tu autem domine secundum bonitatem tuam promissisti poenitentiam remissionis peccatorum, & tu Deus iustorum non posuisti poenitentiam iustis Abraham, Isaac, & Iacob: his qui tibi non peccauerunt, sed posuisti poenitentiam propter me peccatorem, quoniam peccaui super numerum arenae maris.

Dei manet super eos. originis uidelicet damnationis, vel ecclesiis iudicij, quia non de inferioribus, sed de superioribus iudicantur peccatores a caelo enim iudicium iaculatum est. Immensa uero. Immensa misericordia domini dicitur, quonia euangelica promissa nullam hnt promissam mensuram. Legalia uero mensurata fuerant. unde: Replebo cellaria uestra tritico, uino, & oleo, &c. Et inuestigabilis misericordia. Superant enim imbecillitatem nostram diuinae promissiones, quae nec sermonibus explicari, nec oculis possunt contemplari. Dominus Deus altissimus. Nihil mirum est in laudibus Dei quod dictum est: Tu es Deus altissimus super omnem terram. Et caeli, & angeli altiores sunt terra, nisi mirabilis intendamus. Mysterio nimirum Christi praedictum, qui cum fuisset caro (quia uerbum caro factum est,) altissimus factus est super omnem carnem, quae terrae nomine nuncupatur. Longanimis. Peccatores ad penitentiam differendo, nec delicti tempore puniendo. Multum misericors. Quoties peccaueris ueniam pollicendo. Penitens super malitiam. Quod testatur Iere. ostendens dominum promittere bona bonis, & mala malis: sed tamen posse uictorio citroque conuerti, si commutatio fuerit infecuta. Nec de bona pollicitatione securior uideatis cum facies mala, nec de mala comminatione distidas si conuersus facias meliora. Multum misericors. Siquidem si semel indulgentiam tribuisset misericors: nunc autem cum frequenter delinquentibus, frequenter misericordiam impedit, multum misericors appellatur. His qui tibi non peccauerunt. Peccauerunt, utique, & in delicto nati sunt genitrali. Haeredes nimirum Adae, sed gratia gratis praesenti sine peccato sunt constituti, qui etiam de peccatorum semine propagati. Super numerum arenam maris, multiplicatae sunt iniquitates. Solent delicta capillis capitis aliquoties coaptari, sicut propheta egregius: Comprenderunt me iniquitates meae, & non potui ut uiderem. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. Arenae maris ille, capillis iste comparat multitudinem peccatorum. Sed interest, quod arenae maris ille, qui uictorum ponderibus ita uolentissime praegratur, ut sub eorum sarcina nequeat respirare.

conclusisti abyssum & signasti terribili, & laudabili nomini tuo, quod omnes pauent & tremunt a uultu uirtutis tuae, & insustentabilis ira super peccatores cominationis tuae. Immensa uero & inuestigabilis misericordia promissionis tuae, quoniam tu es dominus Deus altissimus super omnem terram longanimis & multum misericors, & poenitens super malitiam hominum. Tu autem domine secundum bonitatem tuam promissisti poenitentiam remissionis peccatorum, & tu Deus iustorum non posuisti poenitentiam iustis Abraham, Isaac, & Iacob: his qui tibi non peccauerunt, sed posuisti poenitentiam propter me peccatorem, quoniam peccaui super numerum arenae maris.

Expositio magistri Nicolai de Lyra, super Orationem Manalles.

Domine Deus omnipotens. Ista oratio regis Manasses non est in Hebraeo nec est de textu: & ideo non intendo eam: exquisitè exponere, seu tantum breuiter pertransire. In hac enim oratione, primo recurrit ad diuinam magnificentiam, secundo recognoscit propriam miseriam, ibi: Quoniam peccaui. tertio petit misericordiam, ibi: Et nunc flecto. Circa primum confitetur primo Dei omnipotentiam siue maiestatem propter quam debet coli dicens: Domine Deus.

2 Qui signasti mare. dicens Gen. 1. a. Congregentur aquae quae sub caelo sunt in locum unum, &c. 3 Qui conclusi. Repetitio est eiusdem, quia mare & abyssus idem important. Secundo facitur eius institutum seu equitatem qua debet timeri, dicens: Terribili laudabili, &c. Tertio eius misericordiam seu pietatem, qua promissit poenitentibus misereri, ibi: Et inuestigabilis misericordia promissionis tuae, &c. Et sequitur. 4 Quoniam pecc. Haec recognoscit suam miseriam. primo in peccatorum multitudine, ibi: Super numerum arenae maris, &c. & eorum grauitate, seu magnitudine, ibi: Statuens abominationes, & multiplicans offensiones, & patet.

Qui

Et nunc.

A respirare. Is autem qui carnalibus conuincitur incentiuus, facile tamen medicinali ferro potest putredinem refecare, capillis capitis comparat offensam suam.

a *Incuruatus sum.* Malorum comparatio diuersitate fecernitur numerosa. Videtur quedam elucescere ratio veritatis:

ut pro delicti modo persecutorum quispian puniatur, quo pena cruciatus sanctis ingessit, ut anima rex Iuda incuruatus est, & Manasses non vno vel duobus, sed multo v. f. Tot enim sibi vincula spiritalis ferri in quibus ligaretur, impressit: quot ipse sanctorum membrorum iniecit:

B *Quia excitauit, &c.* Inquis actibus prouocando. Excitauit ergo iracundiam Dei, qui mala coram Deo committit. Sed videndum, quia malum singulariter se commississe testatur, hec vnus mali commissio indignationem domini prouocauit, cum multi multa fecerunt mala, nec illico est vitio subsecuta. Quod malum exponit, statuens abominationem. In sacris voluminibus abominatio siue offensa simulacra dicuntur, quam qui fuit veneratus, purificationis crimine polluitur. Possunt & aliter intelligi. Omne peccatum offendiculum est, in quo vtiq; offenditur ad ruinam. Similiter etiam abominatio: quia Deus abominatur omne delictum, quod in preuaricationis corde defixum efficitur simulacrum. Congruit & doctrinis demoniorum aptari quae verae abominationes & offensiones grauissimae, quibus ira domini prouocatur.

Rabbanus.

c *Et nunc flecto ge.* Genua cordis flectit, ut simplici postulatione delect, quod paterna presumptione peregerat. In similitudinem hominis exterioris interiore describit.

d *Peccauit domine, peccauit.* Iteratio ostendit verae humilitatis supplicantis, quasi dicat: Peccauit spiritu, peccauit cogitationibus, peccauit factis, peccauit fornicationibus, peccauit in Deum, peccauit in proximum. Non leui pronuntiat tunc doloris haec verba sunt relegendae: sed cum eadem grauitate qua dicta sunt accipiantur: Ne leuiter percurrat animus acer ista, sed cum dolore graui, & patientia tristitia paucis verbis vim magnae rei sapiat coartari. Penitens quippe aut tacitus labijs, fletibus indulgentiam silentio deprecetur: Aut etiam si loquendum aliquid ex dolore

C *Ne leuiter percurrat animus acer ista, sed cum dolore graui, & patientia tristitia paucis verbis vim magnae rei sapiat coartari. Penitens quippe aut tacitus labijs, fletibus indulgentiam silentio deprecetur: Aut etiam si loquendum aliquid ex dolore*

dolore contriti pectoris suaderetur, paucis loquatur, quia mentis contritio, non oris locutio dominicam pietatem inflectit. *Cor enim contritum & humiliatum, Deus non spreuit.* *Ne simul perdas.* Non ait, ne damnes me cum iniquitatibus meis. Quod enim damnatur in substantia sua retorquetur.

Quod vero perdit, & aeternè perditur: id agitur, ut quod habebatur, in nihilum redigatur.

f *Cum iniquitatibus.* Nota iniquitates nullam habere substantiam. Omne quippe peccatum, febris est animae, quae dum auferitur, in nihilum reuocatur.

g *Quia indignum sal.* Indignos dominus saluat, non pro merito delictorum retributionem impendens, sed propter misericordiae bonum, veniam superfundens.

Dignus. n. est qui saluat indignum, & ex dignitate sua fecit dignum, quem culpabilis vitae tractus faciebat indignum.

h *Secundum magnam misericordiam.* Qui secundum magnam misericordiam se querit saluari, non temporalis, sed aeternae vitae salutem inquit. Equidem misericordiam pertinere ad hanc vitam estimo temporalem: magnam autem misericordiam, remunerationi concurrere sempiternae.

i *Omnibus diebus vitae meae.* Prudens expectator aeternae salutis, non paucis tempore, sed omni tempore vitae suae Deum laudat. Deus in diebus vitae laudatur, in diebus autem mortis non potest laudari: Sic itaque qui delictorum morti subditus iacet iniquitatibus inuolutus, Deum laudare non potest. *Non est enim speciosa laus in ore peccatoris.* Conuersus vero cum fuerit tanquam de morte translatus ad vitam, illico laudis officio dignus inuenitur, consorsque superioribus virtutibus iudicatur, dum illum laudat in terris quem ille quoque glorificauit in supernis.

k *Omnis virtus caelorum.* Cherubim, seraphim, throni, & dominationes, archangeli, sedes, virtutes, angeli, ministrantque: multa sunt officia quae fortasse aut nos in libris posita factis non possumus inuenire, aut humanis celata sentibus inquirere non valemus.

l *Gloria in secula seculorum.* Est gloria temporalis: de qua: *Ne timeas, cum diues factus fuerit homo, cum multiplicata fuerit domus eius.* Est & alia gloria sempiterna. Sit gloria domini in seculum, cui & humana creatura & angelica famulantur, Amen.

BEATI

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et nunc flecto. Hic consequenter petit misericordiam. primo reuolueret di. Et nunc flecto genua cordis mei, quia genua corporis flectere non poterat, impeditis corporibus ferri: secundo in silentio ibi: **2** Peto rogans te domine. Petitionem suam pluries & multipliciter re-

ter replicado: tertio confidetur presumens de diuina misericordia, ibi **3** Quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam. Et promittens emendari, ibi: Et laudabo te semper. Et sic terminat orationem dicens: **4** Quoniam te laudat omnis virtus caelorum. i. omnes ordines angelorum, & tibi est gloria in secula seculorum, Amen.

Finit Expositio Orationis regis Manasses.

BEATI HIERONYMI

ad Domnionem & Rogatianum in Esdras,
& Nehemiam prologus.



Trum difficilius sit face-
re quod poscitis, an ne-
gare, necdū statui. Nam
neque vobis aliquid im-
perantibus abnuere, sen-
tentia est: & magnitu-

do oneris imposita ita cervices premit, ut an-
tē sub fascē ruendum, sit quam leuandum.
Accedunt ad hoc invidorum studia, qui om-
ne quod scribimus, reprehendendum putant.
Et interdum contra se conscientia repugnante,
publicē lacerant qua occultē legunt, intan-
tum ut clamare compellar, & dicere: † Do-
mine libera animam meam à labijs iniquis,
& à lingua dolosa. Tertius annus est, quod
semper scribitis atq; rescribitis, ut Esdrę li-
brum, & Esther vobis de Hebręo transferā,
quasi non habeatis Gręca & Latina volu-
mina, aut quicquid illud est quod à nobis
veritur, non statim ab omnibus conspuendā
sit. Frustra autem (ut ait quidam) niti, ne-
que aliud fatigando nisi odium querere, ex-
tremę dementię est. Itaque obsecro vos mi
Domnion & Rogatiane charissimi, ut priua-
ta lectione contenti, librum non efferatis in
publicum, nec fastidiosos cibos ingeratis, vite
tisq; eorum supercilium, qui iudicare tantū
de alijs, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui
autem fratrū sunt, quibus nostra non displi-
cent, his tribuatis exemplar, admonentes, ut
Hebręa nomina (quorum grandis in hoc vo-
lumine copia est) distinctē, per & intervalla
transcribant. Nihil enim proderit emendas-
se librum nisi emendatio librariorum diligen-
tia conseruetur. Nec quenquam moueat qd
vnus à nobis liber editus est, nec apocrypho-
rum tertij et quarti libri somnijs delectetur,
quia & apud Hebręos Esdrę, Nehemęq;
sermones in vnum volumen coarētantur, &
quę non habentur apud illos, nec de viginti-
quatuor senibus sunt, procul sunt abijciēda.
Si quis autem septuaginta vobis opposuerit
interpretes, quorū exemplaria varietas ipsa
lacerata & inuersa demonstrat, nec potest
vitiq; verum asseri, quod diuersum est, mit-

tite cum ad Euangelia, in quibus multa po-
nuntur quasi de veteri testamento, quę apud
septuaginta interpretes non habentur, velut
illud † quoniā Nazareus vocabitur, & ex
Aegypto vocauit filium meum: & videbunt
in quem compunxerunt: multaq; alia, quę la-
tiori operi reseruamus. Et quęrite ab eo vbi
scripta sunt. Cumq; proferre nō potuerit, vos
legite de his exemplaribus qua nuper à nobis
edita, maledicorum quotidie linguis confo-
diuntur. Sed ut ad compendium veniam, cer-
tē quod illaturus sum, exquisitum est. Edi-
di aliquid, quod non habetur in Gręco, aut
aliter habetur quā à me versum est. Quid
interpretem laniant? Interrogent Hebręos, et
ipsis autoribus translationi meę vel arrogēt,
vel derogent fidem. Porro aliud est, si clausis
(quod dicitur) oculis mihi volunt maledice-
re, & non instantur Gręcorum studium & E
benevolentiam, qui post septuaginta transla-
tores iam Christi euangelio coruscante, Iu-
dęos & Hebionitas legis veteris interpretes
Aquilam videlicet, & Symmachum, &
Theodotionem, & curiosē legunt, & per Ori-
genis laborem in hexaplis, ecclesijs dedica-
runt. Quāto magis Latini grati esse debe-
rent, qd exultantem cernerent Gręciam à se
aliquid mutuari? Primum enim magnorum
sumptuum est, & infinitę difficultatis, exem-
plaria posse habere omnia, deinde etiam qui
habuerint, & Hebręi sermonis ignari sunt,
magis errabunt, ignorantes quis ē multis ve-
rius dixerit. Quod etiam sapientissimo cui-
dam nuper apud Gręcos accidit, ut interdū
scripturę sensum relinquens, vniuscuiuslibet
interpretis sequeretur errorem. Nos autē
qui Hebręę linguę saltem paruam habemus
scientiam, & Latinus nobis utcunq; sermo E
non deest, de alijs magis possumus iudicare,
& ea quę ipsi intelligimus in nostra lingua
promere. Itaque licet hydra sibilet, victorq;
Sinon incendia iactet, nunquam meū iuuan-
te Christo silebit eloquium, etiam præcisa lin-
gua habuit iet. Legant qui volunt, qui no-
lunt abijciant: euentilent apices, literas ca-
lumnientur. Magis vestra charitate provo-
cabor ad studium, quā illorum detractio-
ne & odio deterrebor.

CAP. I.



In anno primo Cyri. Athanasius. Esdras iste sacerdos & lector cum esset, reditum filiorum Israel ex Persiam Ierusalem exposuit, in primo libro tradit quomodo cura reditus fuerit in

manu Iesu filij Iosedech, & Lidda, & Zorobabel, & Neemaz, Eunuhi Iudaei. O. c. fione in vetero reditus hanc ponit. Tres milites regem custodientes, quorum unus erat Zorobabel, circa questionem quandam contendebant, facta promissione, ut qui vincesset quicquid vellet peteret. Hac, quia dixerat Zorobabel, victor evasit. Cum autem iussus esset petere quod vellet, petijt ut Israclis captivitas solueretur, & Ierusalem reedificaretur, atque ita ut petijt, factum est. Dimissa est captivitas: Et enim tempus irae Dei, sexaginta, scilicet anni, tunc adimpletum erat.

Iosephus. Primo autem anno regni Cyri, qui fuit transmigracionis nostrae Babylonicae septuagentesimus, miseratus est Deus captivitatem, & calamitatem terramoto illius populi, & sicut illis per Hieremiam prophetam ante dirutam urbem praedixerat, quod postquam seruerint

ESDRÆ

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

In anno primo Cyri regis Persarum, ut

runt Nabuchodonosor cuiusque posteris per annos septuaginta, rursum eos restitutus esset in patriam, & adificatio templo reditum essent ad felicitatem pristinam, ita eis omnia praestat. Excitato enim ad id Cyri animo, effecit ut ille in hunc modum per vniuersam Asiam scriberet. Hae dicitur ex Cyrus, &c.

Beda. Sicut Cyrus destructo Chaldaeorum imperio populum Deriberavit, & in patriam remisit, & templum incensum Ierusalem reedificari praecepit, & hoc edictum etiam per literas manifestante, ita Christus destructo diaboli regno, electos suos qui erant dispersi ab eius tyrannide, in ecclesiam congregauit, quae in presenti iustificata ex fide pacem habet ad Deum per ipsum, & ad visionem perpetuae pacis festinat. Ierusalem quippe visio pacis dicitur. Templum quoque incensum restaurari facit, cum illos qui insidijs diaboli fidem perdididerant, ad salutem reducens, habitatione sua dignos efficit, scripturas etiam sacras & sanctas per vniuersum mundum mittit, quibus fidem sui nominis & spem salutis cunctis qui ad regnum suum pertinent, id est, electis, praedicat.

Christus quoque ait. Necessum est impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi & prophetis, & prophetis de me.

Et

Incipit Postilla venerabilis magistri Nicolai de Lyra in Librum Esdrae, & primo Prologus eiusdem.



Rit sacerdos super folio suo, Zachar. 6. Secundum quod in libris precedentibus dictum est, Deus sub ratione absoluta subiectum est in tota sacra scriptura, sub rationibus autem contractis subiectum est in partialibus libris, sicut corpus mobile absolute sumptum, subiectum est in tota philosophia naturali, corpus vero mobile animatum subiectum est in libro de anima, & in alijs libris sequentibus ad ipsum. Et eodem modo Deus sub ratione gubernantis populum Israel subiectum est in libro Iudicum, & alijs libris historialibus sequentibus. Vario tamen modo secundum variationem huius regiminis. Deus n. hunc populum post ingressum terre promissionis triplici modo gubernauit. Primo per iudices, & sic de eo agitur in libro Iudicum. Secundo per reges, & sic tractatur de eo in libris Regum & Paralipomenon. Tertio per sacerdotes, scilicet, a reditu captiuitatis Babylonicae usque ad Christum. Expediatis autem duobus primis modis, tertium per manus habemus, quia liber Esdrae incipit a reditu captiuitatis Babylonicae, a quo incipit regimen sacerdotum, tamen sub Deo principali rectoris, de quo regimine dicitur verbum praesumptum, Erit sacerdos, &c. In quo quidem verbo primo tangit regentium habilitas, cum dicitur. Sacerdos, id est, sacerdotes. Eo modo loquendi quo dicitur Exod. 8. f. Venit musca gravissima, id est, multitudo muscarum. Ad cuius intellectum sciendum, quod secundum Philosophum primo politici illi qui sunt vigentes intellectu, scientia, & prudentia illi sunt apti ad regendum, quia sciunt se & alios dirigere in fine bonum. Talis autem debet esse conditio sacerdotum, prout dicitur Malac. 2. b. Labia sacerdotis scientiam, & legem requirunt de ore eius, quia angelus domini exercituum est. Sicut angelica natura superior est humana, & ideo homines per angelos reguntur, sic sacerdotes qui sunt quasi mediatores inter Deum & populum, ex hoc n. habent aptitudinem ad regendum. Secundo in verbo proposito tangitur huius regiminis autoritas cum dicitur. Super folio suo, sede enim super folium proprium est habentis autoritatem discernendi, iudicandi, ac et corrigendi. Hanc autem autoritatem habuerunt sacerdotes a reditu captiuitatis Babylonicae & citra, ut dictum est, de qua potest dici quod scribit Esai. 16. b. Praeparabunt in misericordia solium, & scabunt super illud in veritate. Reditus autem de captiuitate Babylonica factus fuit ex divina misericordia, & tunc praeparatio ad hoc, quod populus per sacerdotes gubernaretur, ut patet per praedicta: & sic

sic huius regiminis solium fuit in misericordia praeparatum. Et bene subditur: Et tenebit super illud in veritate: quia a reditu captiuitatis Babylonicae quo tempore praeserunt sacerdotes, non legitur populus Israel ita declinasse a veritate fidei sicut ante: quia temporibus Iudicum & Reg. multoties maior pars populi, imo quasi totus populus declinabat ad idololatram, propter quam inducta fuit captiuitas Babylonica, ut patet per praedicta: sed a reditu captiuitatis Babylonicae pauci leguntur a veritate patriae declinasse, ut potest tempore Machabeorum aliqui ex ambitione, & aliqui ex Antiochi nobilis persecutione: & multi ex contratio pro veritate fidei leguntur mortem acerbissimam tolerasse ad gloriam Dei, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

CAP. I.

In anno primo Cyri, &c. Liber iste a quo incipit regimen sacerdotum, ut dictum est, cum sibi annexis, potest sic diuidi, quia primo tangitur huius regiminis processus, secundo incidens casus, qui est duplex. In vno habetur exemplum constantiae contra Aman: In altero exemplum patientiae in libris Esdrae & Job. Libros autem Tobiae & Iudith, & Machabeorum, licet sint historiales, tamen intendo eos ad praesens pertransire, quia non sunt de canone apud Iudaeos nec apud Christianos: imo de ipsis dicit Hieron. in prologo Galeato, qui est prologus super libros Regum, quod inter apocrypha cantantur, & in prologo Iudith dicit, quod autoritas eorum non est efficax ad probandum aliquid quod in contentionem vel dubium venit. & ideo expositioni eorum non intendo insistere, donec cum Dei adiutorio & vitia comite super omnes libros canonicos scripserim. Si autem dominus vitam mihi concesserit, super istos libros & alios qui communiter ponuntur in Biblijs, quamuis non sint de canone, scribere potero domino concedente. Liber autem iste diuiditur in tres partes: quia primo agitur de reductione populi sub Iesu filio Iosedech, secundo de instructione reducti per Esdram legis doctorem, 7. c. tertio de reedificatione muri per Nehemiam ducem, ibi, Verba Nehem. e. & isti tres fuerunt sacerdotes, ut ex sequentibus apparebit. De secundo autem loco Esdrae non intendit ad praesens me intrinsece ratione iam dicta. s. quia non est de canone. Circa primum primo describitur reditus populi, secundo fundatio templi, c. 3. Circa primum primo describitur licentia data, secundo numeratur umbra licentiae, c. 2. Circa primum praemittitur confessio maiestatis, secundo subditur concessio libertatis, ibi: Quis ex vobis tertio completio voluntatis ibi: Et surrexerunt, quarto collatio pietatis, ibi: Rex quoque Cyrus. Circa primum primo ponitur quaedam praeparatio, secundo concessio ipsa, ibi: Hae dicit Cyrus. Primum praeparatio non est: quia notatur tempus cum dicitur; 2. In anno primo &c. Ad maiorem autem intellectum eorum qua dicitur in hoc libro, & alijs de isto Cyro, & maxime eiusdem dicta a me super Luc. c. 2. ponenda est hic origo & promotio huius Cyri. Secundo

Populi regimen triplex.

MORALITER.

In anno primo Cyri, &c. Cyrus hic figuram gessit nri Saluatoris, quia sicut iste Cyrus relaxauit captiuitatem Iudeorum, sic Saluator noster captiuitatem peccatorum in limbo detentorum,

rum, Psal. 67. d. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, &c. Et propter hanc figuram iste Cyrus vocatur Christus, Esai. 45. a. Hae dicit dominus Christo meo Cyro, cuius ap. dicitur, &c.

Et

compleretur verbum domini ex ore Ieremiæ, 1
 † suscitauit dominus spiritum Cyri regis per- 2
 farum, & tradixit vocem in vniuerso re- 3
 gno suo etiam per scripturam dicens: Hæc 4
 dicit

^a Quia tunc nullum aduersarium habebat, vel destructo Chaldaeorum imperio nullum posse sibi resistere credidit. sic quoque Christus ait: Data est inhi omnis potestas in celo & in terra. D

5 dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna
 †
^a Deum Israel Deum cæli confitetur, & etiam omnia regna terræ cum in potestate habere, & cui vult dare posse agnoscat.
 terræ dedit mihi dominus Deus cæli, & ipse

NICOLAUS DE LYRA.

enim quod habetur in Scholastica historia, Astyages rex Medorum, & Persarum vidit in somnis de ventre filie sue egredi vitem totam Asiam occupantem. & cum significatum huius quaereret a coniectoribus, responderunt quod significabat puerum ex ea nasciturum in tota Asia regnaturum, & ipsum Astyagem de regno expulsurum. Quod timens, Darium consobrinum suum adoptauit in filium, quia filium non habebat, sed filiam unam, quam dedit cuidam militi simplici, ne puer natus de ea magnorum amicorum potentia vallaretur. Et cum hoc ad maiorem securitatem cum dicta filia esset grauida, fecit tempus partus ipsius explorari, & puerum natum ad se apportari, quem dedit cuidam de suis principibus occidendum, sed ille timens ne regnum ad matrem pueri deueniret, non fecit, sed puerum in nemore exposuit, ad quem ex diuina providentia (quæ solet adesse quando deficit humana) venit quadam canicula lactans puerum ipsum, a feris & auibus defendendo, quæ pastor regis inuenit, & uxori suæ tradidit nutriendum, qui cum creuisset, ab alius pueris factus est rex eorum, & rebelles sibi grauiter affligebat, intantum quod patres puerorum conquesti sunt regi: ad quem cum adduce retur, constanter & intrepide dixit hæc se fecisse tanquam rex eorum. Rex ergo admirans pueri constantiam, in eo quedam signa sui generis agnouit: & a pastore veritatem requirens, ipsum esse nepotem suum inuenit: veruntamen erga eum placatus fuit, credens quod somnium suum impletum esset in regno puerorum: & eum alendum tradidit illi principi cui prius cum tradiderat, occidendum. filium autem eius clam occidi fecit, eo quod fuerat inobediens orati eius. Quod tamen illum principem non latuit. Postea vero per tempus magnum rex exercitum tradidit illi principi ad domandos aduersarios, & ipse in Media resedit. Ille autem princeps memor occisionis filij sui suauiter exercitum, ut Cyrum regem Persarum eligeret, vocans eum Cyrum, id est, heredem, qui prius Spertauicus, id est, catulus vocabatur, eo quod canicula lactauerat eum. Quod factum audiens Astyages, collegit exercitum, ut pugna ret contra Cyrum: & in primo congressu preualuit, sed postea a Cyro deuictus fuit. Veruntamen Cyrus magis se exhibuit ei nepotem quam victorem, nam regnum Hyrcanorum sibi dimisit, & Dario annuulo suo regnum Medorum, ita quod post eorum mortem totum deueniret ad manum suam. Postea vero Cyrus & Darius eius annuulus obsederunt Babyloniam, qua capta, & occiso Balthasar rege, Darius regnauit in Babylone duobus annis, quo mortuo totum regnum deuenit ad manum Cyri, & sic fuit monarcha: & in primo anno huius monarchie dedit licentiam filijs Israel redeundi in Iudæam, & adificandi templum, secundum quod dicitur hic. In anno primo Cyri regis Persarum. Cuius est, anno primo quo monarchiam transtulit ad Persas, quia licet regnum Medorum esset honorabilius, tamen caput monarchie posuit in Perside, eo quod ibi primo regnauerat: & quia Persæ ipsum sublimauerant in regnum.

dum Chronicas, ad quam computationem sequitur Mardocheum fuisse 259. annorum, quando fuit exaltatus ab Assuero rege, ut declarabitur in principio libri Esther, ubi proprie habet locum: ideo non intendo sequi computationem eorum, quia non videtur possibile Mardocheum tandem vixisse, & dato quod vixisset: tamen tunc facere non potuisset illa quæ de eo scribuntur in libro Esther, qui tamen inter libros sacra scripturae canonicos computatur. Ibi enim scribitur, quod regerat regina domum, & regis palatium, & regni negotia disponebat. Ra. Sa. lo. dicit, quod isti lxx. anni incipiunt a transmigracione Iechoniae, & terminantur in primo anno Cyri: quia tunc dedit licentiam populo redeundi de captiuitate dicens, quod a transmigracione usque ad destructionem ciuitatis fuerunt sedecim anni, & inde usque ad primum Cyri annum, quinquaginta duo qui simul iuncti faciunt septuaginta annos, ut patet. Sed quantum ad primum numerum dicit manifeste contra textum 4. lib. Regum. ubi dicitur 24. cap. quod Sedecias immediata re regnauit post Iechoniam, qui alio nomine dictus est Ioachin, et fuit filius Ioachim, qui similiter alio nomine dictus fuit Iechonias, ut plenius habetur Matth. primo. & ibidem, scilicet, quarti Regum vigesimo secundo cap. dicitur, quod tantum regnauit vndecim annis, & sic ab eius numero deficiunt septem anni. Propter quod videtur mihi, quod isti septuaginta anni incipiunt ab octauo anno Ioachim patris Iechoniae siue Ioachin. Tunc enim captus fuit per Nabuchodonosor & factus sibi tributarius, & nobiles de Ierusalem obsides ducti in Babylonem, inter quos Daniel & socii eius fuisse dicuntur. propter quod ex tunc incepit transmigratio Babylonis, licet magis completa fuerit tempore Iechoniae filij eius, et adhuc perfectius in captiuitate Sedeciae destructa ciuitate, & terminantur in quarto anno Cyri, quod sic ostenditur, quia Ioachim regnauit 11. annis. 4. Regum 24. & ideo incipiendo ab eius anno octauo inclusiue habentur de regno eius quatuor anni, & de tempore Sedeciae decem integri. Nam vndecimo anno quarto mense fuit captus & exoculatus, & ductus in Babylonem. 4. Reg. 25. propter quod ille annus computandus est inter annos destructionis ciuitatis, quia maior pars eius fuit sub destructione. aliter vnus annus bis computaretur, scilicet in tempore Sedeciae, & in tempore destructionis. & inde. 52. usque ad Cyrum, qui licet primo anno suæ monarchie dedit licentiam populo redeundi in Iudæam, ut hic dicitur, tamen Iudæi ex longa mansione in terra Babylonis uxores acceperant & prolem procreauerant. & ibidem possessiones adquisierant, propter quod ad dispositionem de rebus & familiaris manserant in terra Babylonis primo anno Cyri, & secundo, & tertio venerunt in Ierusalem, ut dicitur in Scholastica historia, & anno sequenti posuerunt fundamenta templi. 1. Esdræ. 3. Isti anni simul iuncti sunt septuaginta, qui Danielis. 9. dicuntur septuaginta anni desolationis Ierusalem, qui tunc proprie fuerunt completi, quia fundato templo fecerunt Iudæi festum magnum & gaudium. 1. Esdræ. 3.

- 1 Compleretur verbum dñi ex ore Ieremiæ. Iere. 25. cap. Cumq; impleti fuerint lxx. anni, visitabo super regem Babylonis, &c. Et similiter. 19. c. Cum cœperint impleri in Babylone lxx. anni visitabo vos, & suscitabo super vos verbū meū bonum, ut reducam vos ad locum istum. Dicunt autem Hebræi, quod isti lxx. anni sunt accipiendi a tempore destructionis templi per Nabuchodonosor, & fuerunt impleti sexto anno Darij, in quo completum fuit templum. Sed hoc est falsum, quia secundum omnes historiographos alios fuerunt multo plures anni. Supponunt etiam, quod Cyrus regnauerit tantum 11. annis, qui tamen regnauit 30. secundum historiographos Persarum. Iosiphus autem tem dicit, quod isti septuaginta anni inceperunt a destructione templi predicti, & terminati fuerunt anno primo monarchie Cyri. Secundum vero expositores Latinos isti septuaginta anni communiter incipiunt a destructione ciuitatis, & terminantur in anno primo Cyri, sed computantur secundum

- 2 Suscitauit dominus spiritum Cyri regis Persarum. id est, voluntatem.
- 3 Et traduxit vocem in omni regno suo etiā per scripturā dicens. quia ea quæ sequuntur de deitatis confessione, et de redeundi confessione, fecit publicare verbo & scripto.
- 4 Hæc dicit Cyrus rex Persarum. Positis præambulis. hic consequenter ponitur confessio deitatis.
- 5 Omnia regna terræ dedit mihi dominus Deus cæli. id est, multa diuina virtute, quia eius imperium nō se extendit ad omnia regna terræ, confitetur tamen se hæc obtinuisse diuina virtute. hoc autem confessus fuit, quia sibi fuit notificata Esaiæ prophetia quadragesimo quinto, ubi dicitur. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subijciam ante eum gentes, & dorsa regum vertam, &c. quæ multo tempore fuit præannuntiata ante tempus Cyri.

Et

MORALITER.

† Et traduxit vocem in vniuerso regno suo etiam. quia Christus apostolos & septuaginta duos discipulos misit ad predicandum, & euangelistas mouit ad scribendum pro informatione & salute omnium Gentilium.

† Omnia regna terræ dedit mihi dominus Deus cæli. Et hoc modo Matthæi ultimo. d. dicit Christus, Data est inhi omnis potestas in celo & in terra. Cyrus autem potestatem habuit in terra tantum, quia figura deficit a perfectione rei figuratæ, sicut vmbra deficit a veritate.

Ga Et ipse præcepit mihi ut edificarem ei domum &c. Bed. Domus
 A vel templi Dei in serpensis sacris vnusquisq; doctorum &
 Pref. 1. in lib. tota simul ecclesia s'let appellari, quia in cordibus se creden-
 1. Erix tiu & sperantium, diligentiunq; habitare cõsuevit. unde, si
 Ioan. 11. c. quis diligit me sermo es meos seruat, & pater meus diliget eum. & ad
 eum veniemus &c. vnde & ipse
 1. Cor. 1. c. Apostolus ait, Templum Dei fan-
 tium est, quod estis vos. Et alibi,
 Hebr. 1. b. Christus verò in domo sua tanquã
 filius, quæ domus sumus &c.
 In figuram huius domus, vel
 templi spiritualis Salomon fe-
 cit templum in Ierusalem do-
 1. Par. 6. d. mino. Interpretatur enim pa-
 cificus, figurans eũ de quo dicitur:
 Multiplicabunt eius imperium, &
 pacis non erit finis. de quo Apo-
 stolus ait: Et veniens euangeli-
 zauit pacem vobis qui longe fui-
 stis, & pacem his qui prope, &c.
 Idem ibidem, Quod verò templum septẽ
 annis edificauit, octauo autẽ
 consummauit & dedicauit, si-
 gnificat quod toto tẽpore hu-
 ius seculi (quod septem diebus
 collectis ad edificium cœleste fidelibus
 construit, & in vita
 futura apparente resurrectionis gloria
 ad integrum perficit, & in
 gaudio vitæ immortalis in eterna
 visionis suę claritate sustollit,
 quia enim ipse octaua die, id est,
 post septimã sabbati resurrexit,
 recte octonario numero tempus
 etiam nostræ resurrectionis exprimitur.
 Quod autem æuo sequente
 quardam templi edificia uetustate
 solui cœperunt, sed instantia
 regum & sacerdotum instaurata
 sunt, significat quotidiana
 nos erratus fidelium de quibus
 dicitur: Septies cadit iustus,
 & resurgit, qui quotidiana
 temporum solertia per exẽpla
 vel hortamenta præcedentium
 iustorũ, quasi per sacerdotũ
 & regum Dei corrigunt industriã.
 Reges. n. & sacerdotes oēs
 perfecti vocantur, cum sint
 membra summi regis & sacer-
 dotis: & se bene regere, & corpora
 sua viuentem hostiã Deo
 exhibere didicerint. Quia postea
 crescentibus malis templum
 idolorum sordibus prophanatũ,
 & tandem a Chaldæis destruc-
 tum & incensum est, significat
 grauioribus lapsus eorum, q
 per confessionẽ recte fidei & sacri
 baptismi ecclesiæ mēbris adunati
 denuo fraude dæmonum a statu
 fidei deiecti, & vitiorum flãma
 sunt combusti. Quia dirupto
 tẽplo, & vrbe Ierusalem ciues
 eius in Babylonẽ transmigrati,
 sed post septuaginta annos acta
 pnia ad patriam (dño miserante)
 remissi, uisus templum & vrbe
 sanctã grandi labore restau-
 rarunt, significat eos qui decepti
 a diabolo, non solum fidei
 sinceritatem & integritatẽ boni
 operis perdunt, sed etiã per
 acerbiteriam scelerum Gentilibus
 & Publicanis simulantur.
 vnde: Sit tibi ethnicus & publicanus.
 Quorũ tñ aliqui per diuinam
 gratiam resipiscunt ad ecclesiam
 reuertuntur, cum illustatione
 sancti spiritus compuncti, præcepta
 Dei quę reliquerant denuo, audiunt
 & custodiunt. Septẽ namq;
 sũt dona spũsancti. Decẽ verò
 præceptis summa diuinæ legis
 cõprehenditur, & decies septem
 septuaginta sunt. Vnde bene
 qui per

per oĩa peruersa in Babyloniã fuerant captiuati, post septuaginta annos liberantẽ, & domũ Dei & ciuitatẽ sanctã reedificauit, quia nonnunquam qui per peccata sua a communione ecclesie separati infidelium numero copulabatur, rursus per donum spiritus sancti bona opera exercent, & sic confortum fidelium domus, scilicet, & ciuitatis Dei de qua fuerant eieci, recipiunt.
 Notandum enim, quod eadem penitentium ad ecclesiã reuersionem, & domus domini post incensũ reedificata, & ciuitas restaurata, & populus post captiuitatẽ in patriam remissus, & vasa sancta relata denuntiant. Sed quia E. sdras de his omnibus explicat, libet de volumine eius aliqua spirituali sētu exponere, quo clarius fiat qualiter his qui per negligentiã vel errorem perterant, sit ad penitentiam redeundũ, quanta Dei gratia, quanto ipsorum conatu admissorum poscenda vel impetranda venia, quomodo penitentes cum eis q nuper ad fidem venerant, eandem Christi domum edificent, & pariter in futuro dedicationis illius solennia expectent.
 b Quis est in vobis. Be. Magna in his verbis fides regis, magna claret pietas. Fides quidem, quia populum Israel præ ceteris Dei esse intellexit. Pietas, quia nullo excepto omnes qui vel lent liberos in patriam redire, permisit. Fides, quod eundem Deum & habitare in cœlis, & esse in Ierusalem, & cũ singulis reuertentibus ascendere posse confessus est, patet enim q non corporeum & loco comprchensibilem, sed spiritum & ubicunque præsentem credidit, quem ita Ierusalem, & in templo habere locum confessus est, vt simul cum cœli regno præsidere non dubitaret: ita in cœlis regnare credidit, vt cum suis fidelibus esset in terra, eorumque animos & manus ad salutaria dirigeret opera.
 c Ascendat in Ie. Bed. Qui peccant vel secularia curãt in imo sunt, qui Deo placere desiderant, ad cœlestia suspirẽt, omnes pompas mundi & illecebras æternorũ amore transcendant, & edificent domum Deo in Iudæa, in confessione. s. suę iniquitatis & diuinæ miserationis præparent corda sua quæ Deus habitare & illustrare dignetur, & proximos ad idem inuitare verbis & exemplis nitantur.
 d Et omnes. Notanda distinctio verborũ, quia oĩbus a captiuitate solutis dedit rex facultatẽ, vt quicũque ad templum ædificandum, dño duce, ascenderet, non tñ omnes ascendere iussit, sed quos donata libertate alibi habitare delectaret, ascendentibus auxiliari quẽque de loco suo præcepit, data, scilicet, eis in necessitate tam lōgi itineris pecunia vel pecoribus. alia quoque illis dona dare & commendare desiderauit, quæ in templo dñi pro memoria mittentium offerrent. Omnes ergo de captiuitate liberati sunt, omnes pietatis aetibus dediti. Sed perfectiores ad ædificandũ templũ domini no ascen-

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et ipse præcepit mihi ut edificarem ei domũ in Ier. quia in eadem prophetia subditur: Ipse edificabit ciuitatem meam, & c. aptiuitatem meam dimittet, &c.
 2 Quis est in vo. Hic consequenter ponitur concessio libertatis, scilicet, a seruitute omnibus qui noluerunt in Ierusalem redire, et hoc est quod dicitur. Quis est in vo. de vni. populo eius. populum enim Israel reputabat populum Dei cali, quia in illo populo fuerat uerus cultus ipsius.
 3 Ascen. in Ierusalem quæ est in Iudæa & edific. q. d. quilibet de populo illo debet hoc facere, tum ex desiderio libertatis, quã omnes appet-

appetunt, etiam bruta animalia secundum modum suum, nñ bestie & auicula reclusa quantumcumque habeant splendide ad comedendum, pponunt tamen libertatem satietati. si qua uia pateat euadendi. Tñ ex uoluntate cultus ipsius deitatis qui exercens est in Ierusalem, unde subditur.
 4 Ipse est De. qui est in Ie. est autem ubique equaliter per essentialiam, & presentiam, & potentia, sed per specialem cultum suũ in Ierusalem, quia ad hoc elegit ciuitatem illam, ubi habetur 3. Reg. et 1. Paral. li. & 2.
 5 Et omnes reliqui. scilicet de populo illo qui nolunt recedere, qd aliqui fuerunt ibi reuerti amore uxorum & filiorum ibidẽ genitorum, & bonorum acquiritorum.
 Adiuuent

MORALITER.

1 Et ipse præcepit mihi. ut edificarem ei domum in Ierusalem. Deus enim pater homino Christo præcepit, ut edificaret ecclesiã ex lapidibus uuis id est, Christo credentibus ex omnibus gentibus congregatam.
 2 Edificet domum domini Dei Israel. Per istos intelliguntur aposto-

stoli & alii credentes primi, qui moribus & doctrina edificauerunt ecclesiam Dei.
 5 Et omnes reliqui adiuuent. per istos intelliguntur conuersi de Gentilibus qui adiuuerunt in edificatione ecclesie, sicut patet de beato Luca & aliis pluribus a principio conuersis ex gentibus, & postea de Ambrosio & Augustino, & aliis pluribus doctoribus.
 † Et

A no ascenderunt, ceteri adiuuerunt. Oēs. n. electi de potesta-
te tenebrarum eruti, ad libertatē ptinent filiorū Dei & glo-
riæ oēs societati sanctæ ciuitatis, i. ecclesiæ annumerati læ-
tantur. sed tm̄ perfectiorū est in ædificatione eiusdem eccle-
siæ et alijs prædicando laborare, qui ab Apostolo duplici ho-
nore donantur, sicut
angelus Danieli di-
cit: *Qui docti fuerint,*
subgebut quasi splendor
firmamenti, & qui ad in-
structionem erudiunt multos,
quasi stellæ in perpetuas
æternitates. Quia erudi-
tores multorum cū
magis auditores ad
cœlestia diligēda in-
stituūt, minus pro ter-
renis curā gerūt, imō
acquisita pro spe eter-
norū relinquunt. Vñ
necessē est, vt ad præ-
dicandū subsistāt di-
uites, q̄ prædicare ne-
queunt inopiæ eorū
subuenite, vt sic præ-
dicacionis possint esse
participes. Vnde Ioā-
nes: Nos ergo debemus
huiusmodi suscipere, vt
cooperatores simus veritatis & c.

a *Adiuuent & c.* Qui tēporalibus abundant, nō solum paupe-
ribus Christi necessaria debent ministrare, sed & bona quæ
possunt pro se libenter operari, vt vtroque cōmodo in tem-
plo Dei quod est ecclesia, partem mereantur habere.
b *Et sur.* Cyrus oīa præcepit, imō pmisit in Ierusalē ascende-
re & ædificare domum dñi, sed tantū de Iuda, & Benia-
min, & tribu Leui ascendere voluerūt. Nā decē tribus sub
Ieroboā rege a tēplo Dei & cultu pietatis sunt alienatæ: &
ideo a rēgibus Assyriorū fuerunt captiuatæ, nec vnquā om-
nes, vt perhibent in patriā venisse. Sed Iudas, & Benjamin,
& tribus Leuitica, ad quā templi ministeriū pertinebat, quā
uis peccata decem tribuū imitarentur, nunquā habitationē
vr̄bis & templi ceremonias deserebāt. Vñ & vltimæ a Chal-
dæis sunt captæ, & primæ Persis regnantib. redire permissæ,
quia scilicet, de tribu Iuda & Leuitica ortus est dñs noster.
Tribus quoque Benjamin illis se religiosa fide coniunxit ma-
ximè quia Ierusalem in eius sorte fuit: & ideo collatæ misc-
ricordiæ particeps esse meruit.
c *Princi.* Principum. n. patrū, idest, maḡorum est opere &
doctrina

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Adiuuent. de bonis suis ad ædificationem templi per munera ad hoc*
oblata, & et redeunt, vt possint melius redire & prospere agere. Secū-
dū Hebræos variatur hic textus & expositio. & hæc est litera: Et om-
nem reliquum. s. de Iudæis qui non potest ascendere Ierusalem pro-
pter paupertatem: quia non habet expensas pro via, vel debilitatem,
quia non potest peditare, vellet tamen ire si posset. Adiuuent eum viri
de loco suo. idest, vicini eius, etiam Gentiles prouidendo de expensis
& vehiculo, ita præcepit Cyrus.
2 *Excepto quod voluntarie offe. & c. q̄ multi Gentiles audien-*
tes virtutē Dei Israel, obtulerunt multa munera ad ædificandum tem-
plū in Ierusalē, quod fuerat destructū exemplo regis animati ad hoc.
3 *Et surrexerunt principes patrum. Hic consequenter describit*
impletio voluntatis ipsius Cyri a Deo inspirati, cū dicitur: Et surrex-
erunt principes patrū de Iuda & Benjamin & sacerdotes & Leuitæ.
Isa. n. tres tribus scilicet Iuda, Benjamin, & Leui, fuerūt vltimo cap-
tiuati

MORALITER.

3 *Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Benjamin, & sacer-*
dotes & Leuitæ, & c. Isti sunt Apostoli & credentes primi,
qui promptē ac viriliter executi fuerunt opus ecclesiæ Dei.
4 *Vniuer. qui & c.* Isti sunt conuersi de gentibus in scientiis
Philosophicis edocti, qui illas scientias conuerterunt ad ædi-
ficium ecclesiæ Christi.
5 *Rex quoque, & c.* Per Nabuchodonosor, qui sedens in angu-
stia interpretat, diabolus qui secū portat ignem suum signi-
ficat. Per vasa vero quæ tulerat, homines significant, quos
ad idololatriā & alia peccata induxerat, q̄ per Ch̄m ad gra-
tiam reducuntur. Moraliter autē per Cyrum Christus si-
gnificatur, sicut prius per domum dñi ædificandam intelli-
gitur mens humana. 1. Cor. 3. d. *Templum Dei sanctum est, quod*
estis

doctrina errantium mentes in studio boni operis ædificare. **D**
Scribē docti in regno cœlorum, qui merita sensusq; audito-
rum solerter examinantes diiudicare norunt quem in quo
gradu ministerij ecclesiastici promoueant.
d *Vt as.* Quotidianis profectibus velut q̄busdam gradib. a-
scendit ad summam
virtutum, quæ sunt
in æternæ pacis visio-
ne. Primi gradus
sunt propriam vitā
corrigere. Secūdi de
proximorum errati-
bus laborare. Supre-
mi post opera bona,
& doctrinam gaudia
perpetuæ remunera-
tionis expectare.
e *Adiu. ma. e.* Manus
ædificatium socij, q̄
ædificate nequeunt
datis pecunijs adiu-
uant cum seculares
prædicatoribus libe-
ros suos vel familiā
domino educandam
committūt, vt quod
per se nequeunt, per
eos qui possunt, do-
mino suæ deuotionis munus offerant.

Idem ibidem.

Gradus vir-
tutum.

a *Ad prædicandum.* **b** *De quacunq; scilicet professione.*
a *Quia debili animo & inerti iacent, vel suæ vel fraternæ dilectionis & salutis curam non habent.*
a *Per scripturas admonendo & gratiam infundendo.*
a *Diuites gaudia perpetuæ remunerationis expectantes.*
a *Natu ali ingenio præclaris, fixis, eloquentia nitidis.*
a *Fideles.*
a *Quilibet immundus spiritus qui fideles de ecclesia rapit & prouat gaudio æternæ pacis.*
a *Iungendo consortio reproborum qui sunt templum & ciuitas diaboli capitis scilicet, omnium
malorum angelorum & hominum.*

f *Et iumentis.* Bed. Idest, tardioribus, sed ad leue iugum euan-
gelij portandū mansueris. Dant et pecora, humiles, s. spiritu
& mites, q̄ de substantia sua quasi de lacte, & lana gratis pau-
peribus tribuunt. Dant & substantiam & suppellectilē variā
cum multifariis operum floribus, insignes viros vel fœmi-
nas, parentes vel domesticos doctoribus commendant, per
quos dño consecrent & proficiant in ædificium domus do-
mini. Sunt. n. pleriq; naturali dono casti, patientes, modesti,
liberales, iustitiæ & sapientiæ amatores, orationibus & ele-
mo synis (sicut Cornelius) instatēs, & legē non hēntes, quę
legis sunt, faciunt. Hi cū sanctis prædicatorib. in Ch̄o rena-
scituri, vel in fide confirmandi offerant, quasi supellex & arca
ad ædificandam domum dñi principib. patrum tribuuntur.
g *Protu. au.* Bed. Diuersa vasorū species fidelīū personas di-
uersas vel oīones significat. In Apocalypsi legitur viginti-
quatuor seniores h̄re phialas aureas plenas odoramentorum
quæ sunt orationes sanctorū. Phialæ enim sunt vasa patula
& lucida, & significant simplicium corda, quę nihil subdolę
cogitationis habent, sed ea quæ in corde tenent, pura profe-
runt

Ast. 10. a.

Idem ibidem

ptiuata per Nabuchodonosor regem Babylonis: & primo reducta sunt
de captiuitate, nec tantum peccauerunt quātū alię quę captiuatę sue
vūt per reges Assyriorū, nec ex his redierunt de captiuitate nisi aliqua
reliqua, quę euaserant manus regū Assyriorum: & conuixerūt se tri-
bus tribubus prædictis tempore Iosia, vt habetur. 2. Paral. 14. & sue-
runt simul captiuata per Nabuchodonosor, & simul redierunt, qui vo-
luerunt redire.

4 *Vniuersiq; qui erāt in circumitu adiuue. Hoc dupliciter ex-*
ponitur. Vno modo de Iudæis remanentibus in Babylone. Alio modo de
Gentilibus adiuuantibus impotentes de præcepto Cyri, vt prædictū est.

5 *Rex quoq; Cyrus. Hic cōsequenter describitur collatio pietatis:*
quia Cyrus fecit restitui vasa quæ fuerant apportata de tēplo domini.
Audierat enim, q̄ dominus fuerat offensus contra Balthasar regē Baby-
lonis eo q̄ ea applicuerat vsibus humanis, bibendo in eis ipse & sui
militēs & vxores: vt habetur Dan. 1. propter quod Balthasar nocte se-
quenti interfecit est.

Per

estis vos. Hęc autem domus ædificatur in Ierusalem, idest, in
quiete voluntatis bonę. Lucę 2. b. *Gloria in altissimis Deo, &*
in terra pax hoībus bonę volunt. Ad hanc ædificationem indu-
cit Cyrus noster, s. Iesus Christus, per vocem, idest, p̄ inter-
nam inspirationem, in qua loquitur mentib. humanis, & per
scripturam, i. per doctores & prædicatores ad informationē
populi sacram scripturam exponentes. Per vasa vero a Na-
buchodonosor ablata de domo domini possunt intelligi do-
na spiritus sancti, quę diabolus aufert de mente hominis, qui
templum est diuinitatis, qñ eam inducit ad casum peccati
mortalis. Sed Cyrus noster, idest, Christus ea remittit, cum
a peccato mortali ad gratiam resurgere facit, & tunc labo-
rat sic resurgens ad ædificationem ecclesię per exercitium
virtutis a domino restitutę.

A runt lingua. Talibus ergo aromata. facce probiles Deo orationes inesse referuntur. Cultri quibus utebantur ad incidendos vel diuidendos rone eum graua artus victimaru, vt oibus ratione distinctis pars maleu consumeretur, pars sacerdotibus, pars Levitis pars otterentib. daretur, illos significant, q

† thesaurarij.
† Salsabasar
† vel polubra aurea.

B gnitionis modum excedentia igni spiritus sancti tribuenda. Scyphi aurei qui maiori sapientie splendore rutilant. Argentei vero qui docendi venustate rutili quae norunt plinius exponunt. Quos

1. Cor. 12. 2.

distinguens Apostolus ait: *Alis per spiritum datur sermo sapientis, aliis sermo scientiae secundum eundem spiritum.* Quod autem numerus vasorum, & specialiter singulorum, & in summa generaliter omnium memoratur, significat: quia dominus summam electorum suorum non solum eorum qui in fidei munditia perseverant, sed etiam eorum qui resipiscendo ad fidem redeunt, in libro aeternae memoriae scriptam continet. in quorum figura apte subditur.

Et annu-

NICOLAUS DE LYRA.

1 Per ma. Mith. si. In Heb. habetur: Per manum Mithridatis thesaurarij. erat enim thesaurarius regis, vt dicit Iosephus, & ibidem dicitur 2. Esdrae 2. c.

2 Et annu. ca. id est, sub certo numero & pondere tradidit.

3 Salsabasar prin. Iud. Dicunt Hebraei, quod iste fuit Daniel. Sed litera sequens videtur contradicere, quia sub. tur: Vniuersa tulit Salsabasar cum his, qui ascendebant de transmigracione Babylonis in Ierusalem. Daniel autem non legitur redisse de Babylone in Ierusalem, sed magis dicitur sepultus in Babylone: remansit enim ibi ad consolationem Iudaeorum remanentium, quia fuit in magna potestate apud regis. vnde & tertio anno Cyri facta est sibi decima visio, vt habetur Dan. 10. & anno primo Cyri data fuit licentia Iudaeis redeundi,

C A P. II.

H i sunt & c. Iudaei scilicet non Babyloniae. Ad hanc enim pertinebant etiam de captiuorum stirpe in Babylonia. Toto enim animo Iudaei & Ierusalem suspirabant, quorum figuram gerit dux eorum Zorobabel, qui nomine ipso se ortum in Babylone demonstrat, sed intentione & opere ciuem Ierusalem. Altiori sensu filij ecclesie filij sunt patrie caelestis, non solum qui ecclesie sacramentis iam sunt imbuti, sed etiam qui fortis, id est, inter impios aliquando aberrantes diuina electione ante secula praedeterminati ad uitam diuinae gratiae ministerijs sunt consecrandi.

* Conuersor. Ascensuri in Ierusalem uel in Iudaeam, alios hortabantur, sed paucos inuenerunt qui assentirent eis. Et propterea tam in exhortatione, quam in apparatu tres annos conpleuerunt. Igitur in anno tertio Cyri regressi sunt sub Zorobabel duce, & Iesu magno sacerdotes, adhortantibus eos Zacharia propheta, & Haggae iuvene.

Beda ubi sup.

b Et re. sunt in Ie. Cum enim liberati de potestate Sathanae, q

NICOLAUS DE LYRA. CAP. II.

Diuisio.

H i sunt autem pro. Nunc consequenter numeratur turba reuocata, & primo ponitur eorum summa, secundo describitur eorum substantia, ibi. Equi eorum. Circa primum primum ponitur numerus

MORALITER.

1 Hi sunt autem prouinciae filij. Mystice uero prouincia ista est militans

a Et annumeruit eo Salsabasar principi Iudae, & hic est numerus eorum. Chr. Id est, Zorobabeli secundum Hebraeos, quo nomine cum Assyrii vocabantur, qui interpretatur, gaudium in tribulatione & angustia. Per istum autem Zorobabelem dimissi sunt omnes filij Israel.

Hoc fit, cum Christus qui est haeres uniuersorum quos ad salutem praedestinauit, de potestate Sathanae eruit, & ecclesiae sacerdotibus reconciliandos per penitentiam offert.

b Et hic est. Quia nouit dominus numerum electorum, nec perit aliqua de ouibus eius confitentibus nomini eius magno, & terribili. Et hic est numerus.

Quia nullus de praedestinitis perire in perpetuum potest. Si quando enim in Babylonem, id est, confusionem peccatorum adducuntur, diuina prouisione per societatem iustorum ad pacem ecclesiae reducuntur. Vasa autem quae exercitus Chaldaeorum capta Ierusalem fregisse, fractaque in Babyloniam transfuisse perhibetur, illos expriment qui ita a diabolo capiuntur, ut priusquam poeniteant, perennem rapiant ad poenam.

deundi, vt habetur supra 1. cap. Et ideo aliter dicitur, quod fuit Zorobabel. Vnde & infra habetur, quod fuit binominis. Qui tamen uult tenere dictum Hebraeorum, potest dicere, quod licet Daniel de Babylone non redierit in Ierusalem, tamen de professione redeuntium & de portatione vasorum disposuit, & ideo sibi primo tradita fuerunt.

4 Cultri vi. Erant cultelli magni ad diuidendum hostias.

5 Scyp. au. tr. In Heb. habetur: Bacini aurei. In bacinis argenteis recipiebatur sanguis hostiarum, sed in bacinis aureis portabatur intra sanctum sanctorum in die expiationis.

6 Omnia va. au. & c. Numerus autem partium singularum simul in unum non ascendit tantum, quia illa quae erant pretiosiora, fuerunt numerata per partes, in numero uero illo totali fuerunt inclusa multa alia quae non erant tanti ualoris.

ad fide errauerant cum eis qui nuper fidem didicerunt, in Ierusalem optate pacis, & in Iudaeam confessionis uel laudationis redierint, mox quisque ciuitatem suam repetens ingreditur, id est, custodiam & operationem uirtutum, quam diuina dignatio, secundum mensuram fidei largitur. deuotus

exequitur. Bene autem cum dixisset generaliter reuersos in Iudaeam & Ierusalem, subiicit. Vnusquisque in ci. suam. quia sic singuli in suis ciuitatibus commorabantur, vt generaliter omnes ad Iudaeam & Ierusalem pertinerent. Designat ergo Ierusalem uniuersalem ecclesie statum & ciuitates ad eam pertinentes singulas fidelium uirtutes, in quibus ab incurribus demonum muniuntur. Post sunt etiam per ciuitates in quibus commorabantur qui de captiuitate in Ierusalem & Iudaeam uenerant, diuersimode per orbem ecclesiae accipiuntur: ex quibus una catholica perficitur, in quibus quicumque conuersantur singuli se filios catholicae ecclesiae quasi ciues Ierusalem profitentur. Utebantur autem ante alios Zorobabel & Iesu ducibus, quorum vnus de regia, alter de sacerdotali prosapia erat, qui vnus

verus

merus popularium. secundo sacerdotum, ibi. Sacerdotes. tertio prophetarum sive incertorum, ibi. Et hi qui ascenderunt. quarto colligitur numerus omnium, ibi. Omnis multitudo. Circa primum dicitur. Hi sunt autem prouinciae filij. id est Iudaeae prouinciae, cuius filii dicuntur Iudaei, licet quidam inde in captiuitatem ducti.

Vnus-

tans ecclesia, eius autem filii sunt credentes populi, qui per peccatum erant in captiuitatem deducti, sed per Christi gratiam sunt reuersi.

Qui

verum regis & a summi sacerdotis personam gerebant. Ipse solus est per quem ad salutem venimus. vñ. Ne ve. ad pat. me. ni. & c. qui singulos electorum vel per seipsum occulta inspiratione vel per prædicatores aperta eruditione de confusione presentis vite ad visionem pacis & confessionem diuinæ laudis, quali ad Iudæam & Ierusalem de Babylone colligit. Vitio autem pacis & confessionis in presenti inchoatur, & in futuro perficitur.

a Vnusquisque in civitatem.

Bed. Ideo vigilanter scriptura distinguit de qua generatione captiuorum soluti in patriam redierint, ut ex eo admoneremur quanta certitudine summæ electorum suorum in libro vite dominus describitur & velut in albo cæli consignet quot animas quæque fidelium vel verbo vel exemplo conuerteret, pro quibus certa mercede remuneret.

b Numerus & c. Bed. Populum Israel tribum Iudæam & Benjamin dicit, & quicumque de alijs tribubus Assyriorum quondam euaserat manus sed cum his qui fuerant a Babylonijs captiuati.

rufalem & Iudæam, unusquisque in civitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel. Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsam, Mesphar, Beguai, Rechem, Baana. Numerus virorum populi Israel, Filij Pharos, duo milia centum septuaginta duo. Filij Sephatia trecenti septuaginta duo. Filij Arrea septingenti septuaginta quinque. Filij Phabat moab filiorum Iosue Ioab duo milia octingenti duodecim. Filii Aelam mille ducenti quinquaginta quatuor. Filij Zethua, nongenti quadraginta quinque. Filij Zachai, septingenti sexaginta. Filij Bani sexcenti quadraginta duo. Filij Bebai, sexcenti viginti tres. Filij Azgad, mille ducenti viginti duo. Filij Adonicam, sexcenti sexaginta sex. Filij Beguai, duo milia quinquaginta sex. Filij Adin, quadringenti quinquaginta quatuor. Filij Ater qui erant ex Ezechia, nonaginta octo. Filij Belsai, trecenti viginti tres. Filij Iora, centum duodecim. Filij Hasum, ducenti viginti tres. Filij Gebbar, nongenti quinque. Filii Bethlehem centum viginti tres. Viri Netupha, quinquaginta sex. Viri Anathoth, centum viginti octo. Filij Azmaueth, quadraginta duo. Filii Cariathiatim, Cephura & Beroth, septingenti quadraginta tres. Filij Rama, & Gabaa, sexcenti viginti unus. Viri Machimas, centum viginti duo. Viri Bethel & Hai, ducenti viginti tres. Filij Nebo, quinquaginta duo. Filij Megbis, centum quinquaginta sex. Filij Aelam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor. Filij Harim, trecenti viginti. Filij Lodhadid & Ono, septingenti viginti quinque. Filij Iericho, trecenti quadraginta quinque. Filij Senaa, tria milia sexcenti triginta. Sacerdotes Filij Iadaia in domo Iosue, nongenti septuaginta tres. Filij Emmer, mille quinquaginta duo. Filii Phelhur, mille ducenti quadraginta septem. Filii Harim, mille decem & septem. Leuitæ, Filii Iosue & Cedmiel filiorum Odouia, septuaginta quatuor. Cantores, Filii Asaph, centum viginti octo. Filii ianitorum, filii Sellum, filii Ater, filij Termon, filij Accub, filij Matita, filij Sobai, vniuersi centum triginta novem. Nathinæi, filij Sina, filij Hasupha, filii Tabbaoth, filii Ceros, filii Ceros, filii Sina, filii Phadon, filii Lebana, filii Hagaba, filii Accub, filii Hagab, filii Semlai, filii Hanan, filii Gaddel, filii Gaher, filii Raaiia, filii Rasin, filii Necoda, filii Gazam, filii Aza, filii Phatea, filii Belee, filii Asena, filii Munim, filii Nephusim, filii Bacbuc, filii Hapcupha, filii Harhur, filii Besluth, filii Mahida, filii Harfa, filii Bercos, filii Sifara, filii Themæ, filii Nafia, filii Hatipha, filii seruorum Salomonis, filii Sotai, filii Sophereth, filii Pharuda, filii Iala, filii Dercon, filii Geddel, filii Saphatia, filii Hatul, filii Phocereth qui erant de Asebaim, filii Ami. Omnes Nathinæi, & filii seruorum Salomonis tre-

ti. Deniq; notandum, quia in ipsa serie catalogi & magis vbiidem catalogus in secunda parte libri. 1. verbis Nehemie reperitur, quindecim ferre civitatum nomina inferuntur, quæ (nisi fallor) in Iudæa tantum & Benjamin inueniuntur. vnde verisimile est populum Israel hoc loco de ipsis maxime tribubus vna cum sacerdotibus & Leuitis qui inter eos sortem habuerant, debere intelligi. c Nathinæi, s. Be. Nathinæi qui post sacerdotes, Leuitas cantores, & ianitores in ordine describuntur, ipsi tunc fuere qui nunc in ecclesia sub diaconi vocantur, obediens officijs Leuitarum, & oblationes in templo suscipientes, a populo.

d Omnes na. Bed. Hoc loco etiam secundum literam gratia Dei ostenditur, quæ etiam in veteri testamento Gentiles ad salutem recipiebantur, dum exposito catalogo eorum quos veraciter ad populum Dei pertinere constabat, adiuncti sunt, qui verum ex Israel

Ibidem.

E

Ibidem.

F

an

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Vnus. in ci. quia vnusquisque naturaliter diligit locum natiuitatis sue.
- 2 Qui uenit cum Zo & c. Nomina istorum exprimuntur, qui a fuerunt persona notabiles & principale: alij autem comprehenduntur sub nominibus patrum vel ciuitatum vnde fuerant, cum subditur.
- 3 Filii Pharos duo mi. Circa quod sciendum, quod aliqua nomina hic exprimuntur, de quibus certum est quod sunt nomina ciuitatum sicut dicitur infra, Filii Bethlehem, et filii Cariathiarim, et filii Ierico, et similia, et aliqua de quibus certum est quod sunt nomina patrum, ut cum dicitur infra Cantores filii Asaph, et filii Sellum et Nathinæi, et filii Sobai, et consimilia, multa vero nomina, hic exprimuntur a quibus filii dicuntur, de quibus nominibus non habetur certitudo, vnde sunt nomina patrum vel ciuitatum, quæ nec doctores Hebraici nec Latini hoc determinauerunt.

Sacer-

- 4 Sacerdotes hic consequenter ponitur numerus Leuitarum, et inchoatur a sacerdotibus, qui erant principales in tribu Leui, cum dicitur. Sacerdotes, filij Iadaia in domo Iosue, nomina sunt patrum.
- 5 Le. si. Isti inuabunt sacerdotes eis ministrando in oblationibus sacrificiorum.
- 6 Cantores filij Asaph. Isti cantabant diuinas laudes, quando offerebantur libamina sacrificiorum.
- 7 Filij iani. qui custodiebant portas atrij sacerdotum ad quatuor partes orbis.
- 8 Nathinæi. Isti portabant ligna et aquas ad locum diuini cultus.
- 9 Filij Sa. serui Salomonis dicitur illi qui fuerunt deputati ad custodia edificiorum templi, et ad reparandum ea quæ essent reparanda, et isti dicuntur filieorum, quia descenderunt ab ipsis, licet per multas generationes.

Et

MORALITER

- 2 Qui uenerunt, & c. per Zorobabel qui fuit dux redeuntium Iudeorum, significatur B. Petrus pastor ouium, & apostolus Iudeorum, sicut dicitur Gal. 2. b. Qui operatus est Petro in apostolatum

stolatum circumcisionis & c. Et ideo per hic numeratos Iudeos signantur credentes de Iudæa per B. Petri prædicationem, de quibus dicitur Act. 2. b. Stans autem Petrus cum, undecim eleuauit vocem suam & locutus est eis, Viri Iudæi, & c. Sequitur infra. Qui

Tom. 2.

SS 3 † ergo

A an ex profelytis essent, ignorabatur, eorūq; simul inter filios Israel numerus exponitur, & sim. lōga sep̄ratione patrum suorū a templo vel populo Dei quomodo loia leum pertinerent indicare nequerant, qui tū data generali licētia de captiuitate ascēderant, vt socij recipiebantur, gaudebant etiam ceteri Israhelites eos ob amorem in communis fidei & religio- nis habere quali fratres & notos, & hinc origine carnis minus cognoscebant eos.

Allegorice.

Allegorice autem inter patientes qui liberati a captiuitate victorum ad edificandam vel in se vel in alijs domum domini ascēdunt, sunt nonnulli qui plurimis grauioribus peccatis attricti, qui a Deo ab omni a- cti pietatis & castita- tis vidētur alienati, vt nihil prorsus bonita- tis & religionis quam a doctoribus acceperant, in eis remanente videatur, nec possunt indicare vtrum ex Israhelites ex sancta ecclesia fuerint generati, quia tales peccādo facti sunt quasi nūquam pertinuerunt a l Spiritū sanctum, peccando tū corriguntur, & cōuertuntur, vt numerus eorū in ter veros Israhelitas in quib. dolus nō est, cōscribatur in celis.

1286
Liber.

^a Hi erant autores templi qui resicrebant sarratoda, si forte fuissent vexata, & restaurabāt de sacra pecunia centi nonagintaduo. Et hi qui ascēderūt de Thelmeia, Thelharfa, Cherub, & Adō, & Emer, & non potuerunt indicare

domum patrum suorum, & semen suum vtrum ex Israel es- sent, filij Dalai, filij Tobia, filij Necoda, sexcēti quinquagin- taduo. Et de filijs sacerdotum, filij Hobia filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorē, & vocatus est nomine eorum. Hi quęsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eieciti sunt de sacerdotio. Et dixit Atherfatha eis, vt non comederent de sancto sanctorū, donec surgeret sacerdos † doctus atque perfectus.

^a Multitudo nris credentium erat eor vnum. &c.
^b Quamuis tantus exercitus, tam diuersi gradus tam diuersæ conditionis.

B Omnis multitudo quasi vir vnus, quadraginta duo milia tre- centi sexaginta, exceptis seruis eorum & ancillis, qui erāt se- ptem milia trecenti triginta septem. Et in ipsis cantōres &

cantatrices ducenti. Equi eorum septingenti trigintasex

Bed. Hi eos significant qui profectu emendatioris vitæ vicia superare, & virtutum culmen ascendere satagunt, non- dam tamen sibi ad prouidendam viam regularis vitę suffi- cient, sed eorum qui in Christo præcesserunt industria coer- centur & diriguntur.
c Et in ip. Mystice in templo vel populo Dei sunt cantores, qui maiore animi dulcedine cælestia mandata custodiunt, & au-

erudo ale pertinerent, qui aut suspecti, aut terra profelyto rum. i. aduenarum essent stirpe procreati. Sacerdotes: ergo suspectos ab altaris mouerunt officio, vsq; dum certius eorū origo claresceret, s. d. nihilominus in societate transmigran- tium vniuersi secum pace seruauerunt.

Mystice autem que- rant filij sacerdotum de captiuitate Baby- lonica, ascendentes scripturam genealo- giæ suæ, nec inue- nientes de sacerdotio eieciuntur cum mini- stri altaris in tanta fla- gitia vel nefanda dog- mata decidunt, vt & si penitendo ad sa- lutem animæ redeāt, non tamen digni sunt qui ad sacrum gra- dum restituantur. Et si enim inter fideles vitam expectent ater- nam, non tamen scri- pturam gradus sui, quem repetere ne- queunt inter perfe- ctos sacerdotes inue- niunt.

emendatioris vitæ vicia superare, & virtutum culmen ascendere satagunt, non- dam tamen sibi ad prouidendam viam regularis vitę suffi- cient, sed eorum qui in Christo præcesserunt industria coer- centur & diriguntur.

Et in ip. Mystice in templo vel populo Dei sunt cantores, qui maiore animi dulcedine cælestia mandata custodiunt, & au-

NICOLAUS DE LYRA.

scripturæ, & secundum hoc negotia terminare sicut Darius
post dictam disquisitionem p̄cepit diligenter exequi do-
mus Dei ædificationem.

Vt de arca regis. Nam in piis operibus summus pontifex
& etiam alii p̄lati non solum debent esse fauorabiles ver-
bis, sed etiam temporalibus auxiliis prout possunt.

A ad fidem Christi veniunt, qui velut in arca regis erant, cum regalium arcatorum consensu essent. Sed dantur presbyteris, & senioribus Iudeorum in sumptibus operis templi, dum magistris, & ecclesiarum erudiendi membris ac iuuantibus committuntur. Qualis fuit Calpodorus quondam Senator, repente ecclesie doctor, quidam in

terror.

Ibid.

expositione psalmsu diligentem attendit, quod Ambrosius, quid Hilarius, quid Augustinus, quid Cyrillus quid Iohannes, quid ceteri sancti dixerunt, edoctum se a senioribus Iudeorum, i. consuetum, & laudantium Deum probavit. **a Vitulos, & agnos.** Beda. Hec animalia quae munda sunt, & frumentum, & sal, & vinum, & oleum, quae secundum legem offeruntur, in significatione bonorum hominum, vel operum perfectorum, vel charitatum spiritualium saepe ponuntur, quae nunc iubente rege in holocaustum Deo caeli offeruntur cum fauentibus mundi principibus res sanctae ecclesiae crescunt, subditque eis populi in unam veritatis fidem Christo consecrandi aggregantur, & quicquid boni naturalis quisque diuinitus habuerit, quicquid a viris ecclesiae sancte didicerit, totum in diuinum cultum impendit.

1. Tim. 3. 2

Mystice

b Secundum ritum. Quia tunc tantum vota offerentium accepta erunt, cum secundum catholicam pacis ritum offeruntur, quae autem Gentili superstitione, vel haeretica permixta sunt, bona non sunt.

c Ora quae secundum illud Apostoli. *Obsecro ergo primo omnium fieri obsecrationes, & orationes pro sublimibus, gratiarumque actiones omnibus, pro hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt.*

d A me er. Grauiissima poena uoluit eum punire qui decretum mutaret, damno. s. c. n. m. quae haberet, & animae suae, quam etiam ligno confixus longo cruciatu amitteret.

C Mystice autem opera nostra lignis comparantur, bona fructiferis, praua autem salicibus, & incendio dignis, tolliturque lignum de domo eius, qui holocaustis domini contradicit, & erigitur, & ipse in eo configitur, cum opera eorum qui paci ecclesiae repugnant omnibus manifeste, quam sint inutilia, & peruersa patefuerint, & ipsi in eis non uitae gaudium, sed mortis laqueum acquisisse probantur. Domus quoque talium publicatur, i. publico censu proferbitur, cum corpora eorum cum quibus in hac uita remanserunt, in resurrectione perpetuo punienda tormento sauis exactoribus, immundis spiritibus in potestate traduntur.

c Deus autem. Decretum suum diuinae potentiae confirmari desiderat.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et offerant oblationes Deo, &c. Ex quo patet, quod iste rex habebat fidem ueritatis dei, nec tenebatur ad legem Moysaicae, cum esset Gentilis, ut frequenter dicitur, i. iustificabat. u. Gentilibus ad salutem uocare unum Deum proniuentem salutem hominum per modum sibi congruum, & in hoc articulo prouident. & continetur totum Christi mysterium implicite.

2 A me ergo. Hic consequenter taxatur poena impediendum adificationem templi, cum dicitur.

3 Ut omnis homo qui hanc mutauit, ponendo impedimentum.

4 Tollatur lignum, &c. ad faciendum patibulum in quo suspēdatur.

5 Domus autem eius. i. bona ipsius sisco regio applicentur.

6 Deus autem qui habitare, &c. Hoc dixit rex deuotus regans Deum caeli, ut per omnipotentiam suam, & iustitiam puniat impediētes diuinae adificationem, si aliqui talesingerent quos non posset punire

MORALITER.

2 A me ergo posuim ista, &c. Per quod intelligitur, quod impediētes edificationem ecclesiae incurrunt damnationem eternam, unde & in literis Papalibus dicitur: Nulli ergo uobis in uoluntate licet, &c. Si quis autem in hoc attentare praesumpserit

desiderat, & ipse ut homo temporali regno praeditus pro pace domus Dei publica lege ornata quae potest facit. Quod nunc quoque in ecclesia geritur, cum terrenae potestates ad fidem conuersae pro statu ecclesiae publica edicta proponunt & hanc domino iuuante, & inimicos debellante placidam

pacem semper habere cupiunt.

f Ego Darius statui.

g Iosep. Haec cum Darius in Cyri commentariis inuenisset referi psit Sisini, & collegis eius hoc modo. Rex Darius Sisini, & magistris equitum, & Sorabazani, ceterisque magistratibus, Salutem. Mitto ad uos exempla epistolae Cyri, quam in ipsius commentariis inueni, uoloque, ut omnia fiant quemadmodum in ea continentur. Valete.

g Seniores. Nunc quoque confluentibus ad fidem populis, & aliquando his qui foris sunt fauentibus, seniores Iudeorum. i. qui magisterio digni sunt ecclesiam quotidie uerbo, & exemplo adifi-

cant, & prospantur, quia etsi diabolus impugnet, inuenit tamen sermo Dei in quibus vincat, & fugatis aduersariis, muros ueritatis extruat.

h Iuxta pro. Praedixerant enim quia si edificando templo insisterent, mox donante domino, & opus ipsum completerent, & bonis omnibus abundarent.

Beda. Nemo quod Aggaeus dicit sub Dario rege iacta esse templi fundamenta, aestimet contrarium huic historiae in qua scriptum est, secundo anno Cyri regis fundatum esse a camentariis templum, multum laudante Deum, & congaudente populo. Tunc enim ipsius templi fundatio descripta est, i. domus interioris, cuius mensuras specialiter Re. & Par. historia refert. Nunc autem cum edificatione domus, & porticum, & gazophylaciorum, quae domum undique ambiabant, fundata dicuntur aedificia, quorum in Par. ita fit mentio. *Fecit & atrium sacerdotum, & basilicam grandem, & ostia in basilica quae texit gre.* In qua. s. basilica templo circumposita populus ad orandum consistebat & custodes, ac ianitores templi per uices die, ac nocte exultabant, sicut Par. docet. Hec aliquando generaliter cum ipso templo annumerantur (ut in euangelio) ubi docente in templo domino, mulierem in adulterio deprehensam adduxerunt Pharisei, & Scribae, quae nullo modo nisi in aliquas porticus templi introducere potuerunt. Aliquando separatim sub nocte gazophylaciorum, uel exedrae, uel porticum, uel atriorum, uel. *Qui stans in domo domini, in atris domus Dei nostri.* **i Et Artaxerxe.** Queritur, quo iubente Artaxerxe dicatur domus constructa, cum statim subiungitur eam regnante adhuc

adhuc, eo quod non essent sub sua potestate.

7 Igitur Thathanai. Hic consequenter describitur mandati regis excentio, & primo circa hoc describitur consummatio templi, secundo dedicatio consummati, ibi. Fuerunt autem. Circa primum, primo ponitur diligentia a Gentilibus qui erant serui regis, ideo subiungitur.

8 Secundum quod praeeperat. Et sic patet per effectum quod dictum est supra, quod illi non habebant uoluntatem impediendi opus Dei, sed magis promouendi declarata circa hoc regis uoluntate, secundo ponitur excentio operis per Iudeos, cum dicitur.

9 Seniores autem Iudei. Populum inducendo ad opus.

10 Iuxta praep. Aggaei. Qui praedixerat opus non impediri a Persis.

11 Iubente Deo. I. er Aggaeum, & Zachariam prophetas suos.

12 Et iubente Cyro. ut habetur sup. i. cap.

13 Et Dario. ut patet in isto c.

14 Et Artaxerxe. Dicit autem Rab. Sal. quod iste Artaxerxes idem est

rit indignationem omnem omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum eius Petri, & Pauli se nouerit incursum. **7** Igitur Thathanai dux. Per istos designantur illi qui facta super eos manu domini de impeditoribus aedificationum ecclesiae fiunt adiutores aedificationum ipsam, & haec est mutatio dexterae excelsi.

adhuc Dario fuisse completam, & dedicatam, nisi forte credendum est etiam Artaxerxem misso auro, & argento iustificasse, ubi si quis minus in ædificio, vel ornatu templi, vel vasorum esset completum, perficeretur. Nam Esdra illic prope rante, scriptum est, quod idem rex cum principibus vel consiliariis suis plurimum auri, & argenti,

& vasorum miserit ad templum. *a Mensis Adar.* Beda. Cuius tertia die domus completa est. Ipse est Martius, quem scriptura duodecimam iuxta cursum lune solet appellare. nec vacat a mysterio, quod domus Domini, quæ septimo mense in ædificio altaris coepit, duodecimo mense est perfecta. Capta est. n. in initio mensis septimi, quia omne bonum quod facimus præueniente gratia spiritus sancti incipimus, & eadem comitate perficimus. Completa est autem duodecimo mense, ob significantiã perfectionis, quæ hoc numero continetur, maxime propter summam Apostolorum, in quorum fide, & doctrina perficitur ecclesia. Item duodenarius perfectionis fidei, & operationis significat, quia siue tria per quatuor, siue quatuor per tria multiplices 12. consummabis. Tria autem ad fidem propter confessionem sanctæ trinitatis referuntur quatuor ad opus bonum, propter quatuor principales virtutes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, & iustitiam, de quibus dicitur. *Sobrietatem. n. & prudentiam docet, & virtutem, quibus nihil est in vita hominis.* Recte ergo domus domini septimo mense inchoata, duodecimo perfecta est, & dedicata, quia mens electorum gratia spiritus sancti illustratur, ut ad perfectionem bonæ operationis perveniat cum fide sanctæ trinitatis, sicque lætabunda dedicationem retributionis expectat. Et quoniam hæc retributio futuræ solennitatis in tempore vniuersalis resurrectionis, & in visione trinitatis perficitur, recte domus domini non solum duodecimo mense tertia eius die completa memoratur, quia a dominus die tertia resurrexit, resurrectio nostra potest triduo numero signari, de qua dicitur. *In die tertia suscitabit nos.* Capta est autem ædificatio templi anno primo Ciri regis, & consummata sexto anno Darii, qui sunt anni secundum Chronicam 45. Cyrus. n. regnavit annis 30 post quæ Cambyses filius eius octo, qui in hoc volumine, sicut Iosephus autumat Artaxerxes vocatur, post quem magi qui illum interfecerunt anno vno, post quos Darius usque ad consummationem, & dedicationem templi anni sex, qui sunt anni quadraginta quinque. Queritur autem quomodo responderunt Iudæi. *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, &c.* Sed si historiam Iosephi legimus, quæ post consummationem, & dedicationem templi tres annos addit, in quibus peribola. i. circumposita templo munitionum constructio, & quadam alia quæ remanserunt perfecta sunt, videbimus, quia recte in ædificatione templi 46. annorum potuerit summa computari, in quibus eminentiora cuncta fuere completa. Beda. Templum vero quanquam electam animam significat propter inhabitantem in se spiritum Christi, & ecclesiam totam, i. congregationem omnium electorum angelorum, & hominum etiam ipsum corpus Christi de virgine natum exprimit sine peccato in mundo conversatum, morte solutum, & die tertia suscitatum. Cui specialiter aptatur quod 46. annis ædificatum dicitur. Aut. n. physiçi, quod dierum numero corpus humanum in utero atque conceptionis usque ad perfecta membrorum humamenta crescat. Et decebat ut domus quæ corpus domini signabat, eo annorum numero in Ierusalem conderetur, quo corpus domini in utero virginis erat creandum. Virgo. n. Ierusalem. i. civitas regis magni, & visio illius pacis nominatur, de qua

gibus Persarum, & compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darii regis. Fecerunt autem filii Israel, sacerdotes, & Leuitæ, & reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio, & obtulerunt in dedicatione domus Dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim iuxta numerum tribuum Israel. Et statuerunt

offitium animarum vitam pervenimus. A superiore quoque in tertium penetravimus, cum beatitudinem animarum etiam corporum immortalium perceptione cumulamus. *b Fecerunt autem.* Merito gaudent filii transmigrationis, qui captivitatem evaserunt, & domum Dei ædificare meruerunt & quasi devoti Deo famuli in dedicatione domus eius hostias & quasi fraternitatis amatores pro peccato totius Israel ubi cunque essent rogantes eum Deum fieri propitium, & eos vel inter hostes custodire, vel ad patriam revocare. Re. te autem de dicatur templum a sacerdotibus, & Leuitis, & reliquis filiorum transmigrationis in gaudio, quia correptis peccatoribus sit gaudium in celo coram angelis Dei, & magistris, qui pro eorum salute laboraverunt, & omnibus qui de confusione peccatorum ad virtutum arcem, terram. i. promissionis incedunt, & operantur transmigrant. Sacerdotes ergo, & Leuitæ, & ois populus in dedicatione restauratæ domus gaudent, quia ois ordines ecclesie reconciliatis per penitentiam peccatoribus gaudent.

c Et obtulerunt. Offerunt in dedicatione hostias, cum pro et rantum conversione Deo gratias agunt, cum multi conspecta devotione eorum, ad amata se vitæ opera accingunt, ne sint segnioreis in operando, quibus innocentes fuerunt manus peccando. Multi etiam qui in fide præcesserunt, ferventiora novitiorum studia amulantur.

d Hircos capra. Hirci in hac vita offeruntur pro peccato, cum electi Deo supplicant, ut liberentur a peccatis: offeruntur in futuro, cum gratias agunt qui liberati sunt, ideoque misericordias domini in æternum cantabunt. quia semper misericordiam se suscipere, & dono eius liberatos esse memorabunt.

e Pro peccato. Pro peccato etiam totius Israel offerunt, quia oportet sic eos qui nobiscum sunt, nobis favere, sic illorum bona imitando nostra facere, ut etiam pro statu totius ecclesie dominum deprecemur. Vnde in oratione domini ca nemo sibi specialiter aliquid petit, sed omnibus qui eundem patrem habent in caelis. Item ædificato templo dedicatio sequitur, cum completa in fine seculi summa electorum perveniet ad gratiam celestium premiorum, in qua hostiæ offeruntur, de quibus eadem domus, idest Ecclesia post captivitatem in mortalibus erunt reædificata per gloriam immortalitatis dicit. *Dirupisti domum vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Et quia offeruntur non solum pro donis virtutum, sed & pro mundanis sordibus vitiorum, bene post vitulos, arietes, & agnos hirci pro peccato totius Israel offeruntur, gratia. n. de qua virtutum beneficia confert, etiam scelera aufert. Nec in domo Dei habet Pelagius locum, qui se suoque persuadebat libertate arbitrii, vel liberari a malis, vel confirmari posse in bonis.

f Et statuerunt. Ordo posebat, ut domo Dei ædificata mox

dicitur *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Sicut etiam illud. *Offitium autem lateris medii in parte erat domus domini dextera, & per eam ascendebatur in superius ædificaculum, & a superiore in tertium specialiter corpus Christi figuravit, de quo dicitur. Unus militum lancea lacus eius aperuit, &c.* Offitium. n. lateris medii in parte erat domus dextera, idest ab Orientali angulo lateris meridiani incipiens, & per interiora eiusdem lateris occulto itinere paulatim ad altiora cœnaculorum, perducens, quia Christus ianuam nobis salutis in dextero latere suo voluit aperiri, per cuius sacrata abluti, & sanctificati in vocamus altiorum aulam regni caelestis. Ascendimus enim per ostium medii lateris in superius cœnaculum, quando per aquam baptismi, & poculum domini calicis consecrati, ab hac terrestri consecratione ad caele-

stium animarum vitam pervenimus. A superiore quoque in tertium penetravimus, cum beatitudinem animarum etiam corporum immortalium perceptione cumulamus.

b Fecerunt autem. Merito gaudent filii transmigrationis, qui captivitatem evaserunt, & domum Dei ædificare meruerunt & quasi devoti Deo famuli in dedicatione domus eius hostias & quasi fraternitatis amatores pro peccato totius Israel ubi cunque essent rogantes eum Deum fieri propitium, & eos vel inter hostes custodire, vel ad patriam revocare. Re. te autem de dicatur templum a sacerdotibus, & Leuitis, & reliquis filiorum transmigrationis in gaudio, quia correptis peccatoribus sit gaudium in celo coram angelis Dei, & magistris, qui pro eorum salute laboraverunt, & omnibus qui de confusione peccatorum ad virtutum arcem, terram. i. promissionis incedunt, & operantur transmigrant. Sacerdotes ergo, & Leuitæ, & ois populus in dedicatione restauratæ domus gaudent, quia ois ordines ecclesie reconciliatis per penitentiam peccatoribus gaudent.

c Et obtulerunt. Offerunt in dedicatione hostias, cum pro et rantum conversione Deo gratias agunt, cum multi conspecta devotione eorum, ad amata se vitæ opera accingunt, ne sint segnioreis in operando, quibus innocentes fuerunt manus peccando. Multi etiam qui in fide præcesserunt, ferventiora novitiorum studia amulantur.

d Hircos capra. Hirci in hac vita offeruntur pro peccato, cum electi Deo supplicant, ut liberentur a peccatis: offeruntur in futuro, cum gratias agunt qui liberati sunt, ideoque misericordias domini in æternum cantabunt. quia semper misericordiam se suscipere, & dono eius liberatos esse memorabunt.

e Pro peccato. Pro peccato etiam totius Israel offerunt, quia oportet sic eos qui nobiscum sunt, nobis favere, sic illorum bona imitando nostra facere, ut etiam pro statu totius ecclesie dominum deprecemur. Vnde in oratione domini ca nemo sibi specialiter aliquid petit, sed omnibus qui eundem patrem habent in caelis. Item ædificato templo dedicatio sequitur, cum completa in fine seculi summa electorum perveniet ad gratiam celestium premiorum, in qua hostiæ offeruntur, de quibus eadem domus, idest Ecclesia post captivitatem in mortalibus erunt reædificata per gloriam immortalitatis dicit. *Dirupisti domum vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Et quia offeruntur non solum pro donis virtutum, sed & pro mundanis sordibus vitiorum, bene post vitulos, arietes, & agnos hirci pro peccato totius Israel offeruntur, gratia. n. de qua virtutum beneficia confert, etiam scelera aufert. Nec in domo Dei habet Pelagius locum, qui se suoque persuadebat libertate arbitrii, vel liberari a malis, vel confirmari posse in bonis.

f Et statuerunt. Ordo posebat, ut domo Dei ædificata mox

per veritatis prædicationem debent applicari ad opus bonum, & hæc applicatio est quædam dedicatio, debent etiam offerri in gaudio, quia sacrificia coacta non placent Deo.

NICOLAUS DE LYRA.
quod Darius, sed vocatus est Darius nomine proprio. Artaxerxes aut nomine communi regio, quia secundum ipsum omnes reges Persarum vocabantur Artaxerxes, sicut & omnes reges Aegypti Pharaones, & Romani Casares. Iosephus vero dicit, quod iste Artaxerxes fuit filius Darii, vocat tamen Xerxes, quia licet tempore patris templum fuerit completum, ut habetur in hoc capitulo, tamen aliqua quæ pertinebant ad ornatum templi iam ædificati, & aliqua ædificia circa templum tempore suo fuerunt facta.

MORALITER.
2 Fecerunt autem filii Israel, &c. Sequitur.
† Et obtulerunt in dedicatio. Post ædificationem. n. fidelium per

† Et compleverunt domum Dei istam usque ad diem tertium mensis Adar. Qui est duodecimus mensis apud Hebræos, et partim correspondet Martio nostro, et partim Februario, quia primus mensis eorum semper incipit a propinquiori lunatione æquinoctio vernali, quod est 12. die Martii siue sit ante æquinoctium, siue post. siue in ipso æquinoctio. 2 Fecerunt autem. Hic consequenter describitur templi ædificati dedicatio, & patet litera usque ibi.

✽ Sicut
per veritatis prædicationem debent applicari ad opus bonum, & hæc applicatio est quædam dedicatio, debent etiam offerri in gaudio, quia sacrificia coacta non placent Deo.
Tom. 2. TT 2 † Fe-

A sacerdotes, & Leuitæ qui in ea ministrarent, ordinarentur. Quod obseruandum est his qui magnifice monasteria con-

Vbi sup. cap. 8

Leu. 21. c

2. Par. 16

Mat. ult. d

Vbi sup.

a sacerdotibus, & Leuitas in vicibus suis constitutos, uices hebdomadarum significat, in quibus ois ceterus utriusque gradus, per 24. partes erat distributus, ita ut unusquisque, ordo vice sua hebdomadis per 3. dies s. a sabbatho vsq; ad sabbathum in templo ministraret, & post 24. hebdomadis a templi liber officii curam propriæ rei a-

B geret, ut uerba dicti narrat, nam & in circumcinitu interioris sacerarii iam fecerat porticus templi, in quarum ianuis per uices obseruabant Leuitæ,

sicut ibi dicitur. Quod uero ait, sicut scriptum est in libro Moyse, non ad uices Leuitarum, sed ad opera Dei pertinet. Moyses. n. scripsit, quid sacerdotes, quid Leuitæ in domo Dei operarentur. Vices uero Leuitarum, & ordines sacerdotum per fortes 24. non Moyses, sed Dauid rex cum prophetis, sacerdotibus, & Leuitis sui temporis descripsit. Et nunc quoque edificata, & dedicata ecclesia per regenerationem nouorum in fide populorum, statui decet sacerdotes, & Leuitas in ordinibus suis, & uicibus suis, qui sunt super opera Dei, ut non solum sacramentis fidei innitentur populi, sed exemplis, & eruditione præcedentium iustorum ad agenda quæ Dei sunt, accingantur, & hoc non pro captu humani ingenii, sed sicut scriptum est in libro Moyse, cui consonat illud euangelii. *Euntes docete omnes gentes bap. v. &c.* docentes eos seruare omnia mandata Dei. Non. n. audientes nostra propria, sed ea quæ legis, & euangelii sunt, mandata docere debemus, si ad præmia domini una cum eis peruenire curamus.

C *fecerunt autem si.* Ideo specialiter edificata, & dedicata domo domini celebratio paschæ memoratur, cum nulli dubium esset, tum religiosos pascha suo tempore celebrare, ut mystice insinuaretur hanc esse summam perfectionis, cum præteritis omnibus mundi illecebris tota semper intentione mentis alterius uitæ meditantur ingressum. Pascha. n. transitus interpretatur, quia filii Israel in eo per immolationem agni de Aegyptiaca seruitute ad libertatem transierunt, uel ipse agnus. i. Christus pro nobis immolatus transit ex hoc mundo ad patrem, quod imitamur cum ab infimis uoluptatibus ad cælestia querenda transimus, & uere perficimus, cum a carnis ergastulo soluti cæleste regnum intramus.

Beda. Quare de pascha post edificatam domum refertur cum prædictum sit, quod a primo die aduentus eorum in Ierusalem in cunctis solennitatibus domini legitimas hostias, & holocausta offerrent, nisi ut innueretur quod edificatio templi eadem qua inceperunt mentis deuotione compleuerunt. Ibi. n. prædictum est, quia congregatus est populus quasi uir unus, & surrexit Iosue, & fratres eius, & edificauerunt altare ut immolarent in eo holocausta, & nunc dedicato templo instante anno 45. eadem pietas religionis omnium mentibus in se memoratur, cum dicitur purificatos fuisse sacerdotes, & Leuitas, quasi unum omnes mundos ad immolandum pascha. Quæ. n. in hac uita maior potest esse perfectio, quam multitudine unitas, multa. n. sacerdotum, multa Leuitarum erant milia, sed ois purificati, & mundi ad celebrandum pascha corde uno, & aia una, nec dispar in populo unitas, cum dicitur

NICOLAUS DE LYRA.

1 Sicut scriptum est. Hoc non refertur ad omnes sacerdotum, & uices Leuitarum, quos Dauid instruit, ut habetur 2. Par. sed ad officia sacerdotum, & Leuitarum, de quibus habetur Leu. 24.

2 Fecerunt autem filii Israel. i. filii Israel qui uenerunt de transmigratione.

MORALITER.

† 2 Fecerunt au filii tran. Per quod designatur, quod post transmigrationem de uicibus ad uirtutes, & non ante, debent recipere fideles sacramentum eucharistiæ.

† Et

dicitur ad immolandum pascha uniuersis filiis transmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & ibi statim inferitur. *Et comederunt filii Israel, &c.* Omnibus ergo immolatum est pascha, omnes comederunt, non solum qui reuersi fuerant de captiuitate, sed & omnes qui alicubi antea constituti separa-

a sacerdotibus in ordinibus suis, & Leuitas in vicibus suis, super opera Dei in Ierusalem, † sicut scriptum est in libro Moyse. 1
b Fecerunt autem filii Israel transmigrationis pascha quartade- 2
cima die mensis primi Purificati. n. fuerat sacerdotes, & Leui- 3
te quasi unus omnes mundi ad immolandum pascha uniuersis 4
filiis transmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & si-

bi. Et comederunt filii Israel qui reuersi fuerant de transmi-
a Non in fermento ueteri.
a Qui. s. iniquationibus feruunt.

gratione, & omnes qui se separauerant a coinquinatione
a Sunt & gentes cæli, qui ab eis separati in uirtute, & caritate domino feruunt, cuiusque solennia sincero corde celebrant.

gentium ter & ad eos, ut quærent dominum Deum Israel.
a In azyinis sine & ve.

Et fecerunt solennitatem azymorum septem diebus in lætitia, †
qm lætificauerat eos dñs, & conuerterat cor regis Assur ad eos
ut manus eorum adiuuaret in opere domus Dñi Dei Israel.

uituri. Videmus quoque illos qui templum corporis sui peccando profanauerunt, & per hoc a diabolo captiuati sunt penitentiam redisse, qui. s. mansionem in se dño repararunt.

Notandum. n. quod Salomon prius templum maxima pace regni breui tempore, & nullo contradicente perfecit. De structum autem propter peccata filii transmigrationis magna compunctione cordis longo insistentes labori, & sæpe ab inimicis retardati, tandem diuinitus adiuti restaurarunt. Facile est. n. quemquam conuersum diabolo renuntiate, uinum & uerum Deum confiteri, & percipere sacra Christi, hisque initiatum in remissione omnium peccatorum templum eius effici, & acceptam uitæ innocentiam comitante eius gratia seruare. Sed multi laboris est, si quis accepta fidei sacra peccando contemnit pristinam recipere dignitatem, quia iterum baptizari non potest, sed longo prius labore petri abluendum est, cuius ablutioni ipsa consuetudo uitiorum quasi inimica Samaritanorum turba repugnat, tanto ad supandum difficilius, quanto diutius terram cordis uirtute uacua possedit.

c *Et fecerunt so.* Beda. potest in hoc loco celebratio paschæ ad resurrectionem referri, ut edificatio templi præsentem ecclesiæ statum significet, dedicatio uitam futuram, quæ in animarum cum de corpore exierint, lætitia agitur, immolatio paschæ gloriam resurrectionis, cum electi immaculati carne agni non in sacramento credentes, sed in re ipsa, & ueritate reuerentur. Unde hoc in pascha omnes quasi unus affectu perhibentur, quia tunc ueraciter *agnus Dei qui tollit peccata mundi.* uide Ioannes. *Sanguis Iesu Christi Deumundat uos ab omni peccato.* Tunc erit eius uirtus, cum fuerit Deus omnia in omnibus, & azymorum solennitas in lætitia, cum nullo remanente fermento malitiæ, & nequitia omnes in ueritate, & sinceritate cordis diuinæ uisioni adhererent, non in septem diebus labentis seculi, sed in una die perennis uitæ in atriis domini, quæ melior est super ratione tanti operis pontur numerus, quam ille cui septiformem gratiam spiritus qua operantes adiuuamur, & requiem aiarum, aut resurrectionem corporum quam bene operantes speramus, denuntiat.

d *Septem diebus.* Quia per omne seculi tempus in sinceritate, & ueritate, imo in omnibus bonorum uertutibus, & holocaustis uita ducenda est, quia Christus paschali tempore transitorie mortis gustauit, sed æterna resurrectionis uirtute deuit. **e** *In lætitia.* Hæc est. n. maxima nunc in futuro iustorum lætitia, perfectum esse opus iustitiæ, uel ecclesiæ, conuersis et Gentilibus, qui olim resistebant ad adiuidandum eius statum. i. confirmandam Christianæ religionis pacem per mundum.

CAP.

3 Pascha quartadecima. Secundum quod precipitur Exo. 12.

4 Quasi unus. i. totaliter, & perfecte. 5 Et conuerterat cor. Licet. n. principaliter diceretur, rex Persarum, eo quod ibi erat translata monarchia, tamen dicitur hic rex Assur, quia regnum Assyriorum erat sub eo, sicut rex Franciæ dicitur rex Navarra.

CAP.

† *Et fece. so. Azy.* Omne tempus per septem dierum circumuoluitur. Per hoc ergo, quod fecerunt solennitatem azymorum diebus septem, significatur, quod fideles omni tempore uiuere debent in azyinis sinceritatis, & ueritatis.

C A P. VII.

Post hæc autem. Beda. Hucusque reditus populi de Babylone in Ierusalem, & relatio uasorum, dedicatio templi, & celebratio solennitatum, & dedicatio canticorum domini, quæ in terra aliena non poterant cantari, sub Zorobabel, & Iosue describuntur, quæ omnia humane saluationis in Chro continent formam, cum hi qui cū peccato originali in mū dum uenerant, sacramentis fidei purificati saluantur, vel qui peccado fidem corrumpunt, poenitendo resipiscunt & utrique per eūdem saluatorem verum regem, & sacerdotē verum pascha celebrantes de mundo ad patrem, de morte transeunt ad uitā. Sed quia tēplo incēso, vrbe subuersa, scripturæ quoque fuerunt perustæ, & has miserate dño reparari oportebat, ut q̄ ædificia eruta restaurarent, haberent unde ipsi moniti intus discerent restaurari, unde sequitur.

a Post hæc. Beda. Hunc Artaxerxem sub quo Esdras de Babylonia Ierosolymam ascendit, Iosephus putat esse Xerxen filium Darii, qui post illum regnauit, sed chronicorū libri successorem eiusdem Xerxis. Regnauit autē Darius sub quo ædificatum est templum, annos 36. post quē Xerxes annos 20. post quem Arthabanus menses 7. quos chronographi p̄ anno posuere. post hunc Artaxerxes annis 40.

b Et ipse scriba uelox. * Irenæus In ea captiuitate populi q̄ facta a Nabuchodonosor, corruptis scripturis, & post septuaginta annos Iudæis descendentib. in regionem suam & post deinde temporib. Artaxerxis Persarum regis, inspirauit De⁹ Esdræ sacerdoti tribus Leui præteritorum prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legē, quæ data est per Moysen.

* Tertul. Hierosolymis Babylonica expugnatione delictis, omne instrumentum Iudaicæ literaturæ per Esdram cōstat restauratum.

* Aug. Hoc tempore Esdras Dei sacerdos combustam a Chaldæis in archiuis templi, restituit legem. Nempe qui eodem Spiritu quo antea scripta fuerat, plenus fuit.

* Euseb. Fuit Esdras eruditissimus legis diuinæ, & clarus omnium Iudæorum magister qui de ea captiuitate regressi in Iudæam, affirmaturque diuinas scripturas memoriter cōdidisse, & ut Samaritanis non miscerentur, litteras Iudaicas commutasse.

Beda. Scriba uelox in lege Moyfi appellatur Esdras, quia

NICOLAUS DE LYRA.
C A P. VII.

Post hæc autem. Postquam superius actum est de populi reductione, hic consequenter agitur de eius insinuatione per Esdram sacerdotem, ipse. n. Esdras primo uenit de Babylone cum Zorobabel, & Iosue, sed postea rediit, ut aliquos de illis qui remanserant secum adduceret, & gratias a rege impetraret, primo igitur sub ipso describitur ordinatio templi, secūdo informatio populi, c. 9. Circa primum primo describitur ipsius Esdræ legatio, quia fuit missus a rege tanquam legatus a latere, secūdo legationis executio, c. 8. prima in tres, quia primo describitur legati conditio, secūdo legationis forma, siue explicatio, ibi. Hoc est autem exemplar. tertio gratiarum actio, ibi. Benedictus dominus. Circa primum dicitur. 1 Post hæc autem. Dicit autē Ra. Sa. quod iste fuit Darii, ut dictum est c. pr. & fuit istud anno 7.

M O R A L I T E R.

1 Post hæc. Artaxerxes lumen in silentio tentans interpretatur, ideo per ipsum Iesus Christus significatur, de quo dicit Luc. 2. c. Lumen ad reuelationem gentium, & c. Ipse etiam est rex regum, sicut de Artaxerxe dicitur infra, in hoc c. Ipse etiam tentat, non ut aliquid sibi de nouo innorescat, sed alius. Tentat etiam in silentio, quia tentatus ab eo ignorat quod ab eo tenteretur, nisi sibi diuinitus reueletur, igitur per regnum Artaxerxis ecclesia quæ regnum Christi dicitur, bene signat.

C A P. VII.



Ost hæc autem uerba in Regno Artaxerxis regis Persarum Esdras filius Saraiæ, filii Azariæ, filii Helciæ, filii Sellum, filii Sadoc, filii Achitob, filii Amariæ, filii Azariæ, filii Marathoth, filii Zarahiæ, filii Ozi, filii Bocci, filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio. Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba uelox in lege Moyfi quam dominus Deus dedit Israel. Et dedit ei rex secundum manum Domini Dei eius bonam super eum, omnem petitionem eius. Et ascenderunt de filiis Israel, & de filius sacerdotum, & de filiis Leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de nathinæis in Ierusalem, anno septimo Artaxerxis regis, & uenerunt in Ierusalem mense quinto, ipse est annus septi-

a Computata generatione usq. ad Aaron legitimus sacerdos computabatur.
b Prolepsis, nam in sequentibus quomodo uenerit, & exercitum congregauerunt, plenius scribitur.

bellorum domini, & in Iosue. Nonne hoc scriptum est in libro iustorum. In Reg quoque, & Par. voluminibus memorantur libri historici prophetarum, Ahia, Sylonicis, & Semeiz, Abdo, & Nathai, Isaia quoque, & Iehu filii Anani. i. qui librum Regum Israel scripsisse dicitur, & multa alia quorū nulla dicunt hodie posse reperiri uestigia. Ferunt quoque pro certo Hebræi, quod leuiore literas excogitauit sub nominib. earum, quas ante habuerant, quibus uelocissime tantam librorum copiam quæ consumpta erat, reficeret. Ideo nō solū scriba, sed et uelox notatur. Priores autē literæ remanserunt apud Samaritas, quibus illos quinque libros Moyfi, quos solos de scriptura sancta receperant, scribere solebant.

c Et ascenderunt. Beda. Notandum quod in capite huius libri scriptum est, quod ad permissionem Cyri ascenderunt de Babylone Zorobabel, & Iosue, & de filiis Iuda, & Benjamin cum sacerdotibus, & Leuitis omnes quorum suscitauit Deus spiritum, de quibus additum est, quod essent de captiuitate, quam trāstulit Nabuchodonosor in Babylonem. Hic autem sub Esdra duce nulla Iudæ, & Benjamin, vel Nabuchodonosor, sed tantum filiorum Israel, & sacerdotum, & Leuitarum, qui cum illo ascenderunt, mentio est. Vnde uidetur q̄ illi de Iuda, & Benjamin fuerunt, quos Nabuchodonosor captiuauit. Hi autē de decē tribub. qui specialiter post diuisionem Israel vocabantur, quos Assyriorum reges lōge ante captiuauerant, & ultra montes Medorū fecerunt habitare. Tunc ergo duē trib. maxima ex parte redierunt, & templum graui labore restaurauerūt. Decem autem tribus quæ minorē religionis curam habuerūt, q̄ destructo Chaldæorum

regni eius. s. anno immediate sequenti post consummationem templi, q̄ facta fuit an. 6. regni eius, Iosephus uero dicit, quod iste fuit filius Darii, quem uocat Xerxem, ut dictum est c. pr. 2 Esdras filius Saraiæ. in hoc ostenditur conditio legati quantum ad genus, quia descendit de Aaron, manu tamen intermedu hic omittuntur, qui ponuntur 1. Par. 5. 3 Et ipse scriba uelox. Quia legem combustam a Chaldæis reparauit, & quia nouas literas inuenit, quibus uerba Hebraica expeditius, & melius scribuntur, & sic ostenditur eius conditio quantum ad scientiam. 4 Et dedit ei rex, i. petitiones suas concessit. 5 Secundum manum domini. Quia hoc factum est magis ex Dei bonitate, quam Esdræ idoneitate. 6 Et ascenderunt de filiis Israel. Quia Ierusalem est in altiori situ, quam regio Babylonis, unde recesserunt.

* Esdras
2 Esdras filius Saraiæ. Per Esdram qui adiutor interpretatur bonus doct̄or, vel prædicator significatur, unde 1. Cor. 3. ca. Paulus doct̄or gentium, & prædicator dicit de se, & sibi similibus. Dei adiutores sumus. Igitur in regno Artaxerxis Esdras tanquam legatus a rege mittitur, cum ad docendum populum doct̄or, vel prædicator a Christo, vel eius uicario destinatur. Cuius autem conditionis esse debeat, subditur.
3 Et ipse scriba uelox. In lege. s. domini. i. studiosus debet esse in scripturis ueteris, ac noui testamenti, ideo sequitur.

D
Deu. 34. d
Re 9. b
Nu. 27. c
I. Iue 10. c
3 Re. 11. g
2. Par. 9. g

E
3. Re. 16
Ibid.
F

A rum imperio libere sub regibus Persarum vivebant, cum tem-
plum edificatum, & compressam esse Samaritanorum inui-
diam compererint, tandem aliquot ex eis redierunt, plures i-
bidein resecerunt, quorum progenies vsq. hodie in eisdem
partib. detineri, & seruire genti Persarum perhibetur. Sicut
autem Zorobabel, & Ie-
sus Christum signant, q

capenitate humana gnis
sua gratia relaxat, & sua
in nobis domum sancti-
ficando, & possidendo
aedificat. Sic Esdras Sa-
cerdos, & uelox scriba
eundem qui non venit
soluere legem sed ad im-
plere, figurat, qui ideo
scriba legis, vel scriba
uelox in lege Moyfi po-
tuit vocari, qd ipse Moy-
si legem per angelu de-
dit, ipse prophetas veri-
tatem docuit, ipse ele-
ctorum mentes ad intel-
ligendam, & faciendam
patris voluntatem acced-
dit. Vnde hoc testamen-

tum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit domi-
nus, dando leges meas in mente eorum, &c. *Et lingua mea ca-
lamus scribae.* Lingua. n. prophetæ calamus erat uelocis scri-
bae, quia quæ dominus illum sine mora tps intus docebat,
hoc ipse per officium linguæ foris temporaliter declarabat.
Esdras quoque interpretatur adiutor, quia solus Christus po-
pulum suum a tribulationibus liberat, de confusione uitio-
rum ad pacem virtutum proficientibus meritorum gradib.
inducit, unde. *Auxilium meum a domino, &c.* Ad hoc sicut Es-
dras partem populi non minimam de captiuitate Ierofoly-
mam reduxit, & pecuniam, ac vasa sancta in gloriam tem-
pli, & populum ab vxorib. alienigenis pontificali autoritate
purgauit, ita Christus in carne apprensus confusione mun-
di libera confusione vitiorum intravit vt nos, secum rediens
ab omni confusione liberatos ad tranquillitatem supernæ
pacis induceret, cuius pacis pignus in præsentem accipimus, se-
cundum illud. *Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis.* i.
temporalem uitam peregrinantibus relinquo, perpetuam
ad caelestem patriam peruenientibus do.

a Quia in primo. Beda. Prima die mensis cœpit ascendere de
Babylone, & quinto cum filiis trāsmigrationis, & primo die
mensis peruenit in Ierusalem. Primordium. n. mēsis in qua
luna nouum a sole lumen mutuari creditur, nouum doni cœ-
lestis initiū significat, & bene prima die mensis primi ascen-
dit Esdras de Babylone cum eis, quos a captiuitate saluabat,
quia principium sanctæ conuerſationis, in quo Sathanæ, &
regno eius abrenuntiamus, illustratio fit diuinæ pietatis in
nobis. Primo quoque die mensis quinti peruenit in Ierusalē,
quia & hoc non nostri libertate arbitrii, sed inspiratione sup-
næ lucis fit, ut audito euangelio ecclesiæ membris incorpo-
remur. Pulcherq; & salubris in ecclesia mos, & doctrinā pa-
trum inoleuit, vt & his qui catechizantur, quatuor Euan-
geliorum sacramentum explanetur, & recitetur in exordio. I-
tem prima die mensis quinti uenit, cum his qui liberati erāt
ab hostibus in Ierusalem, quia dum completis quatuor euan-
geliorum præceptis caeleste regnum ingredimur, quasi nouum

C uum mensis initium celebramus, quia nouæ iam lucis gau-
dia in sole iustitiæ cernimus, velut post quatuor menses lu-
cidae actionis, quos in via pergitur, qui tum mensem per-
petua remunerationis in luce patriæ caelestis agimus.
Beda. Primo mense cœpit Esdras ascendere de Babylone
& quinto cum filiis
trāsmigrationis ue-
nit in Ierusalē. Qua-
tuor. n. menses iter
de Babylonia in Ie-
rusalē cōplet: quia
per quatuor libros
euāgelij fidē, & sa-
crāmēta ueritatis di-
scimus, quib. de ca-
ptiuitate diaboli
domino duce ere-
pti ad libertatem fi-
liorum Dei ascen-
dimus, & in eisdē
libris præcepta con-
tinentur operum,
quorum quasi gres-
sibus quotidianis
ad superna promiss-
sa ueniamus.

a mus regis. Quia in primo die mensis primi cœpit ascendere
de Babylone, & in primo die mensis quinti uenit in Ierusalē,
b iuxta manum Dei sui bonam super se. Esdras autem parauit
cor suum, ut inuestigaret legem domini, & faceret, & doceret
in Israel præceptum, & iudicium. Hoc est autem exemplar e-
pistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ Sacerdoti
scribæ erudito in sermonibus, & præceptis domini, & cetero
niis eius in Israel. Artaxerxes rex regum Esdræ sacerdoti, scri-
bæ legis Dei cæli doctissimo, salutem. A me decretum est, ut
cuicumque placuerit in regno meo de populo Israel, & de sa-
cerdotibus eius, & de Leuitis ire in Ierusalem, tecum vadat.

a ¶ Ad iutor.
b ¶ Cœpit facere, & docere.

a ¶ Quam uiam consumpserat.
b ¶ Cœpit facere, & docere.

a ¶ Doctrina.
b ¶ Exemplo.

a ¶ Orator.

a ¶ Ad distinctionem scilicet illorum qui de omni bus mortuis, aut certe de nullis instruitos nouerat.

b Iuxta manum Dei. Confirmatus. s. grā, & protectione diui-
na, qua prospere cœpta perficeret. Sic & Christus, qd Deus
erat in Christo mundum reconcilians sibi, manus quoque
Dei sup eius humanitatem fuit, qd in passione exaltatus, & ad
inuentia supnæ ciuitatis ascendit, & fidelib. suis iter patefecit.
c Esdras autem parauit. Magna uirtus hois parare cor suum
ad obsequium diuinæ uoluntatis, & dicere posse. *Paratum cor
meum Deus, paratum cor meum.*

Beda. Christus quoque parauit cor suum, ut inuestigaret
legem domini, quia talem sibi hominem suscipere diui-
nitus preuidit, qui non solum sine peccato, sed etiam plenus
esset gratia, & ueritate, qui nulla sibi repugnante lege p̄ti, le-
gem Dei absq. vlla mentis, vel carnis contradictione seruet,
unde. *in capite libri scriptum est de me, &c.* Item dominus in-
uestigauit legem Dei, quia abiectis Pharisæorum traditioni-
bus scripturam sanctam mystice intelligere docuit, & decre-
ta euāgelij, quæ attulit magis perfecta, & Deo accepta, quā
ea quæ per Moyſen præmiserat, ostēdit. Vnde. *Audistis, quia
dictum est antiquis. Dilige amicum tuum, & odio habebis inimicum
tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uestros, &c.*

d Artaxerxes rex. Artaxerxes qui deuota mente templum, &
sacerdotes domini veneratur, eique famulabatur. Christia-
nos principes, sicut Darius significat. Nee mirum si successō
res Cyri qui templum, & ciuitatem fecerunt ædificari, qui
seruos eius, ac legem dilexerunt, atque iuuerunt, Christia-
nos reges figurant, cum ipse dominus per prophetam Cy-
rum significare filium suum dixit, & eius nomine illum ho-
norificauerit, dicens. *Hæc dicit dominus Christo meo Cyro.*

e A me decretum. Quia ad regem peruenerat fama diuinæ
uirtutis, per quam ille incensam a Chaldæis legem (eisdem
quib. prius propriis sermonib. quamuis alio literatum chara-
ctere) nouauerit.

f Ut cuicumque. Omnib. licentiam eundi tribuit, nullum ire
compellit. Christiani principes nullum cogētes, ne sit incer-
ta uoluntas fidei, omnib. quib. placuerit in regno suo Chri-
stum colere permittunt.

Et septem

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Esdras autem parauit cor suum. i. totam attentionem suam posuit.
- 2 Ut inuestigaret legem domini, &c. Eam reparando.
- 3 Et faceret. Eam opere adimplendo.
- 4 Et doceret in Israel. Hic est de bitus processus doctoris, sicut Ieſus cœpit facere, & docere, ut habetur Act. 1. a.
- 5 Præceptum, & iudicium. Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, &c. Quantum ad moralia.

6 Et

- 6 Et iudicium. Quantum ad iudicialia. Dicit autem R. Sa. Magistri dixerunt, quod iste Esdras ipse est Malachias, qui in duodecim prophetis ultimus ponitur.
- 7 Hoc est autem. Hic consequenter describitur legationis forma, cum subiuitur.
- 8 Artaxerxes rex. Quia plures reges habebat sub se, & in hoc apparet delegantis autoritas.
- 9 Esdræ fac. scr. in quo apparet legati idonitas.
- 10 Ut cui pla. i. nullum cogit ad redeundum, sed oēs licentiauit.

Et

MORALITER.

- 1 Esdras autem parauit cor suum, &c. Scilicet, quærendo eius sanum intellectum.
- 3 Et faceret, & doceret. Doctor. n. & prædicator non solū debent docere uerbis, sed etiam factis, & exemplo Christi, de

- de quo dicitur Act. 1. a. cœpit Iesus facere, & docere.
- 8 Artaxerxes rex. Per hoc. n. quod iste Esdræ mul-
tas, & magnas gratias, & priuilegia, significatur quod rex re-
gum Iesus Christus doctorib. & prædicatorib. uerbo, & ex-
plo dat gratias spiritus sancti, & charismata.

Et

A *a. Et septem consiliatorum.* In libro Esther legitur moris fuisse Persarum regib. ut in cunctis agendis, vel discernendis 7. cō filio vteretur. Septem consiliariis utuntur fideles cū in oib. quæ faciunt pcepta diuinæ scripturæ sequuntur. De qua dī. *Eloquia dñi, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatū terre purgatum septuplum.* i. sancta illustratione se

B *b. Missus es.* Mittitur Esdras a facie regis, & septem cōsiliatorum eius, vt visitet Indiā, & Ierusalem, & conuerſi ad fidem principes seculi, & scripturarum per tuasionibus roborati, Christū ad saluandam ecclesiam & congregandam de gentibus quotidiano auxilio, quod Esdræ nomen significat, uenite desiderant, dicētes. *Domine Deus uirtutū con. respice de celo ui. & uisi. istam, & c.*

C *c. Quæ est in.* Mirum quod inuenitur uerbum in epistola Artaxerxis quo prophete solēt uti, cum dicit legem Dei esse in manu serui illius, scriptū est .n. Factum ē uerbum in manu Aggæi prophete. Et domiaus fecit quod locutus est in manu serui sui Elię. & testificatus est dominus in Israel, & in Iuda

per manus omnium prophetarum, quia. f. prophete non minus operando, quam loquendo quæ Dei sunt. prædicabant. Christus legē in manu habuit, quia eam. quōdam p Moysen prout uoluit, statuit, & nunc eadem per semetipsum immutans ad perfectiora tranſtulit.

D *d. Et ut feras.* Notanda fides, & sapientia regis, & consiliatorum eius qui dona sua magis per illum qui legem Dei in manu habebat. i. opere complebat offerenda esse intellexerūt.

E *e. Cuius in ieruf.* Beda. Fideliter, & docte eum in Ierusalem habere tabernaculum dicit, quem supra dixerat Deum cæli, tabernaculo. n. in itinere utimur, & Deus cæli tabernaculum habet in Ierusalem, q̄a qui æternā sedem in cælis hēt, ipse cum peregrinantibus in hac ecclesia sanctis ad tempus morari dignatur, unde. *Eccc tabernaculum Dei cum hominibus.* Et quia Esdras nō solū p̄dicatorum, quorum unus erat, sed ēt Christi, ad cuius membra p̄tinebat, typum gesserit, quasi p̄ illum dona offerimus, cum in oib. opitulatione indigem⁹, vt bona q̄ agimus, Deo patri accepta sint. *Nemo. n. inquit uenit ad p̄tē nisi p̄ me.* & de illo Ioānes *Ipsc est pp̄tatio pp̄t̄is n̄ris.*

F *f. Et omne argenti.* De hac pecunia fideles in ecclesia sua bona opera elatere cupiunt, ut per hoc patrem cum sanctis habeant, & aliis ipsorum exemplis proficiant. Nam quasi de argento, & auro nostro sacrificia, libamina, & hostiæ ad offerēdum domino comparantur, cum uisa operum nostrorū claritate proximi conuertuntur ad officium pietatis, quo & ipsi bene uiuendo domino consecrantur. Sunt autem quædā sanctorum clarissimæ uirtutes, quæ non omnibus in exempla operis possunt ostendi, sed tantu ad glorificandam Dei gratiam recitari, ut est illud quod Daniel, & Ieremias pueri

prophetauerunt, quod Ioannes nōdum natus, quod Cornelius cum domo sua nondum baptizatus, spiritu sanctū accepit, & innumera miracula inſtar argenti in domo domini Nec tantum ex hoc argento, uel auro oblationes quæ super altare ponuntur, emi possunt, quia talia cum audimus, mirari quidem uelut diuina

1 *A facie. n. regis, & septem consiliatorum missus es, vt uisites*

2 *Iudæam, & Ierusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua,*

3 *& vt feras argētum, & aurum, quod rex, & cōsiliatores eius*

4 *sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Ierusalem tabernaculum est, & omne argentum, & aurum quodcunque inuen-*

5 *eris in uniuersa prouincia Babylonis, & populus offerre uoluerit, & de sacerdotibus qui sponte obtulerint domui Dei*

6 *sui, quæ est in Ierusalē, libere accipe, & studiose eme de hac pecunia uitulos, arietes, agnos, & sacrificia, & libamina eorū, & offer ea sup altare tēpli Dei uestri, qd̄ est in Ierusalem.*

7 *Sed & si quid tibi, & fratrib. tuis placuerit, de reliquo argento, & auro, ut faciatis, iuxta uoluntatē Dei uestri facite. Vasa quoque quæ dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Ierusalem. Sed & cætera quib. opus fuerit in dōmo Dei tui, quantumcunq. necesse est, vt expendas, dabis de thesauro, & de fisco regis, & a me. Ego Artaxerxes rex statui, atq. decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, q̄ sunt trans flumen, ut quodcunque petierit a uobis Esdras sacerdos scriba legis Dei cæli, absque mora detis vsque ad argenti talenta centum, & usque ad frumenti coros centum, & usque ad uini batos centum & usque ad batos olei centum, & sal uero absque mensura. Omne quod ad ritum Dei cæli per-*

ne bonę operationis, uinum in seruiore dilectionis, oleum in hilaritate misericordiæ, & hæc omnia sub centenario numero sacerdoti magno, & scribæ legis Dei cæli dari iubentur. i. Christo qui cęlestia nobis mandata a patre deferens cęlestia obedientib. in domo patris præmia promisit. Centenarius. n. qui in computo digitorum a leua transit in dexteram, ea quæ in dextra iudicis. uita æterna sunt, gaudia designat. Talentum autem triplicis mensuræ traditur. Minimum, librarum 50. medium, librarum 62. summum, librarum 120. Corus 30. modii: batos, q̄ & ephi decima pars cori. i. tres modii. i. *Sal uero.* Beda. Sal sapientiam significat, & inde communi locutione hebetes, insulsi uocantur. Sed interest cuiusmodi sit sal. nam & dominus per legem omni sacrificio sal offerri præcepit, & in euangelio dicit. *Habete sal in uobis, & pacem habete inter uos.* Nec tamen frustra Dauid in ualle Salmarum Idumæos percussisse legitur, quia. f. sal cęlestis sapientię quod inchoantur catechumeni in cunctis operum nostrorum sacrificiis offerre iubemur. Sal nam uero ualliu cum incolis suis percutit Dauid, quia infirmam, & mundanam sapientiam cum sectatorib. suis Ch̄s destruit, unde bene præcipitur sal absq. mensura tribui diligenter in domo Dei cæli, quia necesse ē, ut quicquid sapientiæ quis habet, totum hoc in obsequium Dei exhibeat. Recolēdum uero q̄ superius dixerūt Samaritani scribētes ad alterū Artaxerxē, q̄a memores salis q̄ in palatio comederāt, tolerare nō poterāt tēplū, & ciuitatē Dei q̄ utilitatē eius ædificari. Hic autē Artaxerxes iubet oib. arcæ publicæ custodib. ut inter cætera sal in quantum opus sit, tribuant in domo Dei. Ibi. n. cognoscitur quod hæretici ad impugnandam ecclesiam fraudulento humane sapientię gustu aiantur, hic autē quod conuerſi ad fidem sapientes ipsam per

disci-

D
Ier 1. b
Luc 1. e
Act 10. a

Mat. 3. d

E

F

Mensura triplex.

Ezec. 45. d
Leu. 2. d
Mt. 9. g
2. Re. 8. d

1. E. d. 4. c

NICOLAUS DELYRA.

1 A facie. n. regis. i. a presentia eius, & ordinatione.
2 Et septem. Scientium leges, & iura maiorum, ut habetur in libro Esther, & semper assistebant regi, ne aliquid indecens faceret ex defectu consilii.
3 In lege. i. quam habes in promptu, ut patet ex prædictis.
4 Ut feras. Ex dono regis, & ex donis principum, & etiam popularium, siue sint gentiles, quoniam audita uirtute Dei multi Genilium miserunt munera ad templum, siue Iudæis, & plures de illis noluerunt recedere de Babylone, de ceteri uxorū suarū, & filiorū, & bonorum temporalium amore, tamen miserunt munera.
5 Et sacrificia, Quæ fiebant de animalibus, uel aridis.

6 Et libamina. Quæ fiebant de liquidis, s. uino, & oleo.
7 Dabis de thesauro. Id est, de pecunia iam collecta, & colligenda a populo habitante trans flumen per ministros regis ad hoc. Ita utos quib. rex præcepit, ut alia expedirent Esdræ sacerdoti, ideo subditur. Decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, &c.
8 Et usque ad frumenti. Corus continet 30. modios, & est tertiapars oneris uini camelii.
9 Et usque ad batos. Batus est mensura continens quinquaginta sextarios Hebraicos secundum Isidorum 16. Etymo. sunt tamen ualde parui, ut dixi diffusius 3. Regum 7. capitul.
10 Sal uero absque mensura. quia in omni sacrificio ponebatur sal.

C disciplinam secularis sapientie adiuuant, dum per aduocatos expugnant. **A** rios expugnant. **a** Vobis quoque. Hoc privilegio ostenditur, quod cetera plebs filiorum Israel ad patriam perueniens tributa regis pendebat, quod discreti provisione rex fecisse cognoscitur, ut quod diuino seruitio fu-

pererant, occupata suo famulatu essent liberi, & quod in terra nihil proprium possidebant, sed ex decimis populi vivebant, nemo ex eis tributum exigeret. His omnibus probatur non solum dilexisse, sed etiam optime didicisse quae diuinae seruitutis posceret cultus.

B **b** Tu autem. Bed. Repetit rex quae supra dixerat, & veritatem quam cognouit iterato sermone confirmat. Supra. n. ait in manu Esdrae esse, quia lex Dei sapientia est, unde. *Omni medi-*

bid.

Pal. 36. f

tabitur sapientiam, & lingua eius loquitur in lege Dei eius in corde ipso. Et iustus in manu sua legem Dei, & sapientiam habet, dum in om-

tinuit tribuatur diligenter in domo Dei caeli, ne forte irascatur contra regnum regis, & filiorum eius. Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & Leuitis, cantoribus, & ianitoribus nathinaeis, & ministris domus Dei huius, ut vectigal, & tributum, & annonas non

a ¶ Patienter exprimit Artaxerxes quid reges temporibus Christianis haberent deuotionis, quidve erga eandem veritatem omnibus agerent.

b habeatis potestatem imponendi super eos. Tu autem Esdras secundum sapientiam Dei tui, quae est in manu tua, constitue iudices, & praesides ut iudicet omni populo qui est trans flumen, his videlicet qui nouerunt legem Dei tui, sed & imperitos docete libere. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiae eius, vel

a ¶ Esdras accepta epistola in Dei laudem prorumpit. ¶ Non est dubitandum dicta regis sancta esse, & mystica quae propheta ei diuinitus inspirata conueniat, a quo etiam domini Dei glorificationem manifestat.

certe in carcere. Et dixit Esdras scriba. Benedictus dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domum domini, quae est in Ierusalem, & in me inclinauit misericordiam suam, coram rege, & consiliatoribus eius, & uniuersis principibus regis potentibus. Et ego confortatus manu domini Dei mei quae erat in me, congregaui de Israel principes qui ascenderant mecum.

a ¶ Potestate, scilicet, qua omnia operatur.

ficatur, ebrius per gratiam Dei contra omnia quae factum opus impediunt, mente roboratur.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Ne forte. Sciebat. n. quod potentia regni sui dependebat a voluntate Dei.
- 2 Ut vectigal. i. censum de rebus quae portantur.
- 3 Et tributum. Quod a personis capitancis soluitur.
- 4 Et annonas. i. victum qui custodibus terrae praebatur.
- 5 Non habeatis. Personae. n. deservientes cultui diuino, & uacantes studio, debent esse a talibus immunes.
- 6 Constitue iudices. i. si aliqui sunt insufficientes ad iudicandum, amoue eos, & institue alios sufficientiores.
- 7 Et omnis. Quantum ad Iudaeos qui ad ipsam tenebantur.
- 8 Et legem. i. mandatum eius quod habet vim legis, quantum ad Gentiles, & Iudaeos, quia a utriusque erunt ei subiecti.
- 9 Iudicium erit de eo. i. punitio.
- 10 Siue in mortem. s. corporalem.
- 11 Siue in exilium. quod est mors civilis.

Siue

MORALITER.

16 Et ego confor. Scilicet in Ierusalem, uerba sunt Esdrae per quae

12 Siue in con. quia secundum quantitatem delicti debet poenitentia mensurari.

13 Benedictus dominus. Hic consequenter ponitur gratiarum actio, & in aliquibus libris praemittitur. Et dixit Esdras scriba, sed non est in Hebraeo, nec est de textu, sed subintelligitur, propter quod aliqui doctores apposuerunt in libris suis per modum glossae, & postea textui insertum fuit per imperitiam scriptorum, sicut & in pluribus aliis locis simile factum est.

14 Qui dedit. Totum. n. beneficium a rege impetratum a Deo attribuit tanquam gratis.

15 Ut glorificaret. Magnis muneribus, & privilegiis concessis ibidem ministrantibus, ut patet per praedicta.

16 Et ego confortatus. i. eius directione.

17 Congregaui de Is. i. capitancos, uel principales domorum.

18 Qui ascenderant mecum. Ut tractarent ad inuicem de pertinentibus ad meum processum.

quae significatur, quod bonus doctor, uel praedicator congregat multitudinem fidelium in unitatem fidei charitate formatam, quam secum ducit ad requiem Ierusalem supernae.

CAP. VIII.

H sunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in Regno Artaxerxis Regis de Babylone. De filiis Phinees, Gersom. De filiis Ithamar, Daniel. de filiis Dauid, Hattus.



H sunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in Regno Artaxerxis Regis de Babylone. De filiis Phinees, Gersom. De filiis Ithamar, Daniel. de filiis Dauid, Hattus.

lege, quam reparauerat populum suum erudit. Dedit ergo ei licentiam redeundi, & tradidit ei epistolam ad principes suos trans flumen, & ad custodes alicuius publicae.

¶ Bed a.

NICOLAUS DE LYRA. CAP. VIII.

H sunt ergo. Hic consequenter describitur legationis executio, hinc consistit in recessu de Babylone, et accessu ad Ierusalem. Circa quod primo ponitur populi proficiens numeratio, secundo ipsa profectio, ibi: Et praedican tibi ieiunium. Prima in duas, quia primo ponitur

ponitur numeratio proficiens uolentium generaliter, secundo Leuita specialiter, ibi: Quae fuitque in populo. Circa primum legatur littera sicut iacet, excepto quod sequitur.

2 De filiis Phinees. Dicunt hic expositores nostri communiter, quod iste non potest intelligi Phinees, qui fuit filius Eleazari filii Aaron, si militet cum subditur.

3 De filiis Ithamar. Daniel. De filiis Dauid. Id est, descendentes ab Ithamar.

MORALITER.

1 H. sunt ergo. Per istos hic enumeratos quos Esdras per se, & alios induxit ad hoc, quod exirent de Babylone, & Casphiae locis, & cum eorum in Ierusalem quorum numerus est magnus ut patet in textu discutiendo, signatur magnus fructus aiarum quem facit bonus doctor, uel praedicator inducendo populos

pulos ad hoc quod exeant de seruitute peccati, quae per seruitutem Babylonicam significatur, eo quod Babylon confusio interpretatur, & pro opa bona ueniant in Ierusalem allegorica quae est ecclesia, ut numero, & merito sit de ipsa, & sic tandem ueniant in Ierusalem anagogicam, quae est triumphans ecclesia, de qua dicit Gal. 4. d. illa quae sursum est Ierusalem libera est quae est mater nostra.

† Et

A Beda. Diligenter principes qui secum de Babylone ascēderunt, enumerat; & genealogia eorum explicat, numerum quoq; illorum adiungit, qui ad mille quadringentos, & quadraginta peruenit; inuens, quia nomina eorum qui de confusione mundi ascēdūt, in libro vitæ scripta sunt, sed doctores,

id est, principes familiarum populi Dei, quātū animarum Domino acquirūt, tantum augmēta perpetuæ remuneratiōis accipiunt. Vnde seruo. dicenti: *Mna tua decem mnas acquisiuit.* Responderetur: *Et tu esto super decem ciuitates,* id est, ex eorum vita quos docuisti, gloriosior eris in regno Dei.

B *Congregauit autem.* Beda. Nomen hoc loci non alibi me legisse memini, Cum vero in sequentibus scriptum sit, *Et predicauit ibi ieiunium iuxta fluum Ahaua decima die mensis primi,* videtur quod & Ahaua fluius sit, & alter fluius in eum decurrat in quo confinio Esdras exercitum congregauit. Iosephus autem Euphratem ponit; unde videtur Ahaua esse aliquis riuus Euphratis. Opportune antequam tantum iter inciperet, copiam tibi ministrorum domus Dei prouidit, per quos Ierosolimam ueniens, quæ in templi usus necessaria sunt, perficeret.

b *Et misit eos ad Eddo.* Beda. Mare Caspium secundum Orosium

sum sub Aqilonis plaga ab Oceano oritur, cuius utraq; circa Oceanum littora loca deserta, incultaq; habentur; inde Meridie versus per longas angustias tenditur, donec per magna spacia dilatata montis radicibus terminetur; habet ab Oriente vsq; ad Oceanum Hyrcanorū, & Scytharum gentes plurimas, pro-

pter terrarū infertilitatem infertilem late oberrantes. Ab Occidente gentes habet multas, sed generaliter regio plurimam Albaniam, uelterior sub mari, & monte Caspio Amazoniam nuncupatur. Vbi notandum, quod cum historici Caspiam scribant, Esdras Caspiam nominat. Hebræi enim, plerumque non habentes pro ea in nominibus Grecis, uel barbaris, feruntur, ut Ferrus, Filatus, In Caspiam ergo filii Israel per captiuitatem Assyriorum, uel Chaldæorum peruenisse probantur, dum illic mittit Esdras, ut adducantur ministri domus Domini; Leuitæ, scilicet, & Nathinæi, quos Iosephus sacros

De filiis Secheniæ, & de filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta. De filiis Phahathmoab, Eliezer filius Zarche, & cum eo ducenti viri. De filiis Secheniæ, filius Ezechiel: & cum eo trecenti viri. De filiis Adan, Abed filius Ionathan: & cum eo quinquaginta viri. De filiis Alan, Isaias filius Athaliæ: & cum eo septuaginta viri. De filiis Saphatæ, Zebedia filius Michael: & cum eo octoginta viri. De filiis Ioab, Obedia filius Iahiel: & cum eo ducenti decem & octo viri. De filiis selomith, filius Iosiphæ: & cum eo centum sexaginta viri. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai: & cum eo viginti octo viri. De filiis Azgad, Iohanan filius Eccetan: & cum eo centum & decem viri. De filiis Adoniam, qui erant nouissimi, & hæc nomina eorū, Elphelet, & Iehiel: & Samaias, & cum eis sexaginta viri. De filiis Begui, Vthai, & zachur: & cum eis septuaginta viri. Cōgregauit autem eos ad fluum qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tribus diebus. quæsiuique in populo, & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi. Itaque misi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, & Iarib, & aliorum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Mosollam principes, & Iorab, & Elnathan sapientes. Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Casphiæ loco. Et posui in ore eorum uerba quæ loquerentur ad Eddo, & ad fratres eius Nathinæos, in loco Casphiæ: ut adducerent nobis ministrum domus Dei nostri. Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Moholi, filii Leui, filii Israel, & Sarabiam, & filios eius, & fratres eius decem & octo: & Hasabiam, & cum eo Isaiam de filiis Merari, fratresque eius, & filios eius viginti. Et de Nathinæis, quos dederat Dauid, & principes ad ministreria Leuitarum, Nathinæos ducentos viginti. Omnes hi suis nominibus

seruos nominat. Et notandum, quod multum libera pace quamuis inter exteros uiuebant, qui statim tantam copiam desinare ualebant. Nam 258. viros electos in illa expeditione fuisse catalogus eorum ostendit; quibus adiunctis Esdras in exercitu suo mille septingentorum prope viros summam habuisse reperitur.

E Et

NICOLAUS DE LYRA.

Ithamar non potest intelligi Ithamar qui fuit filius Aaron: quia infra eodem capite dicitur, quod de filiis Leui non fuerunt aliqui inuenti in populo illo, qui tunc erat cum Esdra. Phinices autem filius Eleazar, & Ithamar filius Aaron, fuerunt de tribu Leui: & ideo dicunt quod isti fuerunt alii similibus nominum. Sed quicquid sit de principali dicto, scilicet, quod fuerint de tribu Aaron, uel de aliis tribubus habentes nomina similia, ratio tamen inducta non ualet: immo contrariatur textui quem pro se allegant, quia ibi sic loquitur Esdras: Quæsiuique in populo, & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni. Ex quo patet, quod cum Esdra erant aliqui populares, siue laici, qui erant de tribu Iuda, & Beniamin: & aliqui sacerdotes de tribu Aaron, & quod subditur: De filiis Leui non inueni. Intelligendum est de simplicibus Leuitis, prout Leuitæ contra Aaronitas distinguuntur, prout dictum fuit plenus Numer. 4. Leuitæ enim dupliciter dicuntur. Vno modo generali, er omnes illi qui sunt de tribu Leui: & sic sacerdotes dicuntur Leuitæ. Alio modo specialiter, prout Leuitæ distinguuntur contra sacerdotes, & sic sacerdotes dicuntur Aaronitæ: alii autem dicuntur simplices Leuitæ, & de istis non fuerunt tunc aliqui inuenti in populo, qui tamen necessarii sunt in cultu Dei ad ministrandum sacerdotibus.

1 Quæsiuique in populo. Hic ponitur numeratio simplicium Leuitarum specialiter: quia de istis non fuerunt aliqui inuenti in illo populo, ut dictum est: & ideo Esdras misit nuntios ad querendum aliquos de istis, unde subditur.

2 Et misi eos ad Eddo. Dicunt autem expositores nostri communiter, quod misit nuntios ad Iudæos, qui erant ultra montes Caspios, quos transfulerant Theglathphalnasar, & Salmanasar reges Assyriorum de regno decem tribuum, ut habetur quarto Regum. Sed hoc

hoc potest improbari per textum secundi Paralipomenon 11. capit. ubi dicitur, quod sacerdotes, & Leuitæ qui erant in uinculo regio Israel dimisso Ieroboam qui colebat vitulos aureos, uenerunt ad Roboam regem Iudæ, & extunc in regno suo manserunt usque ad transmigrationem quæ facta est per Nabuchodonosor. Ex quo patet, quod non fuerunt captiuati cum decem tribubus; & ideo frustra misisset illic nuntios Esdras ad querendum Leuitas. Item potest improbari per textum in hoc libro; quia capitulo precedenti dicitur, quod Esdras cum pluribus aliis recessit de Babylone ad eundem versus Ierusalem septimo anno regis Artaxerxis primo die primi mensis, & uenerunt usque ad fluum qui decurrit ad Ahaua, ut habetur in hoc cap. & ibi manserunt tribus diebus, & postea miserunt nuntios ad querendum Leui. quibus adductis 12. die mensis eiusdem recesserunt de flumio Ahaua, ut habetur infra isto cap. & sic missio nuntiorum pro Leuitis, & eorum preparatio, ut uenirent, ad Esdras, & aduentus ipsorum ad eum, totum hoc fuit factum in spatio octidierum, & propter hoc locus Casphiæ, unde fuerunt adducti; non poterat esse multum longe a flumine Ahaua, ubi erat Esdras cum sua comitina, & ideo dicit hic Rab. Salo. quod Casphia est nomen loci in regione Babylonis, ubi multi de Leuitis, & Nathinæis manebant, qui non ascenderant cum Zorobabel, & Iosue filio Iosedech, loca uero ad que decem tribus fuerunt captiuati, multum ualde distant a Babylone; propter quod in tam paulo tempore nuntii non potuissent illuc ire, & redire. Unde dicunt Hebræi, quod nulli redierunt de illa captiuitate; sed Iudæi qui sunt dispersi per orbem in Europa, & Africa, sunt de tribubus Iudæ, & Beniamin, & Leui, exceptis paucis qui de captiuitate decem tribuum fugiendo, euadentes conuenerunt in regno Iudæ, & in captiuitate Babylonica fuerunt captiuati cum tribus tribubus predictis, & cum eis redierunt qui uoluerunt redire, sicut dictum est supra 1. capit. Cetera patent ex dictis.

Et

A *Et predicauit ibi ieiunium.* Beda. Datur nobis exemplum ieiunandi, & ostendit, cum aliquid magne virtutis incipere volumus: & qui nunquam fallitur fide in Dñi spes, neq; fieri potest, vt quod iustum a pro auxiliatore per continentiam, & orationem cū fide quaerimus, & nō impetremus. Sed notandum, quia ieiunium præmittitur, & oratio sequitur. Primo enim ait: *Et predicauit ibi ieiunium, &c.* Deinde subiunxit; *Et peteremus viam rectam nobis.* & in conclusione sententiæ; *Ieiunauimus autem, & rogauimus de. &c.*

Oportet enim, vt quecunq; ad prædicandum misericordiam Domini ingreditur; primo se continentius viuendo dignum exaudiri præbeat, & sic oret, nec prospere euentura, quæ postulat, dubitet.

b *Appendique eis argentum, & aurum, & vasa consecrata.* Beda. Per argentum, & aurum, & vasa quæ de Babylone Ierolimam mittuntur, animæ significantur quæ de confusione mundi ad Dominum conuertuntur. Vnde bene sacerdotibus vasa commendat custos Esdras, qui Ierolimam perferat ea; quia per sacerdotes lauantur in baptismo, & consecrantur Domino quecunq; ad consortiū Ecclesiæ pertingere desiderant; & per eos reconciliantur peccando, qui ab Ecclesia recesserant peccando, & in seruitium diaboli, quasi in captiuitatem Babylonij regis in peccatis perseuerando deciderant. Bene autem sunt duodecim sacerdotes, quibus hæc cura committitur, propter duodecim Apostolos, per quorum doctrinam Ecclesia primo fundata est: & per successores eorum vsque ad finem ædificanda est.

Capit. Alleg. expositio in Esdras.

† drachmas milienas.

Ibidem.

B E D A. Distat inter hæc vasa, quæ Esdras cum sacerdotibus Ierolimam offert, & ea quæ Zorobabel, & Iesus obtulisse referuntur: quia illa de Templo Domini translata sunt in Babylonem, & post relata in Ierusalem: hæc in Babylonia facta, sed deuotionis gratia Ierolimam missa a rege, vel principibus Persarum, qui in illis partibus morabatur. Illa ergo vasa significant eos, qui post acceptam notitiam, & sacramenta fidei post inchoata virtutum opera decepti a Diabolo rapiuntur in confu-

fusionem eorum, sed Christi gratia reuocantur ad salutem, hinc autem illos qui cum peccato primo transgressiōnis, nati per lauacrum regenerationis sacerdotum ministerio expiati, Ecclesiæ filij aggregantur.

c *Vos sancti Domini estis.* Oportet Doctores Ecclesiæ nunquā obliuisci sanctimoniam: quia a Domino sunt consecrati p Spiritum sanctum in die redēptionis, ad quam suscipiendam etiam auditores instruant, vt qui iam Domino oblati sunt per rudimenta fidei, etiam per eorum qui in fide præcesserunt exempla, & monita magis cōfirmantur, & supernæ ciuitatis introitu digni efficiantur.

a *Et predicauit ibi ieiunium iuxta fluium Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo nostro: & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, vniuersæque substantiæ nostræ.* Erubui enim petere a rege auxilium, & equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi; *Manus Dei nostri est super omnes, qui quærent eum in bonitate, & imperium eius, & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum.* Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum nostrum pro hoc, & † *uenit nobis prospere.* Et separauit de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Hasabiam, & cum eis de fratribus eorum decem.

b *Appendique eis argentum, & aurum, & vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex, & consiliatores eius, & principes eius: vniuersusque Israel eorum qui inuenti fuerant.* Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, & auri centum talenta, & crateres aureos viginti, qui habebant solidos milenos, & vasa æris fulgentis optimi duo pulchra, vt aurum. Et dixi eis: *Vos sancti Domini, & vasa sancta, & argentum, & aurum quod sponte oblatum est Domino Deo patrum vestrorum.* Vigilate, & custodite: donec appendatis coram principibus sacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Israel in Ierusalem in thesaurum domus Domini. Susceperunt autem sacerdotes, & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vasorum, vt deferrent Ierusalem in domum Dei nostri.

c *Promouimus ergo a flumine Ahaua*

obliuisci sanctimoniam: quia a Domino sunt consecrati p Spiritum sanctum in die redēptionis, ad quam suscipiendam etiam auditores instruant, vt qui iam Domino oblati sunt per rudimenta fidei, etiam per eorum qui in fide præcesserunt exempla, & monita magis cōfirmantur, & supernæ ciuitatis introitu digni efficiantur.

d *Vigilate, & custodite.* Vigilandum est sacerdotibus, ne quæ de sibi creditis animabus, id est, vasis Domini pereat: sed integro numero ad sanctæ virtutis ædificia perducantur.

e *Donec appendatis.* Eos, scilicet, quos superna dispositio vobis commisit, tales instruendo, & docendo exhibeatis, qui irreprehensibiles inueniantur, & apti thesauro aulae cœlestis, id est, sedibus æternæ pacis, & lucis, & hoc non iudicio quorumlibet qui falli possunt, sed Apostolorum, & eorum qui cū Domino sunt iudicaturi. Hi enim merito sunt principes sacerdotum, & Leuitarum, & duces familiarum Israel, id est, virorum, vel animarum Deum videntium intelligentium, de quibus dicitur: *Constitues eos principes super omnem terram, & alibi: Nobilis in portis vir eius.*

f *Promouimus.* Beda. Omnia sunt plena mysterijs: Supra enim legitur, q; prima die mensis primi ceperunt ascendere de Babylone: nunc dicitur quod decima die eiusdem mensis promouerunt a flumine Ahaua. Primo ergo die mensis de portis Babyloniæ exierunt, sed vsque ad duodecesimum diem iuxta memoratum flumen expectabant, donec Leuitæ, & Nathinæi, de Chasphia venerūt, & seipos ob pericula longi itineris diutius ieiunando, & orando Dño commendarent. Et nos ergo cū nonos Ecclesiæ populos diabolo renūtiare, & verū Deū credere, & p̄fiteri docemus, quasi primi mensis initio de Babylone cū pecunia dño cōsecrāda egredimur, quæ principū eis nouæ cōuersionis tradim⁹, quos cre-

ptos

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Et predicauit.* Hic eo sequenter describitur populi numerati profectio, & primo describitur huius profectiois debita dispositio. secūdo executio, ibi: *Promouimus ergo.* Debita autē dispositio ad proficiscendū per viā periculōsam, primo fuit per ieiunium, & orationem, vt impetraret directiōnem diuinā, & hoc est quod dicitur: *Et predicauit ibi ieiunium.* id est, solenniter omnib; imposui, cuius causa subditur.

2 *Erubui enim petere.* Sed videtur q; in hoc peccauerit exponendo se, & comitiā sua periculis propter erubescētiā. Ad quod dicitur, q; hoc non fecit propter erubescētiā propriæ personæ, sed quia hoc reuerti poterat in opprobrium aīniæ potentis, quia rex Gentilis posset credere, & dicere, quod Deus Indorum non esset potens ad eos defendendū, & ideo non peccauit Esdras hoc faciendo, propter honorem diuinum. Secundo fuit dispositio profectiois in hoc, quod pretiosa quæ portanda erant in Ierusalem, fuerunt tradita sacerdotibus ad defendendū. Et hoc est quod dicitur.

3 *Et separauit de principibus.* Id est, de principalibus, & valentioribus eorum.

4 *Appendique.* Id est, sub certo pondere, & numero tradidi. Cetera patent in litera.

5 *Promouimus ergo.* Hic consequenter describitur profectiois executio, vbi primo tangitur terminus a quo, cum dicitur: *Promouimus ergo a flumine.* & terminus ad quem, ibi: *Vt pergeremus in Ierusalem.* & modus proficiscendi, ibi.

defendendum, & ideo non peccauit Esdras hoc faciendo, propter honorem diuinum. Secundo fuit dispositio profectiois in hoc, quod pretiosa quæ portanda erant in Ierusalem, fuerunt tradita sacerdotibus ad defendendū. Et hoc est quod dicitur.

3 *Et separauit de principibus.* Id est, de principalibus, & valentioribus eorum.

4 *Appendique.* Id est, sub certo pondere, & numero tradidi. Cetera patent in litera.

5 *Promouimus ergo.* Hic consequenter describitur profectiois executio, vbi primo tangitur terminus a quo, cum dicitur: *Promouimus ergo a flumine.* & terminus ad quem, ibi: *Vt pergeremus in Ierusalem.* & modus proficiscendi, ibi.

Et

MORALITER.

1 *Et predicauit.* Per istum vero fluium intelligitur fluxus lacrymarum corporalium, vel mentalium, vel et vtrarūq; quæ debent esse in vera contritione, & cōfessione, & quā ad verā contritiōnē, & confessiōnē seq; debet satisfactiō iuxta dictum

dictum fluiū ieiunium prædicatur, quod est vnū de operibus satisfactiōnis, & p̄ ipsum alia satisfactiōnis opera designantur.

3 *Et separauit.* Sequitur.

4 *Appendique.* Per quod ostēditur, q; Ecclesiæ thesauri maxime spiritalēs hoībus literatis, & fidelib; sunt cōmēdandi: sed

Aptos a diabolo ad celeste regnū ducimus. Vnde idē mēsis no- uorū, vel nouarū frugum dīr. In iplo.n. pro eadem significa- tione nouæ cōuersationis patres de Aegypto sunt educti. Cū autem noue vitæ auditoribus symbolū fidei tradimus, quod per 12. Apostolos ordinatum est, & totidem sententijs com- prehensum, quasi duodecim die-

bus in prima mansione consisti- mus, & sic ceptum ad terram promissionis iter aggredimur; quia post acceptam fidei noti- tiam, virtutum eis viam qua ad vitam perueniatur, ingrediendā esse monstramus, quibus diebus Esdras cum filiis transmigratio- nis, ieiunijs, & orationibus, & congregationi Leuitarū, & Na- thinæorum deditus erat, quia cum novos fidei Apostolos ac- quirimus, maxime studendum est virtutibus, quibus nos Domi- no familiaris commendemus, & eis quos erudimus, exemplū boni operis præbeamus, fratrum quoque cohortem religiosam nobis in auxilium vocamus, qua adiuti animas fidelium ad socie- tatem electorum, & arcem vitæ perfectionis quasi vasa sancta ad Templum Domini efficacius transieramus.

B Et mansi. Tres dies manetur in Ierusalem, qui sunt tres virtu- tes, Fides, Spes, & Caritas: has oportet doctores primo in se ostendere, & sic eos quos docue- rint, & eidem virtutibus insti- tuerint præcedentibus in Chri- sto patribus probādos offerre. Cum enim Ecclesia eos quos catechizamus, in fide, & actione probos inuenerit, quasi quæ offerimus in templum per manum sacerdotum appendens, puri metalli. & perfecti pōderis reperit, quod in hac Ecclesia per electos quotidie in credentium vita examināda agitur, & in superna Ierusalem in eis qui intrare merētur, perfectius cōpletur. In hac enim vita Doctores quasi triduo manentes in Ierusalem, quarto die argentum, & aurū quod obtulerāt, appendendum sacerdotibus offerunt: cum se fide fortes, spe sublimes, deuotione seruētes exhibent; & auditores p con- fessionem recte fidei, quasi argentum probatum clarescere, per puritatem sensus immolari; quasi primum aurum fulge- scere per susceptionem spiritualium charismatum, quasi vasa consecrata præminere demonstrant. In superna quoque patria cum pro fide, spe, & chatitate post etiam pro illis quos docuerunt, gratiam remunerationis accipiūt; quasi post gau- dium triduanæ mansionis in Ierusalem ob donaria, & vasa pretiosa quæ obtulerunt, amplius honorantur.

C Et mansi. Tres dies manetur in Ierusalem, qui sunt tres virtu- tes, Fides, Spes, & Caritas: has oportet doctores primo in se ostendere, & sic eos quos docue- rint, & eidem virtutibus insti- tuerint præcedentibus in Chri- sto patribus probādos offerre. Cum enim Ecclesia eos quos catechizamus, in fide, & actione probos inuenerit, quasi quæ offerimus in templum per manum sacerdotum appendens, puri metalli. & perfecti pōderis reperit, quod in hac Ecclesia per electos quotidie in credentium vita examināda agitur, & in superna Ierusalem in eis qui intrare merētur, perfectius cōpletur. In hac enim vita Doctores quasi triduo manentes in Ierusalem, quarto die argentum, & aurū quod obtulerāt, appendendum sacerdotibus offerunt: cum se fide fortes, spe sublimes, deuotione seruētes exhibent; & auditores p con- fessionem recte fidei, quasi argentum probatum clarescere, per puritatem sensus immolari; quasi primum aurum fulge- scere per susceptionem spiritualium charismatum, quasi vasa consecrata præminere demonstrant. In superna quoque patria cum pro fide, spe, & chatitate post etiam pro illis quos docuerunt, gratiam remunerationis accipiūt; quasi post gau- dium triduanæ mansionis in Ierusalem ob donaria, & vasa pretiosa quæ obtulerunt, amplius honorantur.

b Descri-

b *Descriptumque.* Beda. Hoc fit cum Doctores studiose vitā D examinant subditorum, quantum, s. singuli ad fidē, vel ope- rationem profecerunt, ut iuxta modum suę capacitaris ordi- nent eos per competentes gradus in domo Dni. Si autē præ- positus p ignamā torpet, vitamque subditorum, aut ignorat, aut nosse dissimulat: internus ar- biter qui numerum credētium, pondusq; singulorum in truci- na sui examinis conseruat, Red- d' v'ic' ique s' eundem opera sua. Rom. 2.2

duodecimo die mēsis primi, vt pergeremus Ierusalem. Et manus Dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu inimici, & in- fidiatoris in via, & venimus Ierusalem, & mansimus ibi tribus diebus. Die autem quarta appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Vriæ sacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, & cum eis Iozabel filius Iosue, & Noadaia filius Bennoi Leuitæ iuxta nume- ram, & pondus omnium. Descriptumq; est omne pondus in tempore illo. Sed & qui venerant de captiuitate filii transmigrationis, obtulerunt holocaustomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum Domino. Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis, & ducibus transflumen, & eleuauerunt populum, & domum Dei.

a Honorificauerunt autoritate regia qua Esdras sublimatus est.

nibus cogitare, vel facere.

d *Obtulerunt holocaustomata Deo, &c.* Non tantum pro se. Perfectæ mentis indicium est, cum quis pro omni Israel im- molat, id est, pro generali fidelium sospitate, quasi vnitatis, & fraternitatis memor supernæ pietati supplicans.

e *Et eleuauerunt populum.* August. Ornando variis donariis, quæ rex, & consiliarii, & principes eius miserant, ministros quoque, & sacerdotes illius ab omnibus angustijs liberando.

Mystice Populus, & templum Dei vnā, & eandem Ec- clesiæ figuram tenent, quam leuat Esdras, & filij transmigra- tionis ablatis de Babylone sacris vasis, cum prædicatores ag- gregantes ei iuuante Domino novos credentium populos, honorabilem eam omnibus, & terribilem exhibent. Idem cum eos quos exemplis in bona cōuersatione instituere, vel verbi vsque ad cœlestium perceptionem præmiorum pro- mouent, vel prouehunt, leuant populum in domū Dei, quia magnum, & manentibus in superna patria, & peregrinanti- bus adhuc in terra electis gaudium faciunt.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et manus Dei nostri. Id est, eius virtus nos dirigens, & pro- tegens.

2 Et mansimus ibi tribus diebus. Vt quiete præhabita cum maiori deliberatione traderentur pretiosa quæ erant deportanda. ideo subditur.

3 Die autem quarta appensum. Id est, sub certo pondere, & numero traditum.

4 Sed

4 Sed & qui venerant. Obtulerunt holocaustomata, in quo ap- paret deuotio illorum qui venerunt.

5 Dederunt autem edicta regis satrapis. Id est, epistolam eius, sine decretum supra dictum, quod erat in fauorem Iudeorum, ideo subditur.

6 Et eleuauerunt. Quia populus Israel fuit in maiori honore, quàm ante: & ministri templi fuerunt a tributo liberati, & templum muneribus regis honoratum, vt patet ex dictis.

CAP.

MORALITER.

4 Sed & qui venerant de captiuitate filii transmigrationis. Per quod ostenditur, quod illi qui de captiuitate diaboli exeunt; &

& de vitijs ad virtutes transeunt, offerre debent holocausto- mata Domino, id est, corpus, & animam applicare totaliter obsequio diuino.

C A P. I X.



Postquam autem haec conpea sunt. Iosephus. Cum ita pius sacerdos lachrymatur cu eo ce...

rius Ierosolymita, nomine Achonius, confitens se peccasse qui alienigenas vxores duxerat...

Beda. Haec autem transgressio in Malachia propheta manifeste descripta, & prophetica autoritate redarguta est: quia, scilicet, de captiuitate reuersi, tam principes, & sacerdotes, & Leuitae, quam reliquis populus abiecerunt vxores Israeliticas...

Mythice aut vxores alienigenae, haereses, & superstitiosas philosophorum sectas significat, quae cum in Ecclesia incaute admittunt, semel sanctum Catholicae veritatis, & purae actionis errore contaminat. Peccata quoque oia quibus ethnici polluantur, dum Christiani non erubescunt imitari, quasi per vxores alienigenas degenerant a femine verbi Dei, quo fuerant generati, secundum illud: Voluntas genuit nos verbo veri. &c. & quasi

C A P. I X.



Postquam autem haec completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes: Non est separatus populus Israel, & sacerdotes, & Leuitae a populis terrarum, & de abominationibus eorum, Chananai, videlicet, & Hethai, & Pherezai, Iebuzai, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Aegyptiorum, & Amorrhaeorum. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi, & filiis suis vxores, & commiscuerunt semen sanctum, cum populis terrarum. Manus etiam principum, & magistratum fuit in transgressione hac prima. Cumque audissem sermonem istum, scidi pallium meum, & tunicam, & euelli ca-

a Qui venerant cum Esdra. b Haeereses, philosophicas sectas. c Catholicae veritatis, & purae actionis. d Lugubri habitu dolorem cordis significans, ut, scilicet, velocius animos omnium ad penitentiam prouocarem. e Quibus opera significantur. f Vel euelli.

quasi prophanam de filiabus exterorum sobolem procreat, dum illecebras errantium sicuti, peruersos ex eis adus ad cunctorum notitiam proferunt.

Non est se. Notandum est quod abductio Israel in captiuitate, id est, decem tribubus, in discretis pristino noie duce tribus, id est, Iudas, & Benjamin appellatur Israel. Populus ergo Israel non hic ad distinctione Iudae, & Benjamin decem tribus dicitur, sed ad distinctione populorum terrarum generaliter populus Dei intelligitur, qui dignitatem caelestis nominis terrenorum societate polluit. Vnde in Malachia que Esdra putat Hebraei: Transgressus est Iudas, & abominatio facta est in Israel, & Ierusalem, &c. ubi Iuda dicens, manifeste primae transgressionis populum in hoc pollutum significat. Quod vero addit: Disperdat Dominus magistrum, & discipulum, &c. principes, & populum pollutos ostendit, & a confortio sanctorum eradicandos esse, nisi penituerint. Et quod adiungit: Offerentes munus Domino exercituum. admonet eos incassum Domino offerre, qui seipsum peccando non timent diabolo subdere, Non est sepa. Miranda fides principum, & populi de captiuitate eruti, quod se semel sanctum, alias gentes vocant populos terrarum: ut significant se quauis de terra creatos in celis habitare, dum praeter ceteris in Deum caeli credunt, & caelestia ab illo beneficia consequi sperant: vnde merito dolent sanctificationem suam abominationibus gentium esse inquinatam, & quod grauius est, principes qui corrigere debuerant, primos errasse fatentur.

Scidi pallium. Beda. Per vestimenta solent opera designari, quibus induimur ad gloriam si munda, vel ignominiam si immunda. Per pilos capitis cogitationes, quae de occulta cordis radice velut de internis cerebri radicibus oriuntur, quae si rectae sunt, debent conseruari; si autem reprobae, abscindi. Vnde de Samuele qui sanctus erat futurus ait genitrix; Et nouacula non ascendet super caput eius. Et Apostolis inquit Dominus. Capillus de capite vestro non peribit. Quia omnes sanctorum cogitationes in aeterna memoria sunt apud Deum. Peccator vero, ut mundari possit ab iniquitatibus suis, reprobas cogitationes, origines, scilicet, malorum operum abiciat, necesse est. Vnde leprosus in Leuitico

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. I X.

Postquam autem. Hic consequenter describitur informatio per quae Esdra sacerdotum. Circa quod primo ponitur populi transgressio, secundo eiusdem correctio, c. 10. Circa primum ponitur transgressio manifestatio. secundo penitentiae lamentatio, ibi: Cumque a id est. Circa primum sciendum, quod filii Israel qui de Babylone venerant cum Zerobabel, & Iosue, videntes quod vxores suas de populo Israel essent deturpatae, & confractae ex labore iuueris, & alius miseris quas sustinuerant in via, cum venissent in Iudaeam, contempserunt eas, & pro magna parte abiecerunt, accipientes sibi vxores alienigenas contra preceptum legis Deuteronom. 7. eo quod erat occasio idololatriae: quia Salomon sapientissimus per vxores alienigenas fuit ad idololatriam tractatus, & haec transgressio fuit denunciata Esdrae sacerdoti per illos qui venerant cum eo & haec est quod dicitur.

Accesserunt ad me principes dicentes: Non est separatus. Et

Et patet litera ex dictis. Sciendum tamen, quod illi qui de nouo venerant cum Esdra, non erant participes transgressionis illius; quia adhuc non fuerant tamen in terra Israel, quod accepissent ibi vxores alienigenas, & filios procreassent.

Manus etiam. Hoc dupliciter exponitur. Vno modo quod per prima, sit adiectiuum transgressionis; ita quod ista transgressio fuerit prima, in qua populus Israel peccauit post reuertum de captiuitate, ita quod maiores populi primo peccauerunt in hoc, & ex consequenti maiores. Alio modo, quod per prima, sit adiectiuum huius dictionis manus, & sic est sensus, quod principes, & maiores primo peccauerunt in hac transgressione, & consequenter minores.

Cumque audissem. Hic consequenter describitur dicta transgressionis lamentatio, & secundo Dei deprecatio, ibi: Et in sacrificio vespertino. Circa primum dicitur.

Scidi pal. Hic erat modus Hebraeorum scindere vestes supuenire magna tristitia. 6 Et euelli ca. &c. In signum magni doloris, & penitentiae.

MORALITER.

Postquam autem. Circa quod sciendum, quod sicut plenius dixi in expositione literali, filii Israel qui de Babylone venerunt in Ierusalem, videtes quod vxores suas ex itinere, & alijs afflictionibus erant deturpatae, eas contempserunt, & in magna parte abiecerunt, accipientes vxores alienigenas contra preceptum Domini 7. cap. Deuter. Israel videtes Deum interpretatur, & ideo per filios Israel electi, & specialiter Theologi significantur, per vxores sceleratas, vel scripturae delignantur; sed per vxores legitimas sacre scripturae sunt intelligende. Sap. 8. a. Hanc an au, & quasi mihi sponsam assumere. Hoc n. bonus Theologus debet dicere. Sed quia sacre scripturae caret ornamentis rhetorice, ideo deformes aliqui videntur;

videntur: vnde dicit Hiero. de seipso: Itaque miser ego lecturus Tullium Plato sumebatur in manibus. Siquidem in me metipsum reuersus prophetas legere coepissem, sermo horrebatur in culis: tamen in hoc erat a diabolo deciprus, vnde subdit: Dum me ita serpens antiquus illudret, &c. Per vxores autem alienigenas quas videbant pulchriores, intelligenda sunt scripturae Gentilium philosophorum: quas Theologi multi contemptis scripturis noui, ac veteris testamenti catus amplexantur, & specialiter doctrinam Auerrois pessimis erroribus plena, quam cum maiori potestate, & diligentiori quotatione quod dictum horredum est, allegant, quod doctrinam Domini Nostri Iesu Christi, & Apostolorum eius.

Cumque audissem ser. istum, scidi pallium. In signum doloris magni, &

A tico recepta sanitate inter purificationes alias oēs pilos carnis suæ radere præcipitur, vt sic expiatus hostijs castra ingredi mereatur, quia tunc demū a vitijs perfecte mūdatur, cū ēt cogitatus noxios expellimus. Barba quoq; virilis sexus, & ætatis index, virtutem solet significare. Scidit ergo pallium, & tunicam pontifex, vt subditos minus pfecta opera habere lignaret; & quæ a sua soliditate, per poenitentiam scindi, & in meliorem habitum necesse esset renouari. Vellit capillos capitis, vt cogitationes prauas de corde extirpent, & nascituris viliibus locum dent. Vellit, & pilos barbæ; vt in ipsis quas habere viderentur, virtutibus humiliarentur, & parua esse, aut nulla examine æterni arbitrij meminissent, quæ vitijs permista essent. Scidit mœrens, vt per lamenta poenitentia veniam promerendam esse doceret.

B *a* Conuenerunt. Nota, quantum exempla Doctorem iuuat. nihil scribitur Esdras locutus esse, sed tantum audito scelere lachrymasse, & turbam ad se fidelium non vociferando, sed lachrymādo traxisse. *Conuenerunt.* Magna mutatio rerum perfidia principum, multi luxuriā secuti, reducti sunt magno principe mœrente, & quid peccatoribus agendum esset innuente; conueniunt ad eum omnes qui timebant verbum Dei, quo transgressores puniendos esse minat. *b* Scisso pallio. Beda. Typice q; scisso indumento curuat genua, & expandit manus ad Deū, & suis precibus, ac lachrymis plurimorum mœtes ad poenitentiam cōuertit, Christum ostendit

ostendit qui pro peccatis nostris ante passionē, & in ipsa orauit: quiq; extensis in cruce manibus, iudicium carnis suæ vulneribus scindi, & mortificari voluit. Vnde. *Mortuus est propter peccata nostra, &c.* Quod apte in tpe sacrificij vespertini factum est. Vel quia Dñs in fine seculi sacrificium suæ carnis, & sanguinis obtulit patri, & nobis in pane, & vino offerre pcepit. Vel quia ad finē veniēte sacrificio legali sua nos passione liberauit, & a populis terrarum separans cœlestes fecit, & sibi castos corde, & corpore precepit adhaerere. Ipsa quoque eius oratio, qua se iustum populo peccatori sociat, dicens: *Deus meus, &c.* Humilitati redēptoris congruit, qui in similitudine carnis peccati; vt peccatum tolleretur, apparuit, Vnde: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti, &c.* Item: *Deus tu scis insipientiam meam, &c.* Non quia delicta in se, vel insipientiam possit habere, qui factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio; sed causam eorum quos saluare venerat a se suscipiēs, etiam ea quæ illorum fragilitati veraciter conueniebant, misericorditer in se transferre dignatus est. *c* Curuauit genua, &c. Parauit se per cōpunctionē cordis, & affectionē corporis, vt dignus efficeretur auditu supernę pietatis, & in hæc verba orationis prorumpit. Curuat aut genua, expandit manus, & fundit preces in tēpore sacrificij vespertini, sciēs eē gratius, quod fit in spiritu humilitatis, & in animo cōtrito, quam quod carnibus, & sanguine pecudum offertur.

D 1. Cor. 15. 2
E Psal. 11. Ibid. 68.
 1. Cor. 1. d
 fclausus
F

a Cogitationes mentis. *b* Quæ virilis sexus, & ætatis indicium est: & ideo ponitur in designatione virtutum. *c* Docens per lamenta poenitentia veniam esse impetrandam.
 pillos capitis mei, & barbæ, & sedi mœrens Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel, pro transgressione eorum, qui de captiuitate venerant: & ego sedebam tristis vsque ad sacrificium vespertinum. Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, & scisso pallio, & tunica, curuauit genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum, & dixi. Deus meus confundor, & erubescio leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum a diebus patrum nostrorum. Sed & nos ipsi peccauimus grauius vsque ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, & reges nostri, & sacerdotes nostri in manum regum terrarum, & in gladium, & in captiuitatē, in rapinam, & confusionem vultus, sicut & die hac. Et nunc quasi parum, & ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur † paxillus in loco sancto eius, & illuminaret oculos nostros Deus noster, & daret nobis vitam modicam in seruitute nostra, quia serui sumus, & in seruitute no-

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et sedi mœrens. Sicut Iob tonso capite sedit in terra, lamentabatur autem iste peccata aliorum, tanquam sua: quia erat membrum illius populi, sicut & Daniel 9. cap. confitetur peccata populi Israel, tanquam ipsorum particeps, licet esset innocens.
- 2 Conuenerunt autem. Scilicet, ad consolandum quantum poterat fieri bono modo.
- 3 Et in sacrificio. Hic consequenter describitur ipsius Esdræ deprecatio, in qua primum dicitur: Et in sa. vel. ex quo patet, quod per totam diem fuerat in gemitu, & luctu.
- 4 Et scisso pallio. In signum humiliationis.
- 5 Curuauit genua mea. In signum deuotionis.
- 6 Deus meus conf. &c. Scilicet, ad deprecandum, cuius causa subditur.
- 7 Quoniam iniquitates. Et eodem modo dicitur Luc. 18. de publicano, qui ex confusione peccatorum suorum non audebat oculos ad cælum lenare.
- 8 Et delicta nostra cre. Hyperbole est, ad designandum multitudinem, et magnitudinem peccatorum patrum precedentium; ideo subditur.
- 9 A diebus patrum nostrorum. Prout habetur 4. Regum, quod tempore Manassæ regis Iudæ, & Sedecia, & plurium aliorum multiplicata fuerunt peccata valde.
- 10 Et in iniquitatibus. In manibus regis Aegypti, & regis Babylonis,

- lonis, & Assyriorum, vt patet in pluribus locis 4. Reg.
- 11 In gladium. Quia multi de populo fuerunt gladiati.
- 12 Et in captiuitatem. Quia plures fuerunt in captiuitatē ducti.
- 13 In rapinam. Quia bonis suis fuerunt spoliati.
- 14 Et in confusio. Quia fuerunt multipliciter derisi, & vituperati.
- 15 Sicut & die hac. Licet enim essent reuersi de captiuitate, tamen sustinebant multa opprobria a gentibus, quæ erant in circuitu, vt habetur infra Næmiæ 2. cap. Illi etiam qui remanserant in Babylone a Gentilibus multa opprobria sustinebant.
- 16 Et nunc quasi parum, & ad momentum facta est deprecatio. Hoc exponitur dupliciter. Vno modo, vt ly parum, referatur ad ipsos deprecantes, quasi dicat, licet modicum deprecati fuerimus Dñm, tanquā parum deuoti, tamen exaudiuit nos in aliquo. Alio modo ad rē pro qua fiebat deprecatio, scilicet, populi liberatione, quæ facta erat in tribus tribubus tantum, scilicet, Iudæ, Benjamin, & Leui. vnde subditur.
- 17 Vt dimitterentur nobis reliquiæ. Ita quod populus non est totaliter deletus, licet demerisset.
- 18 Et daretur paxillus in loco sancto eius. Id est, aliqua fixio, & stabilitas in Ierusalem.
- 19 Et daret nobis vitam mo. Id est, paucis concederetur vita: quia plures fuerunt mortui de populo, quam residui.
- 20 In seruitute nostra. Licet enim sacerdotes, & ministri essent liberi a tributo regis, vt habetur supra septimo capite, tamen populus communis non erat liber.

1 Et

MORALITER.

† & sunt verba Esdræ, p quæ significatur prelatus superior, q pōt remediū adhibere. Et sicut Esdras ab afflictione sui, & dolore non cessauit, donec remedium apparuit per eiectionem mulierum alienigenarum, ita q; non essent dominae, sed tantummodo ancillæ, sic per prælatū superiorem debet scripturæ

scripturæ philosophorū alienigenæ deiici a tanta autoritate, ita q; apud Theologos solūmodo maneāt, in quantum possunt subseruire sacre scripturæ diuinitus reuelatæ. Nam ancillam dominari, & dominam ancillari magna abusio est. propter quod illi qui scripturas philosophicas erroribus plenas sacris scripturis præponunt modo prædicto, enormiter abutuntur.

A *Quis dereliquimus mandata tua, &c.* August. Hoc est preceptum Domini tam in veteri quam in nouo testamento, vt nō nūi vni' religionis, & fidei coniugia tibi manēat copulata.

B *Tertull. Fideles gentiuma matrimonium subeuntes, stupri reos esse cōtar, & arcendos ab omni communicatione fraternitatis ex hēris Apostoli dicentis: Cam eiusmodi nec cibum sumnam.*

C *Hierony. Pleraque Apostoli cōtemnentes iustionē, iunguntur Gentilibus, & templa Christi idolis prostituūt. Loquar quod me Apostolus docuit. Non illas iustitiae esse, sed iniquitatis: nō lucis, sed tenebrarum: nō Christi, sed Belial: nō templa Dei viuētis, sed fana, & idola mortuorū. Vis apertius discere, qd Christiane omnino non liceat ethnico nubere? Audi Apostolum. Mulier si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino, id est, Christiano. Abraham adiurat seruū suum in femore suo, hoc est, in Christo qui de femine eius erat nasciturus, vt filio suo Isaac alienigenam nō adducat vxorem. Et Esdras offensam Dei huiuscemodi vxorū repudiatione compefcit.*

Ambros. Caue Christiane, gētilem, vel

stra non dereliquit nos Deus noster, & inclināuit super nos misericordiam coram rege Persarum, vt daret nobis vitam, & sublimaret domum Dei nostri, & extrueret solitudines eius, & daret nobis spem in Iuda, & in Ierusalem. Et nunc quid dicemus Domine Deus noster post hęc? Quia dereliquimus mandata tua, quę pręcepisti in manu seruatorum tuorum prophetarum, dicens: Terra ad quam vos ingredimini, vt possideatis eam, terra immunda est iuxta immunditiam populorum cęterarumquę terrarum, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore vsque ad os in coinquinatione sua. Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiat filijs vestris, & non quęratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æternum, & confortemini, & comedatis quę bona sunt terrę, & hęredes habebitis filios vestros vsque in sæculum: & post omnia quę venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberaisti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem, sicut est hodie: vt non conuerteremur: & irrita faceremus mandata tua: neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum. Nunquid iratus es nobis vsque ad consumptionem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem? Domine Deus Israel, iustus es tu: quoniam non derelicti sumus, qui saluaremur, sicut hac die. Ecce coram te sumus in delicto nostro. Non enim stari potest corā te super hoc.

vel Iudęam, vel alienigenam hoc est hęreticam, & omnem alienā a fide tua, vxorem accersis. id. Sordola colat, si Christum neget, quomodo potest diligere pudicitia, quę prima coniugij gratia est? Primum in coniugio religio quæratur.

Concil. Chalcedon. Neque copari debet nuptura hęretico, aut Iudęo, vel pagano, nisi forte promittat ad orthodoxam fidem se per personę orthodoxę copulam transferre. Si quis hęc definitionem sanctę synodi trāsgressus fuerit, correptioni canonice subiacebit.

Sexta Synodus. Non licet virum orthodoxum cum muliere hęretica coniungi, neque orthodoxam cum viro hęretico copulari. Sed & si quid eiusmodi ab vilo ex omnibus factū apparuerit, irritas nuptias existimare, & nefarium cōiugium dissolui. Neque enim ea quę non sunt miscenda, misceri, neque ouem cum lupo, nec peccatorum sortem cum Christi parte coniungi oportet.

Concil. Elibert. Hęreticis qui errant ab Ecclesia Catholica, nec ipsas dandas puellas Catholicas, sed neque Iudęis, neque hęreticis dari placuit, eo quod nulla possit esse societas fidei cum infideli.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et extrueret solitudines. *Id est, templum ad soliudinem prius redactum.*

2 Et daret nobis spem. *Accipiendi ab eo plura beneficia ex præteritis iam collatis. Alio modo exponitur quod supra dictum est. Et nunc quasi ad parum, &c. Ita quod ly parum, referatur ad Deū, vt sit sensus: Licet Deum deprecati fuerimus, tamē in modico exauditi sumus, non propter defectū diuine liberalitatis, sed propter impedimentum nostrę iniquitatis. Cetera quę sequuntur exponantur, sicut prius.*

3 Et nunc quid dicemus Domine Deus noster post hęc? *Hic consequenter Esdras confitetur peccata presentium, dicens: Et nunc quid dicemus Domine Deus noster, quasi dicat, non habemus frontem deprecandi te.*

4 Quia dereliquimus mandata tua, quę pręcepisti in manu seruatorum tuorum prophetarum. *Sed licet, Moysi, & Aaron, quia Moses accipiebat mandata a Deo, & Aaron proponebat ea populo, vt habetur Exod. 4.*

5 Terra ad quam vos ingredimini, vt possideatis eam, terra immunda est iuxta immunditiam populorum. *Propter multiplicatioem idololatrice, & aliorum vitiorum execrabiliū perpetratorum per Gentiles ibidem habitantes.*

6 Ab ore vsque ad os in coinquinatione sua. *Id est, abundanter*

ter nimis, sicut 4. Reg. 21. dicitur quod Manasses effudit sanguinem in noxium multum nimis, & impleuit Ierusalem sanguine prophetarum vsque ad os.

7 Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiat filijs vestris. *Istud pręceptum habetur Deut. 7.*

8 Et non quęratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æter. *Quia secundum diuinā iustitiā p. terat interfici, & iofini Israel non debebant cum eis facere fœdera perpetua: licet possent dare iudiciis ad tempus in aliquo casu, vt dictū fuit super librū Iosue. Et istud n. datum transgressi fuerunt illi qui redierāt de captiuitate, contrahendo connubia cum Gentilibus, cum quibus erat eis prohibitū, & illicitum post gratiam eis factam a Deo, quę reduxerat eos de captiuitate: & hoc est quod dicitur: Et post omnia, &c. & subditur.*

9 Quia tu Deus noster liberaisti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem. *Et ex hac ingratitude multum aggrauabatur peccatum eorum. ideo subditur.*

10 Nunquid iratus es nobis vsque ad consumptionem. *Id est, totalem populi deletionem, quasi dicat, hoc conseruimus, nisi ex tua liberalitate saluemur, vt de subditur.*

11 Ecce coram te sumus in delicto nostro. *Tibi, & hominibus manifesto.*

12 Non enim stari potest coram te super hoc. *Ad tegendum palliandum, seu defendendum.*

CAP.

C A P. X.

Sic ergo orante Esdra, & implorante Deum, & flente. Sequitur. b Fleuit populus. qui, scilicet peccauerunt penitentiam ageres, vel q in castitate permanferant de casu fratru dolentes. Multu vero conturbati ad preces, & lameta sui pontificis ostenduntur, cum etia mulieres, & pueri interfuisset narratur. Potest aut ea discretione factum in religii, quod prius innocentes, & recti ad eum confluxerunt, cum ait: Et conuenerunt ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel, &c. Nunc vero etiam ipsi qui peccauerunt cum vxoribus suis, & liberis, penitentiam acturi conuenerunt.



c De fil. Aelam. Huc dicit Iosephus primum fuisse Ierosolymitaru, q vt principu decet maxime auctoritate mox intentionem Esdræ iuuabat, populum secum peccatis confitendo, & penitentiam suadendo abiectis vxoribus alienigenis cum liberis suis.

d Et nunc si est penitentia in Israel. Q. Si populum huius peccati perfecte penitet: primo conuersi ad Dnm correctionem promittamus, & veniam postulemus: deinde ad nos reuersi, oem peccati radicem extirpemus, & fruticem, eiecitis, s. vxoribus cu oi sobole: hoc est. n. veraciter penitentiam agere toto corde, & intus ad Dnm conuerti, & omnem foris peccandi materiam ab ipsa origine rescari.

e Surge. Decenter docet quomodo sit apud maiores consilio agendum, vt. s. quisq; pro suo sensu quod optimum intellexerit, vel intellexisse sibi videbitur, dicat: & tamen ei qui preest locu discernendi relinquat, paratus obtemperare omnibus,

f aqua non bibit. Lugebat enim transgressionem eoru qui venerant de captiuitate. Et missa est eorum vox in Iuda, & in Ierusalem omnibus filiis transmigrationsis, vt congregarentur in Ierusalem: & omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium principum, & seniorum, auferetur vniuersa substantia eius, & ipse abiicietur de cetero transmigrationsis. Conuenerunt igitur

C A P. X.

† Sic ergo orante Esdra, & † implorante Deum, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel ceterus grandis nimis virorum, & mulierum, puerorumque, & fleuit populus fletu multo. Et respondit Sechenias filius Iehiel de filiis Aelam, & dixit Esdræ: Nos prauaricati sumus in Deum nostrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ. Et nunc † si est penitentia in Israel super hoc, percutiamus fedus cum Domino Deo nostro, vt proiciamus vniuersas vxores, & eos qui de his nati sunt iuxta † voluntatem Domini, & eorum qui timent preceptum Domini Dei nostri, secundum legem fiat. Surge, tuum est discernere, nosque erimus tecum: Confortare, & fac. Surrexit ergo Esdras, & adiurauit principes sacerdotum, & Leuitarum, & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc. Et iurauerunt. Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Iohannam filii Eliasib, & ingressus est illuc. Panem non comedit, & aqua non bibit. Lugebat enim transgressionem eoru qui venerant de captiuitate. Et missa est eorum vox in Iuda, & in Ierusalem omnibus filiis transmigrationsis, vt congregarentur in Ierusalem: & omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium principum, & seniorum, auferetur vniuersa substantia eius, & ipse abiicietur de cetero transmigrationsis. Conuenerunt igitur

ea peccando esse relapsos, & quasi denuo a diabolo captiuatos. De quorum seductoribus quasi de immundarum vxorū paratib. ait Petrus: *superbia enim vanitates loquentes pollicuntur in desiderijs carnis luxuria eos qui paululum effugerunt. Et paulo post, Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognatione Iesu Christi his rursus implicati superauerunt, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.*

h Conuenerunt igitur, &c. * August. Dimiserunt Israelitæ vxores alienas quicunq; tunc habere potuerunt, p quarebat, vt

quæ ille secundum voluntatem, & legem Dei agenda decreuerit. D 1 Fily Eliasib. Qui tunc summus sacerdos erat, post Iesum filium Iosedec Ioaicm filius eius, & post eum Eliasib filius eius summo sacerdotio functus est. g Panem non comedit. Beda. Exemplum hinc habent sacerdotes, non solum flendi, & orandi, sed etiam ieiunandi pro his qui peccauerunt. Beati enim qui propria peccata lugent: quia accepta remissione contolantur: sed beatiore q aliena detinent, vt ne panem quidem, & aqua (quæ abstinentiu refectio est) contingere velint, neq; domum suam ingredi, vel ascendere in lectum strati sui, sed in atrijs domus Dni orando pernoctant. Ibi enim erat domus sacerdotis, quam vespera superueniente Esdras perhibetur intrasse. Alia vero editio pro cubiculo Iohannam Pastophoriam Iohannam habet, quo nomine sepe dicitur porticus, qua templu vndiq; circumdatur, in qua ministri, & custodes templi manebant. Lugebat etiam nunc in transgressionem eoru, q de captiuitate venerant: q dolent eos qui a peccatis penitendo erepti sunt, ad

ea peccando esse relapsos, & quasi denuo a diabolo captiuatos. De quorum seductoribus quasi de immundarum vxorū paratib. ait Petrus: *superbia enim vanitates loquentes pollicuntur in desiderijs carnis luxuria eos qui paululum effugerunt. Et paulo post, Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognatione Iesu Christi his rursus implicati superauerunt, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.* h Conuenerunt igitur, &c. * August. Dimiserunt Israelitæ vxores alienas quicunq; tunc habere potuerunt, p quarebat, vt

Beda vbi sup

† ita vt fedus esset.

E

F 2. Petr. 2. d. Ibid. d.

Li. 1. de adu. coniug. c. 11

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. X.

Sic ergo orante Esdra. Hic consequenter describitur predicta transgressionis correctio. Circa quam primo ponitur maiorum confessio, secundo populi citatio, ibi. Et missa est vox. tertio correctionis inchoatio, ibi: Et surrexit Esdras. quarto conuincitio, ibi: Et conuenerunt. Circa primum dicitur.

- 1 Sic ergo orante Esdra. s. humiliter, deuote, & perseveranter.
2 Collectus est ad eum de Israel ceterus grand. Esdræ copatiens.
3 Et fleuit populus fletu multo. Non solum ex compassione, sed etiam pro peccati sui cogitatione, & contritione.
4 Et respondit Sechenias. Qui erat de principalioribus populi.
5 Et dixit Esdræ. Nomine suo, & aliorum principalium.
6 Nos prauaricati sumus. Accipiendo vxores alienigenas, quæ nentes etiam sapientum emolliunt, & encruant, & tandem ad idololatriam inclinant, sicut patet in Salomone.
7 Et nunc si est penitentia in Israel super hoc. Id est, quia penitentia

penitentia est.

- 8 Percutiamus fedus cum Domino. stabile, & absq; retractatione
9 Vt proiciamus vni. &c. Vt Dei preceptum impleamus, & occasionem mali a nobis praeuidamus.
10 Surge. Ad hoc exequendum.
11 Tuum est discernere. Quia habes scientiam legis diuine.
12 Nosque erimus tecum. Quod decreueris exequendo. Cetera patent vsque ibi.
13 Panem non comedit, &c. Id est, nullum cibum, & potum accepit, quia nomine panis, & aquæ intelligitur omnis cibus, & potus in sacra scriptura, vt frequenter dictum est.
14 Et missa est. Hic consequenter ponitur populi citatio, cum dicitur: Et missa est vox. id est, communis citatio.
15 Et omnis qui non uenerit in tribus. In hoc ponitur contra contumaces pænis determinatio, cum subditur.
16 Auferetur vniuersa substantia eius. Id est, bona exteriora.
17 Et ipse abiicietur de cetero. Per excommunicationem.

Ipse

MORALITER.

Sic ergo, &c. In hoc Esdras sacerdos dedit exemplum prelati, & curati Ecclesiæ flendi, & deprecandi Dnm pro subditoru suoru transgressionem: na aias eoru, tanquam mater in Christo debet assidue parturire. Et quoniam ex afflictione boni prelati subditi debent ad veram penitentiam moueri, sequitur. Colle us est ad eum de Israel ceterus grandis, &c. Sequitur. Et fleuit populus fletu multo. Quod autem iste fletus ex vera penitentia processerit, ostenditur per hoc quod dicitur. Percutiamus fa. cum Domino Deo no. vt proii. s. alienigenas. † Et

† Et eos qui de his nati sunt iuxta. Per vxores alienigenas conuenienter intelligi possunt interiores concupiscentiæ male, & per filios eorum actus exteriores ex ipsis procedentes, quæ omnia a vere penitentibus, prout possunt, sunt abiicienda. † Et surrexit, &c. Non. n. a terra voluit surgere, donec populus emedatione promissit, & ad hoc p iuramentu se astrinxit, non tñ cessauit Esdras a sua † totali afflictione, quia sequitur. † corpus 13 Panem non comedit, & aquam non bibit. Et in hoc dedit exemplum Ecclesiæ prelati, & curati affligendi se pro subditorum suorum peccatis vsque ad perfectionem emedationis.

Et

A vt & ipsi ad alienos seducerentur Deos, nō vt illæ p̄ maritos vero acquirerentur Deo. Non enim tanta gratia Saluatoris illuxerat, & promissis temporalibus veteris testamēti adhuc inhiabat illius populi multitudo. Vnde iussit Dñs per sanctum Moysen, ne qs alienigenā vxorē duceret. Merito ergo

lib. 1. aduer. blar. cap. 1.

* Tertull. Paulus præscribens, tantum in Domino esse nūbendum, ne q̄ fidelis ethnicum matrimonium cōtrahat, legē ructur creatoris, Al- lophylorū nuptias vbique prohibentis.

Beda ubi sup.

B *a* Ipse est. Beda. Quia ab Hebr. Casleu, a Romanis vocatur Decēber, q̄ est i medio hyemis, pluuialis, & tempestuosus. Vnde notandum, cum in medio hyeme populus conuenerit, timere a peccato, & a pluujs memoratur. Cum enim pluias ipso etiā tempore pluiarum maiores solito cerneant, reuersi ad conscientiam, peccatis suis hoc imputaerūt, & iram celestem superuenturam ex ipsa aeris perturbatione timuerūt: ideo nō in priuatis domibus negocia sua agere p̄-

† per fecerunt opus in omnibus vitijs, id est, in recentis omnibus q̄, &c.

sumpserunt, sed in platea domus Domini, assumpto penitentia, & humilitatis habitu confederunt: hi propter eos qui turbatis elementis, & ventorū frigore, vel inundantia pluiarū, vel aceruis niuiū, vel ardore siccitatis, vel et exitio hominū, vel animalū desuper ingrauescente, & ipso iudice et p̄ aperta iudicia vni suæ iræ imitante, nihil de correctione morū qua placent iudicem, plagamq; euadant impendentem, requirunt: sed fastu saculi pertractant, qua arte aduersa quæ exterijs propter peccata defæuiunt, aut euiunt, aut superēt.

C *b* *Et sedit omnis populus.* Beda. Id est, circa atrium sacerdotum, quo ipsa domus vndique cingebatur, habens circa se ex omni parte per quadrum aedes atriorum amplissimas, in quibus etiam populus, quando pro pluuia opus erat, stare poterat, & videre ea quæ in templi ianuis gerebantur, vel circa templum, habebant enim interiores parietes iuxta terram in columnis factos exteriores solidos.

Idem.

c *Et surrexit Esdras.* Beda. Hic locus respondet ad hoc quod supra dictū est. *Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum*

cubiculum Iobannam si. El. &c. Vbi notāda deuotio p̄tificis, qui iugens, orans, & ieiunās pro trāsgressione populi in atrijs tēpli permansit, nec prius domum suam intrare voluit, q̄ accepto consensu populi toto penitentem corde, & conuersum ad Dñm, fide cuius deuotionis, & reliqui principes videntur

a omnes viri Iuda, & Benjamin in Ierusalem tribus diebus: ipse *b* est mensis nonus, vicesima die mensis: & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato, & pluujs. *c* Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos: Vos transgressi estis, & duxistis vxores alienigenas: vt adderetis super delictum Israel. Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum eius, & separamini a populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et respondit vniuersa multitudo, dixitque voce magna: Iuxta verbum tuum ad nos, sic fiat. Veruntamen quia populus multus est, & tempus pluiæ, & non sustinemus stare foris, & opus non est diei vnius, vel duorum (vehementer quippe peccauimus in sermone isto) constituantur principes in vniuersa multitudine, & omnes in ciuitatibus nostris, qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, & cum his seniores per ciuitatē, & ciuitatem, & iudices eius, donec auertatur ira Dei nostri a nobis super peccato hoc. Igitur Jonathan filius Azahel & Iaa- zia filius Thecuæ steterunt super hoc, & Mosollam, & Sebethai Leuites adiuuerunt eos. Fecerunt que sic filii transmigrationis. Et abierunt Esdras sacerdos, & viri principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua, & *d* sederunt in die primo mensis decimi, vt quærerent rem. Et *e* consummati sunt omnes viri, qui duxerunt vxores alienigenas vsque ad diem primam mensis primi. Et inuenti sunt de

fuisse consortes, cum dicuntur, & ipsi finita synodo abisse in domos patrum suorum. Si enim hoc non significat scriptura, quid opus fuit scribere, quod expleto colloquio Esdras, & principes familiarū in domos patrum suorum de septis templi abierunt? Eos enim hoc fecisse nemo est qui nesciat, quid opus fuit addere, & omnes per nomina sua, cum & hoc omnibus esset notissimum, nisi quia tales eos voluit intelligi, quorum nomina, & facta merito in memoria tenerentur, ac posteris notificanda traderentur. *d* *Et sederunt in die.* Beda. Nota numerum ternarium esse mysticum. Supra dictum est, quod tribus diebus omnes conueniunt in Ierusalem, & nunc tribus mensibus 10. s. 11. & 12. castigatur ab vxoribus alienigenis. Tres enim sunt virtutes sine quibus nemo saluatur, fides, spes, & charitas. Tertio tpe seculi veniens Christus in carne in mūdū, gratiā nobis Euāgelij contulit. Primū namq; tps ante legem in Patriarchis, secundum in prophetis sub lege præmisit, in tertio ipse cum gratia venit, & sua nos passione redimēs, tertia die surrexit. Per cuius gratiam, quia consortio Ecclesiæ copulamur, & a vitiorum illecebris expurgamur, apte transmigratio- nis filij tribus diebus castigandi venerunt, & in tribus mē- sibus castigationem compleuerunt. Iuxta literam quoq; opportune laborauerunt, vt ante initium primi mensis ipsi omnes purgarentur, vt pascha, & mēsem ipsum in quo celebrandum erat, munde & sancte celebrarent, & annum munde, & sancte inchoarent, & cōsummarent. Quod etiam nos omnibus annis in quadragesima paschæ oportuit imitari, instante, scilicet, Dñica Resurrectione, *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, vt participes resurrectionis esse valeamus.* *e* *Et inuenti sunt.* Beda. Aptant Heb. huic loco illud Zachariæ propheta: *Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem*

bo; & facto, & ideo subditur. *9* Et separamini a populis terræ. Ita quod non habeatis sedus, & consortium cum idololatrijs. *10* Et ab vxoribus alienigenis. Quæ a Deo vero auertunt, vt prædictum est. *11* Et respondit vniuersa multitudo: dixitque. Esdras consentiendo, tamen petunt dilationem propter importunitatem temporis, & negotij magnitudinem. *12* Constituantur principes, &c. Id est, homines sapientes, iusti, & diligētes, qui vadāt de ciuitate in ciuitate, diligenter inquirendo de transgressoribus, & corrigantur per alienigenarū vxorum eiecctionem. *13* Et sederunt. Ex quo patet, quod in disquirendo istud negotium posuerunt mensem integrum. *14* Et inuenti sunt. Hic cōsequenter ponitur descriptio illorum, qui duxerunt

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Ipse est mensis nonus. Qui apud Hebræos correspondet partim Nouembri, & partim Decembri nostro.
- 2 Et sedit omnis populus. Hoc est in atrio quod erat ante tēplū.
- 3 Trementes pro peccato. Timentes ne ratione transgressionis prædictæ veniet super eos diuina ultio grauis.
- 4 Et pluujs. Quia tempus istud frigidum est, & pluuiosum de communis iussu. & tunc erat plus solito pro peccati sui demerito.
- 5 Et surrexit Esdras. Hic consequenter ponitur transgressionis correctio ad monitionem Esdræ dicentis.
- 6 Vos transgressi estis. Hoc est liquidum, & non potest negari.
- 7 Vt adderetis super delictum Israel. Commissum ante captiuitatem Babylonicam.
- 8 Et nunc date confessionem. Recognoscendo peccatum verbo,

MORALITER.

14 *Et inuenti sunt.* Inter transgressores, istos primo nominat duplici de causa. Prima est, quia peccatum eorum grauius erat, eo quod sacerdotes, & eorum filij qui tunc succedebant eis in sacerdotio magis tenebantur scire legem, quam ceteri

ceteri Malach. 2. b. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex eius ore requirent.* Secunda est, quia peccatum istorum causa fuit, & occasio alijs peccandi, Vnde Gregorius in Pastor. Cum pastor per abrupta graditur, consequens est vt ad præcipitium grex sequatur.

A stantem corā angelo domini, & Sathan stabat à dextris eius, vt aduer-
sari ei. Et paulo post. Et Iesus erat indutus vestib. sordidis, & sta-
bat ante faciē angeli. Et respondit angelus, & ait ad eos, qui stabant
coram se, dicens: Auferte vestimēt. sordida ab eo. Et dixit ad eu. Ecce
abstuli iniquitatē tuam, & indui te mutatoriis. Et dixit, Ponite cidari
mundā super caput eius.

Recte inquit stabat
Sathan à dextris eius
vt aduersaretur, quia
vera erat accusatio,
ipse enim cum ceteris
alienigenā duxit
vxorē. Quod autem
dicitur, quia Iesus e-
rat indutus vestibus
sordidis, tripliciter
interpretatur. Vel ob
coniugium illicitum
vel ob peccata popu-
li, vel propter squalo-
rem captiuitatis. An-
gelus autē ante cuius
faciem stabat Iesus,
præcepit ceteris ar-
gelis, vt auferrent ab
eo vestimēta sordida
Quo facto, ait idem
angelus: Ecce abstuli
à te iniquitatem tuam.
Hæc sunt vestimen-
ta sordida, & indui te
mutatoriis, id est, Is-
raelitem coniugem
copulaui tibi. Quod
autem sequitur: Ponite
cidarim mundam su-
per caput eius, intelli-
gi volunt sacerdotij
dignitatem, quia. s. ab
latis peccatorum sor-
dibus mundū habue-
rit sacerdotium. Sed
intuendum, quod non
scribit Esdras Iesum
alienigenam duxisse
vxorem, sed quosdā
de filiis, & fratribus
suis, &c.

a Et fratres eius. **BE.** Cognati, s. nō enim fratres eius germa-
ni in carne eatenus viuere, & voluptati operā dare poterant
cū cētū anni, & amplius essent trāfacti, ex quo Cyrus regna-
re incipiens, Iesū, & Zorobabel cū transmigratione Iuda, &
Beniamin ad cōstruēdā domum dñi Ierosolymam remisit.

b Et dederunt, &c. **BED.** Primo vxores illicitas abijciunt, &
sic p se arietē offerūt, vt ablato scelere, mūdi accederent ad
altare. Difficile. n. est huius victimā Deo esse acceptā, q non
prius reliquit culpā, p qua offert. vnde. *Quiescite agere puerse,
disbene fa.* Et quia filii, vel fratres fuere sunt in sacerdotis, q
primi peccauerāt, recte in correctionē sceleris arietē de gre-
gib. offerunt, vt significant, quia seipsos, qui ductores populi
quasi duces gregis esse videbant, à pristina vita maētare, &
purgatos digna pœnitentia Deo p meliorē vitā offerre di-
spo fuerāt. **Et dederunt manus suas.** **BED.** Nota quanta arte pu-
gnādi diabolus fideles impugnat, vt nullū eis tps securū re-
linquat. Ecce. n. q ab aduersantib. superari non poterant, vin-
cebant hostes publicos ædificato templo domini, & dedica-
to,

NICOLAUS DE LYRA.

1 De filiis Iosue filij Iosedec, &c. *Isle Iosue erat summus sacer-
dos, & sic videtur verum, quod dictum est supra videlicet, quod hæc
transgressio incepit à maioribus populi. Ad hoc autē aptant aliqui il-
lud Zachar. 3. Ostendit mihi dominus Iesum sacerdotē ma-
gnū stantem coram angelo, i. Esdra, qui erat angelus, id est, nun-
tius missus à latere regis ad populi directionem, & Sathan à dextris,
quia uera erat accusatio de peccato transgressionis. Et accipitur hic
Iesus pro filiis eius, ut patet ex hoc loco, quia pater quodammodo ma-
net in filiis.*

2 Et

to, sed vincebantur amore mulierum, ne templa cordū, vel
operū suorum Deo digna seruarent. Cuius rei nostris tēp-
ribus manifeste figura completur, cū videmus animos fide-
liū multo periculosius nunc tentari intrinsecus à cōcupiscē-
tia sua abstractos, & illectos, quā quondam tentabantur ex-
trinsecus cum imma-
nis aduersarius cōtra
eorum constantiā fer-
ro, & igne sauebat.
Sed aderit pietas do-
mini, quæ sicut aduer-
sus aperta furentium
certamina virtutem
patientia tribuit, ita
nobis contra surri-
piētium laqueos blā-
ditiarum cautelæ cu-
stodiam dabit. Deni-
que, & hoc agente in-
dustria pontificis, qui
timebant dominum
cuncti cōpuncti sunt
corde, qui peccauē-
rant, & eiecerūt vxo-
res alienigenas, & sic
expulsa turpitudine
luxuriæ redit decus **E**
castimonix, & in ci-
uitate domini ciecto
rudere vitiorum, re-
sperfi sunt flotes, &
aromata virtutum.

filiis sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas, de filiis Io-
sue filii Iosedec, & fratres eius, Maasia, & Eliezer, & Iarib, &
Godolia. Et dederunt manus suas, vt eiecerent vxores suas, &
pro delicto suo arietem de ouib. offerrent. Et de filiis Emmer:
Hanani, & zebedia. Et de filiis Harim, Maasia, & Elia, & Se-
meia, & Iehiel, & Ozias. Et de filiis Pheshur: Elioenai, Maasia,
Ismahel, Nathanahel, Iozabed, & Elasa. Et de filiis Leuitarum
Iozabed, & semci, & Celai: ipse est Calita. Phathaia, Iuda &
Eliezer. Et de cātoribus Eliasib, & de ianitoribus Sellū, & Te-
lé, & Vri. Et ex Israel de filiis Pharos, Remeia, & Iezia, & Mel-
chia, & Miamin, & Eliezer, & Melchia, & Banea. Et de filis Æ-
lam, Mathania, Zacharias, & Iehiel, & Abdi, & Ierimoth, &
Elia. Et de filiis Zethua. Elioenai, Eliasib, Mathania, & Ieri-
muth, & zabad, & aziza. Et de filiis Bēbai, Iohanā, Hanania,
zabaai, Athalai. Et de filis Bani, Mosollā, & Melluch, & Ada-
ia, Iasub, & Saal, et Ramoth. Et de filiis Phahathmoab, Edna,
et Chalal, Banaias, et Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui, et
Manasse. Et de filiis Herem. Eliezer, Iesue, Melchias, Semeias
Simeon, Benjamin, Maloch, Samarias. Et de filiis Ason, Ma-
thanai, Mathatha, Zabbad, Eliphelet. Iermai, Manasse, Semei.
De filiis Bani: Maddi, Amram, et Huel, Baneas, et Badaias,
Cheliau, Vania, Marimuth, et Eliasib, Mathanias, Mathanai,
et Iasi, et Bani, et Bennui, Semei, et Salmias, et Natha, et Ada-
ias, Mechnedebai, sifai, Sarai, Ezrel, et Selemiau, Semeria, Sel-
lū, Amaria, Ioseph. De filiis Nebo, Iehiel, Mathathias, Zabad,
Zabina, leddu, et Ioal, et Banaia. Omnes hi acceperūt vxores
alienigenas, et fuerunt ex eis mulieres, quæ peperant filios.

*uitarum, & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc, & iu-
rauerunt.* intelligat, quia si non proiecerunt filios, illa fuit cā
quō eos docuerunt renuntiare maternæ infidelitati, & con-
secratos domino per circumcisionem, & hostiam salutarem
fidei suæ, & castitati sociauerunt.

MYSTICE autē bona opera, quæ intuitu tēporalis cōmo-
di, vel fauoris, vel delectationis agimus, aut inter mala sunt
reputanda, aut ab infima intentione discernenda, & p celesti
tantum retributione facienda. Qui. n. ieiunat, orat, & elee-
mosynā dat, vt videatur, & laudetur ab hominib. talis ples
bonæ æctionis quasi de immunda genitrice nascitur, & ideo
inter eos, qui de Babylone Ierosolymam ascenderunt, par-
tem habere non potest. Qui enim in præsentī mercedē re-
cipit, in futuro carebit, nisi author operis mentem ad melio-
ra conuertens, pro Deo facere cœperit, quod pro laude fa-
ciebat inani, & quasi sobolem indigne editam domino con-
secrans Ierosolymæ ciuem fecerit, vt opus male inchoatum
corrigenis, dignum faciat perpetua mercede in cœlis.

CAP.

2 Et dederunt manus suas. id est, iuramento solenni firmauerunt
ne posset retractari.

3 Vt eiecerent vxores suas, &c. scilicet, alienigenas.

4 Et pro delicto suo arietem, &c. *Quia sicut aries est dux gregis
ita sacerdotes sunt duces populi communis. Cetera legantur, vt iacet li-
tera. Et licet non dicatur hic, quōd eiecerunt puevos cum uxoribus alie-
nigenis, tenendum tamen est, quōd sic fuit factum, quia sic promiserat
Sechemias nomine suo, & aliorum principalium, ut haberet supr. co. c.
Percutiamus sc. cum domino Deo nost. vt pro. vii. vx. s. alie-
ni. & eos, qui de his nati sunt.*

Tom. 2.

VV

NEHEMIAE, QUI EST
Esdra secundus.

CAPVT I.

LIBER NEHEMIAE, QUI
ET ESDRAE SECVNDVS.

DICITVR.

CAPVT I.



Verba Ne-
hemias filii
B. E. D. Nehe-
mias inter-
pretatur cōsolator do-
mini, vel consolator

domini, vel consolator
a domino, qui cū re-
nouauerit muros He-
rusalem, & populū ab
hostibus liberatū in
domine legis obserua-
tia sublimauerit, pa-
teret quia nomine, & o-
pere Christum signifi-
cat, qui ait. Ego roga-
patrem, & alium para-
cletum da. vo. De quo
Psal. ait. Aedificans Hie-
rusalē dominus, &c. Si-
gnificat etiā sanctos
prædicatores, quorū
ministerio supna no-
bis consolatio præsta-
tur, vel dū post lap-
sum peccati sp̄s veniat, & pollicitationis penitētib. pollicent̄
quasi diruta ab hostibus Hierosolymorū mēnia restaurauit.



Verba Nehemias filii Helciae. Et factū est
in mense Casseu, anno vicefimo, & ego
erā in susis castro. Et venit ad me Ha-
nani vn⁹ de fratrib. meis, ipse & viri ex
Iuda, & interrogauī eos de Iudēis, q̄ re-
māserāt, & supererāt de captiuitate, &
de Ierusalē. Et dixerunt mihi. Qui remanserunt, & derelicti
sunt de captiuitate, ibi in puincia in afflictione magna sunt
& in opprobrio, & murus Ierusalē dissipat⁹ est, & portæ eius

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10

clesiam ducens, claritate fidei, & operis eorū hāc ornare, &
glorificare non desistit. Constituit duces, & principes om-
ni populo trans flumen, qui legem Dei noscerēt, & docerēt
quia in ecclesia, quæ flumine baptismi abluta est, & flumen
Babylonicum, id est, p̄urbationē seculi fluctuantis fidei syn-
ceritate transcendit, ap̄tolos, euangeli-
stas, pastores posuit
& rectores. Castiga-
uit filios transmigra-
tionis ab vxorib. alic-
nigenis, quia illos, qui
professione fidei mū-
do renūtiāt, illecebris
mundi seruire prohibi-
tū. Eiecit filios ta-
lium matrū de cœtu
transmigrationis ab
vxoribus alienigenis,
ne forte adulti perfidi-
am sequerentur ea-
rum, nō fidē patrum.
Opera enim nostra et-
nam, quæ hominibus
bona videntur, si car-
nalibus delectationi-
bus permixta sint, si
originem de conta-
gio humani fauoris
lumpserint, reproba-

re docuit, nec conuenire illis, qui mundū perfecte relinquūt
& tota mente ad cœlestia transeunt, qui non blandimentis
temporalibus enervari, sed aduertitibus exerceri, & ad re-
quiem sempiternam gaudent preparari.

b In mense Cas. Mensis Casseu ipse est quē nos Decēbrē uo-
camus, apud Hebrēos nonus, apud nos vltimus. Cuius no-
mē, qd̄ spes eius interpretat̄, bñ cōgruit votis eius, q̄ ad rui-
nas sanctę ciuitatis intēdebat erigēdas. Primū enim bonę
actionis fundm̄ est sp̄s hēre de auxilio domini ad perficiēdū,
quod cupimus. In hoc mense natus est dominus, cuius no-
mine longe ante figurabatur, quod in eo mēse verus Nche-
mias diu desideratus ad ædificationē ecclesię esset vterus.

c Erā in Su. Susis metropolis est Persarū, sed tanta firmitate
ut castrū esse videatur, & interpretatur equitatio, vel reuer-
tēs, q̄ fidelib. cōuenienter aptatur, eis maxime, q̄ de captiui-
tate Ierusalē curam gerunt, i. de salute eorū, qui aliquando p̄
insidias diaboli de ecclesia rapti penitentes denuo per gra-
tiā Dei sunt redacti. Tales enim sunt in reuertente castro, i.
in robore mētis reuocatę ab infimis ad desiderū patrię cele-
stis, & in equitatu sc̄torū cordiū, q̄, s. portant sc̄lorē Deum.

d Qui reman. B. E. D. Patet literæ sensus. Qui n. remanserant
de captiuitate, et̄l̄ i pace versari videbāt, amico eis existēte
rege

postilla venerabilis magistri Nicolai de Lyra
super librum Nehemias, qui est Esdrae secundus.

CAPVT I.

Verba Ne. Postquā descripta est populi descriptio sub Esdra, hic
101 quōter describitur reedificatio muri sub Nehemia, q̄ fuit
missus tanquā dux a latere regis ad reedificationē ciuitatis. Sciendum
tñ, q̄ bis a rege venit in Ierusalē. primo ad ciuitatis reedificā
iōnē. se-
cūdo ad malorū in eius absentia subortorū correctionē, c. 13. In aduētū
aut̄ primo ad ciuitatē venit. secūdo veniēs ijsūm murauit, c. 3. et tētio
muratā clausit portis, & vestib. c. 7. quarto ea clausa septimū mēsem
festiū celebrauit, c. 8. quinto ciuitatē populauit, c. 11. sexto populatā
dedicauit, c. 12. Circa primū ostenditur primo proficiēdis volūtas. se-
cūdo legationis auctoritas, c. 2. Circa primū primo describitur rumor
oppressionis Iudeorū in Ierusalē. secūdo languor orationis, ibi. Cum-
que audissem. Circa primū notatur persona scribens cum dicitur.
1 Verba Nehe. fil. Hel. ab isto enim loco scripti, quæ sequuntur,
ut dicit Rab. Sa. Secūdo notatur tempus, cum dicitur. Et factū est in
mense. Cat. Hic est mēsis nonus apud Hebrēos secūdum vnam com-
putationem, ut vidēbitur magis infra se. ca.

2 Anno vicefimo. regni Artaxerxes, i. cuius an. 7. missus fuit Esdras,
vt

vt dictum est supra Esdra 7. ad docendum populum. & an. 20. eiusdē
missus fuit Nehemias tanquā dux a latere regis ad reedificandā ciui-
tatem. Tñ secūdū Iosephum iste Artaxerxes fuit filius Darii Hysta-
pis, & vocat eū Xerxes diminutiue. Secūdum vero Ra. Sa. fuit filius
Assueri, & regine Esther, sicut dictum fuit Esdra 6. & 7. cap.

3 Et ego. c. in Su. ca. Licet Susa esset tunc principalis ciuitas regni
tñ vocatur hic castrū, quia erat ædificata fortiter hinc, & inde ad mo-
dū castrū. 4 Et vc. Aliqui libri habent. Et venit ad me Hanani.
Sed ly, ad me, non est de textu. Vnde dicit Iosephus, quod Nehemias
vidit istos tanquā peregrinos intrantes ciuitatem, & audiuit eos lo-
quentes Heb. & tunc allocutus fuit eos.

5 Vnus de fratribus meis, &c. id est, de cognitione mea.
6 Et interrogauī eos de Iuda. quibus primo quæsiuit de statu po-
puli sui, & secūdo de statu ciuitatis Ierusalem.

7 Et dixerunt mihi. respondendo primo de statu populi eo ordine,
quo fuerant interrogati.

8 Qui remanserunt, & derelicti, &c. scilicet, Iudæi.

9 In afflictione, quia Gentiles in regno decem tributū habitantes
multas molestias eis inferebant, & opprobria, vt plenius habetur infr.
4. cap. Secūdo respondent de ciuitate.

10 Et murus Ierusalē. quia a tēpore quo Nabuzardan ince-
dit ciuitatem

MORALITER.

1 Verba Nehe. Per Nehemiam, q̄ cōsolator interpretat̄, & in-
terpretationi consonat res gestas. q̄ missus fuit a latere regis
in Iudaā ad cōsolationē liberū. Hic de captiuitate Babylō-
nica reuertorū qui ex sequētib. apparebit, dñs noster Iesus
Christus h̄n̄n̄at. q̄ cōsolator dñi, Threnorū i. f. Elongatus
est a me cōsolator. G. H. Hic est rex Messias. Ipse est mis-
sus

sus fuit a p̄re, q̄ rex regnū i mundū ad cōsolationē oīū gentiū.
4 Et vc. ad me. &c. Per istos fratres apostoli designant̄, q̄ fr̄s
dñi n̄r̄i Iesu Christi dñr̄, Ps. 21. e. Narrabo nom. tuū fra. meis. vt
deducit Ap̄sto. 2. Heb. & Io. 20. d. dixit Marię Magdalene:
Vade ad fratres meos, & dic eis. Ascēdo ad patrē meū, et p̄rem v̄rum.
7 Et dixerūt mi. qui, &c. afflictione sunt. Per hoc significat̄ apo-
stolorū cōpassio, ex qua p̄ph̄ afflictionē seu necessitatē ostē-
dunt

1. h. 3. exposi-
tione in Es-
dra. c. 15.

Ioan. 14. b.

Psal. 146. a.

Allegorice.

Diuisio.

Rege Persarum, quibus paulo ante Esdrā cum epistolis miserat, qui haberet potestatem in regione trans flumen, tamē in magna afflictione mentis erant, & opprobrio hostiū, quia adhuc sancte civitatis murus erat dissipatus. Tunc autē merito in ecclesia affliguntur, & tristitia seculari cōpungunt sancti, cum quandoque respicientes a peccatis vident proximos adhuc subire vitijs, ita ut per negligentiam eorum, qui multis prodesse poterant, quasi per muros urbis dissipatē diabolus in ecclesia possit introire, quod magis dolendū est, si & ipsi, qui alijs doctrina, & exemplo prodesse debuerant, exemplum mortis vivendo fiunt hoc est enim portas Jerusalem flammis hostium esse perustas, eos qui bene vivendo, & docēdo dignos, in ecclesiam electorum

torum introducere indignos in arcē debuerant, auaritię, luxurij, ceterorumque vitiōrum incendio perire. **D**
 a *Fleui, & luxi.* Si vit sanctus audies destructa lignorū, & lapidū edificia recte lugebat, ieiunabat, & orabat, diu sedēs In tristitia, quanto magis in destructione, & ruina ararū continuis luctibus, & orationibus est insistendum, ut miserante Deo ad pristinam erigatur sospitatem, qui in opprobrio religionis triumphante inimico iacebant ducina vitiōrum sordē squalētes.
 b *Obsecro domine, &c.* **CHRY**
SOST O. Ideo si oraveris, & ieiunaveris, & elemosynā iuste feceris, complesti pretiū, redemisti peccata tua, remissa sunt crimina, reparata est vita tua. Duo quæra minora vidua misit, in arcam Dei, & prelata est opulenti.

cōbūltæ sunt igni. Cumque audissem verba huiusmodi, sedi, et fleui, et luxi diebus multis, et ieiunabā, et orabā ante faciem Dei cæli, et dixi: Quæso domine Deus cæli fortis, magne atq; terribilis, qui custodis pactum, & misericordiā, cum his, qui te diligunt, & custodiunt mandata tua, fiant aures tuę auscultantes, & oculi tui aperti, ut audias orationē serui tui, quam ego oro corā te hodie nocte, & die pro filijs Israel servis tuis, & confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccaverunt tibi. Et ego, & domus patris mei peccavimus, vanitate seducti sumus, & non custodiimus mādatum tuum, & cęremonias, & iudicia quę præcepisti Moyfi famulo tuo. Memento verbi, quod mandasti Moyfi seruo tuo, dicens: Cum transgressi fueritis, ego disperdā vos in populos, & si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea, etiam si abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo vos, & reducā in locum quem elegi, ut habitaret nomē meum ibi. Et ipsi serui tui, & populus tuus, quos redemisti ī fortitudine tua magna, & in manu tua valida **Obsecro** domine, sit auris tua attendens ad orationem serui tui, & ad orationē seruatorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum, & dirige seruum tuum hodie, et da ei inferi cordiam ante vitum hunc. Ego enim eram pincerna regis.

NICOLAUS DE LYRA.

zatem, & muros eius dirupit, non fuerat data licentia reedificandi eā sed solum templum, & pertinentia ad ipsum per Cyrum, & Darium, ut patet ex dictis supra Esdrā, 5. & 6.

- 1 Cumque audissem Hic consequenter ponitur languor orationis In oratione. n. mens eleuatur in Deum, & per consequens quodammodo abstrahitur a corpore, & sic corpus incipit languere, maxime quando oratio fit cum fleu, & ieiunio, & diuturne fit, sicut dicitur hic.
- 2 Et luxi diebus multis, &c. tribus mensibus, ut patebit c. sequen.
- 3 Et dixi. formando orationem meam.
- 4 Quæso domine. omnium per gubernationem.
- 5 Deus. per creationem.
- 6 Cæli fortis. scilicet, empyrei, & per consequens omnium, quæ includuntur intra ipsum.
- 7 Atque terribilis. peccatores puniendo.
- 8 Fiant aures tuę. Loquitur de Deo more humano, quia cum homo exoratus præbet aurē ad audiendum, & conuertit oculos ad videndum, signum est, quod velit exaudire.
- 9 Et ego, & do. par. mei pec. Licet enim esset innocens, tamē conuincit se peccatorib. in quantum erat membrum populi peccatoris.
- 10 Vanitate

- 10 Vanitate seducti sumus. id est, dololatiā, quæ vanitas est eo, quod idolum nihil est secundum Apostolum. 1 Cor. 8.
- 11 Et non custodiimus mand. tu. quantum ad moralia præcepta.
- 12 Et cęremonias. quantum ad ceremonialia.
- 13 Et iudicia. quantum ad iudicialia. Ad ista tria genera præceptorū reducunt oīa præcepta legis Mosaicę, ut patet ex decursu illius legis.
- 14 Memento ver. quod man. Mo. i. dixisti, Deut. 29. & 30.
- 15 Cum. trans. fueri. Hoc fuerat adimpletum in captiuitate Babilonica, & in captiuitate decem tribuum.
- 16 Et si re. ad me. &c. inde con. vos. Hoc nondū erat adimpletū, licet fuisset inchoatum per Cyrum, & Artaxerxem, ut patet ex supra dictis Esdrā 1. & 8. & ideo Nehemias orabat pro completionē.
- 17 Quos re. in for. percuciendo Aegyptum multipliciter, & faciēdo mirabilia in mari rubro, & in deserto, & in Iordane fluuio.
- 18 Dirige seruum tuum. id est, me ipsum, quia volebat proponere petitionem regi de reedificatione ciuitatis, ut populus dispersus posset ibi securius congregari.
- 19 Et da ei mise. ante vi. hunc. id est, ante Artaxerxem regem.
- 20 Ego enim eram, &c. Hoc additum, &c. ad ostendendum, quod habebat de facili accessum ad ipsū.

MORALITER.

† dunt Christo. Mar. 6. e. Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius dicentes, desertus locus est hic, & hora iam præterijt, dimitte illos, ut in proximas villas euntes, & vicos, emant sibi cibos quos manducent.

I Cumque

CAPVT II.

Factum est autem. B. E. Qui scilicet est primus mensis anni secundū Hebręos, in quo semper pascha celebrant, quem nos



CAPVT II.

Actū est autē ī mense Nisan, anno viceesimo Artaxerxis regis, & vinū t

nos Aprilē dicimus. Quia ergo supra dixit, quia luxit, ieiunauit, & orauit diebus multis, patet, quia quatuor cōtinuis mēsisbus
 9. f. 10. & 11. & 12. sacre deuotioni

Supra 1. b.

NICOLAUS DE LYRA. CAP. II.

Factū est autē in mēse. Hic cōsequenter describit legatio ipsius Nehemias, ubi primo describitur authoritas, quę meruit. scđo facultas, quę obtinuit, ibi. Et dixit regi. tertio sagacitas qua negotiū suū secreta tenuit, ibi. Et audierunt. quarto voluntas, quę aperuit, ibi. Et dixi eis. Circa primū præmittitur tēpus cū dicitur. Factū est autē in mense

mense, &c. Hic est mensis primus apud Heb. secūdū festa, et incipit a propinquiori lunatione æquinoctio vernali. Nehemias autē cęperat orare mēse 9. ut prædictū est. Et sic patet, quod iste mēsis ī quo porrexit vinū, fuit quartus ab illo, ita quod tribus mensibus fuit in oratione, & afflictione an. 20. Artaxerxis. Videt quod istud sit falsum, et hoc, quod hoc fuerit an. 20. eius, quia istud factū fuit 4. mēse, postquā audiuerat rumores de oppressionē

MORALITER.

† **F**actū est in mēse. Cui respondet apud Latinos Martius, sicut declarauit diffusē in postillis literalib. Gen. 7. & Exo. 12. In isto vero mēse passus fuit Christus, f. 8. calen. Aprilis passio vero Christi calix appellatur, Io. 18. b. Calicē quē dedi mihi pater, non uis, ut bibam illum? Vas autē calicis non bibitur, sed vinum

num, quod in eo continetur. ideo subditur. Et vinum erat ante eum. scilicet, ante regem, qui signat Deū patrem, in cuius conspectu erat passio Christi, nam eā disponebat, & acceptabat. Et quoniam Christus per Nehemiam significatus illam passionem acceptabat ex obedientia ad patrem, ideo sequitur.

A Et paulo post. *Confirmabit partem multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet ho. & sacri.* Incipiunt ergo hebdomades à 20. anno Artaxerxis, quando aedificandi Ierusalem licentiam dedit quo tempore, ut Julius Africanus scribit, regni Persarum. 125. anni fuerat euoluti, & totidem usque ad Alexandrum magnum, quando Darius occidebat, imperfe et remanebant. Captiuitatis enim Ierusalem ceterimus octogessimus, & quintus annus erat, & perueniunt usque ad tempora dominice passionis, per quam sacrificia legalia finita sunt. Habent vero singulae hebdomadae septenos annos, & fiunt. ccccx. secundum lunam, scilicet cursum, ita ut singuli nouo, & insolito more non amplius, quam 12. menses lunares habeant. unde angelus. 70. hebdomades non annumeratas, sed abbreviatis super populum dicit, qui sunt anni solares 475. de qua tota prophetae sententia plenissime, prout potui, in libro temporum edisserere curauit.

a *Es audierunt.* Contristantur heretici, & omnes ecclesie inimici, quos electos pro catholica fide, & vel morum correctione, quibus ecclesie muri renouentur, conspiciunt laborare. Notanda. n. est animorum rerumque diuersitas. Supra quidem dicti sunt, qui de captiuitate remanserant in Iudaea in afflictione magna, & opprobrio fuisse: Nehemias quoque longum cum fetu, & precibus duxisse ieiunium, quia murus Ierusalem dissipatus, & portae combustae. Nunc autem versa vice hostes contristantur

NICOLAUS DE LYRA.

1 Ut det mihi ligna, gratis, ut tegere possim portas tur. id est templi, iuxta quam, scilicet, domum templi intendebat facere turrim ad maiorem templi securitatem.

2 Et muri ciuitatis. id est, ad tegendum portas, quas intendo facere in muro ciuitatis.

3 Et do. quam ingressus. id est, domum quam aedificare intendo probatione mea.

4 Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam mecum. Id est, directionem eius per suam gratiam.

5 Et audie. & c. Hic consequenter describitur Nehemiae sagacitas, qua potestatem sibi concessam secretam tenuit usque ad tempus debitum, non potuit tamen celare, quin venisset pro bono filiorum Israel cum esset de eorum gente, & hoc est, quod subditur. Et audi. Sana. Illi autem erant aduersarii Indorum.

6 Et ve. Ie. & eram ibi tri. die. antequam ostenderem ad quid venissem. unde subditur. Et non in di. cui. Sequitur.

7 Et iu. non e. me. & c. Alii autem, qui erant cum Nehemia, ibant pedicando, ne forte Iudaei, qui erant in ciuitate, opinarentur quod uellent latere exire de nocte, & tradere ciuitatem hostibus. & se eis iungere in equis.

8 Et egressus sum per portam vallis, id est, quae ducit ad uallē Iosaphat.

9 Nocte. Quia nolebat, quod alii perciperent quid interaret, donec

possibilitatem

MORALITER.

† 1 Ut det mihi ligna, ut tegere possim portas. Per quae possunt intelligi spiritus sancti dona, quibus Christus texit portas templi, id est, protexit ecclesiam, & muros ciuitatis, id est, apostolos, & eorum successores, propter quod contratio malis praetatis dicitur Eze. 13. a. Non opposuistis uos murum pro domo domini.

3 Et domum, quam ingressus. Per quam intelligitur uirgo beata, quae spiritus sancti charismatibus praeter ceteris fuit repleta.

5 Et audierunt Sa. Ho. & c. Per istos intelliguntur sacerdotes, scribae, & Pharisaei, qui Christum, & Apostolos impedire conati sunt

contristantur, & affliguntur, quia aedificia illius restauranda, & ciues ab insultatione hostium intelligunt liberandos, ut. *Plorabit, & flebitis uos, mundus autem gaudet, sed tristitia uestra in gaudium. Flente autem mundo, qui gaudebat, tristitia iustorum uertitur in gaudium, cum res ecclesiae crescere, & eos, qui peccando*

errauerunt, peccando redire cognoscunt.

b Considerabam murum Ierusalem. Diuersa destructae urbis loca iustrando perueniatur,

& singula quomodo debeant reparari, sollicite scrutatur. Doctores quoque spiritualium est

sepius noctu surgere, & solerti indagine statum ecclesiae quiescere

tibus ceteris inspicere, ut vigilanter inquirat, quomodo ea, quae uictoriarum bellis sordidata, vel deiecta sunt, corrigant, & erigant.

16 Murus autem Ierusalem dissipatus iacet, & conuersatio fidelium

terrenis, & infirmis sordet affectibus. Portae sunt igni consumptae cum hi, qui aliis introitum uitae pandere debuerant, relicto ueritatis magistro communi, cum ceteris ignauia torpent, & temporalibus curis inferuntur.

c Quia Ierusalem deserta est. B. E. D. Plana sunt haec, & spirituali sensu congrua, quia doctores, imo omnes, qui zelo Dei feruent, in afflictione maxima sunt, quando Ierusalem, id est, uisionem pacis, quam nobis Deus reliquit, & commendauit bellis dissensionum cernunt esse desertam, & portas uirtutum

quas iuxta Esaiam laudantes occupare debuerant, praesentibus inferorum portis deiectas, & opprobrio habitas.

† CAP.

possibilitatem reaedificandi murum consideraret. ideo subditur.

10 Et considerabam murum. scilicet qualiter posset reaedificari Et portas eius. qualiter posset de nouo institui.

11 Et non erat locus. i. cui. sedebam. pro ruinas ibi existentes.

12 Et re. ueni. & c. per quam exieram, ut patet ex praedictis, & sic patet, quod circumiuit totam ciuitatem, ad uidendum diligenter qualiter murus posset reaedificari.

13 Magistratus autem. id est Gentiles, qui erant positi ex parte regis ad custodiam terrae.

14 Usque ad id loci. n. indi. id est, usque ad illud tempus, ita quae accipiatur hic locus pro tempore, tenuit enim secretum, quod intruderet reaedificare ciuitatem, donec uideret quid esset sibi possibile, ita quae nec Iudaeis, nec Gentilibus, qui eum conduxerant in uia propositum suum aperuerat.

15 Et di. e. Hic consequenter describitur uoluntas, quam eis aperuit, quia postquam uiderat reaedificationem muri possibilem, licet difficilem, aperuit Iudaeis uoluntatem, quam habebat de reedificatione muri, & gratiam, quam super hoc habebat a rege, inducens eos ad opus, & dicens.

16 Vos nostis affli. in qua sumus. Quia Samaritani, & alii Gentiles multas eis molestias inferebant. Cuius causa subditur.

17 Quia. Ie. de. est. Et sic aduersarii poterant eam inuadere de facili. tum quia habitatores eius erant pauci, tum quia portae erant destructae, & muri in pluribus locis disrupti.

† Et

sunt in aedificio ciuitatis Dei, quae est ecclesia, sicut patet ex decursu euangelij.

6 Et ueni Ierusalem. & c. tri. die. Per quos significantur tres anni, secundum illud Eze. 4. b. Diem pro anno dedi tibi. quibus Christus praedicauit in Ierusalem metropoli Iudaeae, & in locis circumadiacentibus.

† Et surrexi nocte ego, & uiri pauci mecum, & non, & c. Et de Christo scribitur Luc. 6. Et erat pernoctans in oratione Dei, scilicet, pro reparatione ecclesiae quantum ad muros fidei, & uirtutum.

Tom. 2.

VV 3

Venite, & ædificemus muros Ierusalem, & non simus ultra opprobrium. Et indicaui eis manum Dei mei, quod esset bona in eum, & verba regis, quæ locutus est mihi, & tunc ait, Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono. Audierunt autem Saballat Horonites, & Tobias seruus Amma-

nites, & Gosem Arabs, & subsannauerunt nos, & despexerunt, dixeruntque. Quæ est hæc res quam facitis? Nunquid contra regem vos rebellatis? Et reddidi eis sermonem, dixique ad eos: Deus cæli ipse nos iuuat, & nos serui eius sumus. Surgamus, & ædificemus. Vobis autem non est pars, & iustitia, & memoria in Ierusalē.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et indicaui eis manum Dei, &c. i. directionē eius, & gratiā.
- 2 Et confort. sunt ma. e. quia parati fuerant ponere manū ad opus.
- 3 Audierunt autem, &c. Iste erat princeps Samaritanorum, & alij adiuuabant eum.
- 4 Et subsannauerunt nos. id est, deriserunt. Et dicitur subsannatio. à naso rugato. vel distorto, cū aliquis in deridendo utitur talib. signis.
- 5 Quæ est hæc res, quam faci. q. d. non est vobis licita. Et subiungitur causa.
- 6 Nunquid con. re. vos rebel. q. d. Etiam apparet manifeste, quod

- 7 Et reddidi eis sermonem. rationabiliter respondendo, quia non erat, ita cum hoc fieret de regis licentiā.
- 8 Dixique ad eos. scilicet, repellendo eorum malitiam.
- 9 Deus cæli ipse nos iuuat. Et ideo non debemus vos timere.
- 10 Vobis autem non est pars. Quia Samaritani non poterant ostendere ex aliqua scriptura, quæ deseruit memoriæ, quod ipsi, vel patres eorum habuissent ibi partem, nec per consequens habebant ius aliquid reclamandi, & ideo ad ipsos nihil pertinebat de reædificatione ciuitatis, vel eius impedimento.

MORALITER.

† Venite, & ædificemus muros Ierusalem, & non simus ultra opprobrium. Verbum est Christi ad suos discipulos ad ædificationē ecclesiæ per prædicationem, & vitam bonā inducentis eos. 6 Nunquid contra re. vos rebel. Verba sunt scribarum, & Pharisæorum Christo, & discipulis eius rebellionem imponētū. Primò contra regē cælestē, imponēdo eis diuinæ legis transgressionē, vt patet in pluribus euangelij locis. Secundo contra regem terrenū, dicentes Pilato Luc. 23. a. Hunc inuenimus

subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, et dicentem se regem Christum esse. 8 Dixitque ad e. Deus cæ. ipse. n. propter quod non potuerunt Pharisæi, & scribæ ædificium ecclesiæ impedire, sicut dixit Gamaliel Act. 5. g. Si vero ex Deo est hoc opus, nō poteritis dissoluere. 10 Vobis autem non est pars, et ius. & me. in. te. Hoc dicit Christus quā tū ad illos, qui remanserunt in peccatis obstinati, qui sunt exclusi ab ecclesia militante, & est triumphante, de qua dicitur Gal. 4. d. Illa, quæ sursum est Ierusalem libera est, quæ est mater nra.

CAP. III.

Surrexit Elias sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt portam gregis. Ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & vsque ad turrim centum

dotibus solitas ferunt, vnde & nomen accepit. Ex quibus omnibus videtur porta gregis vicina esse piscinæ probaticæ, vt per hanc hostiæ efferantur, & in illa lauentur.

BEDA. Vt iuxta literam ideo primam portā gregis à sacerdotibus ædificatam, vel sanctificatā esse, quod in vicinia ipsius tēpli fuerit, & ad ipsos proprie pertinuerit. Cōgruere enim videtur, vt ædificatio ciuitatis à tēplo incipiat, quia necesse est, vt constāciam fidei, & dilectionis in Deum ante oīa construamus in nobis, deinde opera pietatis, q̄ ad proximi dilectionē pertineant, addamus. tertio, i. vltimo loco, quæ ad generalē huius vite prouisionē respiciunt. De quibus Apostolus. Habentes, inquit, victum, & quibus tegamur his contenti simus. Hoc quoque probabile v̄t, quod ex eo porta gregis dicatur, quia per eam pecora in templo offerenda introducebantur. Portā. n. gregis in primordio ædificandę ciuitatis Dei sacerdotes ædificauerunt, cū prædicatores ante omnia auditores suos fide veritatis, q̄ per dilectionē operatur, imbuunt, per quā victimas bonorū operū introducāt, & in altari cordis Deo offerāt. Et huius portę ædificiū per centū cubitos extēsum vsq; ad turrim Anachel, i. gratię Dei sanctificāt, cū ab initio fidei vsq; ad firmitatē bonę actionis, q̄ nō nisi Deo inspirante, & auxiliante perficitur, sola interne retributionis intentione protēdunt.

CAPVT III.

Surrexit Elias sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt portam gregis. Ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & vsque ad turrim centum

a Quia sacerdotum est, opera sua sanctificatione speciali præ cæteris digna facere, & instanter agere, vt qui sibi iunguntur, nomen domini in se bene viuendo sanctificent.

& fratribus eius cepit, vt qui gradu præcesserant, ordinis exemplū fierēt alijs in bonis operibus. Et bene ædificantibus sacerdotibus adiungitur:

dia pars iuuenum eorum faciebat opus, & media pars parata erat ad bellum, & lanceæ & scuta & arcus & loriceæ, & principes post eos in omni domo Iuda ædificantium in muro & portantium onera & † imponentium, vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. Aedificantium enim vnusquisque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant buccina iuxta me. Et dixi ad optimates & ad magistratus, & ad reliquam partem vulgi: Opus grande est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero. In loco quocumque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis, & nos ipsi faciamus opus. Et media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ, donec egrediantur astra. In tempore quoque illo dixi populo: Vnusquisque cum puero suo maneat in medio Ierusalem, & sint vobis † vices per noctem & diem ad operandum. Ego autem & fratres mei & pueri mei, & custodes qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra. Vnusquisque tantum nudabatur † ad baptismum.

perando habuerint, qui etiam nocte in labore perstiterunt, sicut Paulus qui nocte & die operabatur manibus suis, ne quem credentium, victum querendo, fatigaret. Nisi forte ita sibi per vices succedebant ad operandum, ut alij per diem laborarent in opere muri, alij contra hostium incursores agerent excubias noctis. Nam & nostræ ciuitatis extructores vtrunque simul faciunt. Ipsi enim qui fideles instruendo ecclesiam ædificant, infideles & etiam contradicentes arguendo ab ecclesia repellunt.

a. Thef. 3. b
E lauandi gratia.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et media pars para. Taliter intenta ad defensionem ædificantium. Ipsi etiam ædificantes erant armati, licet leuis, ut si hostes irruerent, possent aliquo modo se defendere.

2 Et clan. buc. tanquam parati ad prælium, ut si hostes appropinquarent, timerent eos inuadere audientes clangorem buccinæ.

3 Et dixi. Hic ponitur circumscriptio contra subito irruentes per populi vnionem ad certum signum tubæ clagentis: quia virtus vnita fortior est seipsa dispersa, & patet litera vsque ibi.

4 Ab ascen. aur. quam citò possent videre ad operandum.

5 Donec

5 Donec egre. id est, appareant, quia ex tunc oportebat quiete ab opere.

6 Et sint no. ad oper. Non est per hoc intelligendum, quod operarentur de nocte, quia hoc non posset bene fieri, ut patet ex dictis. sed aliqui per vices erant ordinati ad vigilandum de nocte pro custodia ciuitatis, qui inuentibus hostibus possent alios excitare.

7 Non depon. vest. Ex quo patet ex eis magna diligentia.

8 Vnus. t. nuda. ad ba. i. ad purificationem, secundum modum Iudæorum, qui tali purificatione utebantur, sicut dicitur de Iudith. 12. b. quod baptizabat se in fonte aquæ, secundum alios autem baptismus iste intelligitur ablutio sordium corporalium contractarum ex opere ac etiam sudore.

MORALITER.

1 Et media pars para. erat ad bel. Per istos significantur speculatiui istius temporis, qui contra insultus hostium pugnabant vitiliter orationibus deuotis.

† *Vna manu sua faci. opus, & altera, &c.* Per hoc significantur illi, qui sunt in vtraque vita, actiua scilicet & contemplatiua perfecti, cuius perfectionis debent esse pontifices nouæ legis. Greg. in pastoralis. Sit præful actiua præcipuus, sit præful contemplatiua suspensus. Potest etiam hoc aliter moralizari, ut per hoc quod dicitur, vna manu faciebat opus, exercitium cuiuslibet boni operis intelligatur, & quoniam ex hoc vana gloria solet insurgere, ideo subditur.

† *Et*

† *Et altera tenebat gladi.* scilicet contra vanam gloriam insurgentem. Item notandum, quod tempore Salomonis Ierusalem fuit ædificata pacifice sine armis: sed postquam fuit destructa per Nabuchodonosor fuit reparata tempore Nehemiæ, cum labore magno & armis. Per Salomonem verò qui pacificus interpretatur dominus noster Iesus Christus, qui per suum sanguinem pacificauit ea, quæ in celis sunt, & interris significatur. Per Nabuchodonosor verò qui interpretatur ledens in angustia, diabolus qui secum semper portat ignem suum intelligitur, quoniam semper angustiat. Igitur per prædicta significatur, quod ædificium virtutis & gratiæ per Christum sine labore constructum in baptismo, sed si per suggestionem diaboli destruat, non reparatur sine labore magno.

CAPVT V.

Et factus est clamor.
* Augustinus. Fames naturalis qui dem morbus est, quia natura nobis facta est pœna ex vindicta. Primò huiusmodi quod erat pœna, natura nobis est.



CAPVT V.

Et factus est clamor populi & vxorum eius magnus aduersus fratres suos Iudæos. Et erant qui diceret: filij nostri & filie nostre multe sunt nimis. Accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & vitam

est. Vnde dicit Apostolus: fuimus & nos natura filij iræ, id est, portantes vindictam.

Beda. Desiderabat populus murum construere, sed impediatur fame, quam non solum penuria

Beda alleg. expol. lib. 3. cap. 21.
† *bibamus.*

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. V.

Et factus. Hic ponitur secundum impedimentum proueniens ex usuris, quibus diuites in populo Iudæorum grauabant inopes. & ideo primò describitur afflictio populi ex egestate. secundo reprehensio diuitum ex impietate, ibi. *Et iratus sum nimis.* tertio facta remissio

remissio ex communi charitate, ibi. *Et ego & fratres mei.* quarto larga Nehemiæ expensio in hospitalitate, ibi. *A die autem illa.* Circa primum dicitur. *1 Et factus est clamor.* notabiliter grauari à diuitibus, quia egestate compulsi acceperant ab eis ad usuram, & aliquos de liberis suis eis vendiderant, & adhuc de residuis simile facere volebant, saltem aliqui. ideo subditur.

2 Et erant qui di. scilicet, aliqui de popularibus.

3 Et

MORALITER.

1 Et factus est clamor populi & vxor. Allegorice. Clamor iste figura fuit illius murmuris in primitiua ecclesia, de quo dicitur

citur Act. 6. a. *In diebus illis crescente numero discipulorum factus est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in mini-*

C nura frugum, sed etiam avaritia principum fecerat, q̄ ab eodem populo maiora, quā reddere poterat, tributa exigebat. Quod quotidie apud nos fieri videmus. Multi enim populo Dei diuini cupiunt obreperare mandatis, sed inopia temporalium rerū retardantur, exemplo eorum, qui habitu religionis præditi sunt, cū ipsi ab eis quibus præsunt importabile vechigal secularium rerum exigunt & nihil saluti eorū, vel verbo, vel exemplo, vel pietatis opere complet, aut conferunt. Atque utinā ut aliquis in diebus nostris Nehemias, id est, consolator a domino veniens mores nostros compefeat, & præcordia nostra ad amorem diuinum accendat, & manus nostras a propriis voluptatibus auertens ad construendam Christi conuertat ciuitatē.

B

BED. Tribus de causis augetur clamor populi. Quidā tamen coacti filios suos ditioribus vendere volebant, alij liberis parentes agros potius, & domos. Nonnulli prohibentes liberorum, & agrorū venditionem hoc tantū persuadebāt, ut mutuo sumerēt pecuniam in tributa regis, op-

Clamor populi augetur pro pignora.

C

uamus. Et erant, qui dicerent: Agros nostros, & vineas, & domos nostras opponamus, & accipiamus frumentum in fame. Et alij dicebant: Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demusque agros nostros, & vineas. Et nunc, sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt, & sicut filij eorum, ita, & filij nostri. Ecce nos subiugamus filios nostros, & filias nostras in seruitutem, & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus vnde possint redimi, & agros nostros, & vineas nostras alij possident. Et iratus sum nimis, cum audissem clamorem eorum secundum verba hæc, cogitauitque cor meum mecum. Et increpauit optimates, & magistratus, & dixi eis. Usurafne singuli a fratribus vestris exigitis? Et congregaui aduersum eos concionem magnam, & dixi eis. Nos, ut scitis, redemimus fratres nostros Iudæos, qui venditi fuerant gentibus secundum possibilitatem nostram. Et vos igitur, vendetis fratres vestros, & redimemus eos? Et siluerunt, nec inuenerunt quid responderent. Dixique ad eos. Non est bonares, quam facitis. Quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis a gentibus inimicis nostris? Et ego, & fratres mei, & pueri mei commodauimus plurimam pecuniam, & frumentum. Non reperamus in commune istud. Æs alienū concedamus, quod debetur nobis. Reddite eis hodie agros suos, & vineas suas, & oliueta sua, & domos suas. Quin potius, & centesimam pecuniæ frumenti, vini, & olei, quam exigere solletis ab eis, date pro illis. Et dixerunt. Reddemus, & nihil ab eis

pignora is agris, & vineis, donec resurgente fertilitate reddere possent feceratoribus, quod mutuo acceperant. **a** Et in **p** **u** **o** **p** **t** **e** **t** **e** **c** **B** **E** **D**. Tanquam dux optimus militæ celestis, & sapiens architectus ciuitatis Dei, quod optimates facere voluit, & magistratus populi se prius fecisse

declarant elemosinam, scilicet, pauperibus dare, nihilque ab eis querere, nisi custodiam legis, & edificationem ciuitatis. In hac autem lectione non oportet nos allegoriam querere, sed litteræ textum diligenter operando seruare, ut scilicet, exceptis quotidianis elemosynarū fructibus ubi generalis fames ingruerit, quæ possumus, egentibus præbeamus, & quæ a subditis quali iure solebamus exigere tributa, dimittam, ut dimittat nobis pater debita nostra. **b** Et dixerunt, &c. **AMBR**OS. Boni patres, qui statuerunt pignora debitorum esse reddenda, boni etiam fecerunt, qui responderunt, quod & pignora redderent, & pecuniam non requirerent, quæ dedissent.

Insu-

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et erant, qui dicerent. Hæc est secunda querela.
- 2 Agros nostros, &c. oppon. s. venditioni, vel impignorationi.
- 3 Et alij dicebant. Hæc est tertia querela.
- 4 Mutuo sumamus pecunias. id est, ad vsuram.
- 5 Demusque agros nostros. vendenda, vel impignorādo. Sicut Aegyptij tpe famis vendiderunt terras suas regi, ut h̄c Ge. 47.
- 6 Et nunc si. Id est, sicut diuites de populo nostro liberi sunt, sic & nos debemus esse, filij nostri, sicut & filij sui, cū sumus de eadē lege. hoc inducitur pro rōne, q̄ melius erat vendere, vel impignorare terras, & possessiones regi Gentili, q̄ filios, & filias subicere seruituti. A iter hoc exponit, & melius, ut videtur, quia Zerobabel, Esdras, & Nehemias, ut plures possent secū adducere de Babylone, promiserant libertatē, & prosperitatē, iō aliqui eorū in afflictione positi querelādo dicebant. Et nunc, sicut carnes fratrum. i. Iudæorum, qui remanserunt in Babylone sunt in afflictione, & labore. 7 Sicut carnes nostræ sunt. Hic in contumili afflictione, vel maiori. 8 Et sicut filij eorum. sunt subiecti seruituti, ita, & filij nostri. ideo subditur. 9 Ecce nos subiugamus filios. Et sic non sumus melioris conditionis, quam ipsi, sed in aliquibus peioris. 10 Et iratus sum ni. Hic ponitur reprehensio diuitum propter oppressionem pauperum prædictam, cum dicitur. Et iratus sum ni. Verbum est Nehemia irati, non ira, quæ est per vitium sed per zelum. 11 Cum au. cl. ev. se. v. r. Quæ sonabant displicere eis, quod de Babylone redissent.

- 12 Cogita. cor me. ita quod non impetuoſe, sed ex modestia, & deliberatione processit ad reprehensionem diuitum.
- 13 Usuras ne singuli a frat. Quasi diceret hoc est manifestū, et tamen hoc est valde malum, & lege prohibitum Deute. 23.
- 14 Et congregaui aduersum eos concionem. Ut erubescerent renuere correctionem meam rationabilem.
- 15 Nos, ut scitis, redimimus fratres. Licet enim illi, qui erant in Babylone redissent sine redemptore, tamen Zerobabel, Esdras, & Nehemias aliquos Iudæos redemerant, qui fuerant venditi Gentilibus extra potestatem regis Babylonis.
- 16 Et vos igitur vendite fratres vestros, & redimite eos. Quos emistis in seruos contra legem.
- 17 Et siluerunt nec inuenerunt quid responderent. Non habentes responſionem rationabilem.
- 18 Ne exprobretur nobis a Gentilibus inimicis nostris. scilicet, quod non timetis dominum, nec legem eius seruatis.
- 19 Et ego, & fra. Hic consequenter ponitur remissio facta pauperibus ex communi charitate, & incipit Nehemias a se ipſo dicens. Et ego, & fratres mei. Et sequitur.
- 20 Non reperimus in commune istud. id est, communiter consentiamus, ut ista non repetantur.
- 21 Reddite eis hodie agr. venditos, vel impignoratos.
- 22 Quin potius. ut solueretur regi pro tributo terræ.
- 23 Date pro illis. quia sunt, ita pauperes, quod non habent unde soluant. soli enim sacerdotes, & ministri erant immunes ab hoc tributo, ut habetur supra Esdræ 7.

12 Cogita.

1 Et

MORALITER.

in ministerio quodam in vidua eorum. Sed sicut per Nehemiam qui consolator interpretatur, clamor populi fuit pacificatus ut in textu dicitur consequenter, sic per spiritū sanctū, q̄ est verus consolator, murmur eorum dēitū in ecclesia primitiua fuit quietatus. Nā per eius inspirationē 7. diaconi fuerunt ordinati, & constituti ad opus ministerij quotidiani, q̄ pacifice negotiū tractauerunt. Moraliter autē clamore populi mutū

Ierusalē adificare cupiētis, sed per potēiores eiusdē populi in temporalibus grauiabantur, & sic in opere murorū impediebant, significatur afflictio religiosorū pauperū in edificio spirituali ecclesie laborare desideratū, sed ab aliquibus potentibus temporaliter affligunt, & sic ab adificationis opere impediunt. Et utinā veniat Nehemias, i. consolator missus a rege celesti, qui tale remediū apponat, q̄ dicti religiosi quiete valeant viuere, & in opere muri virtutū efficacius laborare.

a Insper excussi sinum meum, & dixi. Sic excutiat Deus omnem, & cetera. Huius sententiae terribilis clausula imponitur. Quicumque enim pauperibus misericordiam non impendit, vel ab eis qui non habent velut iuste exigit, de domo sua excutitur, i. de curia Ecclesiae, in qua putabat se perpetuo manere, & de laboribus, scilicet in fructibus honorum operum, in quibus se laudabiliter laborasse putabat, nil prorsus laboris recipiet. Labores enim sine pietate non possunt apud Deum fructuosi esse.

b Et dixit uniuersa multitudo, Amen. Quantum Nehemiae obiurgatio, vel imprecatio corda omnium mouerit, ostenditur. audita enim conte-

quæremus, sicque faciemus, ut loqueris. Et uocaui sacerdotes, & adiuraui eos, ut facerent iuxta quod dixeram. Insper excussi sinum meum, & dixi. Sic excutiat Deus omnem virum, qui non compleuerit verbum istud de domo sua, & de laboribus suis. Sic excutiat, & vacuus fiat. Et dixit uniuersa multitudo, Amen. Et laudauerunt Deum. Fecit ergo populus, sicut erat dictum. A die autem illa qua praeceperat rex mihi, ut essem dux in terra Iuda, ab anno vicesimo usque ad annum tricesimum secundum Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas quae ducibus debebantur, non comedimus. Duces autem primi qui fuerant ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, vino, & pecunia, quotidie saculos quadraginta. Sed & ministri eorum depresserunt populum. Ego autem non feci ita propter timorem Dei. Quin potius in opere muri aedificauimus, & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant. Iudaei quoque & magistratus, centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus quae in circumitu nostro sunt, in mensa mea erant. Parabatur autem mihi per dies singulos bos unus, arietes sex electi, exceptis uolatilibus, & inter dies decem uina diuersa, & alia multa tribuebam. Insper, & annonas ducatus mei non quaesui. Valde enim erat attenuatus populus. Memento mei Deus meus in bonum, secundum omnia quae feci populo huic.

contestatione respondentes, amen. & Deum collaudantes fecerunt quae iusserat. In quo patet, quia non timore, sed amore dicta eius susceperunt.

c Per annos duodecim. Beda. Hoc exponit Apostolus, dicens. Quia statuit dominus, de euangelio annuntiant, de euangelio uiuere, ego autem nullo horum usus sum. Duodecim autem annis Nehemias cum fratribus suis ita in ducatu uiuebant, ut annonas quae ducibus debebantur, non comederet, insinuans euangelicum opus esse in regimine plebis, opus rectoris notabiliter circa ecclesiam exercere, & a subditis commodum terrenum non quaerere.

13Cor.9.c

E

F

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et uocaui. Quia erant gubernatores populi a tempore reditus captiuitatis Babylonicae, ut dictum fuit supra in principio Esdrae: ut sic uerbum istud esset firmum.

2 Insper exc. Sicut enim propheta aliquando rebantur sensibilibus signis, ut propheta eorum essent magis nota, sicut Esaias inui nudus, & discalceatus, ut habetur Esa. 20. c. & Ieremias posuit catenas ligneas in collo suo, Iere. 28. c. in signum quod populus Israel sic duceretur in captiuitatem, sic Nehemias excussit sinum suum, orando quod sic euacuaretur bonis suis, & eiceretur de communitate populi quicumque non consentiret uerbo, & facto in huiusmodi remissione.

3 A die au. Hic consequenter describitur Nehemiae expensio in hospitalitate, quia ne populus grauaretur, multa dimisit ab eo petere quae ibi tanquam duci debebantur, & illos qui ex parte regis ueniebant, recipiebat, & sustentabat de proprio suo, quia a communitate populi debebant sustentari. & hoc est quod dicitur.

4 Per annos. Quibus supple, fuit dux missus a rege Artaxerxe.

5 Annonas. id est, victum.

6 Quae ducebantur de. A populo Iudaeorum ratione officii.

7 Non

7 Non co. Immo talia quietari, ne populus nimis grauaretur, sicut fuerat tempore aliorum ducum.

8 Quin pot. in o. Etiam manu propria, licet essem in statu ducis, ut per hoc populus incitaretur ad operandum. & haec est forma boni pastoris, ut det aliis exemplum boni operis.

9 Iud. q. & ma. id est, aliqui de Iudaeis, quibus debebantur expensae a populo ratione communis status, uel officii, & similiter Gentiles, qui erant ad custodiam terrae, quibus populus debebat de expensis prouidere, quorum numerus ascendebat ad centum quinquaginta viros.

10 Et qui ue. ad s. Samaritanis, Tobilibus, & aliis gentibus quae erant in circumitu Ierusalem pro aliquibus negotiis.

11 In men. mea. Ne populus grauaretur de expensis eorum.

12 Et in. di. de. vi. Tantum enim expendebatur in domo eius de uino, quod in decem diebus euacuabantur aliqua dolia, & oportebat accipere alia.

13 Et alia. mul. Quae populus communis debebat soluere, ad eius subeuationem.

14 Memento. mei Deus meus in bonum. gratia, & gloria.

15 Secundum om. quae fe. Propter amorem tuum, & charitatem fraternam.

CAPUT VI.



Factum est autem, post impedimenta uoltium, & famis, sequitur tertium impedimentum.

CAP. VI.

Factum est autem, cum audisset Sanaballat, & Tobias, & Gossam Arabs, & ceteri inimici nostri, quod aedificassem ego murum, & non esset in ipso residua incorruptio (usque ad tempus autem illud ualvas non posueram in portis) miserunt Sanaballat, &

pedimentum quo principes trans flumen quae inuidebant ei, corruerunt munimentibus quosdam semores qui erant in Ierusalem, ut cum morti traderent. Quod cum muniret, varijs eum

NICOLAUS DE LYRA. CAP. VI.

Factum est. Hic ponitur tertium impedimentum proueniens circa personam Nehemiae, quia impedita impeditur totus populus persequens ab opere. & primo ponitur impedimentum sibi proueniens ex parte Gentilium, secundo ex parte Iudaeorum, ibi: Et ingressus sum. prima in duas, quia primo ponitur impedimentum simulationis, secundo

do comminationis, ibi: Et misit ad me. Primum autem impedimentum quod quaerebant Gentiles, erat quod simulabant se uelle facere confederationem cum Nehemia, & sub hoc praetextu educere eum de ciuitate, & sic eum proditorie occidere, ut sic alii Iudaei cessarent ab opere. & hoc est quod dicitur.

2 Miserunt Sanab. & To. Scilicet, extra ciuitatem. & per caed. scilicet, amicitiae.

A cum terre hāt rumoribus, ut sic ab opere cessarent, dicētes: Multi comurauerunt ad hoc suare, vade & abscondere ab eis. Rursusque iebant. Delirium est ad regem, quod velis rebellare & tacere te regem in iudra. Noli exasperare dominum tuum. Cumq; multa confingerent in hunc modū, non prauauerunt, q̄a manus Domini erat cum eo. Sequitur.

Beda lib. 1. alleg. expol. in Eisdram, c. 23.

a Veni & p. Beda. Hostes sancte ciuitatis persuadebant Nehemiam in campestris descendere, & fœdus pacis secum ipse, mactatis simul vitulis in testimonium compacti fœderis, sed ille ne opus Religiosum negligatur in montanis perseuerat. Sic & hæretici, & catholici falsi uolunt cum ueris catholicis pacis consortium habere, non ut ipsi ad arcem catholicæ fidei, & operationis ascendant, sed ut eos potius quos in culmine virtutum commorantes aspiciunt, ad infima operum, vel prauorum dogmatum descendere cogant. Bene autem in campo uno uolunt cum Nehemia

apertam

B

C virtutum commorantes aspiciunt, ad infima operum, vel prauorum dogmatum descendere cogant. Bene autem in campo uno uolunt cum Nehemia

† & ipse clausus. LXX. & ipse reuoluit.

C

virtutum commorantes aspiciunt, ad infima operum, vel prauorum dogmatum descendere cogant. Bene autem in campo uno uolunt cum Nehemia

a Tobias, & Gosses Arabs ad me, dicētes. Veni, & percutiamus fœdus pariter in vitulis in campo uno. Ipsi autem cogitabant, ut facerent mihi malum. Misi ergo ad eos nuntios, dicens. Opus grande ego facio, & non possum descendere, ne forte negligatur cum venero, & descendero ad vos. Miserunt autem ad me secundum uerbum hoc per quatuor uices, & respondi eis iuxta sermonem priorem. Et misit ad me Sanabalar iuxta uerbum prius quinta uice puerum suum, & epistolam habebat in manu sua scriptam hoc modo. In gentibus auditum est, & Gosses dixit, quod tu & Iudæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murum, & leuare te uelis super eos regem, propter quam causam, & prophetas posueris qui prædicent de te in Ierusalem, dicentes. Rex in Iudæa est. Auditurus est rex uerba hæc, idcirco nunc ueni, ut ineamus consilium pariter. Et misi ad eos dicens. Non est factum secundum uerba hæc quæ tu loqueris. De corde enim tuo tu componis hæc. Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quod cessarent manus nostræ ab opere, & quiesceremus. Quam ob causam magis confortauimus manus meas. Et ingressus sum domum Samaiæ filii Dalaiæ, filii Metabeel secreto. Qui ait. Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis; quia uenturi sunt, ut interficiant te, &

mia pactum inire, quia in eadem libertate latioris uitæ quæ sequuntur omnes consequenter resoluunt desiderant. Bene idem pactum cum eo in uiculis pariter mactatis uolunt inire, quia falsi fratres orationis suæ, vel actionis Deo hostias una cum ueris catholicis gestiunt offerre ut ueri fideles erediti, per uicimā communionis ueros catholicos corrumpere possunt. Sed Nehemias personam fidelium doctorum tenens, nec ad profanos descendere, nec eorum hostias inquinari cōsentit, sed inceptis uirtutum operibus deuotus persistit, & quo acius terrere nituntur, eo magis bene operando ipsi terribilis efficit, unde in sequentibus dicitur. Omnes autem

† munitio ueros catholicos corrumpere possunt. Sed Nehemias personam fidelium doctorum tenens, nec ad profanos descendere, nec eorum hostias inquinari cōsentit, sed inceptis uirtutum operibus deuotus persistit, & quo acius terrere nituntur, eo magis bene operando ipsi terribilis efficit, unde in sequentibus dicitur. Omnes autem hiterre, no. & c. Similiter ergo nos in spiritali structura, quæ ueritas hostis semper manus nostras tentat impedire, curemus eas semper diuino auxilio confortare.

† Et ingressus. Pulsatus fidiis hostium Nehemias domum Samariæ quasi amici, & fratris ingredi-

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 In uiculis. *Quo uero enim fiebat fœdus amicitie, occidebatur unum animal, uel plura, in signum, quod illi qui percutiebant fœdus ad inuicem, essent digni morte. si uellent contra fœdus uenire. In Hebræo habetur Bachephirim, i. in uiculis, ubi nos corrupte legimus vitulis. Secundum alios Chephirim est nomen proprium regionis extra Ierusalem, ut dicit Rab. Sal.*
- 2 In campo. *vn. In Hebræo habetur: In campo Ono. & est nomen loci determinati in regione prædicta. & credo quod litera nostra corrupta est per scriptores ex similitudine istarum duarum dictionum.*
- 3 Mi. cr. ad eos. *Declinando periculum sagaciter, & excusando me ueraciter, dicens.*
- 4 Opus gran. ego. *Quia per absentiam principalis, & præceptoris talia negliguntur.*
- 5 Et mi. ad me. *Hic ponitur secundum impedimentum quod fuit comminationis. quia uidentes quod non poterant opus impedire per Nehemiam occisionem, inceperunt ei comminari de rebellionem apparenti contra regem, ut sic terribius dimitteret opus. & hoc est quod subditur.*
- 6 In gent. au. est. *i. fama communi diuulgata, istud erat scriptum in litera sibi missa, & ea quæ sequuntur.*
- 7 Et Gos. di. *Iste erat de principalibus inter Gentiles: & propter hoc dictum eius scriptum erat in epistola.*
- 8 Quod tu, &c. *Principaliter.*
- 9 Et Iudæi. *Tibi adhaerentes consequenter.*
- 10 Cogitetis rebellare, &c. *Contra regem.*
- 11 Et propterea ædifices murum. *Ad uestram defensionem.*

12 Et

- 12 Et leuare te uelis super. *propria autoritate, & presumptione.*
- 13 Propter quam cau. & pro. *Hoc erat manifeste falsum: quia Aggeus, & Zacharias tunc prophetantes, non prophetabant a Nehemia positi, sed a Deo inspirati, & ordinati, nec prophetabant de regno Nehemias, sed de templi, & ciuitatis adificatione.*
- 14 Auditus est rex uerba. *q. d. ita sunt communia, & diuulgata, quod non poterunt eum latere.*
- 15 Idcirco nunc ueni. *Extra Ierusalem.*
- 16 Ut ineamus consilium pariter. *q. d. uolumus tibi contra periculum imminens fideliter consulere. quod tamen erat falsum: quia querebant eum occidere.*
- 17 Et ingressus sum. *Hic consequenter ponitur impedimentum proueniens ex parte Iudeorum, quod erat periculosius: quia nulla pestis grauior ad nocendum, quam familiaris inimicus. & primo circa hoc ponitur impedimentum a falsis prophetis. secundo ab aliis Iudæis, ubi: Sed & in diebus illis. Circa primum sciendum, quod aliqui Iudæi fauebant Samaritanis pro muneribus ab eis receptis, & sic querebant tradere Nehemiam in manibus eorum, uel saltem terrere eum, fingendo se loqui spiritu prophético, ut sic opus impediretur. & hoc est quod dicitur: Et ingressus sum domum. credens ipsum esse amicum suum, & fidem hoc fecit, sed inuenit de facto contrarium.*
- 18 Qui ait, &c. *Ad me terrendum.*
- 19 Tractem. *Intendebat enim iste per sua mendacia includere Nehemiam intra templum, tanquam ex timore fugiuium, & sic populo ab opere recedente, & propriis negotiis intentente; Nehemias suis hostibus traderetur, uel saltem de fuga confusus redderetur.*

1 Et

MORALITER.

† Veni, & percutia. Per istos qui Nehemiam, & socios eius non potentes impedire ab opere muri per inuisiones apertas: propter quod se conuertunt ad malitias occultas, ut sic impedirent eos sub specie pacis, & boni, signatur dæmones, quæ uidentes se sanctos homines impedire non posse per apertatas tetationes ab opere muri uirtutum, per malitias occultas sub specie boni querunt hoc impedimentum. Exemplum ad hoc

hoc habetur libro de collationibus patrum abbatis Moyssi collatione prima de Sancto Iohanne Abbate, quem diabolus sub specie boni ad immoderatum induxit ieiunium; intantum quod per hoc fuit a melioribus actibus impeditus. propter quod diabolus ipsum deridens, cum post talem abstinentiam immoderatum ad refectorem accederet, in figura tetri Aethiopsis ad eius genua prouolutus; Indulge, inquit mihi, quia tibi hunc laborem indixi.

3 Misi ergo ad eos, dicens opus grande. Per Nehemiam autem qui malit

A tur, sed ipsum in fidiatorem & hostem inuenit, tãquã exter-
norũ donis & amicitia corruptum. Semper enim electi ha-
bent foris pugnas, intus timores, nec solũ apostoli, sed & pro-
phete periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis ex
falsis fratribus suspectam vitam agebant.

a Men. Elul. Beda.

sup. Qui secundum He-
breos sextus est, & a-
pud Romanos Sep-
tember appellatur. Et
recte murus sancte
ciuitatis sexto anni
men se completur, vt
etiam hoc tempore
perfecta fidelium vel
pœnitentię vel inno-
centię actio desi-
gnetur. Senario. n.
pfectio boni operis
designatur. Vel quia

B Deus sexto die crea-
tionem mundi con-
summauit, & i septi-
mo requieuit. Vel
quia nos in sex huius
seculi gradibus bonis
operibus desudare,
in septima autẽ quæ
est in alia vita, sabba-
thum animarum vo-
luit sperare. Recte
etiam vicesimoquin-
to eiusdem mensis die
completur, propter
quinque sensus cor-
poris, quorum mini-

sterio bona foris operari debemus. Sicut. n. quinarium sim-
plex solet hos sensus significare, ita per seipsum multiplicatus, & a. d. 25. perductus eisdem maiori pfectione demonstrat.
Perficimus ergo muros Ierusalẽ. 25. die mensis sexti, cũ oēs
sensus corporis nostri diligenter diuinis mancipatis mini-
sterijs crepta virtutum studia ad finem firma perducimus,
quæque ad munitionem catholicæ pacis fideliter agere cœ-
perimus, efficaciter iuuante Deo complemus. Bene etiam
muri

nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi: Num quisquam
similis mei fugit? Et quis vt ego, ingredietur templũ, & viuet?
Non ingrediar. Et intellexi quod Deus non misisset eũ, sed tãqua
si vaticinans locutus esset ad me, & Tobias, & Sanaballat con-
duxissent eum: Acceperat enim pretium vt territus facerem,
& peccarem, & haberent malum quod exprobrarent mihi.
† Memento mei domine pro Tobia & Sanaballat, iuxta o-
pera eorũ talia, sed & Noadiã prophetã, & cæterorum pro-
phetarũ qui terrebant me. Completus est autem murus vi-
cesimoquinto die mensis Elul, quinquaginta duobus diebus.
Factum est ergo cum audissent omnes inimici nostri, vt time-
rent vniuersã gentes quæ erant in circumitu nostro, & con-
siderent intra semetipsos, & scirent quod a Deo factum esset opus
hoc. Sed & in diebus illis multæ optimatum Iudæorum epi-
stolæ mittebantur ad Tobiam, & Tobia veniebat ad eos,
multi enim erant in Iudæa habentes iuramentum eius, quia
gener erat Secheniã filij Iorei, & Iohannan filius eius acce-
perat filiam Mosollam filij Barachiã: Sed & laudabant eum
coram me, & verba mea nuntiabant ei, et Tobias mittebat
epistolas, vt terreret me.

muri quinquaginta duobus diebus dicunt esse p̄pleti. Quin D
quagesimus enim penitentię & remissionis est psalmus, in
quo de huius edificatione ciuitatis orãs propheta dicit, *Beni-
gne fac dñe in bona voluntate tua Sion, vt adi. mu. Ieru.* Quinqua-
gesimo die dominicę resurrectionis spiritus sanctus adu-
nit, per quem deuotio nobis p̄nitendi, & p̄nitentibus
venia confert. Duo autẽ sunt p̄cepta charitatis, Dei, scilicet,
amor, & proximi, quibus data nobis per spiritum sanctũ
indulgentia peccatorum pro eterna vita laborare iube-
mur. Ideoq; murũ reedificantes ciues quinquaginta duobus
diebus restaurant, quia hæc est iustorum in hac vita
perfectio, vt quę dereliquerũt p̄nitendo, per gratiam diu-
inæ inspirationis castigent, & deinceps se in Dei & proximi
dilectione in bonis operibus adornent.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

E rent, completa constructione timent, & animo concidunt,
scientes quod ædificatio illa Deo autore cœpta esset & com-
pleta. Sic in ecclesia cum virtutum structura firma surre-
xerit, timent immundi spiritus, & viribus nostris tentatio-
eorum repellitur, & ad nostram victoriam proficit. Hæretici
quoque & falli catholici constanti bonorum fide per di-
lectionem operante, aut corriguntur emendati, aut cauentur
manifestati, & ab ecclesia expulsi.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et dix. *Repellendo eius persuasionem iniquam.*
- 2 Num quisquam sim. mei fug. *idest, ita confidens de Deo sicut ego. q. d. non.*
- 3 Et quis vt ego ingred. tem. & vi. *q. d. si quis tantum confidens de protectione diuina vt ego, fugeret ad templum timore humano, Deus deberet sibi auferre vitam.*
- 4 Et intellexi quod Deus non mi. *Hoc intellexit Nehemias per reuelationem diuinam, vel per coniecturam humanam.*
- 5 Comple. est au. mu. *Licet superuenissent multa impedimenta, vt patet ex prædictis.*
- 6 Vicesimoquinto die men. Elul. *Hic est mensis sextus apud Hebraeos, & correspondet partim Augusto, partim Septembri de communi cursu.*
- 7 Quinquaginta dieb. & c. *In hoc apparet magnus sermor in operando,*

rando, quod in tam paruo tempore & cum tot impedimenti factum
fuit tantum opus. Ideo postea subditur.

- 8 Et scirent quod a domino. *Quia non potuissent hoc fecisse in tam paruo tempore, nisi fuissent a Deo adiuti specialiter.*
- 9 Sed & in diebus illis. *Hic ponitur secundum impedimentum a Iudæis, qui erant confederati Samaritanis per matrimonia, & sic reuelabant eis Nehemię consilia, & hoc est quod dicitur: Sen. in dieb. il. mul. opti. Iudæ. & c. in quibus reuelabant facta & dicta Nehemia. Cuius causa subditur:*
- 10 Multi enim erant in Iud. i. *scilicet, cum eo initum iuramento.*
- 11 Quia gener erat Seche. *Iste enim Sechenias erat de maioribus inter Iudæos, & similiter Mosollam, de quo subditur:*
- 12 Sed & laudabant eum. *scilicet, Tobiam.*
- 13 Coram me. *vt inducerent me ad excundum ad ipsum sub prætextu fœderis inuendi, & sic interficeret ibi.*
- 14 Et verba mea nuntia. *ei. & c. latenter per nuntios & literas.*

CAP.

MORALITER.

† malitiã prædictorum cognoscens, verbis eorum non acquieuit, signantur illi, q malitiã demonis cognoscetes, eius respuunt monitiones, sicut de beato Martino legit, q cũ diabolus sibi apparuisset in forma regis pulcherrimi, diademate &

& purpura decorati, dicens se esse Christum in mundũ venturũ, sed ei primo volebat apparere sicut sibi p̄dilecto, vt sic eũ deciperet: tunc Martinus eius malitiã cognoscens, dixit: Dominus Iesus Christus non purpuratũ & diademate renitentem se venturum prædixit, & tunc diabolus ad hanc vocem confusus recessit, & cellam illam fetore repleuit.

Tom. 2.

XX

A Bedi lib. 7. Illig exp. in Ezech. Metrice. 1. Pe. 3. c.

C A P. VII.

Postquam au. Misset ubi ecclesie murus collectis ad fidem nouis populis. vel conuersis his qui errauerant a dno. ut fuit. non ponendū sunt valvæ regularis disciplinæ, ne diabolus qui quasi leo rugiens circumit, vsq; in ouile Dei possit irumpere.

Recensui ianitores. Ianitores qui, sicut, claves regni celorum perceperunt, ut dignos & humiles suscipiant, superbos vero & indignos ab ingressu supernæ ciuitatis arceant, dicendo. Non est tibi pars, nequesors in sermone hoc. Cor enim tuum non est rectum contra dno.

Non aperia. Et. ad ca. toto tempore noctis. Ne autem in tenebris hostis irumpat, aut aliquis ciuitū incautus exiens, ab hoste captus pereat. Quod etiam tota nocte huius seculi custodes animarum debent vigilantes agere, ne illis negligenter agentibus diabolus cohortem fidelium turbans irumpat, vel quemlibet, perditurus rapiat. Apparente autem sole iustitiæ, & clarescente luce beatitudinis future iam non erit opus claustris continentie, quia nec aduersariis dabitur ultra facultas impugnandi vel tentandi eterna cum principe suo visione damnatis. vnde. Et porta eius non claudentur per diem, nox non erit illis, &c.

Et posui custo. Custodes animarum non sunt de neophytis vel de picebe constituendi, sed de illis qui a certamine virorū Dei gratia liberati, iam mentem in Ierusalem. in visione tranquillæ pacis habent, quorū conuersatio in cælis est. Aliis enim

Ad 3. d. teasserem

Apo. 21. 5. Philip. 3. d.

nim consummato cursu de hac luce subtrahitis, alii mox subitū duntur, nec unquā deimit qui pacem ecclesie excubando ambāt propter timores nocturno, secundum illud, Pro partibus tuis et tibi fili.

Hæc illi te apertissime conueniunt, quo seminato per apostolos longe lateque Dei verbo totus orbis noui fidei germine accepit, necdum ecclesie ædificatæ, sed tantū auditu verbi & sacramentis populi adhuc rudes erant imbuti. Ideo cōgregatis non solum optimatibus, sed & vulgo diligenter eorum numerum recensere curauit, ut perspecta omnium summa discernere posset, qui in Ierusalem, qui in aliis ciuitatibus habitare, deberent.

C A P. VII.



Postquam autem ædificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianitores, & cantores & Leuitas, præcepi Anani fratri meo, & Ananiæ principi domus de Ierusalem (ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur) & dixi eis. Non aperiantur portæ Ierusalem vsque ad calorem solis. Cumque adhuc assisterent, claustræ portæ sunt, & oppilatae. Et posui custodes de habitatoribus Ierusalem singulos per vices suas, & vnumquemque contra domum suam. Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ. Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, & magistratus, & vulgus, ut recensere eos. Et inueni librum census eorum qui ascenderant primum, & inuentum est scriptum in eo. Illi filij prouinciæ qui ascenderunt de captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt in Ierusalem, & in Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suam, qui venerant cum Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamin, Mardocheus, Belsar, Mepharat, Beggoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Israel, filii pharos, duo milia centum septuagintaduo. Filij Saphatia trecenti septuagintaduo. Filij Aræa, sexcenti quinquaginta duo. Filij phethmoab, filiorum Iosue & Ioab, duo milia octingenti decem & octo. Filij Aelam mille ducenti quinquaginta quatuor. Filij Zethua octingenti quadragintaquinque. Filij Zachai septingenti sexaginta. Filij Bannui sexcenti

Etiam muri constructione grauer angabantur. Nehemias autem in ciuitate videns paucos homines habitare, rogauit faceret & leuitas, ut vicis relinquentes ad ciuitatem migrarent, & in ea manerent, fabricans eorum domicilia propriis expensis.

Omnia

NICOLAUS DE LYRA, C A P. VII.

Postquam au. Superius scripta est muri ciuitatis preparatio, hic consequenter describitur eius claustratio, et primo describitur ciuitatis claustratio, secundo populi summa, ibi. Deus autem. Circa primum vero primo describitur positio portarum, cum dicitur. Et posui valuas, secundo serarum & uestrum, cum dicitur. Et dixi eis. Non aper. por. ne subito irruerent aduersarii antequam viri belatores essent plenarie excitati, et per ordinationem custodum, cum dicitur. Et posui custodes. Et non er. do. qd. Videtur contrariari ei quod predictur. Vnumquemque, con. dom. dicitur. q. domus non erant ædificatæ ad permanendū, sed iuxta muros a parte interiori fecerāt quadam appendicia

Et tuguria in quibus poterant manere ad tempus quousque ciuitas esset interius ædificata, & ideo quod dictum est superius de ædificatione muri exterioris & medi & muri interioris, & domorum sacerdotalium & aliorum aliorum, dicitur ibi per anticipationem. Deus autem de. in cor. meo, &c. Descripta ciuitatis claustratio, hic consequenter describitur populi summa, quod fecit Nehemias ex inspiratione diuina, ut videret qui essent habitaturi in Ierusalem, et qui extra de habitantibus in Ierusalem qui & qualiter deberent ædificare muros interiores et domos ad habitandum, et ista numeratio populi habetur sup. Esa. 2. c. ita quod hic et ibi est idem numerus totius multitudinis, licet in aliquibus variatur secundum partes et secundum nomina numeratorum. Quod factum est, quia plures eorum erant binominii, et hinc nominantur vno nomine et alio ibi, et ideo exponatur litera sicut ibi sunt exposta vsque ibi.

Non

M O R A L I T E R.

Postquam autem actus. Sequitur. Non aperiantur porta. Et. Secundum sensum moralem ciuitas Ierusalem signat animam fidelium, in qua regnat verus Dominus Iesus Christus per gratiam. Huius autem ciuitatis portæ sunt exteriores sensus animi qui non debent aperiri de nocte. Id est opera mala peragenda, quæ sunt opera tenebrarum, ut potest vitas non est aperendus ad aspectum impudicum, nec auditus ad verba detractionum, neque gustus ad gastrimargie vitium, neque tactus ad amplexum immundum, neque odoratus ad odorem meretricum, nec ad alia predictos sensus respicientia debent aliquatenus

liter aperiri, sed ista sunt posita pro exemplo. Sed portæ predictæ ad calorem solis sunt aperienda. Id est ad faciendum opera charitatis, quæ signantur per calorem solis. Aperendus est. n. ui fasus ad miseria pauperum releuandas, Esa. 63. b. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Similiter audire ad exaudiendum clamores afflictorum. Prou. 21. b. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur. Exemplum Luc. 16. de diuite epulone, qui clamans ad Abraham, guttam aque non potuit impetrare, eo quod micam panis Lazaro non concessit. Et hinc dicendum est de apertione aliorum sensuum ad actus sibi conuenientes secundum ordinem charitatis.

Non

A quadraginta octo. filij Bebai sexcenti viginti octo. Filij Azgad duo millia trecenti vigintiduo. Filij Adonicam, sexcenti sexaginta septē. Filij Beguai duo millia sexaginta septem. Filij Adin sexcenti quinquaginta quinque. Filij Ater, filij Ezechia, nonaginta octo. Filij Afem, trecenti vigintiocto. Filij Befai, trecenti vigintiquatuor. Filij Areph, centum duodecim. Filij Gaboon, nonaginta quinque. Filij Bethlehem, & Nethupha, centum octoginta octo. Viri Anathot, centum vigintiocto. Viri Bethazmoth, quadragintaduo. Viri Cariathiarim, Cephira & Beroth septingenti quadragintatres. Viri Rama, & Nebo, sexcenti vigintianus. Viri Machmas, cētum vigintiduo. Viri Bethel & Chai centum vigintitres. Viri Nebo alterius quinquagintaduo. Filij Aelam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor. Filij Arem trecenti viginti. Filij Iericho trecenti quadraginta quinque. Filij Lodadin & Ono, septingenti viginti vnus. Filij Senaa, tria millia nonagenti triginta. Sacerdotes, filij Idaia in domo Iesua, nongenti septuaginta tres. Filij Emmer, mille quinquagintaduo, filij Pheffur, mille ducenti quadraginta septem. Filii Arem, mille decem & septem. Leuitæ, filij Iosue, & Cedmihel filiorum Oduia septuaginta quatuor. Cantores, filij Aaph, centum quadraginta octo. Ianitores, filij Selum, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Atitha, filij sobai, centum triginta octo. Nathinæi, filij Soa. Filij Asupha, filij Thebaoth, filij Ceros, filij Sias, filij Phadon, filij Lebana, filij Agaba, filij Selmon, filij Anan, filij Geddel, filij Gaer, filij Raahia, filii Rasin, filii Nechoda, filij Iezē, filii Aza, filii Phasea, filii Befai, filii Munim; filij Ne-

filii Nephusim, filii Bechue, filii Acupha, filii Azur, filii Bessuch, filii Maida, filii Arfa, filii Berco, filii Zizara, filii Thema, filii Nasia, filii Athupha, filii seruorū Salomonis, filii Sotal, filii Sopherch, filii Pheruda, filii Labala, filii Darcon, filii Gedel, filii Saphata, filii Achil, filii Phochereth, qui erat ortus ex Asbaim filio Ammō. Oēs nathinæi, & filii seruorum Salomonis trecēti nonagintaduo. Hi sunt autem qui ascenderunt de Thelmala Thelarsa: Cherub, Addō, & Emmer, & nō potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum vtrum ex Israel essent: Filii Dalai, filii Tobia: filii Nechoda sexcēti quadragintaduo. Et de sacerdotibus filii Iobia, filii Accos: filii Berzellai qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditidis vxorē & vocatus est noīe corū. Hi quæserunt scripturam suā in censu & nō inuenerunt, & eiec̄ti sunt de sacerdotio. Dixitq; Aherfatha eis: vt nō mā ducarēt de sanctis sanctorum: donec staret sacerdos † doctus & eruditus. Omnis multitudo^a quasi vnus: quadragintaduo millia trecenti sexaginta absq; seruis & ancillis eorū, qui erāt septē millia trecenti triginta septem, & inter eos cantores & cantatrices, ducēti quadraginta quinque; Equi eorum septingenti triginta septem: muli eorum: ducenti quadraginta quinque, cameli eorum quadringenti triginta quinque, asini sex millia septingenti viginti.

CAP.

CAP.

Hieron. Hucusque refertur quid in Commentario scriptum fuerit, & in Nehemiæ historia textitur.

Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus. Aherfatha dedit in thesaurum, auri drachmas mille & phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta. Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis, auri drachmas viginti millia, & argenti minas duo millia ducentas. Et quod de-

dedit reliquus populus auri drachmas viginti millia, & argenti minas duo millia, & tunicas sacerdotales sexaginta septem. Habitauerunt autem sacerdotes, & Leuitæ, & ianitores, & cantores, & reliquum vulgus & nathinæi, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Nonnulli. vbi exprimuntur munera, quæ dederunt principes in tem-

templo domini, quia. 1. Esdræ 2. ponuntur tantum in generali, hic autem ponuntur magis in speciali. & patet liera.

Tom. 2.

XX 2. CAP.

^a Omnis multitudo quasi vn. & c. Iose. Populū etiam agros colentem de cimias fructuū ad Ierolimā iussit offerre, vt habentes sacerdotes & Leuitæ alimēta, perpetua religiōis iura nō dereliquerēt. Et hi quidem libēter sequebantur decreta Nehemiæ. Ciuitatē verō exinde cōtigit hominum multitudine compleri. Multa etiam talia bona & laudibus digna cum summa fecisset magnificētia Nehemias, ad senectutem perueniens defunctus est.

† qua series generationis eorum recenferetur.

† in Vrim & Thummim. & vide Exo. 28. c.

F

A citatrij sacerdotū, cui basilica maior exteriorum atriorū oī parte templi erat circumdata, de quib. in eodem lib. scriptū est, *Fecit et atrium sacerdotum & basilicam grandem, &c.* Sed & Salomō quasi rex basim fecit aeneam. Esdras quasi minoris potentia gradū lignēū. sicut Salomon vel Moyfes altare hoc locauit fecerunt aeneam, & filij trāsmi grationis lapideum. Sed non est putādū minus sacramētum lignēū gradū quāni basim aeneam habere. Sicut enim es p diurnitate perdurandi, vel suauitate sonandi diuinis congruit sacramentis, q̄ nulla sacramentorū lōgitudine deficiūt, & in omnem terram exiuit sonus eorū. Ita lignum cōgruit eisdē propter tropheū dominicę passionis. *Stetit autē Esdras scriba super gradū lignēum &c.* Be. Stat pontifex in gradu ligneo, quē fecit ad loquendum, cum singulari imitatione dominicę passionis altiorē se ceteris facit. vnde meritō fiducialiter p̄dicat verbū Dei. Si enim nō imitatur passionem dñi, nondū gradum lignēū, vñ alijs p̄mincat, ascendit. Vnde necesse est, vt timidus & erubescēs quā ipse non fecit, alijs faciēda p̄dicet, &c.

Cū p̄sules quantum honore, tatum op̄te subditos antecellunt, ipsi eorū exemplis incitati vitę suę gradum exeuntur deuoti, & ab eis pie admoniti pro peccatis, vel desiderio patrię cōlestis lachrymas profunderē delectantur. Vnde bene subditur, Flebat enim omnis populus, cum audiret verba legis, &c.

a *Ite & comedite & bibite, &c.* * Clemens Ro. de ecclis dicit Dñs, *Bona terra comedite, Et, Omnem carnem edite vt olera barbarum,*

barum, sanguinem aut effundetis. Non enim que intrant in os coinquant hominem, sed que exeunt blasphemias inquam, & detractiones, ac si quid est huiusmodi. Quis enim comedit vel bibit sine ipso? Admonet quoque te sapiens Esdras, Ite, inquit, & comedite pinguedines, & bibite dulcedines, & ne iristemi.

1 & Mosollum. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Super vniuersum quippe populum eminebat. Et cum aperuisset eum, stetit omnis populus, & benedixit Esdras domino Deo magno. Et respondit omnis populus, amen, amen, eleuans manus suas. Et incuruati sunt, & adorauerunt Deum proni in terram. Porro Iosue, & Baani. & Serabia, Iamin, Accub, Septhai, Ochia, Maesia, Celita, Azarias, Iozabed, Anani, Phalaia, Leuitę silentium faciebant in populo ad audiendam legem. Populus autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis Dei, distinctē & aperte ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. Dixit autē Nehemias (ipse est Athersatha) & Esdras sacerdos & scriba, & Leuitę interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatus est domino Deo nostro. Nolite lugere, & nolite flere. † Flebat enim omnis populus cum audiret verba legis. Et dixit eis. Ite, comedite pingua, & bibite † mullum, & mittite partes eis qui non p̄parauerunt sibi, quia sanctus dies domini est, & nolite contristari. Gaudiū etenim domini fortitudo nostra. Leuitę autem silentium faciebant in omni populo, dicentes: Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere. Abiit iraque omnis populus, vt comederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiā magnā, quia intellexerunt verba quę docuerat eos. Et in die secundo congregati sunt principes familiarum vniuersi populi quasi vir vnus ad plateā, quę est ante portam aquarū. Ex quo videtur, quod totus erat congregatus in loco vno. Solus igitur Esdras legē legebat, & obscura declarabat, sed alii in hoc ipsum iuuant, quia sibi adstantes faciebant silentiū in populo ipsum reprimentes a luctu & gemitu, quia non erat dies luctus, sed spiritalis lætitię.

2 Flebat enim, quia percipiebat se legē transgressū fuisse in multis. **3** Ite co. pin. i. vinum melle dulcoratū. Et hoc patet, quod in dieb. festiuis possunt fideles & debent lautius viuere, cum moderamine tamē. **4** Et mit. partes. id est, exenia. **5** Eis qui non p̄. pa. i. pauperibus qui non habuerunt, vnde possent sibi sufficienter providere. **6** Et no. con. cuius ratio subditur. **7** Gaudium etenim. i. gaudium spirituale quo debetis in domino gaudere in hac solennitate est consolatio nostra nos fortificans ad bonum. Cetera patent ex dictis. **8** Et in die. se. Hic consequenter agitur de celebratione festi tabernaculorum, cuius occasio p̄mittitur. cum dicitur.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et benedixit Esdras dño Deo magno, &c. Ostendens quod in principio p̄dicationis ad impetrandum gratiam Dei debet fieri oratio, non solum a p̄dicante, sed etiam a toto populo. Ideo subditur, Et respondit oīs populus, amen, amen, eleuans manus suas. Et incuruati sunt & adoraue.

2 Populus autem stabat in gra. inferius quā Esdras qui p̄eminebat populo, vt p̄dictum est.

3 Dixit aut Neh. Hic consequenter describitur lectionis interpretatio, cum dicitur. Dixit au. Neh. ipse est Athersatha. Sic enim alio nomine dictus est, cuius ratio dicta fuit supra Esd. 2. ca.

4 Et Esdras sa. & scri. Non est per hoc intelligendum, q̄ isti omnes simul loquerentur, quia esset magis confusio intellectus audientium quā instructio, nisi forsitan in diuersis locis & diuersis partib. populi sic loquerentur, quod vnus non impediret alium, quod tñ non videtur verum, quia in principio huius c. dicitur. Congregatus est oīs populus

pulus quasi vir vnus ad plateā, quę est ante portam aquarū. Ex quo videtur, quod totus erat congregatus in loco vno. Solus igitur Esdras legē legebat, & obscura declarabat, sed alii in hoc ipsum iuuant, quia sibi adstantes faciebant silentiū in populo ipsum reprimentes a luctu & gemitu, quia non erat dies luctus, sed spiritalis lætitię.

† Eo quod non occur. si. Is. cumpa. & aqu. Tales n. non occurrunt populo Dei cum spūalib. alimentis nomine panis, & aquæ significatis, eo quod in sacra scriptura nomine panis, & aquæ oīs cibus, & potus signatur, unde 4. Re. 6. dicitur. Appone eis panem, & aquam. Sequitur ibidē. Et apposita est eis magna Tom. 2. Yy 2 cibo-

A In diebus illis. Chryf. Sabbathi obferuatio magnas utilitates contulit populo. Mites. n. atque humanos alterum ad alterum reddidit, prouidentiam Dei, atque creationem rerum docuit, caftigauit paulisper, & a malignitate femouit, ac fpiritalibus rebus attentiores effecit. Nam quādo lex de fab-

batho dabatur, fi fcriptum fuiffet. Bona quidem in fabbatho faciatis, mala uero non faciatis, non cōferuaffent legem Iudæi. quo circa necesse fuit ab omnib. eodem modo compescere. Nihil. n. in die fabbathi faciatis, neque tamen fic detineri potuerunt.

Beda. Sex dieb. operari per legem quæ necessaria sunt, in septima iubemur quiescere, quia omnes electi in hoc feculo

quod sex ætatibus agitur, debent pro æterna requie laborare, in die autem futura quasi septima requiem a domino sperare. Tropologice autem, i. moraliter agunt fabbathum domino factum, cum ab huius mundi curis ad tempus separati orationibus vacant, & celestium rerum contemplationi purificatam mentem suspendunt.

Nam cum ea quæ carnis cura iure flagitat gerimus, quasi in sex diebus quæ necessaria sunt, laboramus. Quia ergo illis quibus propter hoc feculum indigemus, occupamur, fabbathifimus uero orationum, & deuotionis nostræ in qua uacamus a temporalibus, ut æternitatis gaudia diutius gustemus recte diei septimo assignatur, quia futuræ uitæ quietem, & beatæ laudis imitatur. Sed diem fabbathi alienigenæ quærunt prophanare, cum terrenæ cogitationes nos in tempore

re

partes Leuitarum non fuiffent eis datæ, & fugiffet vnusquisque in regionem suam, de Leuitis, & cantoribus, & de his qui ministrabant, & egi causam aduersum magistratus, & dixi Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos, & feci stare in stationibus suis. Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti, uini, & olei in horrea. Et constituimus super horrea Selemiam Sacerdotem, & Sadoch scribam, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos Anan filium Zachur, filium Mathaniæ, quoniam fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum. Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas quas feci in domo Dei mei, & in cæremoniis eius. In diebus illis uidi in Iuda calcantes torcularia in fabbatho, portantes aceros, & onerantes super asinos uinum, & uias, & ficus, & omne onus, & inferentes in Ierusalem in die fabbathi. Et contestatus sum eos, ut in die qua uendere liceret, uenderent. Et Tyrii habitauerunt in ea inferentes pisces, & omnia uenalia. Et vendebant in fabbathis

Cum oportet huius feculo, necessaria prouidere.

re orationis importune conturbant, & memoria, vel delectatione temporalium rerum ab intimo amore retrahunt. Imponunt asinis uinum, uias, & ficus, & omne onus, & inferunt in Ierusalem, cum oblectamentis carnalibus stultos animi motus onerantes, quietem cordis Deo dicatam violare conantur, sed his im-

1 probarum cogitationum tumultibus, ne fabbathum nostrum inquietent, contradicit Nehemias, cum disticta solertia iuante domino inuiles de corde nostro, & ineptas phantasias tempore orationis excludimus. Contestatur. n. eos, ut in die qua uendere liceat huiusmodi cōmercia uendant, cum hunc suis cogitationibus deuota Deo anima modum imponit, ut in tempore orationis a transeuntium rerum curis abstineant nec tamen aliis temporalibus ubi opportunitas dictauerit ab his quæ ad uictum, & uictum pertinent, profusus intuitum auertant

pro sui thesaurarios super thesauros

uel obseruationibus

Beda ubi f. j

sed congruo moderamine dispensent. b Inferentes pisces, & omnia, &c. Piscis bonus, est pia fides, qui a domino petit serpentem infidelitatis non accipit. Piscis autem malus, infirma cogitatio quæ se curis huius mundi ultra modum immergit, quam nobis Tyrii, i. coangustati quærunt in fabbatho uendere, cum immundi spiritus, quietem nostræ cogitationis importune profundis seculi curis obruere tentant. Sed pro tali mercatu Nehemias optimates obiurgat Iuda, & caftigat, dum diuina inspiratio eos, qui professione pietatis seruire conantur, ab huiusmodi cogitationibus purgat.

F

Factum

NICOLAVS DE LYRA.

tur necessaria, sed subtrahantur, & hoc est quod dicitur. Et cognoui quoniam partes Leuitarum sibi debitæ pro ministerio templi.

1 Non fuiffent eis datæ. Quia Elias sibi summus sacerdos, partim motus ex Tobie Gentilis monitione, partim propter cupiditatem talia sibi retinebat.

2 Et fugiffet vnusquisque in regionem suam. quærens sibi uictum extra Ierusalem.

3 Et egi causam aduersum magistratus. i. summum sacerdotem, & alios principales sibi assistentes.

4 Et dixi, quare dereliquimus domum Dei? associant se illis in crimine, quamuis esset innocens, ut melius inclinaret eos ad correctionem.

5 Et congregaui eos. scilicet Leuitas, & ministros qui recesserant.

Et

6 Et feci stare in stationibus suis, &c. Id est, in officiis templi.

7 Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti, &c. ad sustentationem eorum.

8 Et constituimus super. i. homines fideles ad custodiendum talia, & ad ministrandum ministris templi.

9 Memento mei Deus meus pro hoc. hoc dixit Nehemias, quia talia faciebat non propter humanum fauorem, sed propter honorem diuinum.

10 In diebus illis. Hic consequenter ponitur correctio tertii mali, uidelicet uiolationis fabbathi, in quo Iudæi faciebant opera seruilia, quod notatur cum dicitur.

11 Vidi in Iuda, &c. quia cum Gentilibus faciebant contractus emptionis, & uenditionis, quod notatur cum dicitur.

12 Et Tyrii, qui erant Gentiles. Habitauerunt in ea inferentes pisces, & omnia uenalia.

Et

MORALITER.

clesiis in statum debitum reformandis.

10 Ei cognoui, quod partes Leuitarum non fuiffent eis datæ. Hic ponitur secundum malum, quod contigit per magistratus templi, quia non dederunt Leuitis partes bonorum eis debitas, unde debebant uiuere, propter quod compulsi fuerunt de templo recedere ad alia loca, ubi sibi poterant commodum reperire, & per hoc diuinus cultus fuit multum diminutus. Per istos autem magistratus templi signantur mali prælati, qui bona ecclesiæ debita pauperibus, clericis, & pauperibus aliis consumunt in pompis, & in carnalibus amicis, & illud per Nehemiam. i. prælatum superiorem debet corrigi, & in statum debitum reformari.

3 Et egi causam aduersum magistratus. Hic ponitur remedium per Nehemiam qui fecit apportari decimas ad locum debitum in Ierusalem, & constituit homines fideles qui distribuerent Leuitis fideliter suas partes, & sic reformatus fuit cul-

cultus diuinus.

10 In diebus illis uidi in Iuda calcantes torcularia. Hic ponitur tertium malum, quod contigit in absentia Nehemiæ. scilicet de fabbathi uiolatione. Nam in illo Iudæi faciebant opera seruilia. Tyrii etiam qui Gentiles erant, inferebant pisces, & alia uenalia, quæ uendebant Iudæis, sed Nehemias apposuit remedium, per hoc quod fecit claudi portas Ierusalem, præcipiens quod non aperirentur usque post fabbathum.

Moraliter. Ierusalem est fidelis anima, ut frequenter dictum est supra, obferuatio uero fabbathi est quies animæ in Deo. Hæc autem quies impeditur, & uiolatur per tumultum negotiorum exteriorum, quorum phantasiæ, & imaginationes intrant ad animam per sensus exteriores, qui sunt portæ moralis Ierusalem, igitur istæ portæ sunt claudendæ, ne per eas intret aliquid, quod quietem debitam animæ in Deo valeat perturbare.

A *a* *Factum est autem*. Conscientia nostra si uitiis purgata Deo habitatore gaudet, uocari potest Ierusalem, cuius portae sunt corporei scilicet, per quos quae foris aguntur ad notitiam nostrae mentis quasi intrando pertingunt, quas in die sabbathi claudere iubemur, ut cum Deo vacare in psalms, & orationibus querimus, quae quid exterius agitur ab animo propallemus, solumque iudicem in occulto libera mente precemur, & laudemus, & quia nemo referte sic summus, sed longo conuersationis sanctae profectu debet quis ad hanc perfectiorem, & pacem mentis gratia duce peruenire, ideo merito sequitur.

B *b* *Dixi quoque Leuitis ut mundarentur*, &c. Mundari eos a quotidiano operis exercitio necesse est, qui per eas sensuum ab incurfu turbulenta cogitationis custodire cupiunt. Qui cupit diem sabbathi sanctificare, iotium orationis, psalmodiae, lectionis sanctae, & lachrymarum tibi utilium facere, necesse est, ut mundetur eius conscientia multa solertia, ut intentionem bonae actionis consummare ualeat. Quod etiam allegorico sensu de doctoribus fidelium recte potest accipi. Quicunque enim portas ecclesiae, fidei, & opera auditorum per quae sola in ecclesia intra-

Beda ib.

Allegoric.

intratur, a contagio haereticorum uitiorumque pulsantium d' gestunt obseruare, oportet ut prius mentem suam, & actus purificent ab omni errorum labe.

C *c* *Sed & in diebus illis*. In ecclesia uxores alienigenas ducunt, qui delectationibus seclerum quae proprie sunt Gentiliu, conscientiam pollunt & filii qui ex his nati sunt nesciunt loqui Iudaice, cum opera quae ex mente uitiata procedunt, nihil in se pie professionis ostendant sed Gentilem potius stultitiam, quam Ecclesiasticam castitatem sonant. Azotus. n. quae Hebraice dicitur Estdod, ignis uerborum, vel uerbu. Ideoque tropologicè Azotice loquuntur filii uxorum alienigenarum, cum opera per lasciuiam procreata uitione aeternae combustionis expectant, unde merito talium genitores a Nehemia non solum obiurgati, & maledicti, sed & quidam sunt caesi, quia necesse est errantes a doctoribus ueritatis acriter coerceri, ut ab uere ignis ultoris ad uera diuinae laudationis transerantur. Haeretici quoque, cum Gentilis prophetiae Dialectice, & Rethorice studiis amplius quam ecclesiasticae simplicitati operam impendunt, nihil mirum si audtores eorum iuxta linguam populi, & populi loquuntur, scripturas quidem sanctas ore uol-

Beda exp.

cur brassi per uim tinz. cas.

E

per bec

uententes, & flagellandum. Cetera patent.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et obiurgauit optimates Iuda, qui populum regebant, eo quod talia per me fecerunt.
- 2 Nunquid non haec fecerunt patres nostri. q. d. sic, & propter hoc fuerunt in captiuitatem ducti, & ciuitas ista destructa est. propter hoc Nehemias apposuit remedium, ideo sequitur.
- 3 Factum est itaque cum quiescissent portae. in Hebræo habetur. Et factum est cum inuibrassent portae. quia dies ad uesperascebat, & tunc incipit sabbatum, & in idem redit, quia tunc portae debent quiescere ab ingressu mercatorum. ideo sequitur.
- 4 Dixi. claudite ianuas, ut quod mercatores non possint intrare ciuitatem ad exercendum talem mercationem in die sabbathi, tamen non fuerunt omnino correcti per hoc, ideo sequitur.
- 5 Et manserunt negotiatores, & uendentes, &c. ad quos exibant Iudaei ementes ab eis.
- 6 Et contestatus sum eos. eis comminando, ideo sequitur.
- 7 Si secundo hoc feceritis, manum mittam in uos. ad incarcerationem.

- 8 Sed & in diebus illis. Hic ponitur correctio quarti mali, quod erat commissio seminis extranei, contra praeceptum legis. Deuter. 7. & hoc est quod dicitur.
- 9 Vidi Iudaeos ducentes uxores Azotidas. istae erant de filiabus Philistinorum.
- 10 Et filii eorum ex media parte loquebantur Azotice, sicut matres eos docebant.
- 11 Et nesciebant loqui Iudaice. nisi valde corrupte, quia matres plus loquuntur cum pueris suis quam patres.
- 12 Et obiurgauit eos. s. patres, eos acriter redarguendo.
- 13 Et maledixi. malum eis imprecando nisi talia corrigerent.
- 14 Et cecidi ex ipsis uiros. Flagellando aliquos propter eorum obstinationem.
- 15 Et decaluauit eos. per capillos trahendo, uel quia fecit radi capita eorum, & barbas, quod tunc temporis magna erat confusio.
- 16 Et adiurauit in Deo, ut non darent filias. i. feci eos iurare, cuius causa subditur.

Nun-

MORALITER.

8 *Sed & in diebus illis uidi Iudaeos ducentes uxores Azotidas*. Hic ponitur quartum malum in absentia Nehemiae perpetratum. Licet enim ante per Esdras mulieres alienigenae fuissent de populo Israel electae, ut dictum est sup. 10. c. Esdrae, tamen ipso defuncto, & absente Nehemia, plures Iudaeorum redierunt ad uonitum, accipientes sibi uxores alienigenas, sed Nehemias remedium adhibuit, eos acriter obiurgando, & maledicendo, & aliquos eorum cedendo, & capillos euellendo, eos per

per dominum adiurando, quod a talibus abstinerent. Per Iudaeos uero recidiuantes in contrahendo matrimonia cum alienigenis mulieribus signatur penitentes de uitiis carnalibus, qui tamen postea Deo permittente, & diabolo procurante ad uonitum reuertuntur pristinis se uitiis implicantes, & isti sunt obiurgandi per asperam correptionem illorum ad quorum spectat officium, sunt etiam maledicendi, per hoc quod mala poenae superuentura eis praedicanda, si in talibus perseverant. Sunt etiam cadendi corporaliter, & affligendi per illos, ad quorum spectat officium si fuerint obstinati.

Memento

uentes, sed Gentili sensu interpretantes.
A Igitur mundani eos. Beda. Aptus per omnia finis, & con- dignus edificatio fan- ctæ ciuitatis, & tē- pli domini, ut emū- datis ciuibus alic- nã a Deo pollutio- nis ordines sacer- dotum, & Leuita- rum in ministerio suo rite custodian- tur, ut instituti re- gulariter magistri ecclesiæ castigatū ab omni peccato populum decate- ro in bono permanere, & crescere sē per exhortentur.
b Et in oblatione li- gnorum in temporib. constitutis, & in primi- tiis. Inter cætera po-

filiis eorum, & non acciperent de filiab eorum filiis suis, & si- bimetipsis, dicens. Nunquid non in huiuscemodi re peccauit Sa- lomom rex Israel? Et certe in gentib. multis non erat rex similis ei, & dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus regem super omnem Israel. Et ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. Nunquid † & nos inobedientes faciemus omne ma- lum grande, vt prauaricemus in Deo nostro, & ducamus vxo- res peregrinas? De filiis autem Ioiada filii Elia sibi sacerdotis ma- gni, gener erat Sanaballat Horonites quem fugauit a me. Recor- dare domine Deus meus aduersum eos qui polluunt sacerdotiū iusque sacerdotale, & Leuiticum, Igitur mundani eos ab omni- bus alienigenis, & constitui ordines sacerdotum, & Leuitarum, vnumquemque in ministerio suo, & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in primitiis. Memento mei Deus meus in bonum, Amen.

populus ligna offert ad ignem altaris nutriendum, cum ope D- ra uirtutum diuina consecratione digna operantur. Ardent ligna, & offert ad i- gnē altaris nutrien- dum, cum opera uir- tutum diuina conse- cratione digna ope- rantur. Ardent ligna & consumuntur in altari holocaustorū, cum in cordibus ele- ctorum opera iusti- tiæ flamma charita- tis perficiuntur.
c Memento mei Deus in bonum. Merito talis conditor, & dedi- cator ciuitatis post multos deuotionis labores memorię se creatoris, & largito- ris omnium bonorū commendat.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Nunquid non in huiuscemodi, &c. Salomon, qui erat sa- pientissimus.
 2 Certe in gentibus multis non erat rex similis ei. i. sapien- tia, diuitiis, & gloria, vt habetur 3. Reg. 3.
 3 Et dilectus Deo suo erat. quod patet ex hoc, quod sibi apparuit in Gabaon, vt habetur 3. Reg. 3.
 4 Et posuit eum Deus regem. quia non debebatur ei regnum ratione primogenitura, sed ex diuina ordinatione, ut habetur primi Paralip. cap. 28.
C 5 Et ipsum ergo duxerunt, &c. ut habetur 3. Re. 11
 6 Nunquid & nos inobedientes faciemus, &c. q. d. manife- stum est quod sic, si duxerimus mulieres alienigenas, cum multum desi- ciamus a sapientia Salomonis, & eius perfectione.

7 De filiis autem Ioiada. quis autem fuerit ille filius Ioiadæ, non exprimitur hic.
 8 Quem fugauit a me. propter malitiam suam.
 9 Recordare domine Deus meus aduersum eos. enormiter & grauius puniendo ad terrorem aliorum.
 10 Igitur mundani eos ab omnibus alienigenis. s. mulierib. separando.
 11 Et constitui ordines sacerdotum & Leuitarum. sicut di- sposuit Dauid rex 1. Par. 24. & 24.
 12 Et in oblatione lignorum. i. in compositione lignorum ad nu- triendum ignem iugiter in altari holocaustorum, quod debebat fieri a sacerdotibus per uices sibi succedendo.
 13 Memento mei Deus. post omnia opera bona prædicta fide- liter, & deuote se suo creatori recommendat. Cui est honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

De

MORALITER.

13 Memento mei Deus meus in bonum. Per hoc significatur qd' bonus

bonus prælatus ex debita correctione malorum, remunera- tionem bonorum consequitur supernorum.

Sequentes tertium, & quartum Esdræ libros, utcumque de canone non sunt, expositores ordinarii intactos reliquerunt, qui propterea dicuntur tertius, & quartus. quia apud Græcos, & Latinos superior liber Esdræ, ut dicit Hieronymus in prologo, diuide- batur in duos libros.

C A P. I.

ET fecit Iosias pascha, &c.
 * ANGELO- M. V. S. Iosias factio pasche anno decimo octa- uo regni sui, purgauit terram, & templum, & eiecit figuras idolo- rum, quomodo ad Eu- charistiam accessuri purgare debent terram, id est, corpus ab iniqui- tamentis sordium, & tem-

L I B E R E S D R Æ
 TERTIVS, QVI INTER
 A P O C R Y P H A
 P O N I T V R.

C A P V T I.



ET fecit Iosias pascha in Ierosolymis Domino, & immolauit pasche, quattadecima luna primi mensis, statuens sacerdotes p uices dierum sto- lis amictos, in templo domini. Et dixit Leuitis

templum, id est, animã quæ Dei templum esse debet, & eiecere a cot- de figuras idolorum, id est, turpes imaginatio- nes rerum immunda- rum, ut seruire possi- mus Deo uiuenti, sic- que ei gratum pascha celebremus. non utique in fermento malitiæ, & nequitie, sed in azymis sinceritatis, & uerita- tis.

Et

Incipit postilla uenerabilis Magistri Nicolai de Lyra super tertium librum Esdræ.

C A P. I.

ET fecit Iosias pascha. Liber iste qui dicitur Esdræ tertius, uidetur magis ab alio doctore nescio quo cõscriptus, & ex pluribus collectus. Nam hic describuntur plura quæ in primo Esdræ val- de sufficienter sunt descripta. Non est autem uerisimile quod ipse tot repetiuerit in alio libro sine neces- sitate,

sitate, imo etiam cum nulla, aut parua utilitate. Nec est ar- gumentum contra hoc de libro Paralip. in quo multa scri- buntur quæ habentur in libris Regum. Nec similiter de se- cundo Macha. in quo repetuntur multa quæ sunt in primo scripta, nam alius scripsit librum Paralip. & alius libros Reg. & idem fuit de primo, & secundo Mach. sicut fati paruit i- bidem, & ideo liber iste dicitur a doctores apocryphus, ut patet in prima parte summæ S. Th. de Aq. q. x. art. 6. circa pri- mum argumentū, pp qd' liber iste inter alios nō canonicos

A facris, fertis Israel, vt sanctificarent se Domino, in positione sanctæ arcæ Domini, in domo quam ædificauit Salomon filius Dauid Rex. Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos, & tribus vestras, secundum scripturam Dauid Regis Israel, & secundum magnificentiam Salomonis filii eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram, eorum qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel. Immolate pascha & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundum præceptum domini

a Et donauit Iosias, &c. **a** Ios. Causa huius festiuitatis hæc, ut omnia secundum leges, & antiquam traditionem paternæ sollemnitatis efficierentur, & quæ prius perperam obseruata erant in melius reformarentur.

Et

lo, & sacerdotibus in pascha, oves numero duo milia, ac vituli centum. Et Iechonias & Semetas & Nathanael fratres, & Hafabias & Oziel, & Coraba in pasche, oves quinque milia, vitulos quingentos. Et cum hæc fierent eleganter, & steterunt Sacerdotes, & Leuitæ habentes azyma per tribus. Et secundum partes principatus patrum, in conspectu populi offerebant Domino, secundum ea quæ

quæ in libro Moysi scripta sunt. Et assauerunt pasche igni, prout oportebat, & hostias coxerunt in emolis, & in ollis cum beneuolencia. Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe, & post hæc parauerunt sibi & Sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebant adipem vsque dum finita esset hora, & Leuitæ parauerunt sibi & fratribus suis filiis Aaron. Et sacri cantores filii Asaph erant per ordinem, secundum præceptum Dauid, & Asaph: & Zacharias; & Ieddimus qui erat a rege; & ostiarii per singulas ianuas; ita vt non præuaricaretur vnusquisque suam. Fratres enim eorum parauerunt illis. Et consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificium Domini. In die illa egerunt pasche; & offerebant hostias super Domini sacrificium secundum præceptum Regis Iosia. Et egerunt filii Israel qui inuenti sunt in tempore illo; pasche, et diem festum azymorum per dies septem. Et non est celebratum pasche tale in Israel; a temporibus Samuel prophetæ: et omnes Reges Israel non celebrauerunt tale pascha, quale egit Iosias, et Sacerdotes, et Leuitæ; et Iudæi, et omnis Israel, qui inuenti sunt in commoratione Ierosolymis: Octauodecimo anno regnantè Iosia celebratum est pasche. Et directa sunt opera Iosia in conspectu Domini sui in corde pleno metuentia, et quæ circa illum quidem conscripta sunt in primitiis temporibus de eis qui peccauerunt, quique

NICOLAUS DE LYRA.

qui ponuntur in Biblia minoris videtur auctoritatis, & ideo ad ipsum exponendum ultimo misi manum, tamen de illis, quæ alibi scribuntur, & hic reperiuntur, intendo breuiter transire, & ad loca remittere, vbi a me diffusius exponuntur. Igitur liber iste in tres partes diuiditur. Nam autor primo quædam alibi scripta repetit, secundo quæ propria sunt huius libri subiungit. c. 3. tertio ad repetendum scripta alibi redit c. 5. ibi. Instante autem. prima adhuc in tres, nam primo repetit quædam capitularem Babilonicam præcedentia. secundo quædam ipsam concomitantia, ibi. Qui usque ad iracundiam. tertio quædam subsequencia c. 1. prima adhuc in tres, quia primo tempore Iosia describitur paschalis celebratio. secundo Iosia mors, & tumultatio, ibi. Et post omnem actum. tertio filiorum eius successio, ibi. Et assumptentes. prima adhuc in duas, quia primo ponitur debita preparatio, secundo paschæ celebratio, ibi. Et hæc cum fierent. Sententia prima partis patet ex diuersis 2. Par. 36. exceptis quæ sequuntur.

1 Hæc de regalibus data sunt secundum promissionem. Ista non refertur ad domum Iosia, ut littera videtur prætere, sed intelligitur de domo ducum regis, secundum quod exprimitur 2. Par. 35. Duces quoque eius sponte quod vouerant, obtulerunt tam populo quam sacerdotibus, & Leuitis. & non exprimitur ibi, quid, vel quantum dederunt, hic autem exprimitur, cum dicitur. Hæc. supple. quæ sequuntur. De rega. da. sunt. i. de bonis ducum regalium, secundum promissionem Deo factam propter quod dicitur in lib. Para. Quod vouerant, obtulerunt, quia notum est promissio facta Deo.

2 Oves numero duo, &c. quod non erat in libro Paralipomenon expressam.

3 Iechonias, &c. iste 1. Par. 35. vocatur Chononias, & est idem nomen in Hebræo, sicut in Latino Nicolaus, & Colaus, & Colinus, & Coletus. Sciendum autem quod hic in sequentibus quæ reperiuntur de aliis libris nomina personarum variantur, & plura, vel pauciora hic, et ibi ponuntur, et numeri personarum, vel animalium maiores, vel minores hic quam ibi, & econuerso, quæ omnia, & similia breuiter sic soluentur. Primo de nominibus, nam multi erant binomii, vel trimonii, ut patuit in pluribus locis veteris, & noui testamenti, & sic idem homo frequenter scribitur sub uno nomine in uno libro, & sub alio nomine in altero. Similiter de pluralitate personarum, quia quando plures concurrunt ad vnum actum, aliqui tacentur in uno libro, qui in alio exprimitur, & econuerso. similiter de numeris dicendum, quod minor numerus includitur in maiori, propter quod quædam minor numerus scribitur in uno loco aliter quam in alio, non est aliqua falsitas nisi minor scribitur cum præcisione maioris, & relatus ad idem simpliciter, quod non est in proposito, & sic patet, quod diuersæ uariationes non arguunt aliquam in scriptura falsitatem.

4 Et hæc cum fierent. Hic consequenter describitur paschæ celebratio, & patet sententia ex diuersis 2. Par. 35. exceptis quæ sequuntur

5 In emolis. i. in ollis aeneis.

6 Et offerebant hostias. s. pacificas ad quas non tenebantur.

7 Super domini sacrificium. quod erat consuetum fieri.

8 Et directa sunt opera Iosia. Hoc non est in Par. sed immediate subditur bellum Pharaonis contra ipsum.

9 In corde pleno metu. i. Dei metum indicantia. **10** Decis qui peccauerunt, &c. isti potissime fuerunt Amon pater Iosia, & Manasses auus eius, sicut patet 4. Reg. & 2. Par.

que irreligiosi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui non quæsierunt verba Domini super Israel. † Et post omnem actum hunc Iosia; ascendit Pharaon rex Aegypti veniens in Charcamis ab itinere super Euphratem, & exiit illi obviam Iosias. & misit rex Aegypti ad Iosiam, dicens: Quid mihi, & tibi est rex Iudæ? Nō sum missus a Domino, ut pugnem contra te, Super Euphraten enim bellum meum est. Festinans descende. Et non est reuersus Iosias super currum, sed expugnare eum conabatur, nō attēdens verbum prophetae ex ore Domini, sed cōstituit ad eum bellum in campo Mageddo, Et descendērunt principes ad regem Iosiam. Et dixit rex pueris suis: Amouete me a prælio. Infirmatus sum enim valde, & statim amouerunt eum pueri ipsius de acie. Et ascēdit super currum secundarium suum, et perueniens Ierosolymam vita functus est, et sepultus est in paterno sepulchro. Et in tota Iudæa lugebant Iosia;

2 Et non est reuer. & c. a
 Hieron. Iosias vir sanctus nō solum peccatorē populū suū suis virtutibus non saluauit, sed & ipse in peccatis illius mortuus est.

Idem. Iudæi hūc psalmi versum. Quæcūque faciet prosperabuntur dictum esse existimāt de Iosia, q̄ solus inter prophetas nos reges nō abierit in consilio impiorū, sed sequutus sit legē Dei. Verum, hoc nō solū de Iosia, sed de nullo sancto rum accipi potest, nisi forte in futuro sæculo.

CAP.

et qui præsidebant cum vxoribus, lamentabant eum vsque in hunc diem, et datum est hoc fieri semper in omne genus Israel. Hæc autem præscripta sunt in libro historiarum regum Iudæ, & singula gesta actus Iosia; & eius gloria, & intellectus eius in lege Domini, quæque gesta sunt ab eo, & quæ non scripta sunt in libro regum Israel, & Iudæ. † Et assumentes qui erant ex gente

4 te Iechoniam filium Iosia; constituerunt regem pro Iosia patre suo, cum esset annorum trigintatrium, & regnavit super Israel mensibus tribus. Et amouit eum rex Aegypti ne regnaret in Ierosolymis. Et multauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum. Et constituit rex Aegypti Ioacim fratrem ipsius regem Iudæ, & Ierusalem: & alligauit magistratus Ioacim, & Zaracelem fratrem suum, & apprehendens reduxit in Aegyptum. Annorum erat Ioacim viginti quinque cum regnare cepisset in terra Iuda, & Ierusalem, & fecit malum in conspectu Domini. Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in † areolo vinculo perduxit in Babyloniam, & sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecrauit in templo suo in Babylonia. Nam de immunditia illius, & irreligiositate scriptum est in libro temporum regum. Et regnavit Ioachin filius eius pro eo. Cum autem constitutus est rex erat annorum decem, & octo. Regnavit autem menses tres, & dies decem in Ierusalem, & fecit malum in conspectu Domini. Et post annum mittens Nabuchodonosor transmigravit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis Domini, & constituit Sedeciam regem Iuda, & Ierusalem cum esset annorum viginti vnus. Regnavit autem annis vndecim. Et fecit malum in conspectu Domini, & non est veritus a verbis quæ dicta sunt ab Ieremia † Propheta ex ore Domini, & adiuratus a rege Nabuchodonosor periurans discessit, & indurata ceruice sua, & corde suo transgressus est legitima Domini Dei Israel. Et duces populi Domini multa ini-

que

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et post omnem actum. Hic describitur Iosia; mors, & eius tumulatio, & patet sententia ex dictis. 2. Paralipom. 35. in fr. cap. hoc excepto.

2 Non attendens verbum prophetae ex ore Domini. Ex hoc loco videtur quod Pharaon misit ad Iosiam vnum de prophetis Domini, quod non dicitur in lib. Paralip. vel ipse Pharaon dicitur hic propheta; nam malis aliquando conceditur actus prophetandi, sicut patet de Balaam Numeri 24.

3 Et assumentes qui erant ex gente Iecho. Hic consequenter describitur filiorum Iosia; successio. & patet sententia ex dictis. 2. Paralipom. 36. & 4. Reg. 23. & 24. & 25. in quibus hæc materia diffuse tractatur, exceptis his quæ sequuntur. Et assumentes qui erant, &c. Iste vocatur Ioachaz. 4. Reg. 23. & 2. Paralip. 36. ad quod potest dici quod erat binomius.

4 Constituerunt regem pro Iosia patre suo, cum esset annorum triginti annorum. Et regnavit super Israel. 4. Reg. & 2. Paralip. dicitur, q̄ erat annorum 23. vnde videtur hic numerus falsificatus per scriptores, vnum 10. vel denarium addentes. Vel oportet dicere, q̄ ibi tacentur 10. anni qui hic exprimuntur, & sic vtrumque esset verum: quia minor numerus includitur in maiori, sicut prædictum est.

5 Et

5 Et alliga. magistratus Ioacim. Fratrem prædicti Ioachaz, non in vinculis, sed iuramento; vt fideliter redderet tributum regi Aegypti, qui constituit eum regem Iudæ pro Ioachaz fratre suo, vt patet 4. Reg. & 2. Paralip. ideo subditur de regno eius. Annorum erat viginti quinque Ioacim, cum regnare cepisset, &c.

6 Et Zaracelem fratrem eius. Et habetur in aliquibus Biblijs; Et Zachariam fratrem suum, id est, ipsum Ioachaz, qui nominatur hic Zacharias.

7 Apprehendens reduxit in Aegyptum. Catenis ligatum, sicut patet 2. Paralip. 36. & 4. Reg. 23.

8 Post hunc autem Nabuchodonosor, &c. Quia fugiebat exercitum Chaldeorum quantum poterat.

9 Et alligans eum in areolo vinculo. Est autem area spatium in quo teruntur blada, inde dicitur areola diminutiuum, & est paruum spatium in quo aliquis ligatus cum catenis potest procedere. & non vltra, & illa catena dicitur areolum vinculum. sic autem fuit de isto dispositum, vt hoc modo in Babylonem duceretur, sed in via mutato consilio emissus fuit in Ierusalem, & ibi interfectus, & cadaver eius proiectum extra portas ciuitatis, sicut prædixerat Ieremias 22. c.

10 Nam, &c. Id est, idololatrias; sicut per oppositum latria dicitur religiositas.

11 Et regnavit Ioachin. Sic debet iste scribi per, n, in fine.

1 Et

A que gesserunt, & impie egerunt super omnes immunditias gentium, & polluerunt templum Domini, quod sanctum erat in Ierosolymis. Et misit Deus patrum ipsorum per Angelum suum reuocare eos, propter quod parceret illis, & tabernaculo suo. Ipsi vero subannabant in Angelis ipsius, & qua die locutus est Dominus, erant illudentes prophetis eius. Qui usque ad iracundiam concitatus est super gentem suam propter irreligiositatem suam, & praecepit ascendere reges Chaldaeorum. Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circumitu sancti Templi eorum, & non pepercerunt iuueni, & seni, & virgini, & adolescenti, sed om-

nes traditi sunt in manus ipsorum, & omnia sacra vasa Domini, & regales apothecas resu- mentes tulerunt in Babyloniam, & incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Ierusalem, & turres eius incenderunt igne. Et consummauerunt omnia honorificacius, & ad nihilum redegerunt, & reliquos a gladio duxerunt in Babylonem. Et erant serui illius usque dum regnarent Persae, in repletione verbi Domini in ore Ieremiae, quousque + benigne ageret terra sabbatha sua. Omni tempore desertionis suae sabbathizauit in applicatione annorum septuaginta septem.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et misit Deus patrum ipsorum per Angelum suum. i. Ieremiam, qui dicitur hic Angelus, id est, Dei nuntius: & similiter alii prophetae. ideo subditur: Subannabant in Angelis suis, & qua die lo.
- 2 Qui usque ad iracundiam. Hic consequenter autor repetit conuincitiam captiuitatem. & patet sententia ex dictis 4. Regum 25, & 2. Paralip. 36. exceptis quae sequuntur.
- 3 Et praecepit ascendere reges Chaldaeorum. Hoc potest dupliciter exponi. Vno modo referendo ad Iudaeos: & sic est sensus, quod per

per sua peccata meruerunt, quod Deus praeceperet Chaldaeos ascendere ad destructionem ciuitatis, & populi. Praeceptum, id est, praeceperunt. Alio modo, ut referatur ad Deum, de quo praemittitur; Qui usque ad iracundiam, in singulari, ad designandum unitatem essentiae. & subditur: Praeceptum, in plurali, ad denotandum in Deo pluralitatem personarum, sicut Genes. 1. c. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, &c.

4 Et consummauerunt omnia. Id est, exterminauerunt.

5 Et reliquos a gladio in Baby. Id est, illos qui gladium euaserant, in Babylonem duxerunt.

CAP. II.

C **R**egnante Cyro, &c. **A** Cyril. Age, res Cyri gestas ad Christi mysterium traducamus. Cyrus patre Cambyse rege Persarum, qui omnes fere aetatis suae homines pietate anteibat, matremque Mandanne Assuagii filia regis Medorum ortus est, id est, diuersis parentibus natus; cum aliud sit genus Persarum, aliud Medorum. Et Christus matrem sacram Virginem, cum naturam humanam haberet, obtinuit, patrem autem habuit neminem, praeter eum qui alterius omnino naturae est, & omne creatum mirum in modum excellit. Cyrus innumeras gentes coniecit, ciuitatesque sibi ciuitates subegit, thesauros abditos, arcanaque secretorum obtinuit, Israeleque longa seruitute redemit. Emmanuel quoque; cunctorum qui sub caelo sunt, imperium tenuit. Omnis ciuitas eum veluti Saluatorem suum libenti animo excepit; genus humanum a diabolo liberum



C **A** **P.** **I** **I.** **R**egnante Cyro rege Persarum in consummatione verbi Domini in ore Ieremiae, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & praedicaui in toto regno suo simul per scripturam, dicens: Haec dicit Cyrius rex Persarum: Me constituit regem orbis terrarum Dominus Israel, Dominus excelsus, & significauit mihi aedificare domum sibi in Ierusalem, quae est in Iudaea. Si quis est ex genere vestro, Dominus ipse ascendat cum eo in Ierusalem. Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuent eos qui sunt in loco ipso, in auro, & argento, in dationibus cum equis, & iumentis, cumque; aliis quae secundum vota apponuntur in aedem Domini quae est in Ierusalem. Et stantes principes tribuum, pagorum, & Iudaeae ex tribu Benjamin, & sacerdotes, & Leuitae quos excitauit Dominus ascendere, & aedificare domum Domini quae est in Ierusalem, & qui erant in circumitu eorum: adiu-

berum reddidit: in inferos profectus, thesauros abditos, arcanaque secretorum exhaulit, portas aereas generose contriuit, nis qui vinculis tenebantur, dixit: Exite continuo, & caetera. Cyrus cum pecuniam dedisset Ierosolymitanum Templum instaurare praecipit. Emmanuel Ecclesiam suam veluti Ciuitatem sanctissimam, celeberrimamque construxit; & gentilem insolentem velut Babylonem funditus sustulit. Cyro Deus ait, Vocauit te nomine meo. Emmanuel certe Dominus appellatur, quam humanam na-

turam assumpserit, & caetera.

✽ Lactantius. Iudaei oppugnati a rege Babyloniae captique, diuturnum seruitium pertulerant, donec septuagesimo post anno eos Cyrus maior tertis, ac sedibus suis redderet; qui per idem tempus in Persas suscepit imperium, quo Romae Tarquinius Superbus.

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. I I.

Diuiso. **R**egnante Cyro rege Persarum in consummatione verbi Domini in ore Ieremiae. Hic consequenter autor repetit facta captiuitatis consequentia. & diuiditur in duas partes. quia primo ponitur prosperitas de captiuitate redeuntium. secundo aduersitas ipsorum aedificantium. ibi: In Artaxerxis. Sententia primae partis patet ex dictis 1. Esdrae 1. exceptis quae sequuntur. Salmanasaro praesidi. Id est, Zorobabel aliter sic nominato, qui fuit princeps redeuntium de captiuitate. Athusea argentea triginta. Id est, sycphi argentei.

Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum his qui ex captiuitate Babyloniae venerant in. Id est, sibi uadita, vel expedita. In Artaxerxis autem re. Persarum tempore. Hic consequenter ponitur aduersitas aedificantium. Redeuntium. n. de captiuitate caperunt: reddi ficare templum, sed fuerunt impediti per Samaritanos. & patet sententia partis huius ex dictis 1. Esdrae 4. cap. exceptis quae sequuntur. In Artaxerxis autem regis Persarum. Iste fuit Cambyses filius Cyri, qui vocabatur Cambyses nomine proprio, & Artaxerxes nomine regio, sicut Imperatores Romani Caesares, & cum hoc nomine proprio, ut Iulius, Tyberius, & huiusmodi. Rathimus ab accidentibus. Scribebat enim chronicas, in quibus continerentur contingentia suo tempore.

CAP. III.

Li. II. Ant. 3

A **R** Ex Darius, & cetera.

Iosephus.

Post magorum interitum, qui defuncto Cambyse, principatum Persarum tenuerunt, hi qui septem Domini nuncupabatur apud Persas, filium Histaspis Darium, regem ordinauerunt. Qui dum priuatus esset, Deum orant, si fieret rex, omnia Dei uasa, quanta essent Babylonie ad templum Ierosolymitanum mittere se promissit. Contigit autem eodem tempore proficisci Zorobabel ducem captiuorum Iudeorum ab Ierosolymis ad Darium, qui regi quondam amicus exiterat.

B **Deum** orant, si fieret rex, omnia Dei uasa, quanta essent Babylonie ad templum Ierosolymitanum mittere se promissit. Contigit autem eodem tempore proficisci Zorobabel ducem captiuorum Iudeorum ab Ierosolymis ad Darium, qui regi quondam amicus exiterat.

C **Vnde** corporis eius custos cum alijs duobus dignus iudicatus, quem sperauerat honore potitus est. Primo

CAP. III.



Ex Darius fecit coenam magnam omnibus uernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediae, & Persidis, & omnibus purpuratis, & praetoribus, & consulibus, & praefectis sub illo ab India usque Aethiopiam, centum vigintiseptem prouincijs. Et cum manducassent, & bibissent, & satiati reuerterentur, tunc Darius rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergefactus est. Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus regis, dixerunt alter alteri: Dicamus unusquisque nostrum sermonem qui praecellat: & cuiuscunque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna, purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum auro freno, & cidarim byssinam, & torquem circa collum, & secundo loco sedebit a Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darii vocabitur. Tunc scribentes singuli suum uerbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruicem Darii regis, & dixerunt: Cumque surrexerit rex, dabimus illi scripta nostra, & quodcunque iudicauerit rex e tribus, & magistratus Persidis, quoniam uerbum eius sapientius est, ipsi dabitur uictoria, sicut scriptum est. Unus scripsit, Forte est uinum. Alius scripsit: Fortior est rex. Tertius scripsit: Fortiores sunt mulieres: super omnia autem uincit ueritas. Et cum surrexisset rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, & legit. Et mittens uocauit omnes magistratus Persarum, & Medos, & purpuratos, & praetores, & praefectos, & federunt in concilio, & lecta sunt scripta coram ipsis, & dixit: Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt uerba sua. Et uocati

fiones, requieuit.

mo uero imperij sui anno, Darius summo apparatu, coenam exhibuit amicis, & cetera. Rex Darius ad cubiculum ueniens, paucum noctis requiescens, & expergefactus, quod noctis restabat reliquum in somno protraxit: sermonemque ad tres corporis custodes conuertit, promissitque summo honore fulciendum, qui eius interrogationi sapienter respondere uoluisset: Cum igitur dona illis promississet, primum interrogauit, Utrum fortius sit uinum: secundo, Utrum rex: tertio, Utrum mulieres, aut his omnibus magis fortior sit ueritas? Has cum illis proposuisset quae-

Et

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. III.

R Ex Darius. Repetitis eis quae sunt alibi scripta hic consequenter ponuntur quae sunt huius libri propria quae consistunt circa solutionem unius questionis, cuius primo ponitur occasio. Secundo eius propositio, & triplex opinio, ibi. Tunc scribentes. Tertio opinionum examinatione, ibi: Et mittens. Quarto unius approbatio, & remuneratio, ibi: Et omnes populi. Circa primum dicitur: Rex Darius secundum Latinos, & Graecos iste fuit filius Histaspis: secundum Hebraeos uero ipse fuit filius Assueri, & Esther reginae, secundum quod dixi plenius in principio libri Esther, & 1. Esdrae 4. & Dan. 9. ubi secutus sum in hoc dictum Hebraeorum, tanquam uerius iudicio meo.

1 On. uer. su. id est, seruientibus in domo sua.

2 Et omnibus magistratibus Me. Ipsi reddebatur ratio de tributis, & obuentionibus regni.

3 Et omnibus purpura. id est, nobilibus genere, quibus licitum erat purpura uestiri pro sua nobilitate.

4 Et praetoribus. Qui causas iudicabant in palatio.

5 Et consulibus. Qui erant de stricto consilio.

6 Et praefectibus. id est, balinis, & praepositis in regni partibus diuersis.

7 Ab India. Ex hoc uidetur, quod iste fuit filius Assueri, ut dicunt Iudei. Nam Assuerus in principio libri Esther dicitur regnasse ab India usque ad Aethiopiam super 127. prouincias, & isto modo dimisit regnum filio suo. Cetera patent usque ibi.

8 Et dor. scilicet modicum.

9 Et ex. fact. est. ita quod uolebat uigilare, & ex hoc custodes corporis sui habuerunt occasionem proponendi inter se questionem ad faciendum regi solatium, & ex hoc patet prudentia regis, qui magis uolebat transire tempus in aliquo utili, quam in ludis inhonestis, aut nullius

nullius utilitatis.

21 Dica. unus. nostrum sermonem. De eadem questione, ut patet ex sequentibus.

12 Qui praecellat. id est, prout melius sciuerit. Nam dictum cuiuslibet trium non poterat esse excellens simpliciter, sed unius tantum. Cetera patent usque ibi.

13 Purpura cooperiri, &c. id est, uestiri.

14 Et in auro bibere, &c. id est, in scypho auro.

15 Et super aurum dormire, &c. id est, super lectum panno auri phrygiato ornatum.

16 Et currum auro freno. id est, freno deaurato.

17 Et cidarim byssinam. id est, mitram, uel cucufam de bysso, quae est species lini candidissimi.

18 Et torquem circa collum, &c. Talibus enim utebantur tantum excellentes uiri ratione generis, uel sapientiae, seu alterius excellentiae.

19 Et secundo loco, &c. id est, in secunda mensa.

20 Sedebit a Dario, &c. Et hoc concessit rex per scriptum, ut patet circa medium. 4. cap.

21 Tunc scribentes, &c. Hic consequenter ponitur questionis propositio. & circa eam triplex opinio. Fuit autem questio de fortitudine: quid inter alia sit fortius, ut patet ex sequentibus. Sic ergo dicitur: Tunc scribentes singuli, &c. In singulis schedulis.

22 Signauerunt, &c. Sigillis proprijs ne fieret ibi aliqua mutatio, & ut manifeste appareret, cuius esset qualibet schedula.

23 Et posuerunt subtus ceruicem Darii regis, &c. Quando post uigiliam redijt ad dormiendum. Cetera patent usque ibi.

24 Ipsi dabitur uictoria. id est, uictoriae praemia in parte praecedenti expressa. Cetera patent.

25 Et mittens. Hic consequenter ponitur diuersarum opinionum examinatione. Et primo examinatores uocantur. Et patet litera usque ibi.

1 Indica

Diuisio.

a Et cepit prior, &c. * Cyrill. Primus adolescens qui de-
dit vino aduersus omnes potentiam, carnalium voluptatum
feruori donauit vi-
ctoriam.

* Ambr. Fit nonnun-
quam grauior tumul-
tus, quia vino mens
peruertitur ebriofa,
& non meminit regis,
vel magistratus, vt
scriptum est. Et omnia
aperte facit loqui,
& non meminerunt
cum biberint, amicitia,
nec fraternæ ne-
cessitudinis. Sed non
multo post sumunt
gladios: & cum a vino
mersi fuerint, & sur-
rexerint, non memi-
nerunt

sunt, & introierunt. Et dixit illis: Indicate nobis de his quæ scri-
pta sunt. Et cepit prior, qui dixerat de fortitudine vini, & di-
xit: Viri, quam præualet vinum omnibus hominibus qui bi-
bunt illud. Seducit mentes. Itemque regis, & orphani facit
mentem vanam. Item serui, ac liberi, pauperis, ac diuitis, & om-
nem mentem conuertit in securitatem, & iucunditatem, & non
meminit omnem tristitiam, & debitum, & omnia præcordia
facit honesta, & non meminit regem, nec magistratum, & om-
nia per talenta loqui facit. Et non meminerunt cum biberunt
amicitiam, nec fraternitatem: sed non multum post sumunt gla-
dios, & cum a vino merserint, & surrexerint, non meminerunt
quæ gesserunt. O viri num præcellit vinum? Quis sic cogitat
facere? Et tacuit hoc dicto.

nerunt ipsi quæ gesserint. Habet ergo etiam dignam merce-
dem tumultus. Præterea citharam, psalteria, tympana, quæ
cognouimus conui-
uijs frequenter adhi-
beri, vt vino, & can-
tu excitentur libidi-
nes; Plerique etiam
Perisco more mulie-
res dignas temulen-
torum consortio in-
duci iubet, &c. Non
immerito ergo vae il-
lis qui mane ebrietatis
potum requirunt,
quos conueniebat
Deo laudes referre.
& vacare orationi.
Merito vae, qui salu-
tem relinquis, mor-
tem eligis.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Indi. &c. quæ ser. su. Id est, rationes dictorum vestrorum: nam scripserant tantummodo conclusiones, sicut scripta sunt. Secundo, rationes cuiuslibet opinionis explicantur. Et primo primæ. cum dicitur: Et cepit prior. Secundo secundæ, in prin. c. 4. Tertio tertiæ, ibi: Tertius, &c. Circa primum dicitur.
- 2 Vi. præ. vi. q. d. valde multum. Ideo subditur.
- 3 Om. h. qui bi. il. Quod probatur per id quod subditur.
- 4 Se. me. Si enim poterit ultra mensurâ, aufert rationis usum quæ est superior vis hominis, & per consequens præualet oib. inferiorib. u. is.
- 5 Itemq; re. & or. fa. men. v. Id est, facit cogitare maiora factis, quam homo possit, & sic in actu se inuicem, & v. ue.
- 6 Item ser. ac li. hoc additur, vt nullus status hominum excludatur.
- 7 Con. in se. & iu. Homines enim bene potati non timent aliquem aduersarium, & habent cor iucundum: quia dant obliuioni omnem tristitiæ causam. Id. o. subditur.
- 8 Et non me. Oblinisci facit.

- 9 Om. tri. & de. Quo quis est obligatus.
- 10 Et om. præ. fa. ho. Quia facit de seipso opinari magna.
- 11 Et non me. re. Quia tunc non timet eorum potentiam.
- 12 Et om. per. Sicut aliquando bene potatus dicit: Ego non darem hoc pro mille libris, quod non valet aliquando vnam. vel, Ego magis vellem perdere mille libras, quam hoc, vel illud, quod tamen non habet aliquando valorem viginti solidorum.
- 13 Et non me. cum bi. a. pristinam.
- 14 Nec fra. Id est, consanguinitatem, vel affinitatem.
- 15 Sed non mu. post. id est, ex parua occasione.
- 16 Su. gla. contra seiuicem.
- 17 Et cum a vi. emer, id est, ebrietate soluta.
- 18 Non me. quæ gesse. propter ligationem memoriæ, & si recorderentur hoc tamen est imperfecte.
- 19 O viri num præc. q. d. immo præcellit.
- 20 Quis sic co. fa. id est, sic facit cogitare? Et est hypallage, sicut istud, Perflauit fistula buccas.

9 Om.

CAP. IIII.

C A P. IIII.

a Et inchoauit seq. &c. * Cyrill. Secundus autem qui hoc dedit regi, ænigmatice significauit mundanam plus posse gloriam. Et duo quidem adolescentes ferunt imaginem corporis compositi ex materia, & forma. Et alter quidem cupiditati, alter vero iræ tribuit victoriam. Est enim ira res tyrannica.

* Irenæus. Ad utilitatem gentium, terrenum regnū positum est a Deo, non a diabolo, qui nunquam omnino quietus est, immo quæ nec ipsas quidem gentes vult in tranquillo agere, vt timentes regnum humanum, non se alterutrum homines vice piscium consumant



inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis. O viri num præcellunt homines, qui terrâ, & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt? Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum, & oë quodcunq; dixerit illis, faciunt. Et si miserit illos ad bellatores, vadunt & demoliunt mōtes, & muros, & turres. Iugulant, & iugulat, & regis verbum non prætereunt. Nam si vicerint, afferunt regi oia quæcunq; prædati fuerint. Similiter, & alii oēs, & quotquot non militat, nec pugnât, sed colunt terrâ, rursum cum fuerint metetes, afferunt tributa regi. Et ipse vnus solus si dixerit, occidite, occidunt: dixerit remittite, remittunt: dixerit percutite, percutiunt: dixerit, exterminate, exterminant: dixerit ædificate, ædificant: dixerit excidite, excidunt: dixerit plantate, plantant, & ois plebs, & virtutes eū obaudiunt, & super hoc ipse recumbit, & bibit, & dormit,

consumant, sed per legum positiones repercutiant multiplicem gentium iniustitiam. Et secundum hoc, ministri Dei sunt in hoc ipsum seruientes potestates, quæ sunt a Deo ordinatæ. Manifestum est, quomam mentitur diabolus, dicens: Mihi tradita sunt regna, & cui volo, do ea. Cuius enim iussu homines nascuntur, huius iussu, & reges constituuntur, apti his qui in illo tempore ab ipsis regantur. Quidam enim illorum ad correctionem, & utilitatem subditorum dantur, & conseruationem iustitiæ, qui-

dam autem ad timorem, & pœnam, & increpationem, & cætera.

a Tertius

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. IIII.

- 1 ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis. O viri num præcellunt homines, qui terrâ, & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt? Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum, & oë quodcunq; dixerit illis, faciunt. Et si miserit illos ad bellatores, vadunt & demoliunt mōtes, & muros, & turres. Iugulant, & iugulat, & regis verbum non prætereunt. Nam si vicerint, afferunt regi oia quæcunq; prædati fuerint. Similiter, & alii oēs, & quotquot non militat, nec pugnât, sed colunt terrâ, rursum cum fuerint metetes, afferunt tributa regi. Et ipse vnus solus si dixerit, occidite, occidunt: dixerit remittite, remittunt: dixerit percutite, percutiunt: dixerit, exterminate, exterminant: dixerit ædificate, ædificant: dixerit excidite, excidunt: dixerit plantate, plantant, & ois plebs, & virtutes eū obaudiunt, & super hoc ipse recumbit, & bibit, & dormit,
- 2 Et si mi. il. ad bell. id est, ad principes belli.
- 3 Vadunt. Cum eis ad pericula mortis.
- 4 Et de. moq. Id est, castra in montibus sita, muros suffodiendo, & deiciendo. Cætera patent vsque ibi.

- 7 Et ipse vnus sol. Qui dominatur omnibus, tam bellatoribus, quam agricolis.
- 8 Si dixerit. Bellatoribus.
- 9 Occidite, occidunt. Deuictos: Cætera patent vsque ibi.
- 10 Dixerit ædifi. Fabris lapidum, & lignorum.
- 11 Dixerit plantate. Agricolis.
- 12 Et omnis plebs. Quantum ad minores homines.
- 13 Et virtutes. Quantum ad maiores.
- 14 Eum obau. Eius exequendo mandata.
- 15 Et su. hoc ipse recum. & bi. Splendide.
- 16 Et dor. Pacificæ, & quiete: sicut 3. Reg. 20. dicitur, q. Benadad rex Syria bibebat in umbraculo suo, exercitu suo ad prælium missis.

7 Et

1 Hi

A 2 Tertius qui dixerat de mul. &c.

* Cyrillus. Tertius Zorobabel. per mulierem quidem ostendit virtutum finem esse charitatem in Deum, & in proximum. Per veritatem vero finem cognitionum, siue eorum que sunt principium, nepe Deum.

Lib. 18. ciuit. cap. 36.

B Esdras in eo prophetasse intelligendus est, quod inter iuvenes quosdam orta questione, quid amplius valeret in rebus? cum reges, vnus dixisset; alter vinum; tertius mulieres, que plerumque regibus imperaret; idem tamen tertius veritatem super omnia demonstrauit esse victricem. Cō-

sulto autē Euangelio Christum cognoscimus esse veritatem.

Hi autē custodiunt in circuitu eum, & non possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei. Viri quomodo non præcellit rex q sic diffamatur? Et tacuit. Tertius qui dixerat de mulieribus, & veritate, hic est Zorobabel, cæpit loqui. Viri, non magnus rex, & multi homines, nec vinum præcellit. Quis est ergo qui dominatur eorum? Nonne mulieres genuerunt regem, & omnem populum qui dominatur mari, & terre, & ex illis nati sunt, & ipsæ educauerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibus vinum fit? Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari a mulieribus. Si congregauerint aurum, & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem vnā bono habitu, & bona specie, omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam magis alliciunt quam aurum, & argentum, & omnem rem pretiosam. Homo patrem suum relinquit, qui enutriuit illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit. Et cum muliere remittit animam, & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem. Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres dominantur vestri. Nonne doletis? Et accipit homo gladium suum, & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare nauigare, & flumina, & leonem videt, & in tenebris ingreditur, & cum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert. Et iterum diligit homo uxorem suam magis, quam patrem, aut matrem. Et multi dementes facti sunt propter uxores suas, & se ui facti sunt propter illas, & multi perierunt, & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres. Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua, quoniam omnes regiones verentur tangere eum. Videbam tamen Apemen

b Videbam Apemen, & cetera, Ambr. Multos iuvenes que emigrant sibi puellas formæ elegantioris, quarum amore capti turpi seruitio sese dederunt. Videbatur Apemena cōcubina Durii sedens ad dexteram eius, aurens de capite eius diadema, & suo imponens vertici, palmis faciem eius sinistra manu verberans, &c. Sed quod ista magno allegamus ambitu, &c. * Chrysof. Qui meretricibus dat, ridiculus, & infamis est, & multos sibi inimicos parat, & breuē voluptatem, vel nullam potius. Muliebre enim genus temerarium est, & inferno eius similitur cupiditas, tunc cessat

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Hi autē cu. in cir. Ne aliquis accedere possit ad sibi nocendum.
- 2 Et non po. ire sin. Ad ea loca sua sine regis licentia.
- 3 Sed in di. ob. lu. ci. i. obediens, quod dixit exequendo.
- 4 Viri, &c. sic di. i. cuius fama in potestate, dignitate, & consimilibus sic diffunditur, sicut de Christo dicitur Mat. 9. Diffamauerunt eum per totam illam terram.
- 5 Tertius. Hic ponitur motiua tertiæ opinionis, que habet duas partes, & primo confirmatur prima, secundo secunda, ibi; Et inchoauit. Prima vero pars dupliciter confirmatur. Primo rōibus. Secundo exēplis, ibi; Et nunc credite mihi. Circa primū primo ponitur nomē illius que tenuit tertiā opinionē, cū dicitur; Ter. qui di. de mu. & veri. hic est Zo. Licet. i. Indus esset natione, tñ erat vnus de custodiētibus corpus regis, que erat Gentilis, & sicut dicūt Hebræi, hoc fecit Esther huius regis mater que erat Indæ natione, vt patet Esther 2. Ideo promouit Indeos quāntū potuit, vt patet de Mardocheo. Et idē dicunt de Zorobabel, & Nehemia qui fuit regis pincerna. Latini vero dicunt, que fuit familiaris isti Dario, ante quam promoueretur ad regnum, qui nec erat de semine regio, & ideo promotus in regem fecit eum corporis sui custodem.
- 6 Cæpit loqui. Pro suæ opinionis confirmatione. Et primo remouet aliorum sententiam, dicens.
- 7 Viri. non ma. rex, & mul. ho. i. non præcellit rex ratione sui, nec ratione populi sibi subiecti, sicut dixerat secundus.
- 8 Nec vinum præcellit. Sicut dixerat primus.
- 9 Quis est ergo. Hic consequenter profertur suum propositum, dicens; Quis est er. qui do. eo. i. regis populi, & vini. Et respondet.
- 10 Nonne mul. ge. & om. po. q. d. manifeste patet que sic, & sic præcellunt, quia causa prior est suo effectu. Licet autem mulier in generatione prolis habeat rationem passiuam ministrando materiam; tamen in alio se habet in ratione actiua. s. materiam preparando, & cōceptū factū fouendo, & nutriendo ante partū, & post, & sic repellitur dictū secundum.
- 11 Et ipsæ educauerunt. Modo prædicto.
- 12 Eos qui plantauerunt vi. ex qui. vi. Et sic repellitur dictum primū; quia quod præcellit maiori, præcellit, & minori, sic est in proposito. Nam educando vinearum plantatores, mulieres sunt maiores, & eadem ratione plantatores vinearum ipso vino.
- 13 Et ipsæ faciunt stol. om. ho. i. vestes, & ornamenta in quibus homines gloriantur. mulieres enim in terra illa faciunt talia artificia.
- 14 Et non pos. homi. sep. a mu. s. corde, licet aliquando separantur corpore. Inclinatio namque naturalis est in viro ad amorem mulieris, que non potest totaliter aboleri, quod declarat per effectum, dicens.
- 15 Sic congregauerunt aurum, & argentum, & omnem rem speciosam. Quæ nati sunt animus hominis allicere.
- 16 Et viderint mulierem, &c. i. honestam, & pulchram.

Distin.

- 17 Omnia hæc in eam. i. eam attente respiciunt.
- 18 Et aperto ore. i. capiti eius pulchritudine.
- 19 Conspiciunt. Tanquā a tonitruo, & mirantes eius pulchritudine.
- 20 Et eam mag. al. Hoc dupliciter potest exponi. Vno modo, quod sit ibi hypallage, i. eos allicit ipsa mulier. & sic quod sequitur.
- 21 Mag. q. au. Est nominatiui casus. Alio modo sine tali figura. Et cā al. i. nituntur ad se trahere, & sic quod sequitur; Mag. q. au. est accusatiui casus. & hoc probatur per hoc que sequitur. Et om. pr.
- 22 Homo pa. Hic consequenter declarat propositum per parentes, qui sunt maxime diligendi, & per terram natiam ad quam quilibet naturaliter afficitur, & tamen istis vxorum dilectio præponatur. Et patet vsque ibi.
- 23 Et ad mu. se con. s. se ipsum per matrimonium.
- 24 Et cum mu. re. ani. su. Aliunde ipsa re. habendo, & in vxorem totaliter ponendo per dilectōnem. Ex quo concludit.
- 25 Et hinc oportet vos sci. quā mu. do. ve. & per consequens multo magis hominum aliorum; loquebatur enim regi, & magnatibus suis.
- 26 Non. do. Quod potest exponi dupliciter; Vno modo negatiue. q. d. non; quia voluntarie eis seruitis. Alio modo affirmatiue. q. d. eis estis subiecti malis gradibus vestris.
- 27 Et ac. Hic consequenter declarat intentum ex magnis periculis, quibus homo se exponit pro amore vxoris, cum dicitur;
- 28 Et acci. ho. gla. su. i. arma sua.
- 29 Et va. in vi. fa. fur. Ad depradandum transeuntes, cui imminet periculum mortis a viatoribus se defendentibus, & a publica iniuria.
- 30 Et ma. na. vbi ē mortis periculū a fluctibus maris, et ab aduersariis.
- 31 Et leo vi. Per quem intelliguntur etiam alia bestia terribiles.
- 32 Et in te. ing. Vbi lubricum, & casum periculosum patitur.
- 33 Et cum fur. se. &c. ama. su. i. vxori suæ omnibus prædilectis.
- 34 Affert. q. d. omnia pericula prædicta subiit, vt satisfaciat vxori eius, & gratiam habeat.
- 35 Et ite. di. Repetitio ē eius que sup. dictū est ad maiore expressionē.
- 36 Et mul. de. fa. sunt pro vx. su. Ex amore nimis excessiuo. Vnde Salomon sapientissimus sic fuit infatuatus. Per hoc autem repellitur illud quod dixit primus de vino, que seducit mentem; quia ebrietas aufert usum rationis tantum ad horam, amentia vero per longum tempus, & aliquando vsque ad mortem. 3. Reg. 11.
- 37 Et ser. fa. su. pro. il. Quia pugnantem pro defensione vxorum, capti sunt in bello, & sic subditi seruituti.
- 38 Et mul. pe. & in. su. Vnde Abraham timuit interfici pro Sara. Genes. 12. & similiter Isaac. Genes. 26.
- 39 Et pec. pro. mu. Sicut patet de Adam, Dauid, & Salomone, qui fuerunt maximi.
- 40 Et nunc. Hic consequenter declarat propositum per exemplum. Et patet litera vsque ibi.

cessat, cum omnibus rebus amantem spoliavit; immo nec tunc quidem, sed magis conuiciatur, & insultat iacenti, eumque maiorem in modum ridet, & tot cum malis circumuenit, quæ nullo pacto narrari possent.

Et veritas magna est, & fortior, &c. * Cyril'. Audi quomodo sapienter Esdras scribat: Omnis terra veritatem inuocat, & cælum eam benedicit, & omnia opera commouetur, ac tremunt. Quoniam & beatus Dauid clamat de Deo, qui omnibus præsidet, Qui respicit terram, & facit eam tremere.

* Idem. Orpheus Deum in circumscriptione significare voluit, qui vniuersum complectatur, atque adeo fines maris tremantibus montibus, & toto mundo. Sic enim inquit scriptura diuinitus inspirata: Omnis terra veritatem inuocat, & cælum eam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt.

* Maximus.

* Maximus. Animus qui prætulit virtutem, & cognitionem, maluitque animam affectionum præua seruitute priuatam esse, ait: Præpotentes sunt mulieres, & super omnia vincit veritas. Mulieres quidem appellans virtutes deificas: ex quibus constat erga Deum, & in se vniuersa dilectio. Veritatem autem dixit

D. Centurie 3. loco. 2. 20. cap. 30.

filiam Bezacis mirifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palmis cædebat regem de sinistra manu. Et super hæc aperto ore intuebatur eam, & si attulerit ei, ridet: nam si indignata fuerit ei, blanditur: donec reconcilietur in gratiam. O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum, quæ ista agunt. Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate. O viri, nonne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum, & velox cursus Solis conuertit in gyro cælum in locum suum in vna die. Nonne magnificus est qui hæc facit? Et veritas magna, & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquum: Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum: & iniqua illorum omnia opera, & non est in ipsis veritas, Et in sua iniquitate peribunt, & veritas manet, & inualefcit in æternum, & viuunt, & obtinet in sæcula sæculorum. Nec est apud eam accipere personas, neque differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis, ac malignis: & omnes benignantur in operibus eius. Et non est in iudicio eius iniquum; sed fortitudo, & regnum, & potestas,

solam, & vnicæ eorum quæ sunt causam, & principium, regnum, potestatem, & gloriam: ex qua, & per quam omnia facta sunt, & fiunt, ac vt sint, ab ea, & per quam tenentur, illiusque nomine qui Deum diligunt nullum studiū, ac motum præmittunt.

* Hieronym. Veritas labore re potest, vinci non potest.

* ATHANASIVS.

Veritas tibi in consilio adsit, quæ regum, & in prius Christianorum tutela est, cum ea vos regna administ

Dial. r. adu. Pel.

Apolo. ad Constan.

F

nistrare tutissimū est, cū dicat sacra scriptura: Misericordia, & veritas,

Prou 20.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Sedentem iuxta regem. Id est, in nobiliori loco; quia dextera pars est melior, & fortior.
2 Et auferentem diadema, &c. & imponentem sibi. Per hoc insinuantem se rege digniorem.
3 Et palmis cædebat. Tanquam sibi subditum, & seruum.
4 Et super hæc aperto. Sicut homo cupidus, & sic eius amore captus, vt non auderet sibi in aliquo contradicere, propter quod adhuc subditur.
5 Et si attulerit ei, ridet. Ita quod ad mutationem vultus mulieris, mutabitur vultus, & animus regis, sicut seruus letatur, quando dominus suus sibi ostendit vultum bonum, & tristatur quando sibi præterdit durum: propter quod concluditur.
6 O viri, cur non sunt fortiores. q.d. patet quod sic; quia si verum est hoc de rege, multo fortius de alijs hominibus sibi subiectis communiter loquendo.
7 Magna est terra, & excelsum, &c. scilicet, quæ sunt in his inferioribus: nam per motum cæli educuntur ad actum formæ, quæ sunt in potentia materia, quæ materia pro maiori parte est terra. nam corpora mista sunt a Domino de terra. Hoc autem intenderit hic Zorobabel quasi quoddam principium ad probandum; secundam partem suæ opinionis. s. de veritate. Nam ad hoc incipit, vt videbitur.
8 Et tunc rex, & purpurati. Mirantes eius sapientiam, & eloquentiam, & etiam constantiam, ostendendo subiectionem regis, & magnatorum respectu suarum vxorum curam eis: probabile, tamen est quod ille rex de quo loquitur hic Zorobabel, non erat ille Darius, sed alius qui præcesserat, nam inter Cyrum, & Dariū fuerunt alii reges.
9 Et inchoauit. Hic consequenter Zorobabel declarat secundam partem suæ sententiæ. Et primo continuat se ad præcedentia.
10 O viri, nonne fortes. q.d. patet ex dijs, & sic, sed adhuc veritas est fortior. Ad cuius ostensionem dicitur.
11 Magna est terra, & excelsum. Sicut patet ad sensum.
12 Et velox cursus. Cuius probatio subditur, cum dicitur.
13 Conuertit in gyro, &c. in v.d. s. naturali. in qua per motum primi mobilis reuoluitur Sol a puncto Orientis ad eundem punctum. & sic est hic hypallage, quia Sol non reuoluit cælum, sed conuerso, sicut, Perflauit fistula buccas.
14 Nonne magnificus. Id est, magne potentia.

- 15 Qui hæc facit. q.d. manifeste patet, quod sit. Hoc tamen facit intelligentia mouens orbem, cuius virtutem in infinitum excedit virtus primæ veritatis, quæ est ipse Deus, ideo subditur.
16 Et veritas, &c. om. ter. ve. Id est, omnes habitantes habitantes in terra, dubia, & obscura querunt manifestari per infallibilem veritatem, quam omnes homines ex quodam instinctu naturali ponunt in Deo: licet diuersi diuersis attribuunt deitatem.
17 Cælum etiam ipsam benedicit. Id est, Angeli qui sunt ciues cælestes ipsam laudant.
18 Et omnia opera. Id est, omnia creata.
19 Mouentur, & tremunt eam. Id est, sibi obediunt.
20 Et non est in ea quicquam iniquum. Nam est prima regula æquitatis.
21 Iniquus rex. Multi enim reges, mulieres, & homines fecerunt iniquitates, accipiendo iniquitatem pro crimine enormi: & sic est hic hyperbole, sicut cum dicitur: Omnes de ciuitate vadunt ad tale spectaculum, id est, multi. Si autem accipiatur iniquitas pro peccato quocūque, sic generaliter omnes dicuntur iniqui, excepto homine Christo, & Beata Virgine, de quibus non loquebatur Zorobabel.
22 Et iniqua illorum omnia opera. In quantum sunt ab ipsis tantum. Nam quicquid est bonitatis in operibus humanis, Deo est attribuendum. Quicquid autem est ibi defectus procedit ex defectibilitate liberi arbitrii. Osee 13. c. Perditio tua ex te Israel, ex me tantummodo auxilium tuum, ideo subditur.
23 In sua iniquitate peribunt. Scilicet illi qui peribunt.
24 Et veritas manet, & inualefcit in æternum. Non est intelligendum, quod veritas prima in se inualescat proficiendo. Nam in se minui non potest, nec augeri, sed tantum in effectibus suis.
25 Et viuunt. Nam est vita per essentiam.
26 Nec est apud eam accipere personas, &c. Nam iniustitia non habet locum in ea.
27 Sed quæ iusta sunt facit. Ipsos iuste puniendo, & multo fortius iustis eos premiando.
28 Et omnes benignantur. Id est, benigne tractantur.
29 In operibus eius. Quia iusti premiantur ultra meritum, & iniusti puniuntur citra conuictum.
30 Sed fortitudo. Stabilitatis.
31 Et regnum. Dominationis.
32 Et potestas. Cui non potest resisti in effectibus suis.

15 Qui

1 Et

Veritas, regis custodia est, & circumdabit in iustitia thronum eius.
A Hanc cum Zorobabel ille sapiens ceteris anteferet, victoriam retulit, acclamatumque est ab universo populo: Magna res veritas & praevalet omnibus.

Epist ad Rom
 petum contra
 ep. Step.

* **C**yprianus. Consuetudo impedire non debet, quo minus veritas praevalere, & vincat. Nam consuetudo sine veritate, veritas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem, sciētes quia apud Esdrā veritas vincit, sicut scriptum est: *Veritas manet, & inualefcit in aeternum & vivit, & obtinet in saecula saeculorum.*

B *Et omnes populi clamauerunt.*

Homil. 1 in
 Mat. op. imp.

* **C**hrysof. Ministris regis Darij de propositis questionibus certantibus, verum est usque ad sententiam regis, quo residente cum principibus suis ad iudicandam, contententur tres singuli pro sua sententia. Verba contentionis eorum qui vult scire legat Esdrā Prophetam. Tamē vincit Zorobabel,

C contentionis eorum qui vult scire legat Esdrā Prophetam. Tamē vincit Zorobabel,

& maiestas omnium aeternorum. Benedictus Deus veritatis. Et desit loquendo. Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt: Magna est veritas, & praevalet. Tunc rex ait illi: Pete si quid vis amplius, quam quae scripta sunt, & dabo tibi, secundum quod inuentus es sapientior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. Tūc ait regi: Memor esto voti tui quod vouisti, aedificare Ierusalem in die qua regnum accepisti, & omnia vasa quae accepta sunt ex Ierusalem remittere, quae separauit Cyrus quando maetauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi: Et tu voluisti aedificare templum quod incendunt Idumaei, quando exterminata est Iudaea a Chaldaeis. Et nunc hoc est quod postulo Domine, & quod peto, hoc est maiestas. quod a te postulo, vt facias votum quod vouisti regi caeli ex ore tuo. Tunc surgens Darius rex, osculatus est illum: & scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & praefectos, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes aedificare Ierusalem. Et omnibus praefectis qui erant in Syria, & Phoenice, & Libano scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina a Libano in Ierusalem, vt aedificarent cum eis ciuitatem. Et scripsit omnibus Iudaeis qui ascendebant a regno in Iudaeam, pro libertate, omnem potētem, & magistratum, & praefectum non superuenire ad ianuas ipsorum, & omnem regionem quam obtinuerant esse immunem eis: & Idumaei relinquunt castrum quae obuiunt Iudaeorum, & in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dum aedificaretur, & super sacrificium holocaustomata hostilare quotidie, sicut habent praecipuum, alia talenta decem offerre per singulos annos, & omnibus qui procedunt a Babylonia condere ciuitatem, vt esset libertas tam ipsis quam

bel, & iudicio Darij, & omnium principum eius pronunciarum est, Omnibus fortior est veritas.

b *Pete a me quod vis, &c.* * **C**hrysof. Cum diceret ad eum Darius rex cu iuramento, *Pete a me quod vis*, vsq; ad dimidiū regni mei, respondit Zorobabel: Ego non peto regnū tuum,

sed ipse vrere eo in aeternum. Sed hoc peto, quod cepit pater vester Cyrus rex ante vos, vt dimittatis captiuitatem filiorum Israel redire in sua; Darius concessit.

c *Memor esto voti, &c.* * **C**omestor. Postulat ut Zorobabel fieri templi reaedificationem, & vasa Domini remitti in Ierusalem. Et gauisus est rex; nam id ipsum meminisse vouisse.

* **B**eda. De voto Darij dicitur communiter, quod cum videret Zorobabel reuertum ab Ierusalem in Persas propter impeditum aedificium, vouit quod si aliquando contingeret ipsum in regem eligi, ipse perficeret idem aedificium, immo

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et maiestas .i. quarumlibet dura ionum: & sic per maiestatem intelligi videtur aeternitas, quae in vno simplici numero continet virtualiter omnem durationem. Et concluditur.
- 2 Benedictus .i. Deus qui est ipsa veritas, sicut dicitur Deus maiestatis, vel bonitatis; quia ipse est ipsa maiestas, & bonitas.
- 3 Et omnes populi. Hic consequenter ponitur tertia opinionis approbatio, cum dicitur: Et omnes populi. Per hoc non reprobauerunt eius diuinitatem de similitudine mulierum, sed magis approbauerunt, quia dixerat veritatem mulierum fortitudini praeualere.
- 4 Tunc rex. Hic consequenter ponitur ipsius Zorobabel remuneratio. Circa quod primo describitur regis liberalitas, cum dicitur.
- 5 Pete, &c. vis amplius. s. praeter praemia superius expressa 3. c. & ex hoc loco patet, quod non solum fuerunt promissa verbo, sed etiam scripto. Cetera patent ex dictis.
- 6 Tunc ait. Hic secundo ponitur Zorobabel fidelitas, qui solum petit id quod pertinebat ad diuini cultus augmentum. Circa quod sic proceditur; in primo ponitur Zorobabel petitio, secundo petitionis concessio, ibi; Tunc surgens. tertio concessionis executio, ibi; Et cum procedi. Circa primum dicitur; Tunc ait regi, ipse Zorobabel.
- 7 Memor esto voti. Ex hoc videtur quod non solum vouerat reaedificare templum, sed et cum hoc agere ad reaedificationem ciuitatis circa templum.
- 8 In die qua. post patrem secundum opinionem Hebraeorum. Nam quoniam aliquis sic de nouo coronatur, consuetum est quod gratias faciat maxime ad honorem Dei. & huius voti conscius erat Zorobabel, qui erat de domo regia per reginam Esther, vt supra dictum est. secundum alios vero iste Darius erat vnus de septem magis qui habebant prouidere de rege, & volentes prouidere de seipsis magis, quam de aliis, condixerunt adinuicem, pille cuius equus primo binaret, cum in crastino conuenirent ad electum locum regnaret, quod contigit de equo Darij, & sic regnauit.
- 9 Et omnia vasa. Ad Dei cultum pertinentia.
- 10 Quae accepta. A Nabuchodonosor rege Babylonis.
- 11 Remittere. Ad locum suum.
- 12 Quae separauit Cyrus. Ab alia praeda.
- 13 Quando maetauit. i. interfecit Balthasar regem, & habitatores Babylonis pro magna parte.
- 14 Et voluit. Primo anno regni sui, & aliqua tunc remisit, vt habetur

betur 1. Esdr. 1. cap. & residua per istum Darium fuerunt remissa, sicut & pluribus vicibus fuerunt de Ierusalem exportata. & per partes primo tempore Ioachim filij Iosia, vt habetur Daniel. 1. Secundo tempore Ioachim filij eius 4. Reg. 24. Tertio tempore Sedecia. 4. Reg. 25.

15 Et tu voluisti aedificare. 4. Reg. dicitur, quod Nabuzardan, & Chaldaei hoc fecerunt. Dicendum, quod Idumaei erant in illo exercitu, & quoniam dicebat Iudaeos, sicut Esau pater eorum odiuerat Iacob patrem Iudaeorum; ideo incitauerunt Nabuzardan ad hoc faciendum propter quod dicitur hic hoc fecisse.

16 Et quod peto. i. signum tuae maiestatis. Vel aliter; & iungatur litera sic; Et quod peto a te, hoc est maiestas. i. honor diuinus. ideo subditur; Postulo, vt facias.

17 Tunc surgens Darius. Hic consequenter ponitur petitionis concessio, cum dicitur: Tunc surgens Darius rex, osculatus est illum. In signum amicitiae, & concessionis petitorum, iudeo subditur.

18 Et scripsit epistolas. Regalium negotiorum.

19 Vt deducerent eum. s. secure per omnia loca intermedia usque in Ierusalem.

20 Et omnibus praefectis. Nam per loca ista deducenda erant ligna cedrina in Ierusalem, partim per mare, & partim per terram.

21 Et scripsit omnibus. A seruitute, ita quod a dominis non impedirentur in Iudaeam ire. ideo subditur.

22 Omnem potentem, & magistratum praefectum. Ponendo aliquod impedimentum.

23 Et omnem re. Iudaei venientes in Iudaeam a tempore Cyri.

24 Esse immunem eis. A tributo.

25 Et Idumaei relinquunt. Nam Iudaeis in Babylonem ductis Idumaei occupauerunt castra Iudaeae, quae erant propinqua Idumaeae. Cetera patent vsque ibi.

26 Et super sacra. Aliis sanctuarium, i. altare holocaustorum.

27 Holocaustomata. id est, offerre. Et dicitur ab hostia, & immolare. ubi habent alii hostilare.

28 Quotidie sicut habent. Scilicet in lege Moysi, in qua praecipitur Exod. 20. quotidie vnum agnum mane, & alterum vesper in holocaustum offerri.

29 Talenta decem. s. ad hoc faciendum. Cetera patent vsque ibi.

30 Et omnibus qui procedunt a Babylonia. Praecedere debent alios in honore,

Gimò totam vrhem. Et hoc vouerat coram zorobabele amico suo conquerente.

a *Benedixit regem celi, &c.* * Chryscostomus. Exiens Zorobabel gratias egit Deo dicens: Benedictus es Deus & pater veritatis, quod sapientiam hanc in os meum misisti. Et ideo inuentus est rectè secundum prouidentiam Dei nominatus Zorobabel, i. hic doctor Babylonie. Quæ autem maior doctrina est, quam ostendere veritatem dominatricem omnium rerum? Et impletum est in eo, quod fuerat scriptum: *Super inimicos meos prouidentem me fecisti, mandato*

filiis eorum, & omnibus sacerdotibus qui pcedunt. scripsit autem & quantitatem, & sacram stolam iussit dari in qua deferuissent, & Leuitis scripsit dare pcepta vsque in diem qua consummabitur domus, & Ierusalem extruetur, & omnibus custodientibus ciuitatem scripsit dari eis sortes & stipendia. Et dimisit omnia vasa quæcunque separauerat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcunque dixit Cyrus & ipse pcepit fieri, & mitti Ierusalem. Et cum processisset ille adolescens eleuans faciem in Ierusalem, benedixit regem celi, & dixit: Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas. Et ego seruus tuus sum. Benedictus es qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor domine Deus patrum nostrorum. Et accepit epistolas, & profectus est in Babylonia. Et venit, & nuntiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia, & benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium, vt ascenderent & ædificarent Ierusalem & templum vbi nominatum est nomē eius in ipso, & exultauerunt cum musicis & læticia diebus septem.

Dato tuo, &c. Super omnes docentes me intellexi. Super seniores intellexi.

Cent. 3. cap. 28.

Maximus. Beatus qui cognouit Deum in nobis peragere omnem operationem, & speculationem, virtutem, cognitionem, victoriam, sapientiam, bonitatem, ac veritatem, nobis nihil omnino conferentibus, prater solum affectum volentem, quæ bona sunt. Quo pæditus magnus zorobabel inquit: *Benedictus es, &c.* Reuera gratus seruus omnia Deo referebat, vt potè qui dederat omnia, a quo sapientiam acceperat, pradicans illum vt patrum Dominum, &c.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 *Scripsit autem & quanti. dictæ pecuniæ vt ad literam regis expedite solueretur.*
- 2 *Et sacram stolam iussit dari. sacerdotibus.*
- 3 *In qua deferuissent. ad diuinum cultum, scilicet, dicta pecunia & stola, sicut dicitur de scypho quod in mensa deseruit vino.*
- 4 *Et Leuitis scripsit. scilicet, instandi operibus templi & ciuitatis vsque ad consummationem.*
- 5 *Et omnibus custodientibus. Ierusalem ab hostibus irruentibus.*
- 6 *Scripsit dari eis sortes. id est, loca determinata ad habitadum.*
- 7 *Et stipendia. ad victum & vestitum. Cetera patet ex dictis.*
- 8 *Et cum process. Hic consequenter describitur concessiois executio. Et primo quantum ad Zorobabel. Secundo quantum ad eius comitiam, cap. 5. Circa primum dicitur: Et cum pro. Zorobabel recedens a rege de terra Persidis.*
- 9 *Ille adolescens. tamen secundum veritatem Zorobabel filius Salathiel de quo videtur hic scriptura loqui, secundum maiorem computationem habebat tunc quadraginta annos & amplius. nam a primo anno Cyri fuit dux eorum qui de Babylonia redierunt in Iudæam. vt patet 1. Esdræ 2. cap. secundum vero minorem computationem, Cyrus post monarchiam acceptam regnavit quatuor annis & post eum filius eius Cambyses octo, & post illum Assuetus quatuordecim, cui successit iste Darius. & Zorobabel anno primo Cyri videtur fuisse annorum 20. vel circiter, quando Cyrus dedit licentiam redeundi, qui simul iuncti, sunt anni quadraginta sex, propter quod & plura alia iste liber sicut dixi a principio videtur esse multum apocryphus.*
- 10 *Eleuans faciem in Ierusalem. i. versus Ierusalem. sic enim orabant*

- orabant Iudei extra Ierusalem positi, sicut patet de Da. 6. ca
- 11 *Bene. re. &c.* Agendo gratias sibi.
- 12 *Abs te. id est, à te.*
- 13 *Est vi. &c.* Quam habui de alijs duobus socijs meis.
- 14 *Et abs te est sapientia. Quam dixi de mulieribus & veritate.*
- 15 *Et claritas. id est, honor, quo Darius honorauit me.*
- 16 *Et ego seruus tuus sum. Paratus ad tuum obsequium.*
- 17 *Et accepit epist. regis pædictas, quæ erant de quatuor. Primo de securo transitu per terras vsque in Ierusalem. Secundo de lignis habendis de Libano pro templi & ciuitatis edificio. videtur tamen quod ista gratia quantum ad edificium ciuitatis fuit posita in effectu per Nehemiam. Nehemiæ 1. Tertiò de libertate concessa Iudeis à seruitute & tributo. Quarto de pecunijs à rege concessis pro edificio templi & sacrificijs, vt patet ex pædictis.*
- 18 *Et profectus est. de Perside.*
- 19 *In Babylonia. id est, in Babylonia regionem, in qua remanserunt multi Iudei, quando Zorobabel & eius socij primo venerunt in Iudæam tempore Cyri, vt dictum fuit 1. Esdræ 1. capit.*
- 20 *Et venit & nuntiauit. id est, Iudeis commorantibus in regione Babylonia.*
- 21 *Et benedixerunt Deum. pro gratijs Zorobabel concessis.*
- 22 *Quoniam dedit illis remissionem. A seruitute.*
- 23 *Et refrigerium. A tributo.*
- 24 *Vt ascenderent & ædi. Ier. de quo habebant magnum desiderium. gratia enim primo facta a Cyro, per Cambysem eius filium fuerat reuocata, sicut patet satis per primum Esdræ cap. 4. propter quod Iudei qui remanserant in regno Babylonia & Persidis, in Iudæam venire non poterant sine nouo privilegio.*

CAPIT V.



CAPIT V.

Ost hac autem lecti sunt, vt ascēderēt principes pagorū per domos & tribus suas, & vxores illorū & filij & filia eorum, & serui & ancillæ ipsorum, & pecora illorū. Et Darius rex misit vna cū eis equites mille, donec deducerēt eos in Ierusalē cum pace, & cum musicis,

vt nullatenus impedi-
rent Iudeos, sed de
sumptibus regis iur-
uarent eos, dantes eis
per singulos dies ho-
stias, simlam, vinum
& sal: vt offerant ea
Deo celi, & orant pro
vita regis, & filiorum
eius.

a Sacerdo-

Post hac autem lecti sunt, vt ascend. &c. * Comestorum. Scripsit principibus suis Darius per epistolam trans flumen, vt

NICOLAUS DE LYRA. CAP. V.

Post hac autem. Hic describitur recessus Zorobabel quantum ad eius comitiū. Et primo in generali, cum dicitur.

1 *Post hac autem. id est, collecti siue congregati. Legere enim in vna significatione idem est quod colligere. vnde*

vnde versus. Fur aurum, virgo flores mare nauaque, libros Clericus, æquiuocè singula quisque legit.

2 *Vt ascender. principes pag. id est, prouinciatum siue villarum.*

3 *Et Darius rex mi. vn. cum eis equi. vt possent procedere securè.*

4 *Et cum mu. Ex gaudio libertatis, & pro alienatione laboris in itinere.*

A & cum tympanis, & tibijs: & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cū eis. Et hæc sunt nomina virorum, qui ascenderunt per pagos suos in tribus & in partem principatus ipsorum Sacerdotum: filij Phinees, filij Aaron: Iesus, filius Iosedec, Ioacim, filius Zorobabel, filij salathiel de domo Dauid, & progenies Phares, de tribu autem Iuda qui locutus est Dario regi Persarum sermones mirificos, in secundo anno regni ipsius mense Nisan primo. Sunt autem hi qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrations, quos transmigravit Nabuchodonosor rex Babylonie in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem. Et requisituit partem Iudæe vnusquisque in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel & Iesu, Nechemias, Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelsuro, Mechpsatochor, Oloro, Emonia, vnus de principibus eorum, & numerus a Gentilibus eorum, ex præpositis eorum. Filij Phares, duo millia cētum septuaginta duo. Filij Ares, tria millia quinquaginta septem. Filij Phæmo, centum quadraginta duo. In filijs Iesu & Ioabes, mille trecentiduo. Filij Demu, duo millia quadringēti septuaginta. Filij Choraba, ducenti quinquaginta. Filij Banica, centum sexaginta octo. Filij Bebech, quadringentitres. Filij Archad, quadringenti vigintiseptem. Filij Chan, trigintaseptem. Filij Zoroar, duo millia sexagintaseptem. Filij Adin, quadringenti, sexaginta vnus. Filij Aderecis, centum octo. Filij Ciaso & Zelas, centum septem. Filij Azoroc, quadringēti triginta nouem. Filij Iedarbone, centum trigintaduo. Filij Ananæ, centum triginta. Filij Afoni, nonaginta. Filij Marsar, quadringenti vigintiduo. Filij Zabar, nonaginta quinque. Filij Sepolemon, centum vigintitres. Filij Nepopas, quinquaginta quinque. Filii Hechanatus, centum quinquaginta octo. Filii Cebethamus, centum trigintaduo. Filii Crearpantos qui Enocadies & Modie: quadringenti viginti-

gintitres. Qui ex Gramas & Gabea, centum vigintivnus, qui ex Besselon & Ceagge, sexagintaquinque. Qui ex Bastaro, centum vigintiduo. Qui ex Bechenobes, quinquagintaquinque. Filii Liptis, centum quinquagintaquinque. Filii Labonim, trecenti quinquaginta septem. Filii Sicheim, trecenti septuaginta. Filii Suadon & Chomus trecenti septuaginta octo: Filii Ericus, duo millia centum quadragintaquinque. Filii Anaas, trecenti septuaginta. Sacerdotes. Filii Iedus, filii Euther, filii Eliasib, trecenti septuaginta duo. Filii Emerus, ducenti quinquaginta duo. Filii Fasurii, trecenti quinquaginta septem. Filii Caree, ducenti vigintiseptem. Leuitæ: Filii Iesu in Caduhel, & Bamis, & Serebias, & Edias septuaginta quatuor. Oīs numerus a duodecimo anno, triginta millia quadringenti sexaginta duo. Filii & filia & vxores, oīs cōputatio, quadraginta millia ducenti quadraginta duo. Filii sacerdotum qui psallebant in templo. Filii Asaph, centum vigintiocto. Oltiarij verò filij Esmenni, filij Azer, filij Amon, filij Accuba, Topa, filij Tobi, omnes centum triginta nouem. sacerdotes seruientes in templo. Filij Sel, filij Guspha, filij Tobloch, filij Caria, filij Su, filij Heliu, filij Labana, filij Armacha, filij Accub, filij Vtha, filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij Anani, filij Cāna, filij Geddu, filij An, filij Radin, filij Desanon, filij Nechoba, filij Caleba, filij Gaze, filii Ozui, filii sinone, filij Attre, filij Hastem, filij

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et hæc sunt nom. Hic consequenter describitur comitina Zorobabel in speciali. Et primo quantum ad personas hominū. Secūdo quantum ad numerum animalium, ibi. Cameli. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur hominum numeratio. Secundo aliquorum distinctio, ibi. Hi sunt filij. Prima adhuc in tres, quia primo ponuntur comitine duces. Secundo vulgares, ibi. Sunt autem hi. Tertio sacerdotes, ibi. Filij sacerdotum. Circa primum sciendum quod sicut dicit Iosephus 11. lib. antiquitatū. Zorobabel exstitit in Iudæa audita coronatione Darii, iuit ad eum ut impetraret per se fieri templum, cuius constructio fuerat impedita per Cyribsem Cyri filium, ut habetur 1. Esd. 4. & infra septuaginta 10. ca. Et factus fuit corporis sui custos per modum supradictum. Et secundo anno Darii impetravit intentū per modū predictū. Duxit autē se cū filiis suis, de quo sit hic mentio, et Iesum filium Iosedec sacerdotis magni qui habebat negotiū cordi sicut & Zorobabel. Et isti tres adduxerunt tunc populum in hoc capitulo numeratum, præter eos quos ante adduxerunt tempore Cyri. Et sic patet sententia primæ partis hoc excepto. **2** Men. i. qui primus est in mēsis anni. Exo. 12. Sed hoc intelligē dum quantum ad solēnitates que fiūt opud Hebræos per circulum anni. Sed quantum ad alia negotia primus mēsis anni dicitur Tisri opud eos, qui correspondet Septēbri nostro. sicut dixi plenius Gen. 7. et Exo. 12. **3** Sunt autem. Hic consequenter ponitur numeratio vulgarium. Et patet

patet sententia, quia solum ponuntur hic nomina hominū et numerum eorum, exceptis paucis que exponuntur. **4** Quos trā. i. filios eorū quos transmigravit. Nā vltimo ducti in Babylonē fuerūt captiui eū Sedecia rege, a quo tempore vsq; ad secūdū annū Darii, qui dedit hanc licentiā rediendi in Iudæam, fixerūt 70. anni secūdū minōrē cōputationē, et adhuc plures secūdū illā quæ secutus sum iudicio meo tanq̄ veriorē. Esth. 1. et Deu. 9. et sic pauci aut nulli de trāsmigratis remāserūt viui, vñ et Zorobabel dux istorū fuit natus in Babylonia, & pp hoc sic nominatus Zorobabel. i. s. mē Babyloniæ. **5** Et re. su. Iungatur sic litera. Et re. su. Ad faciendū Deo oblationē. **6** Vnus. in ci. su. scilicet, de Ierusalem oblatione sua facta. **7** Et re. par. lu. s. illam in qua non erat hereditas patrum suorum. Alii sic habēt. Et requisituit partē Iudæe. Et tūc exponit affirmatiue vñ illā in qua erat hereditas patrū suorū. Et continetur litera. Vnusq; in ciuitatem suam, ut supra. Qui venerunt. Sequitur. **8** Et numerus. eorum separatus. **9** A Gentilibus. Babyloniā habitantibus. **10** Ex præposit. eo. id est, factus est per præpositos Iudæorum. **11** Omnis cōp. hoc additur, quia in hoc numero aliqui includuntur, quorum nomina et numerus partialis non exprimentur cū predictis. **12** Filij sac. Hic consequenter ponitur numeratio quantum ad sacer-

A filii Afiana, filii Manei, filii Nasifim, filii Acufu, filii Agista, filii Azui, filii Fauon, filii Phafalon, filii Meedda, filii Phufa, filii Caree, filii Barcus, filii Saree, filii Coefi, filii Nasith, filii Agisti, filii Pedon, Salomon, filii eius, filii Afophot, filii Phazida, filii Celi, filii Dedon, filii Gaddahel, filii Sephegi, filii Aggia, filii Sachareth, filii Sabbathem, filii Caroneth, filii Malfith, filii Ame, filii Safus, filii Addus, filii Suba, filii Eura, filii Rahotis, filii Phafphar, filii Malmom. Omnes sacro feruientes, & pueri Salomonis, quadringenti octogintaduo. Hi sunt filii qui ascenderunt a Chermel, & Therfa, principes eorum, Carmelam, & Careth: & non poterant edicere ciuitates suas, & progenies suas, quemadmodum sint ex Israel. Filii Dalari, filii Thubal, filii Nechodaici, ex sacerdotibus qui fungebantur sacerdotio, & non sunt inuenti filii Obia, filii Achifos, filii Adidin: qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu, & vocati sunt nomine eius. Et horum **B** quæfita est generis scriptura in pedatura, & non est inuenta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi. Et dixit illis Nehemias, & Astharas ne participentur sancta, donec exurgat pontifex doctus in ostensionem, & veritatem. Omnis **C** autem Israel erat, exceptis feruis, & ancillis, quadraginta milia, trecenti quadraginta. Serui horum, & ancillæ, septem milia trecenti trigintaseptem. Cantores, & cantatrices, **a** dicenti sexagintaquinque. Cameli, quadringenti trigintaquinque. Equi septem milia trigintasex. Muli, ducenta milia quadragintaquinque. Subiugalia quinque milia vigintiquinque. Et de præpositis ipsis per pagos, dum venirent in templum Dei, quod erat in Ierusalem innotiare, &

a Cantores, & cant. & c.
* Beda. Bene cantoribus etiam cantatrices junguntur propter sexus & vocum diuersitatem, que corda audientium ad Dei laudem accendant.

b Instant-

fuscitare templum in loco suo secundum suam **D** virtutem, & dari in templum thesaurum operum sacrum, auri minas duodecim milia, & minas argenti quinque milia, & stolas sacerdotales centum. Et habitauerunt sacerdotes, & Leuitæ, & qui exierant de plebe in Ierusalem, & in regione, & sacri cantores, & ostiarii, & omnis Israel in regionibus suis.

9 Instante autem septimo **bb** Instante autem septimo mense, cumque essent filii Israel vnusquisque in suis rebus, conuenerunt oës vnanimis in atrium, quod erat ante ianuam orientalem. Et stantes Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, parauerunt altare, vt offerrent super illud holocaustomata, secundum quod in libro Moyfi hominis Dei **10** scripta sunt. Et conuenerunt ibi ex aliis nationibus terræ, & erexerunt **11** crarium in loco suo omnes gentes terræ, & offerebant hostias, & holocaustomata Dño matutina. Et egerunt scenophegia, & diem solemnem, sicut præceptum est in lege, & sacrificia quotidie, sicut oportebat, & post hæc oblationes institutas, & hostias sabbathorum, & neomeniarum, & dierum solemniū omnium sanctificationum. Et quotquot vouebant Domino a neomenia septimi mensis, cœperunt **12** hostias offerre Deo, & templum Dñi nondum erat ædificatum. Et dederunt pecuniã lapidariis, **13** & fabris, & potum, & pabula cum gaudio. Et dederunt **14** carra Sidoniis, & Tyriis, vt trãsueherent illis de Libano trabes cedrinæ, & facerent rates in

bb Instante autem septimo mense, & c. * IOSEPHYS. Cum septimus uenisset mensis ex quo de Babylone egressi sūt, mittens Iesus princeps Sacerdotum, & Zorobabel iudex, cunctos ex prouincia Ierofolymis congregauit. Qui sine dilatione construxerunt altare, in loco quo prius ædificatum fuerat, & legitimas super ipsum hostias obtulerunt secundum legem Moyfi. Dumque hæc facerent, gentes offende-

Li. 11. Ant. c. 3

E

C Aedi-

F

NICOLAUS DE LYRA.

dotes, et Leuitas in diuersis officijs ministrantes. Et patet litera vsq. ibi.

1 Omnes sac. ser. i. in sacro ministerio.

2 Hi sunt filij. Hic ponitur quorundam ab aliis distinctio, et primo vulgariū qui nescierunt ostendere radicem generis sui, propter quod ignotum fuit vtrum essent de genere Israel, vel non, iuncti sunt tamen populo Israel, sicut & gentiles, qui conuertebantur ad Iudaismum. Secundo sacerdotum qui non potuerunt inuenire genealogiam suam, nec per consequens ostendere quod essent de sacerdotali genere, & sic prohibiti sunt comedere panes propositionis, quibus licitum erat uti tantum sacerdotibus. Et patet sententia ex dictis exceptis quæ sequuntur.

3 Et horum quæfita est. i. inuestigatio genealogia, & dicitur a pedapeda, quod significat idem quod vestigium.

4 Donec ex. & c. qui sciat super hoc veritatem dicere per scripturam, vel spiritum prophetia.

5 Om. au. Is. et. 12. milia, & c. ly 12. milia. non est de textu, sed insertum est per imperitiam scriptorum, quia contradicit ei quod subditur.

6 Quadragin. hic ponitur numerus animalium. Et patet bis exceptis. **7** Subiugal. per quæ intelliguntur asini & boues, hic non expressi, & sunt iugo, & oneribus deputandi.

8 Dum ve. & c. i. in locum vbi fuerat templum, quia nondum erat reedificatum, sed postea anno sexto Darii fuit consummatum, vt habetur 1. Esd. 6. cap.

Instant.

9 Instant. aut. postquam posita sunt huius libri propria, hic reuertitur auctor ad repetendum quæ sunt alibi scripta. Et primo quæ contigerunt sub Zorobabel dicit. Secundo sub Esdra sacerdote, cap. 8. prima in tres, quia primo repetitur fundationis templi inchoatio. Secundo impedimenti procuratio, ibi. Et audierunt. Tertio operis resumptio, c. 6. Circa primum primo ponitur altaris holocausti erectio. Et patet sententia ex dictis 1. Esdræ 3. exceptis quæ sequuntur, Inst. au. se. men. Hoc non refertur ad illud quod dictum est in parte præcedenti, quod fuit tempore Darii, sed refertur ad tempus Cyri, quando Iudæi primo redeuntes de Babylone venerunt in Ierusalem, vt patet in litera sequenti.

10 In atrium quod. i. quæ prius fuerat, quia nondum erat reedificata. **11** Et conue. ibi ex aliis nationibus, quia plures de Iudæis qui cœserant Chaldaos in destructione Ierusalem, & fugerant in Aegyptum, & in aliis locis circa Indeam, audito rediit illorum qui uenerant de Babylone, uenerunt ad eos.

12 Et erexerunt sacrari. i. altare holocausti.

13 Omnes gentes. i. Iudæi qui redierunt de multis gentibus.

14 Et egerunt scen. i. festum tabernaculorum, quod celebratur septimo mense.

15 Et templum. Hic repetitur templi fundatio. Et patet litera ex dictis 1. Esdræ 3. bis exceptis.

16 Et dederunt. id est, currus ad trahendum ligna vsque ad mare.

17 Et facerent. Ligna sunt coniuncta ad inuicem fortiter, quæ ducuntur ad mare.

Tom. 2.

ZZ 2

capitulum

C a *Aedificabimus vna vobiscum.* Et. *Et Iosephus.* Cum clangores tubarum audissent Samaritanorum erga tubum Juda & Benjamin habentes, concurrerunt, concurrebant, causam tubae volentes agnoscere. Videntesque quod captiuum Iudaeam Babylone redeuntes templum reaedificassent, petierunt ut ipsis quoque permitteretur, vna cum eis templum renouare. Nam non colimus, dicebant, minus ab illis Deum, quoniam & religionis cupidi ex illo tempore sumus, ex quo nos hic Salmanasar Assyrus rex ex Chutia & Media migravit. Zorobabel & princeps sacerdotum Iesus responderunt impos-

Lib. 11. Ant. cap. 3.

B

C

Ioppe portu, secundum decretum, quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum, et in secundo anno venientes in templum Dei in Ierusalem mensis secundo, inchoavit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, & fratres ipsorum, & sacerdotes, & Leuitae, & omnes, qui aduenerant de captiuitate in Ierusalem, & fundauerunt templum Dei, nouilunio secundi mensis secundi anni, cum venissent in Iudaeam, & Ierusalem. Et statuerunt Leuitas à viginti annis super opera domini, & stetit Iesus, & filius eius, & fratres, omnes Leuitae conspirantes, & executores legis facientes opera in domo domini. Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis, & Leuitae filij Asaph habentes cymbala, collaudantes dominum, & benedicentes secundum Dauid regem Israel. Et cantabant canticum domino, quoniam dulcedo eius, & honor in secula super omnem Israel. Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt voce magna, collaudantes dominum in suscitatione domus domini. Et venerunt ex sacerdotibus, & Leuitis, & praesidentibus secundum pagos senioribus, qui viderant pristinam domum, & ad huius aedificationem cum clamore, & plactu magno, & multi cum tubis, & gaudio magno, intantum ut populus non audiret tubas propter planctum populi, turba enim erat tubis canens magnifice, ita ut longe audiretur. Et audierunt inimici tribus Iudae, & Benjamin, & venerunt scire, quae esset vox tubarum. Et cognouerunt, quoniam qui erant ex captiuitate, aedificant templum domino Deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel, & Iesum, & praepositos pagorum, dixerunt eis: Aedificabimus vna vobiscum. Similiter enim audiuimus dominum nostrum, & ipsi pariter incedimus à diebus Asbazarath regis Assyriorum, qui transmigravit nos huc. Et dixit illis Zorobabel, & Iesus, principes pagorum Israel. Non est nobis, & vobis aedificare domum Dei nostri. Nos enim soli aedificabimus domino Israel, secundum ea, quae praecipit nobis Cyrus rex Persarum. Gentes autem terrae incubantes his, qui sunt in Iudaea, & leuantes opus aedificationis, & insidias, & populos adducentes, prohibebant eos aedificare, & aggressuras exercentes impediuerunt ne consummaretur aedificium omni tempore vitae Cyri regis, & pertraxerunt structuram per biennium usque ad Darij regnum.

impossibile est se eis communicare; adorare vero si velent, licere: & hoc solum illis esse commune, & omnibus venientibus ad templum, adorare Deum. *Et Cyrillus.* Alex. Zorobabel est mens actiuus, Iesus autem contemplatiua, principes familiarum sunt potestates animarum. Ad eos accedunt demones volentes simul edificare domum domini. Dolo se enim affectibus sese insinuant, tanquam simul cum eis prompto animo id agerent, ut perditio me diocritatis aequilibrio, feramur ad aliud eis gratum. Sed Zorobabel & Iesus repulerunt illos, bene scientes quod eorum admissio totam destruit aedificationem.

NICOLAUS DE LYRA.

cuntur per mare sicut naues.
 1 *Secundum decretum.* Ex hoc patet quod dictum est, scilicet quod hoc referuntur ad tempus Cyri.
 2 *Et secundum mensis Dei noui.* Id est in principio secundi mensis. Nam Hebraei faciunt menses secundum lunationes.
 3 *Et secundum mensis Leuitae.* id est, vno spiritu & voluntate ad opus Dei aspirantes.
 4 *Et bene secundum Dauid.* Id est, secundum psalmos ab eo compositos.
 5 *Et secundum inimicis.* Hic consequenter ponitur operis impedimentum. Et patet sententia ex dictis 1. Esdræ 4. exceptis quae sequuntur.

6 *A diebus Asbazarath.* 1. Esdræ vocatur Assor haddam.
 7 *Gen. au. ter. inc.* id est, vigilanter insidiantes ad opus impediendum.
 8 *Et aggressuras exercentes.* id est, insultus praeparantes. & dicitur ab aggredior.
 9 *Et prot. stru. per bienn. &c.* Istud non potest sic intelligi, quod à tempore huius impedimenti fuerit tantum biennium usque ad Darij regnum. Nam secundum minorem computationem fuerunt ibi viginti duo anni. & ideo istud biennium intelligitur de impedimento operis per insidias Samaritanorum, ita quod Iudaei parum poterat operari, & interim procurabant Samaritani ad mandatum regis, opus totaliter impediri, quod est factum in fine illius biennij, & durauit usque ad secundum annum Darij.

6 A die-

CAP. VI.

In secundo, *Et Iosephus.* Hec faciebant anno à reditu Iudaeorum secundo, mense secundo, quando iactis templi fundamentis, prima die Decembris ceperunt superstruere, propolueruntque operi curando

Lib. 11. Ant. cap. 3.



CAP. VI.

In secundo autem anno regni Darij, prophetauit Aggaeus, & Zacharias, filius Addin prophetae apud Iudaeam, & Ierusalem, in nomine Dei Israel super eos. Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerunt aedificare domum domini, quae est in Ierusalem, cum adessent eis prophetae domini, & adiuuarent eos. In illo tpe venit ad illos

do quotquot Leuitarum vigesimum annum attigerant, & Iesum cum filiis ac fratribus.
 b *Tunc stans Zorobabel, &c.*
 Et Cyrillus. Zorobabel novus qui per venterem fuit figuratus, est Iesus Christus, qui fuit conceptus in consuetudine

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. VI.

In secundo anno. Hic consequenter describitur operis resumptio. Et secundo resumptionis confirmatio, ibi: *In ipso tempore venit.* Prima pars patet ex dictis 1. Esdræ 5. cap. hoc excepto.
 2 *Zachari. fil. Add. prophetae.* 1. Esdræ 5. cap. dicitur: *filius Addo.* & est

& est idem nomen variatum in fine: sicut frequenter fit in nominibus proprijs in Gallico & Latino.
 3 *In illo temp. venit ad illos.* Hic consequenter ponitur resumptionis confirmatio. Circa quam primo ponitur aedificantiu interrogatio & responsio. Secundo responsionis ad regem relatio, ibi: *Exemplum epistola.* Tertio regis responsio, ibi: *Tunc Darius rex.* Sententia prima & secunda partis patet ex dictis 1. Esdræ 5. c.
 Tunc Da-

tollet iniquitas a terra, & iustitia regnabit in vos. **D** Non dicat peccator se non peccasse, qm̄ carbonēs ignis cōburet sup. caput eius, qui dicit nō peccaui corā Deo & gloria ipsius. Ecce dñs cognoscat oīa opera hoīum, & adinventiones illorum, & cogitationes illorum, & corda illorum. Dixit. n. Fiat terra, & facta est. Fiat cælum, & factum est. Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt, & nouit numerū stellarum. Qui scrutatur abyssum & thesauros illatū. Qui mēsus est mare & conceptū eius. Qui cōclusit mare in medio aquarum, & suspendit terram super aquas verbo suo. Qui extendit cælum quasi camerā, sup. aquas fundauit eum. Qui posuit in deserto fontes aquarum, & sup. verticē montium lacus ad emittēdum flumina ab eminēti petra, vt potaret terrā. Qui finxit hoīem, & posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, vitā, & intellēctū & spiramen Dei oīpotentis qui fecit oīa, & scrutinat oīa absconsa in absconsis terrē. Hic nouit adin **E** uentionē vestrā, & q. cogitatis in cordib. vestris peccātes & volētes occultare peccata vestra. Propter qd̄ dñs scrutinādo scrutinauit oīa opera vestra, & traducet vos oēs, & vos cōfusi eritis, cum processerint peccata vestra corā hoībus, & iniquitates erūt q. accusatores stabunt in die illo. Quid facietis, aut quō abscondetis peccata vestra corā Deo & angelis eius? Ecce iudex Deus. Timete eum. Desinite a peccatis vestris, & obliuiscamini iniquitates vestras iā agere eas in sempiterno, & Deus educet vos & liberabit de oī tribulatione. Ecce. n. incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapiēt quosdam ex vobis, & cibabunt idolis occisos, qui consenserint eis erunt illis in derisum, & improperiū & in conculcationem. Erit. n. locus locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa super timentes dñm. Erūt quasi insani, nemini parcētes, ad diripiēdum & de uastādum adhuc timentes dñm, quia deua stabunt **F** & diripiēt substantias, & de domib. suis eos eiciēt. Tunc parebit probatio electorum meorum, vt aurum q. probatur ab igne. Audite dilecti mei dicit dñs. Ecce adsunt dies tribulationis, & de his libera bo vos: Ne timeatis nec hæsitetis, qm̄ Deus dux vester est. Et qui seruat mandata & præcepta mea, dicit dñs Deus: ne ppōderent vos peccata vestra, ne super eleuent se iniquitates vestræ. Væ qui constinguntur a peccatis suis, & obtegūtur ab iniquitatib. suis, quē admodum ager cōstringitur a sylua & spinis tegitur semita eius p. quam nō transit homo: & excluditur, & mittit ad deuorationē ignis.

HIERONYMI AD CHROMATIVM HELIODORVM

IN TOBIAM PROLOGVS.



Chromatio & Heliodoro episcopis, Hieronymus presbyter in domino salutem. Mirari non desino exactiōnis vestræ instantiam. Exigitis enim, vt librum Chaldaeo sermone conscriptum ad Latinum traham, librum vtique Tobix: quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ agiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro non tamen meo studio. Arguunt enim nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonem ꝑ Latinis auribus ista transferre, sed melius esse iudicans, Phariseorum displicere iudicio, & episcoporum iussionibus deseruire, iussit vt potui. Et quia vicina est Chaldaeorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque lingue peritissimum loquacem reperiens, vnus diei laborem arripui, & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit: hoc ego accito notatio sei monibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cum gratum vobis didicero me, quod iubere estis dignati, complessc.

A
Ca. 47.

C A P. I.



Tobias ex tri. & Concilium Carthag. 3. confir-
matum in 6. Synodo uniuersali. Placuit ut
preter scripturas canonicas, nihil in ecclesia
legatur sub nomine diuinarum scripturarum

Sunt autem ca-
nonice scripturę, Genesis Exo-
dus, Leuiticus, & Daniel, To-
bias, &c.

* Concilium. Florenti-
num, Decernimus unum atq;
eundem Deū veteris ac noui
testamenti auctorem, quomā
codē Spiritu inspirate, vniuf-
que testamenti sancti locuti.

B sunt, quorum libros suscipit & b
veneratur Ecclesia, qui titulis
sequentib. continentur. Quin-
que Moyti, Iosue, Iudicum,
Ruth, quatuor Regum, duo
Paralipo. Estras, Neemias, To-
bias, &c.

Epist. 7. * Clemens Rom. In vetere testamento scriptum habetur.
Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Tob. 4. * Alexand. primus. Si Trinitas non est, cur Tobias ita dixit-
se docetur, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ip-
se impleat benedictionem suam in vobis?

Epist. 1. * Cyprian. Loquitur in scripturis Spiritus sanctus, & dicit.
Elemosynis, & fide delicta purgantur.

Ser. de elec-
mos. & ser. de
orat. domini-
ca. * Idem. Et ideo scriptura diuina instruit dicens. *Bona est ora-
tio cum ieiunio & elemosyna.*

* Ambros. Lecto prophetico libro, qui inscribitur To-
bias

C
L. de Tobia
cap. 1.

LIBER TOBIAE.

C A P. I.



Tobias ex tribu, & ciui-
tate Nephthali, quę est
in superioribus Galilęe

a Honos domini.
b Personam describit aptam negotio.

a Inter illos abductos de quibus dicitur. *Et anno
tempore alleuata est terra Zibulon.*

a Rort. Huius mundi rem superans, supe-
riora querens, inferiora & volubilia relinquit.

bas, quamuis plene uobis intretes sancti Prophetę scriptura
insinuauerit, tamen reopendario mihi sermone de eius meri-
tis recensendis, & operibus apud vos ut ad iam arbitror, ut
ea quę scriptura historico more digessit laucius, nos strictius
comprehendamus.

* Athana. Tobias vocatur hic
liber, propterea quod historia
illius habet. Erat autem hic de
tribu Nephthali, &c. Is cum
cæcus fieret, erat annorum
58. cum vero visum recipere-
ret 66.

* Idem. Tobie exordium
est. *Liber sermonum Tobie, filij To-
biel, filij Annaniel, &c.*

Beda. Liber Tobie est in su-
perficie literę salubris. Maxi-
mis enim uite moralis
exemplis abundat, & monitis.
Sed quantum pomu folijs,
tantum, historie allegoria

præcellit. Maxima enim ecclesie continet sacramenta.
Ipse enim Tobias populum Israel significat, qui cæteris
gentibus idololatrice deditis, fide recta & operibus Deo
seruiebat, vnde. *Cum irent. Ieroboam namque qui fabrica-
uit ad deceptionem subditorum vitulos aureos, idolola-
trie cultores exprimit, quorum complices significantur in
subditis.*

b Nephthali. Beda. Latitudo, de qua. *Latum mandatum
tuum nimis. cuius tribus id est, filij populus fidelis, eius ci-
uitas ecclesia, de qua. Non potest ciuitas abscondi supra montem
posita.*

Incipit præfatio venerabilis Magistri Nicolai de Lyra super lib. Tobie.



Hec oportuit facere, & illa non omittere. Matt.
23. c. Postquam, auxiliante Deo, scripsi super li-
bros sacre scripturę canonicos, incipiendo a prin-
cipio Gen. & procedendo vsque ad finē Apoc.
de eiusdem confisus auxilio super alios intendo

scribere, qui non sunt de canone. s. liber Sapientię, Ecclesia-
sticus, Iudith, Tobias, & libri Machabæorum, secundū quod
Hier. dicit in prologo galeato, qui præmittitur libris Reg.
Et idē dicit de libro Baruch in eius prologo, & de secundo
Estrę in prologo super Estrę: pp hoc assumpsi verbum
propositi. *Hec oportuit, &c.* in quo duo possunt notari. Primū
est necessitas operis pcedentis, ibi. *Hec oportuit facere.* Secun-
dū est utilitas operis subsequēntis ibi. *Et illa non omittere.* Cir-
ca primū sciendum, quod libri sacre scripturę qui canonici
nuncupantur, tantę sunt auctoritatis, quod quicquid ibi con-
tinetur, verū tenetur firmiter & indiscusse, & per cōsequens
illud quod ex hoc concluditur manifeste. nam sicut in scrip-
turis Philosophicis veritas cognoscitur per reductionem ad
prima principia per se nota, sic in scripturis a catholicis do-
ctoribus traditis veritas cognoscitur, quantū ad ea quę sunt
fide tenenda per reductionem ad scripturas sacre scripturę
canonicas, quę sunt habitę reuelatione diuina, cui nullo mo-
do falsum potest subesse, pp qđ intellectus earū necessarius
est ecclesie, & id de expolitione earū pot dici illud quod scri-
bitur Ecclesia 24. c. *Hec oia liber vite.* i. oēs libri expoliti i ope-
re pcedenti continentur in libro reuelate verita-
tis a Deo: qui est ipsa vita, Sicut. n. diuina pcedestinatō dici-
tur liber vite, sic & hæc scriptura diuinitus reuelata liber vi-
te dicitur, tum quia a vita per essentiam procedit, vt di-
ctum est, tum quia ad vitā beatam perducit. Circa secūdū cō-
siderādum, quod libri qui non sunt de canone, recepti sunt
ab ecclesia, ut ad morum informationem in ea legantur: tñ
eorum auctoritas ad probandum ea quę in cōtentionem ve-
niant minus idonea reputantur, vt dicit Hieron. in prologo
su-

Diuisio.

super lib. Iudi, & in prologo super parabolas Salomonis.
pp quod sunt minoris efficacię quam libri canonici, & ideo
possumus dicere dño a quo est omne bonū illud quod scri-
bitur Iudic. 9. b. Illa post illa cogitata. Licet. n. in actu cogitā
di diuino non sit prius aut posterius, cum sit vnicus & simpli-
cissimus, tamen in effectibus ab eo præcogitatis est ordo tē-
poris & dignitatis, & sic veritas scripta in libris canonicis
prior est tēpore quantū ad plura, & dignitate quantum ad
omnia quam sit illa quę scribitur in non canonicis, utilis tñ
est ad directionem in via morum, vt dictum est, per quam
peruenitur ad regnum cælorum: Quod nobis concedat, &c.

Incipit postilla eiusdem super Tobiam.

C A P. I.

Tobias ex tribu &c. In exponendo libros qui non sunt de cano-
ne inuendo tenere temporis ordinem quo scripti sunt, vel quo in
eis contenta contigerunt, exceptis libris Sapientię & Ecclesia. qui mo-
rales sūt, et post historiales ponētur, vltimo vero secundus Estrę, qui mi-
noris auctoritatis merito reputat. Sic igitur incipio a libro Tobie, cuius
historia primo contigit. s. anno sexto Ezechie regis Iudę, quia capti-
uatus fuit Tobias per Salmanasar regem Assyriorum, vt patet inf. cō.
ca. qui regnum. 10. tribuum captiuauit ann. 6. Ezechie, vt habetur.
4. Reg. 18. Liber igitur iste in duas partes diuiditur, quia primo descri-
bitur Tobie conuersatio virtuosa, secundo Dei consolatio gratiosa. 4. c.
Prima in duas. s. in partem principalem & incidentalem, quę incipit
ibi. Eadem itaque die. Prima adhuc in tres, quia primo describit eius
virtuosa conuersatio in terra captiuitatis. Secundo terra natuitatis ibi.
Cum esset iunior. Tertio reuertitur auctor ad describendam conuersa-
tionē eius virtuosam in terra captiuitatis, ibi. Igitur per captiuita-
tem. Circa primū describitur primo genus et locus ipsius, cum dicitur,
Tobias ex tribu & ci. Nephthali. Est. n. Nephthali nomen equiuo-
cū ad significandū vnā tribū de duodecim tribub. Israel, denominatā
a Nephthali filio Iacob, & ad significandū quandā Galilęe ciuitas sic
nominatū, de qua fuit Tobias oriundus, pp quod dicitur ex tribu & ci-
uitate Nephthali, & est similis modus loquēdi, sicut dicit beatus Greg.
de beato Bened. Eio: *Fuit vir venerabilis, gratia benedictus & nomine.*
2. Quę est in superiori. Galil. Hoc dicitur: quia duplex est Galilęa
supra

MORALITER.

1 Tobias ex tri. & ci. &c. Per Tobia qui interpretatur bonus
domino, & sic fuit bonus re & nomine, significatur quilibet
vir bonus realiter & non apparenter tantum sicut sunt hy-
pocritę. Per Nephthali cuius inter pretatio est additamentū,
signi-

ficatur qđ vere bonus nō solum querit implere ea quę
sunt necessitatis, sed et superaddere aliqua supererogationis
2 Quę est in sup. Gal. quę interpretatur rota seu volubilis, ideo
significat cursum vite presentis, in quo de superioribus sūt
illi qui non solum præcepta, sed etiam consilia saltem aliqua
conantur operari.

Supra

a *Supra Na.* Naafon, augurium, huius ciuitas superiora auguratur, id est contemplatur caelestia.

b *Cum cap.* * Ambros. Fuit vir iustus, misericors, hospitalis, & ob virtutes quibus praeditus fuerat, subiit arumnam captiuitatis quam ferebat humiliter ac patienter, communem magis iniuriam, quam priuatam dolens. Nec sibi virtutum suffragia nihil profuisse deplorans, sed magis eam sibi contumeliam minorem peccatorum suorum pretio illatam arbitratus, &c.

* Cyprianus. Donec corruptum istud induat incorruptionem & mortale hoc accipiat immortalitatem, quaecumque carnis incommoda sunt nobis cum humano genere communia. Sic cum fetu sterili terra ieiuna est, neminem famas separar, sic cum irruptione hostili ciuitas aliqua possessa est, omnes simul captiuitas vastat.

* August. Manet dissimilitudo passionum, etiam in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento, non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub eodem igne, aurum rutilat, palea fumat, & sub eadem tribula stipulae comminuuntur, frumenta pur-

purgantur, nec iō cum oleo amurca confunditur, quia eodem praeli pondere exprimitur, ita vna eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat, malos dānat, vastat, exterminat, male dēstatur & blasphemāt, boni precantur & laudant. Partim motu exagitatū, & exhalat horribiliter cenam, & sumit, & fragrat vnguentum. Tantum interest non qualia, sed qualis quisque patiat.

Tobiae captiuitas hu- Beda ubi sup.
mani generis captiui-
ritatem designat per re- E
gem omnium prauo-
rum. id. diabolum, qui
nos de patria caelesti
in huius exilij vallem
deiecit.

c *Ita ut omnia.* Sic populus Israel per doctores diuini verbi elemosynam non solum rudibus suae gentis auditoribus, sed gentibus ad Iudaismum venientibus ministrabat. Quicquid enim naturaliter boni habuit quod hostis captiuans non abstulit, hoc suis in exemplum virtutis ostendebat, & portionem salutaris scientiae tanquam decimanam suae substantiae adueniens, id est, Gentilibus offerebat.

d *Nihil in.* Iam illud apostolicum gerebat in pectore. Nolite pueri effici, &c. Hoc autem secundum illos dictum est, quod incedebat in mada-

1 Cor. 14 d.
2 Cor. 14 d.
3 Cor. 14 d.

a *Retro enim relinquit viam spatiosam quae ducit ad mortem.*
b *Scientiam falsi nominis finitiam & falsam deputat & mundanam; philosophiam damnat.*

a *Supra Naafon, post viam quae ducit ad occidentem, in sinistro*

b *habens ciuitatem Sephet. Cum captus esset in dieb. Salmanasar regis Assyriorum in captiuitate tamen positus, viam*

c *veritatis non deseruit, ita ut omnia quae habere poterat, quotidie concaptiuus fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. Cumque esset iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamen puerile gessit in opere. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos quos Ieroboam rex Israel fecerat, hic solus fugiebat cum*

NICOLAUS DE LYRA.

* *vna est superior, altera inferior. ciuitas vero Nephthali de qua Tobias fuit oriundus, erat in Galilea superiori.*

1 *Supra Naafon. Nomen est ciuitatis, quae respectu Nephthali declinat ad mare mediterraneum, ut patet in descriptione terrae sanctae, & sic ciuitas Nephthali est in loco superiori. Alibi vero Naafon est nomen proprium principis tribus Iudae. Nu. 7.*

2 *Post viam quae ducit ad occi. In qua parte est mare mediterraneum respectu Nephthali, & maris Galilaeae quod est ad Orientem respectu ciuitatis Nephthali. Erat autem quadam via communis per quam res portabantur de vno mari ad aliud transiens iuxta Nephthali, et sic dicitur esse post illam viam respectu situs Ierusalem.*

3 *In sinistro habens ciuitatem Sephet. Secundum Philosophum dextrum mundi est Oriens, unde incipit motus calidus, et Occidens sinister. Secundum vero communem modum loquendi, quae magis sequitur scriptura sacra, sinister mundi est illud quod est ad sinistram hominis versa facie ad Orientem, & sic pars Aquilonaris est sinistra pars mundi. Ciuitas vero Sephet est in Aquilonari parte respectu Nephthali, ut patet in descriptione terrae sanctae, ista vero de tribu Iuda et ciuitate Tobiae dicitur hic ad confirmationem veritatis historiae.*

4 *Cum captus esset in diebus Salmanasar, &c. Ex hoc patet quod non fuit captiuatus in prima captiuatione filiorum Israel, quae fecit Teglabphasar rex Assyriorum, de qua habetur. 4. Reg. 17. sed in secunda quae fecit Salmanasar sexto anno Ezechiae regis Iudae, ut habetur. 4. Reg. 18. Et sic patet quod haec historia incipit a sexto anno Ezechiae regis Iudae, ut dictum est supra. Sed quando terminata fuerit, dicunt aliqui quod hoc fuit post destructionem ciuitatis Ierusalem factam per Nabuchodonosor, eo quod dicit Tobias inf. 13. ca. Ierusalem ciuitas Dei castigauit te dominus, &c. Sed hoc stare non potest: quia in fine huius libri dicitur, quod completis annis. 102. sepultus fuit Tobias. Plures autem anni fluxerunt a sexto anno Ezechiae usque ad dictam destructionem, nam Ezechias regnauit. 29. annis. Tobias autem fuit captiuatus anno eius.*

6. &

6. & sic de annis Ezechiae remanent. 34. post captiuitatem Tobiae. Post Ezechiam regnauit Manasses filius eius annis. 55. 4. Reg. 21. & post eum Iosias filius eius annis. xxxi. post quem regnauit Ioachaz filius eius tribus mensibus, qui computantur in annis patris. post eum regnauit frater eius Eliacim. xi. annis. 4. Reg. 24. post eum regnauit Ioachin filius eius, tribus mensibus, qui computantur in annis patris. post quem regnauit Sedecias. xi. annis ante destructionem ciuitatis. 4. Reg. 24. qui anni simul iuncti faciunt annos cxxxi. & ad hos adiungendi sunt anni quos habuit Tobias antequam captiuaretur, quia iam erat etatis tantae quod habebat uxorem & filium, ut habetur. infra eo. c. Quod autem allegatur in contrarium: Ierusalem ciuitas Dei castigauit te dominus, & non valet: quia propheta fuit de futuro, ut videbitur ibidem domino concedente.

5 *In captiuitate, &c. ad idololatriam declinando: cum tamen inter idololatrias habitaret, & sic fideliter se habuit erga Deum, & etiam misericorditer erga proximum. ideo subditur.*

6 *Ita ut. & subditur.*

7 *Cumque esset in. Hic consequenter describitur virtus eius conuersatio in terra natiuitatis, & primo respectu propriae personae. secundo respectu domus suae, ibi. Cum vero factus fuisset uir, &c. Cuius prima dicitur: Cumque esset in. omni tri. Nephthali. s. personis notabilibus: quia simpliciter loquendo multi erant iuniores eo in tribu Nephthali.*

8 *Nihil tamen puerile. id. dissolutionis & lasciuiae.*

9 *Gessit in opere. nam in omnibus mature se gerbat & honeste.*

10 *Denique cum irent. sicut dicit. iii. Reg. 12. Ieroboam institutus rex super decem tribus Israel, timens ne populus rediret ad regnum Iudae, & sic eum interficeret, si populus iret adorare Deum in Ierusalem, fecit duos vitulos aureos, ponens eos in duobus locis regni sui, & praecipit populo, ut ibi adorarent in solennitatibus domini, tamen illi qui erant fideles & deuoti, hoc non faciebant, sed latenter ibant in Ierusalem, de quibus fuit Tobias, ideo subditur.*

11 *Hic solus fugi. hoc dicitur: quia pauci declinabant a dictis vitulis, per talem modum loquendi dicitur, quod rex est solus in domo, quando habet paucos secum.*

Et

MORALITER.

1 *supra Naafon. quae interpretatur serpens murmurans, quia tales suppeditant diabolum de diuina iustitia murmurantem.*

2 *Post viam quae ducit ad oc. Hec est via lata quae ducit ad perditionem, quam post se derelinquunt homines virtuosissimi.*

3 *In sinistro habens ciuitatem. quae interpretatur iudicium, per finitum vero aduersitas designatur. Bonus autem homo cum in aduer-*

aduersitatem ceciderit, iusto Dei iudicio fieri confitetur, unde subditur.

5 *In captiuitate. Denique cum irent. om. ad vi.* Per vitulum qui est petulans animal, lasciuia: per aurum vero cupiditas designatur. Ista duo vitia communiter homines sequuntur, sed virtuosus fugit confortia talium, & vadit ad templum dominum deprecari & referre sibi gratias de omnibus bonis collatis sibi.

Cum

ris domini sine querela, secundum illam regulam Tyconij, qua tanquam de eodem agentis, aliquando propter bonos, oēs laudamus, aliquando propter malos omnes vituperamus, quod est secundum regulam.

L. quod ex utroque t. quod. 119.

Augustinus. Tota est providentia Domini Dei circa nos, ut errare non volens, & legem & cetera bona operum daret, quibus modeste & tranquilla agi possit vita cum Dei timore. Qui enim auctor vite est, non vult ut opus suum morti esse obnoxium. Dei ergo famulus sanctus Tobias post legem nobis exemplum datus est, ut que legimus quomodo fiant sciamus, & si tentationes advenierunt, a Dei timore non recedamus, neque auxilium aliunde quam ab eo speremus memores scriptum esse, Pusillus fui, etenim senex, & nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem.

Beda ubi sup. Num. 18. Peur. 14. c. Idem d.

Omnia primitiva. Vi detur obloqui, quod prima decimatio cedebat in usus Leuitarum: secunda in necessariis erogandis quando visitabatur templum. Sed tertij anni decimas quas tunc consueverat facere, concedebant pauperibus Et ideo dicimus omnem illam vel omnes secundas, quia non poterant accedere ad templum timore custodi regis. Omnia primitiva, &c. * Graeci. Primitias & decimas tertium, & primitiva habes dabam illa sacerdotibus, filiis Aaron ministrantibus in Ierusalem. At secundam decimam vendebam, & ibam, & expendebam illam in Ierusalem per singulos annos.

Et terram dabam quibus continebat, sicut preceperat Deo mater patris mei, quia orphanus relictus sum a patre meo.

Cum vero sa. Sic populus Israel amplificatus in Aegypto, ac cepit synagogam ceremonijs legalibus per Moysen instituta.

fortia omnium, & pergebat in Ierusalem ad templum domini, & ibi adorabat dominum Deum Israel. Omnia primitiva sua & decimas suas fideliter offerens, ita ut in tertio anno profelytis & aduenis ministraret omnem decimationem. Hec & his similia secundum legem Dei puerulus observabat. Cum vero factus fuisset uir accepit Annam uxorem de tribu sua, genuitque ex ea filium, nomen suum imponens ei. Quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Igitur cum per captiuitatem deuenisset cum uxore sua & filio in ciuitatem Niniuen, cum omni tribu sua, & cum omnes ederent ex cibis Gentilium, iste custodiuit animam suam & nunquam contaminatus est in escis eorum. Et quoniam memor fuit domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam

1 cognouit Christum ex suo genere gignendum, unde prophetam, feci. uob. &c. De seu. uen. tu. posse. t. Cui nomen suum imposuit credendo & confitendo, quia pater de illo dicit. Ego primogenitum ponam illum, hoc est nomen ipsius Israel. unde Primogenitus meus Israel.

2 Quem ab infantia timere, &c. credendo & confitendo, scilicet quod nunquam peccatum faceret, sed ipsum timoris domini spiritu impletur.

3 Iste custodiuit animam suam & nunquam contaminatus est, &c.

4 * Augustinus. Quam laudabilis sit sanctus Tobias, scriptura docemur, cuius deuotionem nec captiuitas minuit, nec oculorum amissio,

quo minus Deum benediceret persuasit, neque exhausta substantia a via iustitiae & veritatis auertit. Necessitas. n. probat iustum, in egestate aequitate seruare, vera ac perfecta iustitia est. Unde. n. quorundam deuotio minuitur, inde augmentum fecit dignus laude Tobias. Inopia humiliat virum, & qui humiliatur, inquit, non potest seruari iustitia. Sancti autem Tobiae erectus ad Deum animus, nec captiuitate fractus est, nec inopia humiliatus, &c.

In

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et pergebat ad Ierusalem, secundum preceptum domini.
2 Et ibi adorabat. & non vitulos aureos.
3 Omnia primitiva id est, primitias fructuum & animalium que cedebant in sustentationem sacerdotum.
4 Et decimas suas, quae erant, una quae fiebat singulis annis pro sustentatione Leuitarum, alia quae fiebat a tertio anno in tertium pro sustentatione pauperum. De utraque habetur Gen. xiiii. utramque soluebat Tobias fideliter, id est subditur.
5 Ita ut in. & quia non solum ista bona, sed multa alia faciebat etiam a tempore iuuentutis suae, ideo subditur.
6 Hec & his similia. Et ponitur hic puerulus pro iuvene: nam talia facere non potuit, antequam haberet usum rationis.
7 Cum vero. Hic consequenter describitur virtus Tobiae respectu domini iugiter dicit; Cum vero factus fuisset uir, i. potens generare & sciens regere domum suam, quia matrimonium non contraxit motus libidine, sed intentione prolis ad Dei cultum procreandam.
8 Accepit Annam uxorem. Hoc enim fuit preceptum Num. vi. maxime quando mulier succedebat in hereditate paterna, ne si contraheret cum viro alterius tribus, hereditas sua ad tribum aliam transiret, & sic sortes

- sortes confunderentur.
9 Genuitque ex ea, valde sibi similem in corpore, ut habetur, infra 7. c. & etiam nomine, ideo subditur: Nomen suum imponens, & etiam mente, ideo subditur.
10 Quem ab infantia Deum propter quod in virtute firmior fuit, secundum illud Prover. 22. a. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. & sic representabat personam patris per omnia.
11 Igitur. Hic reuertitur auctor ad describendam virtutem Tobiae in terra captiuitatis: & primo quantum ad exercitium pietatis, secundo patientiam in aduersis, ibi: Post multum. Circa primum dicitur: Igitur dum per captiuitatem deus, &c. Ex quo patet quod dictum est, supra ipsum fuisse tantae aetatis, quando fuit captiuatus, quod uxorem & filium habebat.
12 Et cum omni. i. multi valde de Iudaeis captiuatis: & est hypbole.
13 Ederent de cibis Genti. Iudaeis in lege prohibitis: sicut sunt carnes porcinae, & huiusmodi.
14 Iste custodiuit animam suam, &c. ab eis abstinendo secundum legem.
15 Dedit illi Deus gratiam, propter iustitiam suam, sicut Ioseph in conspectu regis Pharaonis. Gen. xli. et Danieli sociisque eius in conspectu regis Babylonis, Daniel. 2.

Et

MORALITER.

7 Cum vero. Vir dicitur a virtute, & ideo quilibet uir efficitur, quando in virtutibus moralibus convenienter excitatur, & tunc est dispositus ad accipiendum uxorem, scilicet sapientiam, de qua dicitur: Sap. viij. a. Hae mihi quae sunt sponsam assumere, & amator factus sum formae illius. quia sicut dicit Philo sophus. 7. Physicorum. sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens: quia sedatis partibus praeuirtutes morales est homo dispositus ad accipiendum speculatiuas ueritates.

9 Genuitque ex ea filium, &c. tunc. n. sapiens ex sua sapientia gignit filium, quando facit discipulum doctum, & ei nomen suum imponit, quando ipsum ad docendum aptum reddit: quae quidem aptitudo non est sine timore diuino. ideo subditur. 10 Quem ab infantia time. &c. & omnes ede. de cib. Gen. Moraliter. De cibis Gentilium edere, est doctrinam infidelium accipere, a qua uir bonus sollicite se custodiuit. 15 Dedit illi Deus gratiam in con. Sal. Per Salmanasar qui interpretatur

A *In conspectu Sal.* Non obloquitur, q. alibi dicit Salmanasar, & Sennacherib, erat enim binomius, vel generaliter omnes reges Medorum sic vocabantur, sicut Aegyptij Pharaones. **b** *Cum autem,* Sic populus Dei per LXX. interpretes scientiam diuinæ legis, quæ in decalogo continetur, gentibus commisit, ut liberaret a fame verbi Dei. sub chirographo dedit, id est, sub conditione reddendi, cum ille diues esset, vel qui dederat, repeteret. Acceperunt gentes verbum Dei, & quasi negotiando exercent, etiam post Christi aduentum, cum spirituale intellectum requirunt. reddunt feneratori, cum credentes Iudæos in fine seculi suscipiunt, & salvandis Christi sacramenta committunt, & scripturæ arcana pandunt.

B *Sub Chirographo dedit illi, &c.* AMBROS. Diabolus Euan deceptus, ut supplantaret virum, obligaret hereditatem. Quid feneratoris faciunt? Decipiunt defeneratoros, obligant fideiussores. Sed non Tobias pignus, quaesivit, aut fideiussorem poposcit. Currendum est igitur, ut fideiussorem requiras, ut cum suis nominibus adstringas? Ecce paratur alter inimicus. Nam cum non habueris unde debitum solvas, ille pro te tenebitur. Invenis in eo circumventor, & fallax, qui amicum deceperis. Ille nudabitur, ille pro te in vincula ducetur.

d *Sepult. peccatorum,* ut nec memoria in illis remaneret. Tali sepultura voluerunt patres nostri honorari iuxta sepulturam Christi. Unde Iacob in Iudæa se voluit sepeliri, & Ioseph de ossibus suis mandavit.

e *Denique cum.* Bene Sennacherib de Iudæa fugit, diabolus. n. veram confessionem

a *tiam in conspectu Salmanasar regis, & dedit ei potestatem quocumque vellet ire, habens libertatem quæcumque facere voluisset. Pergebat ergo ad omnes, qui erant in captivitate, & innotita salutis dabat eis. Cum autem venisset in Reges civitatem Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat a rege habuisset decem talenta argenti, & cum multa turba generis sui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Post multum vero temporis mortuo Salmanasar rege, cum regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo, Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos. Diuidebatque unicuique prout poterat de facultatibus suis. Elurientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat. Denique cum reuersus esset rex Sennacherib fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum Deus fecerat, propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. At ubi nuntiatum est regi, iussit eum occidi, & tolli omnem substantiam eius. Tobias vero*

ptimescit, & ante faciæ eius non subsistit. *At ubi.* AMBROS. Tobias accepit deditum neque ex filiis captivitate mortuum sepulture daret. At ille interdicto non revocabatur, sed magis incitabatur, ne deserere officium pietatis mortis metu videret. Erat enim misericordie premium mortis poena. Talis flagitij dephesus reus, vix tandem per amicum potuit direpto patrimonio egenus, & exul restitui suis. Diabolus populum Dei per idololatriam spirituali morte perire voluit, & certas opes virtutum auferre, nec valuit, quia in eo erant multi sancti, quorum vitæ prouideret ac saluti. Fugit autem cum filio, & uxore, quia nec fidem dominice incarnationis, nec statum synagoge deseruit, quod in Machabæorum agombus luce clarius claruit. Occiso rege a suis filiis omnia sunt restituta

Tobiæ, quia superato sapientius à sceleribus suis diabolo, qui velut pessimam prolem genuit, redibant prospera populo Dei quibus adhuc alternationibus ecclesiæ statum fluctuare videmus.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 *Et dedit ei potestatem sicut Nabuzardan fecit Ieremiam de precepto regis Babylonis, Ieremiam. 40.*
- 2 *Pergebat ergo.* magis volens habitare in terra aliena ad confirmandum captiuos in bono, quam redire ad propria, & maxime, quia tunc regnum decem tribuum erat occupatum à Gentilibus idololatriis, quos illic transfulerat Salmanasar, ut habetur 4. Regum 17.
- 3 *Cum autem peruenit.* Circumibat enim ciuitates, in quibus erant Iudæi captiui, ut eos consolaretur.
- 4 *Et ex facie.* Rex enim non solum honorauit eum dono libertatis, sed etiam pecuniæ.
- 5 *Gabelum egenus.* &c. plus cæteris contribulibus suis. 6 *Sub chirographo.* id est, sub conditione restituendi, si possibilitas afforet.
- 7 *Post multum.* Hic consequenter describitur virtus Tobie quantum ad exercitium patientiæ & primo ab extraneis. scilicet à propinquis c. 2. Circa primam præmittitur occasio persecutionis Tobie cum dicitur.

- 8 *Mortuo Salmanasare.* qui habebat eum in honore.
- 9 *Cum reg. Sen.* qui regnum Iudæa multipliciter inuasit. 4. Regum 18.
- 10 *Et fil. Isra.* id est, illos qui captiui erant in regno suo, quos Tobias consolabatur non solum verbis, sed etiam muneribus. & alijs modis, ideo subditur. *To. an. per.* & subditur causa odij Sennacherib contra filios Israel, cum dicitur.
- 11 *Denique cum re. es.* Nam angelus domini vna nocte percussit in exercitu suo 185. millia bellatorum, & sic compulsum fuit fugere cum paucis ad terram suam, ut habetur 4. Regum 19.
- 12 *Propter blasphemiam.* contra Deum multiplicem, ut habetur ibidem.
- 13 *To. se. cor. eo.* cum periculo non solum rerum, sed etiam personarum suarum, ex quo factum eius apparet magis commendabile, & sequitur exercitium suæ patientiæ, cum dicitur.
- 14 *At ubi nuntiatum est regi.* factum Tobie circa sepulturam mortuorum. *Iussit cum occidi.* &c.
- 15 *Tobias. ve. & c. fu. nu.* id est, omnibus bonis spoliatus.

MORALITER.

tur angustiat, significat rex noster, qui cum sit pax nostra tamen in cruce fuit angustiat, & ab eo honorat vir bonus à quo habet decem talenta, id est, observationem decem præceptorum decalogi, quæ est valde pretiosa, & eam dat sub chirographo, id est, sacra scriptura, Gabelo qui interpretatur vallis festinans Deo, propter quod significat humilem, & deuotum, & talis à bono doctore recipit practicum documentum legis.

7 *Post multum. ve. tem.* p. Sennacherib, qui filios Israel habebat exosos, significat quilibet tyrannus, qui contra odit viros bonos, propter quod eos persequitur in rebus & corporibus, sed

vir bonus, qui per Tobiam significatur studet eos consolari. propter quod tyrannus iubet eum in rebus & corpore affligi, sed aliquando tyrannus Dei iudicio à suis interficitur, & sic vir bonus de suis persecutionibus expeditur, secundum illud Pro. 11. b. *Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo.* Aliter potest exponi, ut per Sennacherib diabolus significet, qui bonos suis tentationibus acriter persequitur, eos quantum potest gratis spoliando, & in naturalibus vulnerando, sed bonus prælatus, siue doctor studet spoliatos vestibus virtutum vestire, & occisos peccato mortali per penitentiam sepelire. Sicut enim baptismus, eo quod operit, vel delet peccatum sepultura dicitur Ro. 6. a. *Consepulsi sumus in illo per baptismum, &c.* ita penitentia potest dici.

A Post dies vero, & car.
 * GRAECI. Et nō
 transferunt dies quin
 quagintaquinque, vs-
 que quo occiderūt eū
 duo filij eius, & iuge-
 runt in mōtes Anaiat,
 & regnant Sarchedo
 nus filius eius pro eo.
 Et constituit Achica-
 rum Anahel filium fratris mei super omnē computationem

^a Fide Christi de eodem populo nascitur. ^b Institutione synagogæ. ^c Doctores sancti.
 cū filio suo, & vxore fugiens nudus latuit, quia multi dilige-
 bant eum. post dies verò quadragintaquinque occiderunt
^a Diabolum ^b Scelerata proles pessima. ^c Populus Dei. ^d Pacem.
 regem filij ipsius. Et reuersus est Tobias ad domum suam
^a Virtutum, vel temporalium bonorum.
 omnisque facultas eius restituta est illi.

patris sui, & super om-
 nem gubernationem.
 Et orant Achiacarus
 pro me, & veni in Ni-
 mie. Achiacarus au-
 tem erat pincerna, &
 ab annulo, & guber-
 nator, & à rationibus.
 Et constituit eum Sar-
 chedonus secundò,

erat autem patruelis meus.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Latuit, & subditur causa cū dicitur. Quia mul. di. eum. pp quod

quod ipsum celabant in tali casu. Et quoniam Deus in tentatione facit
 prouentum, ideo subditur regis occisio, de qua habetur. 4. Re. 19. & To-
 bia liberatio, cum dicitur. Et reuer. est Tobias.

CAP. II

Post hæc. * Græ-
 ci. Cum autē
 redij in domū meam
 & restituta est mihi
 Anna vxor mea, & To-
 bias filius meus. In Pē
 recessit, quod est festū
 sanctum septē hebdo-
 madarum, factum est
 prandium bonum mi-
 hi. Et accubui, vt man-
 ducarem, & vidi ciba-
 ria multa, & dixi filio
 meo, &c.

L. de To. c. 1.

* AMBRO. Iterum
 in his versabatur offi-
 cijs, & si quid alimen-
 ti foret, peregrinū cū
 quo cibum sumeret,
 quærebat. Itaque cū
 appositis sibi edendi
 subsidijs missō filio
 quærebat confortem
 conuiuij, dum conui-
 ua accersitur, nuntiati
 in sepulchris corporis reli-
 quijs, cibum deseruit,
 nec putauit pium, vt
 ipse cibū sumeret, cū

Amos 4. c.
 1. Lu. 11.

C i publico corpus iaceret exanime. Hoc illi quotidianū opus
 & magnū quidē. Nā si viuentes operire nudos lex præcepit,
 quātomagis debemus opire defunctos? Si viātes ad lōgiora
 in domū deducere solemus, quātomagis, i illā terrā pfectos
 vnde

CAP. II.



Post hæc vero cum esset dies festus domini,
^a Spirituale quo mens reficitur, vel corporale quo corpus in serui-
 tio Dei sustentatur. nemo enim. c. f. o. h.

& factum esset prandij bonum in domo

^a Non vult solus buccellam suam comedere. vnde Iob: Si comedi buc-
 cellam meam solus.

Tobia dixit filio suo: Vade, & adduc ali-

^a Maxime autem domesticos fidei. ^b Non eos, qui tantum corpus
 occidunt. ^c Tam spiritualiter, quam corporaliter. vnde, Ecce quam bonu,
 & quam iucundum ha. sc. in vnum. ^d Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem. Vere pauper est,
 qui suorum more timet. vnde: Beatus vir, qui timet dominum.

quos de tribu nrā timentes Deum, vt epulentur nobiscum.

Cūque abijisset, reuersus nuntiauit ei vnū ex filiis Israel iugu-

latum iacere in platea. Statimque exiliens de accubitu suo,

relinquens prandium suum ieiunus peruenit ad corpus. Tol-

lensque illud portauit ad domum suam occulte, vt dum sol

occubisset, caute sepeliret eum. cumque occultasset corpus

manducauit panem cum luctu, & tremore, memorans illū

fermonem, quem dixit dominus per Amos prophetā. † Dies

festi vestri conuertentur in lamentationem, & luctum. Cum

verò sol occubisset abiit, & sepeliuit eum. Arguebāt autem

re. vnde. Si persecuti fuerint vos, & c. Et alibi. Iesus autem abscon-
 dit se, & exiit de templo. Et Paulus in sporta demissus est per
 murum. Et Iesus fugit in Aegyptum, & ibi erat vsque ad obi-
 tum Herodis.

vnde iam non reuer-
 tuntur? Ego enim
 inquit Iob, super om-
 nem infirmum fleui.
 Quis infirmior defun-
 cto, de quo dicit
 Scriptura: Super mor-
 tum plora? Nihil
 hoc officio præstan-
 tius, ei conferre, qui
 tibi iam non possit
 reddere, - vindicare
 à volatilibus, vindi-
 care à bestijs confor-
 tem naturæ. Feræ
 hanc humanitatem
 defunctis corporibus
 detulisse produntur,
 homines denega-
 bunt?

Qui in lumine est,
 à vitis feriat. vnde
 Reliquæ cogitationis diē
 se. a. ti. Et alibi: Vacate,
 & videte, quoniam ego
 sum Deus. Non enim
 debemus nos in peri-
 cula præcipitare, vel
 Deum tentare, dum
 ratione possumus age-
 re. vnde. Si persecuti fuerint vos, & c. Et alibi. Iesus autem abscon-
 dit se, & exiit de templo. Et Paulus in sporta demissus est per
 murum. Et Iesus fugit in Aegyptum, & ibi erat vsque ad obi-
 tum Herodis.

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. V. II.

Post hæc ve. Postquam author descripsit Tobia patientiā ab
 extraneis, h c consequenter idem facit à propinquis, q Tobia
 de bono opere increpabāt. Et diuiditur in duas partes, nā primo fit hoc
 à sua cognatione, secundo à propria vxore, ibi: Anna vero. Prima ad
 huc in duas secundū duplicē casum, quia cognati sui eum iniuste incre-
 pabant. secunda ponitur ibi. Contigit autem. Prima adhuc i duas
 quia primo ponitur operatio Tobia sancti. s. cundo cognatorū suorum
 increpatio iniusta, ibi. Arguebat autem: Circa primū dicitur. Post
 hæc ve. Ex hoc patet, quod in diebus festis licitum est viuere lautius
 & magis delicate, propter reuerentiam festi, non tamen propter gulam
 secundum quod dicitur Nehemia, 8. c. Ite, & comedite pinguia,
 & bibite mulsum, & mittite partes eis, qui non præparauerunt
 sibi, quia dies sanctus domini est.

- 2 Dixit filio suo, & c. vt exerceatur in pietatis officio.
- 3 Vade, & adduc aliquos, & c. eos curialiter imitatio, vt sic tolla-
 tur ab eis verecundia peccandi.
- 4 De tribu nostra, & c. quia magis tenemur propinquis, dū tamē
 sint boni, ideo subditur. Timentes dominum, & c. subditur.
- 5 Nun-

- 5 Nuntiauit, & c. iacere in pla. & c. tanquam cadaver nile.
- 6 Statimque exiliens de accu. & c. Ex quo patet feruor Tobia
 circa pietatis opera.
- 7 Tollens illud por. & c. vt sic opus pietatis impederet, & offen-
 sam regis euaderet.
- 8 Manducauit panē cum luctu, & c. ex iniusta propinqui morte.
- 9 Et tremore, & c. ne forte factum suum seiscitaretur à rege.
- 10 Memorās illum sermonē quem dixit dominus p Amos
 prophetam, & c. 8. c. Dies festi vestri conuertentur in luctum, & la-
 mentatio, & c. Dies. n. festus aliquando rationabiliter fit dies luctus
 propter casum supernientem. prophetauit autem. Amos tēpore Ozia
 regis Iuda, vt patet in principio suæ prophetiæ. Tobias vero captiu-
 tus fuit: sexto anno Ezechia, vt dictum est cap. præcedē. qui fuit quar-
 tus rex ab Ozia rege, & sic Tobias prophetiam Amos sciē poluit, &
 rememorari.
- 11 Arguebant autem eum omnes proximi, & c. Hic consequē-
 ter ponitur amicum Tobia increpatio iniusta, cum dicitur. Argue-
 bant autem eum omnes proximi sui dicentes: Iā huius, & c.
 & dicitur omnes, quia proximi eius tam cognatione, quam vicinitate
 eum arguebant.

Sec

Et vix

MORALITER.

1 Post hæc vero. Domus Tobia, idest, boni prelati, est eccle-
 sia, in qua diebus festis ne bonum prandium de pabulo sacre
 scripturæ

scripturæ & sacramento eucharistiæ, ad cuius participatio-
 nem studet bonus prelatus fideles conuocare, & si audiat
 aliquem iugulatum morte culpæ, festinat ipsum per veram
 penitentiam sepelire,

Con-

A Sed Tobias plus timens Deum, etc. BACHIARIVS. Nonne beatus Tobias veniam misericordiae celestis emeruit, mortuis in captiuitate fratribus tribuens sepulturam. Credo lapsis sub mundialis principis dinatione suadens insinuanque penitentiam. Et nos ergo secundum, quod meretur corpus illius, contegamus.

AVGVSTINVS. Tobias in tentatione robustus, & fortis inuentus est, ostendens plus in Dei timore vigilandum, quia si necessitas ad Dei auxilium nos impellit, quantomagis securitas?

IDEM. Non sunt contemnenda corpora defunctorum, maxime iustorum, & fidelium, quibus tanquam organis, & vasculis ad omnia bona opera, sanctus usus est Spiritus. Si enim paterna vestis, & annulus, charus est posteris, quanto erga parentes maior extitit affectus, nullomodo ipsa spernenda sunt corpora, quae multo familiariter atque coniunctius, quam quaelibet indumenta gestamus.

Hae enim non ad ornamentum, vel adiutorium, quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Unde, & antiquorum iustorum funera officio pietate curata sunt, exequiae celebratae, & sepultura prouisa, ipsique dum uiuerent, de sepeliendis, vel auferendis corporibus suis, filii mandauerunt. Et Tobias sepeliendo mortuos, Deum promeruit se, teste angelo, commendatur.

Contigit. Bed: Nemo miretur si aliquando bonum typice malum, mala bonum significant. Si enim hoc non liceret, nunquam nigro atramento, sed sp. auro lucido nomen Dei scriberetur, quia Deus lux est. Sed si nomen diaboli calculo candido scri-

beris nihilominus renebras significat. Cecatus ergo Tobias populum Israel significat. Cecitas enim ex parte contigit in Israel. Fatigatus a sepultura est cecatus. Qui enim infatigabilis in bonis operibus perisset, fidei lumen non amittit. Ita spiritualiter fatigatus dormit, qui vigilare, stare, viriliter agere, & confortari negligit. Cui dicitur. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis.

EXPOSITIO. AMBROSII. Tam sancto fessus officio Prophetata, dum requiescit iuxta parietem aulae, cadente de passerum nido stercore, albugine caecitatem incidit, nec conquestus ingemnit, nec dixit: Haec merces laborum meorum? fraudari magis se doluit obsequiorum, quam oculorum munere, nec caecitatem poenam, sed impedimentum putabat.

Hirundines propter leuem volatum, superbiam leuitatemque significant, quarum immunditia quibus dominatur excacat. Nido hirundineo suppositus dormit, qui leuitati lasciuiae, ac superbiae se incautus subijcit. Haec caecitas populo Israel imminente domini aduentu in carne maxime praualuit, cum Romanae seruitutis iugo laboraret, & diuinae legis praecipita male viuendo violaret.

Sed immobi. Quia a domo Dei incipit iudicium. Unde: A sanctuario meo incipite. Qui non corripitur non est filius, qui parcat virga, odit filium. Paulus tanquam puer colaphizatur, ne tanquam iuuenis extollatur.

Insultabant re. Bed: Erant in populo, qui temere miseris populi insultarent, scilicet, qui antiqua felicitate patrum, qui Deo similiter

manae seruitutis iugo laboraret, & diuinae legis praecipita male viuendo violaret.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et vix effug. mor. imperium. id est, mortem super te imperatam, vt dictum est supra.
- 2 Sed Tobias plus timens Deum. qui corpus, & animam potest mittere in gehennam.
- 3 Quam regem. qui super corpus tantum habet potestatem.
- 4 Rapiebat cor. occisorum, &c. exercens pietatis opera.
- 5 Contigit au. Hic ponitur causa increpationis secunda. & secundo increpatione ipsa ibi. Nam sicut beato Iob. Circa primum sciendum, quod causa huius increpationis fuit caecitas superueniens Tobiae quam eius cognati attribuebant eius demeritis falso. sic ergo dicitur: Contigit autem, &c. patet litera vsque ibi:
- 6 Fieretque cecus. Hoc non videtur fuisse ex naturali stercoreis virtute, maxime cum non ceciderit super eius oculos apertos, sed clausos, sed ex ordinatione Dei, qui auctor est mali panis, vt sic Tobias posteris esset exemplar

- 7 Hanc autem tentationem, &c. quae fuit ad Tobiae probationem, ideo subditur postea.
- 8 Non est contristatus contra Deum, quod plaga ceci. & patet litera.
- 9 Nam sicut beato Iob insultabant reges, &c. Hic consequenter describitur increpatione iniusta cum dicitur. Nam sicut beato Iob insultabant reges, id est, eius amici, qui erant potentes, propter quod hic reges dicuntur, & forte reges fuerunt ad literam. Nam antiquitus in qualibet ciuitate erat vnus rex, vt patet Iosue. 12.
- 10 Ita isti parentes, & cognati eius irridebant vitam eius, &c. per quod innuitur, quod irridebant eum quasi singulis diebus.
- 11 Dicentes, vbi est spes tua, &c. ex quo videtur, quod isti remunerationem boni, & mali credebant esse tantum in vita praesenti, sicut & amici Iob, vt ibidem fuit diffuse declaratum. Et quia hoc est erroneum, ideo Tobias increpabat eos, dicens.

Nolite

MORALITER.

Contigit autem, &c. Per hirundinem, quae est avis hinc inde volatilis, significant fortunae bona, quae reputanda sunt, vt stercorea, & haec excacant oculos etiam sapientum, sicut dicit Deut. 16.d.

16.d. Munera excacant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. patientia vero Tobiae in plaga caecitatis, & suae derisionis etiam ab amicis, exemplum est patientiae cunctis fidelibus in aduersis.

similiter seruibant iam careret: quos idem populus p docto res, & electos suos corrigebat, seq; ad imploranda Dei clemētia pro aeterna vita conuertebat Tobias cecus, & verbū Dei pdicans reprobos, & electos significat, sicut Iacob cū ange-

que rapaces regnum Dei possidebunt.

GRAEC. Vxor mea Anna seruibat in mulierib. & mittebat dominis. Et retribuerunt ei, & ipsi mercedem, advenisset ad me, cepit balare. Et dixi ei. Vnde hēdulus? Num furtivus est? Ipsa autē dixit, Dono datus est mihi supra mercedem. Et non credebam illi, & dicebam reddi illum dominis, & erubescbam ad eam.

Gene. 3. 2. f.

lo luctans factus est claudus, & benedictus.

infra 8. a.

In claudicatione suę gentis infidelitatem, in benedictione significans fidem. Tobias vero vir sanctus rursus, & increpat a charitate nō cessat. vnde: p̄dicator egregius

1. Cor. 13. b.

Charitas patiens est, benigna est, &c.

1. Videte ne furtivum, &c.

AMB. Ne quid furtivum domum suam intraret, cauebat, sed victum mercede coniugis leuabat.

Libr. de cōsti. vir. & vir. cap. 14.

AVGV. Melius est pauperē, & insufficientem esse, nullique ex dato placere, quam aliquem latere furto vel fraude. Qui enim

1. perierunt.

aliena quomodolibet iniuste p̄cipit, ipse si bi regni cœlestis aditum claudit. vnde, & dicit. Neque fures, ne-

1. Cor. 6.

que

Quasi mercenarius. Mal' enim, aut vt serui Deo timore seruiunt, aut vi mercenarij mercedem quærunt, ideo beatitudinem, quæ est ipse Deus nunquam recipiunt.

tua pro qua elemosynas faciebas, & sepulturas? Tobias vero increpabat eos, dicens: Nolite ita loqui: Quoniam filij

sancti esse debemus similes patribus.

1. Futuram inquirimus, pro illa fideles sumus.

2. Non hanc. 3. Per gratiam, gratia autem Dei vita aeterna.

4. Perseuerantibus, non incipientibus, vltima semper est expectanda dies hominis. vnde. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

sanctorum sumus, & vitam illam expectamus; quā Deus daturus est eis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna

1. Labores manuum tuarum, quia manducabis, &c. Et, Qui non laborat, non manducet.

vero vxor eius ibat ad textrinum opus quotidie, & de labore manuum suarum victum, quem cōsequi poterat, deferebat.

Vnde factum est, vt hædum caprarum accipiens detulisset domi. Cuius cum vocem balantis vir eius audisset, dixit: Vi-

1. Vir vxorem corrigit, ratio sensualitatem. dēte ne forte furtivus sit. Reddite eum dominis suis, quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contin-

gere. Ad hæc vxor eius irata respondit. Manifeste facta est vana spes tua, & elemosynæ tuæ modo t' appa-

1. Ratio futura quærit, & inuisibilia. Eua nostra eorum. 2. Fructus elemosynarum. ruerunt. Atque his, & aliis huiuscemodi verbis exprobrabat ei.

NICOLAUS DE LYRA.

1. Nolite ita loqui, &c. In verbis enim erroneis nulli debet deferri.

2. Quoniam filij sanctorum sumus, &c. id est, Abraham, Isaac, & Iacob, qui per fidem expectabant in futuro aeternam remunerationem, secundum quod declarat Apostolus Hebræo. vndecimo. diffusè. ideo subditur.

3. Et vitam illam expectamus, &c. scilicet per fidem, sicut & patres nostri.

4. Anna vero. Hic consequenter increpatur Tobias a propria vxore sua, quod tanto grauius est quāto vxor est viro magis coniuncta, & etiam subiecta. & primo circa hoc ponitur increpationis occasio, cum dicitur: Anna vero, &c. extra domū suam, nam propter cæcitatem viri eius, & elemosynas p̄cedentes nō habebat facultatem vnde posset habere materiā ad hoc opus exercēdū in propria domo. Cætera patent vsque ibi.

5. Videte ne for. &c. Vt, q, male fecerit hoc q̄rendo, quia cū Anna

Anna diu fuerat, & eius fidelitatem multipliciter pbauerat pp quod non debuit habere suspicionem de ipsa, nec per cōsequens dicere, & alia verba. Ad hoc dicendū est, qd bene locutus est. quia pauper erat, vt dictū est, pp quod cibaria delicata non consueuerat hēre in domo sua, manebat ēt inter infideles pronos ad furta, pp q̄ rōnabiliter timuit, ne fur aliquis vendidisset vxori pro pretio minori, & illa ducta paupertate, & indiscretionē muliebri, non inquisiisset diligētia sufficienti vnde venditor habuisset. iō dixit vxori, vt diligētius inquireret, & hoc sonāt eius verba cū dicit. Videte ne for. fur. i. diligentius inquirete. Vxor autem eius sic accepit, ac si dubitaret de sua fidelitate. iō sequit' increpatio viri iniusta, cū dicit. Ad hæc vxor eius irata. irrationabiliter, vt patet per dicta. Respondit, &c. iniuriose. 8. Manifeste facta est vana spes tua. vitæ futuræ. quia non solum perdidisti lumen corporis, sed et mentis, & conscientiæ bonæ. 9. Et elemosynæ tuæ appa. scilicet, fictæ, & vanæ tanquam ex hypocrisis facta. Et quia pluribus modis aliis eum molestabat, ideo subditur. Atque his, & aliis huius. verbis exprobrabat ei.

CAP.

MORALITER.

4. Anna vero vxor. Secundum Aug. super Ge. ratio vir, & sensualitas femina vocatur, q̄ circa victum, & sensibilia versat sicut Anna circa opus textrinū ad habendū victum. Sed quia sensualitas

sensualitas frequenter deficit, nisi corrigatur ratione, iō rō debet inquirere, ne forte circa sensualitatis opus aliquod inconueniens contingat, sicut Tobias ab Anna inquisiuit, sed sicut illa dure portauit, sic sensualitas frequenter rebellat rationi. & sicut Tobias ad orationem recurrit, sic ratio ad optima deprecatur.

CAP. III.

CAPVT III.

Tunc To. * HILAR. Memine rimus primum, quia Deus vniuersorum Dominus est, iustus esse, & iudicia eius recta esse. Cur enim in suos iniquus sit? Cur in eos quos ipse genuit, iniustus sit? Bonitatis suae immensitas non sinit istud de eo existimare. Genuit nos non ad iniuriam genuit nos non ad originis nostrae, & naturae dolo rem. Si quid est, quod patimur, ex iudicio suae bonitatis accidit. Sequitur.



Vnc Tobias igemuit, & cepit orare cum lachrymis dicens. Iustus es domine, & omnia iudicia tua iusta sunt, & omnes viae tuae misericordia, & veritas, & iudicium. Et nunc domine me

mor esto mei, & ne videtur sumas de peccatis meis, neque

remisiscaris delicta mea, vel parentum meorum. Quoniam

non obediimus preceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem

ne, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium

omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. Et

nunc domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum

praecipua tua, & non ambulauimus synceriter coram

te. Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecum,

& precipe in pace recipi spiritum meum. Expedi enim mihi

magis mori, quam viuere. Eadem itaque die contigit, ut Sara

filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum,

et ipsa

rus sponsus, qui eam sibi in fide desponsauit, hoste superato, sicut Sathan alligato diabolopresente, & cooperante angelo in quo saluatoris diuinitas, sicut in Tobia signatur humanitas. Nec mirandum, quod duas personas angeli, scilicet & hominis, vnam Christi figurare personam dicimus, quia in expositionibus Patrum legimus vnam eius esse personam in Isaac, & ariete figuratam, qui in humanitate occiditur, ut ovis, in diuinitate permanet impassibilis cum patre, sicut Isaac cum Abraham domum reuertitur incolumis. Si enim aries Christi humanitatem, homo signat diuinitatem, cur non apertius homo humanitatem angelus deitatem? In superiori enim mentis nostrae debemus orare. vnde Christus in morte, Daniel in coenaculo orat, & Eliseus habet coenacula, & Christus in coenaculo pascha celebrat.

Amplius

NICOLAUS DE LYRA.
CAPVT III.

Tunc To. Postquam descriptum est circa Tobiam patientiae exercitium, hic consequenter describitur eius remedium, scilicet in incursum ad Deum per orationem deuotam. ideo dicitur. Tunc To. non ex impatientia, sed vxoris malitia, quae horrebat, ut propriam, cum vir, & vxor sint quasi vna persona. Et ca. or. feruenter, & deuote. ideo subditur. Cum lach. mentis, & corporis, & in oratione sua, ut sit magis exaudibilis primo diuinam iustitiam confiteatur, di. Iustus es domine, &c. nam regula est veritatis. Et omnia. poenas inferendo. Iusta. alias vera sunt propter peccati demerita. Et omnes. in omnibus operibus tuis relucet misericordia, & iustitia. nam omne bonum a Deo collatum procedit ex diuina bonitate, quae est principium, & fons misericordiae, & sic apparet ibi misericordia, similiter iustitia, quia facit omnia secundum ordinem decencissimum. Malum autem poenale cuius Deus est autor infertur coiter pro demerito, & sic relucet ibi iustitia. Et quia semper punit citra condignum, ideo relucet ibi misericordia. Et quoniam oratio humiliatis se nubes penetrat, Ecc. 35. c. ideo consequenter confiteatur propria, & parentum suorum peccata di. Neque remisiscaris, etc. & consequenter ea magis explicat di. Quoniam non obediimus preceptis tuis, & cetera. ea transgrediendo. Ideo traditi sumus, &c. iuste. In direptionem, &c. quantum ad corpora propria. Et captiuitatem, &c. quantum ad bona temporalia. Et mortem, &c. quia multi de filiis Israel iugulabantur, ut dictum est supra.

13 Et in fabulam, &c. quia Gentiles inter quos erant captiui frequenter inter se confabulabantur de filiorum Israel miseria, & captiuitate. 14 Et in improperium omnibus nationibus in quibus disper. quia multa conuicia eis inferebantur. consequenter repetit huius causam, attribuendo Deo iustitiam dicens. 15 Et nunc domine magna iudicia tua, &c. id est quia nullus potest ea arguere. 16 Quia non egimus secundum praecipua tua. Licet autem ipse innocens esset, tamen connumerat se peccatoribus, eo quod erat de eorum populo, & natione. 17 Et non ambulauimus synceriter coram te, &c. q. d. & si in aliquibus impleuimus mandata tua quantum ad substantiam operis, non tamen recta intentione. 18 Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & precipe in pace recipi spiritum meum, &c. Licet enim vellet cito mori, ne experiretur amplius cognatorum suorum, & vxoris suae malitiam, & populi Israel afflictionem, tamen sapienter, & discrete praeposit in omnibus diuinam voluntatem. 19 Expedi enim mihi magis mori, quam viuere. Hoc enim non dicit tadio acediae, sed tadio infirmitatis humanae. quod si est peccatum non est, nisi veniale, & hoc bene contingit viris perfectis. Pro. 24. b. Septies in die cadit iustus, & resurget. 20 Ead. di. Haec est pars incidentalis, in qua primo ponitur incidentis narratio. secundo narrationis ratio, ibi. In illo tempore. Prima in duas. nam incidens fuit exercitium patientiae Sarae filiae Raguelis, cuius primo ponitur iniustum improperium secundo sanctum refugium, ibi. Ad hanc vocem. Circa primum dicitur. Eadem itaque. scilicet orationis Tobiae. 21 Ut Sara. qui erat de Iudaeis captiuatis, in alia tamen ciuitate, quam Tobias.

13 Et

Et ipsa

MORALITER.

1 Tunc To. Sequitur. 20 Eadem ita. per Saram, quae interpretatur principissa, significat anima, & per eius ancillam caro, quae debet aia subijci sed in multis caro spiritui dicitur, & sic Sara ab ancilla turpiter

ter increpatur. vnde dicit Ber. O homo cur animam tuam vilipendis, & carnem tuam praeposis, dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abusio est. Et sicut pro remedio querendo Sara ascendit superius cubiculum ibi orans deuote dominum, sic anima in Deum per sacram meditationem & orationem deuotius eleuatur.

Tom. 2.

Bb 3

A *Amplius ex te non videamus, &c.* : Græci. Non intelligis, quod suffocaueris viros tuos: si septem viros habuisti, & vnus eorum non es nominata. Quid necs flagellas pro eis? Si mortui sunt vade cum illis, ne videamus ex te filium aut filiam in eternum. Hec audies, trillata est valde, vt suffocaret. Et dixit. Vna si-

Ho. 16. ad. Heb.

B *Chrysof. Hoc est improprium Christi quod sustinuit Moses, a dicente sibi, Nunquid interimere me vis, sicut interfecisti Aegyptum? quando quisquam a domesticis, & ab his quibus beneficium prestitit sustinet improprium.*
b Cum com. Nomen plenitudinis in bono solet accipi, vnde. Vb: venit plenitudo temporis misit Deus filium &c. Et impleti sunt dies purgationis Mariae. Et de Moysse ad finem vsque complet.
c Nunquam cum ludentibus, &c.

M. 14 c. Dan. 6 c. 1. M. 14 v. 1. M. 14 v. 2. M. 14 v. 2 c.

H. m. 1. in M. 14. op. imp.

Chrysofomus. Puella non sit leuis, non nocosa, non cantatrix, non turpium verborum amatrix, sicut solent plerumque que talia libenter aut loquuntur, aut audiunt. Siquidem impudentiores sunt, libenter loquuntur, si autem

C *seruauit animam meam ab omni concupiscentia. Nunquam cum iu-*

te verecundiores, & loqui talia erubescunt, tamen delictantur aude. Non super virum oculos suos effertat, nec infigat aspectum. Hec enim sunt documenta mulieris meretricis, sicut ait Salomon, Fornicatio mulieris in extollentia oculorum eius. Idem. Audistis o mulieres, male mulieris pessimos actus.

Ecc.

Ho. uel th.

L. a. u. E.

& bonæ gloriosos triumphos, Illuser go facinora calcate huius vero exempla sectamini, hanc vero imitamini, vt cum sanctarum feminarum cursum & vestigia consecuta fueritis, in carum consortio pariter gratia annumerari mereamini, gaudetes & letantes sepe cum Christo Iesu.

** Aug. Quis tam sit absurdus, qui audeat affirmare in huius mortalitatis erumnis, vnumquemque sanctorum qui hanc duxerit vitam, nullas habere lacrymas, & dolores cum potius quanto quisque est sanctior, & desiderij sancti plenior, tanto sit eius in oratione fletus vberior? An non est vox ciuitatis supernæ Ierusalæ, quæ dicit, Facte sunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte? Et, lauabo per singulas noctes lectum meum &c. Et gemitus meus non est absconditus a te.*

Missus P

& ipsa audiret improprium ab vna ex ancillis patris sui, quoniam tradita fuerat septem viris, & demonium nomine Asmodæus occiderat eos mox vt ingressi fuissent ad eam. Ergo cum pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens. Amplius ex te non videamus filium aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum. Nunquid & occidere me vis, sicut etiam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ. tribus diebus, & tribus

noctibus non manducauit neque bibit, sed in oratione persistens cum lacrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improprio liberaret eam. Factum est autem die tertia cum compleret orationem, benedicens dominum, dixit: Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris

miserencordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Ad te domine faciem meam conuerto, ad te, oculos meos dirigo. Peto domine, vt de vinculo improprij huius absoluas me, aut certe desuper terram eripias me. Tu scis domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam seruauit animam meam ab omni concupiscentia. Nunquam cum iu-

mus ad laudandum Deum, dixit. Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, &c. qui es verus Deus, non sic autem dei Gentilium. Qui cum iratus fueris, &c. puniendo. Misericordiam facies, &c. consolando. Et in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te, &c. quia penes sunt quedam peccatorum medicine. Ad te domine, &c. con. Id est, simul vtro. per quod innuitur, quod intelligitur hec conuersio de duplici facie. scilicet & mentis & corporis Iudei. n. in captiuitate ducti orabant versus faciem corporis versus Ierusalæ vbi specialiter habitabat Deus: quia adhuc stabat templum vbi colebatur, vt dictum est supra. 1. c. Dan. etiam 6. c. dicitur quod in cenaculo domus sue orabat apertis fenestris contra Ierusalem.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Et ipsa. quod improprium tanto erat grauius quanto fiebat a persona subiecta & vili.
- 2 Quoniam tradita fuerat septem viris. &c.
- 3 Et demonium n. &c. occide. e. s. Tum quia infideles & idololatres, vt dicunt aliqui, vel si erant de filiis Israel, non tamen de cognatione Saræ, & ad eam accedebat moti sola voluptatis libidine, vt habetur infra. 21. cap. propter quod non decebat eos puellam tantæ sanctitatis polluere, & quia reseruabatur virgo filio Tobie.
- 4 Amplius &c. non videamus filium. duo turpia sibi falso improperebat. scilicet quod probrium sterilitatis, quod tunc erat valde magnum, & occisionem suorum maritorum: & tertio occisionis sue denderunt. adeo subditur.
- 5 Nunquid & occidere me vis, sicut etiam occidi. quasi dicat: patet quod ne.
- 6 Ad hanc vocem. Hec consequenter ponitur deuote Saræ remedium. scilicet per orationis studium, cum dicitur: Ad hanc vocem, ubique dura responsione.
- 7 Perrexit in superius. quod erat orationi congruum ratione solitudinis, & eleuationis.
- 8 Et tribus &c. non manducauit. nihil omnino fumendo vt dicunt aliqui: quia seruior orationis & eius prolixitas inducunt obliuionem potus & cibi: deo subditur: Sed in oratione persistens. Aliter enim expenitur, quia modicum interrupit orationem, & in illa interruptione modicam sumpsit refectio nem, & si dicitur hic non comedisse, & in oratione persistisse, quia quod modicum est, quasi nihil reputatur, vt dicitur. 4. Thym. corum. Vnde, & de homine modicum comedente dicitur, quod nihil comedit vulgari sermone.
- 9 Factum est, &c. cum compleret oratio. melior est. n. finis orationis: quod principium. Ecclesia. 7. b. pp. quod affurrexit eius animus

- 10 Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, &c. qui es verus Deus, non sic autem dei Gentilium.
- 11 Qui cum iratus fueris, &c. puniendo.
- 12 Misericordiam facies, &c. consolando.
- 13 Et in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te, &c. quia penes sunt quedam peccatorum medicine.
- 14 Ad te domine, &c. con. Id est, simul vtro. per quod innuitur, quod intelligitur hec conuersio de duplici facie. scilicet & mentis & corporis Iudei. n. in captiuitate ducti orabant versus faciem & corporis Iudei. n. in captiuitate ducti orabant versus faciem corporis versus Ierusalæ vbi specialiter habitabat Deus: quia adhuc stabat templum vbi colebatur, vt dictum est supra. 1. c. Dan. etiam 6. c. dicitur quod in cenaculo domus sue orabat apertis fenestris contra Ierusalem.
- 15 Ad te o. n. entis & corporis.
- 16 Dirigo. cum o. n. entis fiducia.
- 17 Peto domine, vt de vinculo improprij huius absoluas. nam erat valde graue.
- 18 Aut certe de super terram eripias me, &c. hoc dupliciter exponitur: Vno modo, quia loquitur ex infirmitate humana, sicut dictum est de Tobia. Alio modo, quia sic loquitur, timens ne si ista sibi frequenter interrogarentur, per impatientiam frangeretur, & melius esset sibi morte preoccupari quam ab innocentia mutari, sicut Sapiens 4. dicitur. h. melius simor te preoccupatus fuerit, in refrigerio erit, raptus est enim ne malitia mutaret animum eius.
- 19 Tu scis do. &c. inordinate.
- 20 Et mundam seruauit animam meam ab omni concupiscentia, &c. hoc non dicit iactanter, sed magis gratanter sciens hoc se habuisse ex diuino munere, & sic iustilegitur bona sua coram Deo humiliter recoluisse sicut dixit Ezechias. 5. Re. 20. a. Domine memento quomodo ambulauerim in veritatem coram te, &c.
- 21 Num. cum. dissolute & inhoneste.

Mis. me.

A dentibus miscui me, neq; cum his, qui in leuitate
 ambulat participem me prebui. Virum autem
 cum timore tuo, non cum libidine mea consen-
 si suscipere. Et aut ego indigna fui illis, aut illi
 forsitan mihi non digni fuerunt, quia forsitan
 viro alij conseruasti me. Non est enim in homi-
 nis potestate consilium tuum. Hoc autem pro-
 certo habet omnis, qui colit te, quod vita eius
 si in probatione fuerit coronabitur, si autem in
 tribulatione fuerit, & liberabitur, & si in cor-
 ruptione fuerit ad misericordiam tuam venire
 licebit. Non enim delectaris in perditionibus

nostris, quia post tempestatem tranquillū fa-
 cis, & post lachrymationem, & fletū, gaudiū,
 & exultationem infundis. Sit nomen tuum
 Deū Israel benedictum ī secula. In illo tēpo-
 re exaudita sunt preces amborum in conspe-
 ctu gloriæ summi Dei, & mis-
 sus est angelus domini sanctus
 Raphael, vt curaret eos ani-
 bos, quorum vno tempore
 recitatae sunt orationes in con-
 spectu domini.
 liberaret, ab idololatriæ seruitute, de quo
 qui consili angelus.

D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
Y
Z

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Miscui me. me inherendo.
- 2 Virum au. cum ti. id est, amore prolis ad cultum tuum educandū.
- 3 Non cum li. id est, libidine mota.
- 4 Consen. parentibus meis hoc volentibus.
- 5 Suscipe. in coniugium.
- 6 Et aut ego in. pro peccatis oculis meis.
- 7 Aut illi forsitan mihi non digni fuerant. hoc dicit, quia de in dignitate aliorum nolebat temere iudicare.
- 8 Quia for. vi. alio con. me. in mea virginitate.
- 9 Non est e. in h. p. c. t. q. d. de causa huius rei cognita tibi soli non possumus certi iudicialiter aliquid scire.
- 10 Hoc autem pro. fidei certitudine.
- 11 Omnis, qui colit te, &c. pure, & deuote.
- 12 Quod vita, &c. in camino tribulationis, sicut aurum in fornace ubi purgatur, & melioratur.
- 13 Coronabitur, &c. corona celestis gloriæ.
- 14 Et si in c. peccatis ex ignorantia, vel infirmitate.
- 15 Ad misericordiam ve. peccata enim huiusmodi magis sunt remissibili- lia.

- 16 Non enim. sed in emendationibus nostris per flagella ideo sub- ditur.
- 17 Quia post. tribulationum.
- 18 Tran. fa. conferendo pacis donum.
- 19 Et post. presentis miserie.
- 20 Gau. & ex. per donum gratiæ, & gloriæ.
- 21 Sit nomen tuum Deus Israel benedictum, ideo, in omnibus benedicatur.
- 22 In secula. i. vsq; in eternū. nā eternitas, quæ est tota simul, non potest nobis comprehendī, nisi per comparationem ad tēpus infinitum.
- 23 In illo tempore exaudita sunt preces, &c. Hic consequenter ponitur dictæ narrationis ratio. s. post factum Tobia cuius oratio, et Sara habuerunt similitudinem ex parte cause, & ex modo deprecandi, vt patet per prædicta. fuerunt etiam eodem tempore coram Deo recitate, & ab eo exaudite. propter quod missus est idem nuntius, scilicet Raphael angelus ad exequendum circa eos effectum bonitatis diuine, & hoc est, quod dicitur. In illo tempore exaudita sunt preces amborum, &c. patet litera.

MORALITER.

† 23 In illo temp. Sequitur, Mis. est. MYSTICE. Per Raphael. tem intelligi potest dominus noster IESVS Christus, q. dicitur magni consilij angelus. Esa. 9. b. secundum translationē Lxx. & venit in hunc mundum ad curandum in utroque sexu genus humanum.

CAP. III.

Igitur cum. CYP. Preuaricator, & pditor pater es, nisi filijs tuis fideliter cōstulas, nisi cōseruādis eis religiosa, & vera pictate prospicias Qui studes terreno magis, q. celesti patrimonio, filios tuos diabolo, magis cōmendare, quam Christo, bis delinquis & quod non preparas filijs tuis Dei patris auxilium, & quod doces filijs patrimonium plus amare, quā Christū, Esto potius liberis tuis pater talis qualis Tobias ex- titit, Da vtilia, & salu- taria præcepta pigno- ribus, qualia ille de- dit, manda filijs tuis, quod & ille filio ma- dauit, dicens. Et nunc fili, mando tibi, serui De- i, in veritate. Sequitur. b Corpus meum se. Cor- pora sepeliendo, q. sa- cro sanctum depositū terre commendamus quæ reddenda glorifi- canda in resurrectio- ne credimus.



CAP. III.

Igitur cum Tobias putaret orationem suam exaudiri, vt mori potuisset, voca- uit ad se Tobiam filium suum, dixitq; ei: Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamētum cōstrue. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli, & honorem habebis matri omnibus diebus vitæ eius.

titit, Da vtilia, & salu- taria præcepta pigno- ribus, qualia ille de- dit, manda filijs tuis, quod & ille filio ma- dauit, dicens. Et nunc fili, mando tibi, serui De- i, in veritate. Sequitur. b Corpus meum se. Cor- pora sepeliendo, q. sa- cro sanctum depositū terre commendamus quæ reddenda glorifi- canda in resurrectio- ne credimus.

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. III.

Igitur cum. Descripta conuersatione Tobia virtuosæ, hic con- sequenter describitur eius consolati gratiosa, q. quidē fecit Deus per angelū filij sui ductorē in terrā Medorū, q. reuertēs attulit diuitias ad releuandū parēiū suorū, paupertatem, & medicinā ad curandū pa- tris sui cecitate. Sic ergo proceditur, q. primo ponitur filij missio. secū- do eiusdē reuersio. x. c. prima in duas, quia primo Tobias mittit filium suū. secundo filius exequitur patris imperiū c. 7. prima adhuc in duas, quia primo pater filium instruit. secundo legationē ei iniungit, ibi. In dico et tibi. Circa filij instructionē primo excitat eius attentionē, di- co. Au. si. m. ver. nō tū auribus corporis, sed et mentis, ideo sequitur.

HEBRAEI. Cū mortu⁹ fuero, sepeli me honorifice, & ho- norē habebis matri tuæ, & non deferes eā cunctis diebus vi- titit, Da vtilia, & salu- taria præcepta pigno- ribus, qualia ille de- dit, manda filijs tuis, quod & ille filio ma- dauit, dicens. Et nunc fili, mando tibi, serui De- i, in veritate. Sequitur. b Corpus meum se. Cor- pora sepeliendo, q. sa- cro sanctum depositū terre commendamus quæ reddenda glorifi- canda in resurrectio- ne credimus.

A tæ eius, neque rebellis eris verbis eius, aut merore afficias vitam eius, sed recordate fili mi, quantæ tribulationes trāsierint super eā, & super te, cū esses in vtero eius, quæ ppter sepelies quoq; eam iuxta me honorifice in sepulchro vno.
* CYRIL. Alex. nulla res excellentior est, quam pietatē filiorum obseruatiamque in suos parentes. Scientque præterea, quam periculosum sit, eos probris lacessere, si quando fortassis ob imbecillitatē naturæ ab honestate discederēt. Sed quòd parentes res sanctissima inter omnes nationes habeatur, lex quoque diuina plane docebit, quæ cū iussisset Deū vnum ex toto corde diligere, hoc etiā addidit. **Honora patrem tuū, & matrem tuam, vt bene sit tibi, sisque longæuus super terram.** Parētes enim imaginē Dei quodāmodo gerunt, vnde inquit: Memēto quæ per eos natus es. Ac rursus: **Qui oculum patris deriserit, & senectutem matris non honorauerit, ex faucibus terre conuictus euellent.** Quod autē maledictis, per petuisq; supplicijs se obnoxii fecerit, qui honore maximo parentes suos prosequi neglexerit, Chāres gestæ facillime declarant.
* AMB. Nō possum saluo pietatis iure odisse patrem, cui debeo, quòd creatus sū, nec matrem longo decem mensium fastidio pij fetus onera portantem, cui in absoluteione plus periculi, in delatione plus tædij est.
* IDEM. Tu matri debes pudoris iniuriā, virginitatis dispēdiū, partus periculū, matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui miserā in ipsis vtorū fructibus maius periculum est.

est, & cum ediderit, quod optauit, partu absoluitur non timore. Nonne pro his obsequia saltem oportet rependi?
a *Ex substantia tua, &c.* * AMB. Malū est scenus quo quærūt vsurā. Aliud scenus iure execrabile, dare in vsurā pecuniam quæ lex phibet. Tobias hoc refugiebat, qui monebat filium suum, ne præceptum Domini præteriret, vt ex substantia sua elemosynā faceret, non pecuniam feneraret. nō auerteret faciē suam ab vllō paupere. Hæc, q; monet, cōdē nat vsurā scenus, ex quo multi qstū fecerūt, quē sancti prohibuerunt. Da pecuniā si habes, pro sit alijs, quæ tibi ociosa est. Da quasi nō recepturus, vt lucro cedat si reddita fuerit. Inustus est enim, qui misertur, & cōmodat. Qui facit misericordiam, fenerat proximo.
b *Quo. po. &c.* * AM. Corinthijs indicitur vt nō plus tribuāt, q̄ possunt, ne pl⁹ forte offerentes coacti, nō voluntarij, grauati viderentur sine mercede futuri, quia qui coactus aliqd facit mercedem non habet. Si tantum quis det quantum vult, aut pōt, acceptum est. Iudicio enim videtur hoc facere, ac per hoc tantum det, quantum potest, & vult aius, vt rei huius possit habere mercedem.
c *Quo. ele. &c.* * AM. Ora, sine intermissione, ieiuna frequēter, & da elemosynā, quoniam elemosyna à morte liberat, & purgat omnem fordē, & squalorem.
* IDEM. Quæ nobis salus esse potest, nisi ieiunio eluerimus peccata nostrā, cum scriptura dicat Ieiunium, & elemosyna à morte liberat? Qui sunt ergo hi præceptores noui, qui meritum excludant ieiunij?
IDEM.

Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cum autem, & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelies eam circa me. Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deū, & caue ne aliquādo peccato consentias, & prætermittas præcepta Dei nostri. † Ex substantia tua fac elemosynam, † & noli auertere faciē tuam ab vllō paupere. Itā enim fiet, vt nec à te auertatur faciēs domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter, impertiri stude. Præmium enim † bonum thesaurizas tibi in diē necessitatis, quoniam elemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. fiducia magna erit corā summo Deo elemosyna omnibus † facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorē tuam nunquam patiaris crimen scire. superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis per-

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Omnibus. Hic consequenter instruit eū de obedientia ad Deum, dicens, Omnibus autem diebus vi. per verā fidem, & dilectionē.
- 2 Et caue ne aliquando pec. licet enim secundum Augu. non sit in potestate nostrā, quibus visis tangamur, tamen est in potestate nostrā ea respicere, vel acceptare.
- 3 Et prætermitt. præce. ea transgrediendo.
- 4 Ex substantia. Hic tertio ipsum instruit de misericordia ad proximum, dicens. Ex substantia tua fac, & non de aliena.
- 5 Et non auer. faciē tuā ab vllō paup. q. d. si non potes exhibere manum, exhibeas tamen animum, & compassionis signum, nam de huiusmodi impossibilitate nullus se potest excusare.
- 6 Ita enim fiet, vt nec à te a. fa. propter qd dicit Saluator Lu 6. f. Date, & dabitur vobis. & quoniam elemosyna est discretē facienda, scilicet, secundum possibilitatem facientis, ideo subditur.
- 7 Quo. po. ita esto. quia sic non est elemosyna faciēda, vt recipiētibz sit remissio per abundantiam, vel sufficientiam, faciētibz autē tribulatio per indigentiam, vt habetur 2. Corint. 8. nisi quando. ppter Christum vult esse pauper, vt cum quis religionem ingreditur, vt sic pauper Christum pauperem perfectius sequatur.
- 8 Etiam exiguum li. nam in hoc magis pensatur affectus, quā census, propter quod Saluator plus reputauit duo minuta à paupere vidua oblata, quam diuicium munera magna, Mar. 12. et subditur ratio faciēdi elemosynam, cum dicitur.

- 9 Præmium enim bonum tibi. tibi prouidendo.
- 10 In diē necessitatis. i. mortis, quia sicut dicit Augustinus, Sola misericordia comes est defunctorum, & in diē iudicij generalis, quia tunc, & iudex dicit, Venite benedicti patris mei, percipite paratū vobis regnum, & subditur: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Matth. 25. c. ideo subditur.
- 11 Quoniam elemosyna ab omni peccato, & à mort. scilicet, gehennæ.
- 12 Liberat. est enim inter alia misericordiarū opera valde satisfactoria. Dan. 4. e. Peccata tua elemosynis redime. Cetera patient.
- 13 Attende tibi. Hic quarto instruit filium de innocentia de seipso dicens, Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, s. corporali, & spiritali, quæ est idololatria, & sub fornicatione corporali intelligit adulterium, & omne carnis peccatum, ideo subditur: Et præter vxorem tuam nunquam patiaris, &c. Consequenter eum instruit de humilitate vera dicens.
- 14 Superbiam nunquam in tuo sen. id est, in tuo corde.
- 15 Aut in tuo. id est, in exteriori signo, vel opere.
- 16 Domina. permittas. nō dicitur enenire, quia impossibile est quæ insurgant elationes aliqua, sed tunc dominantur, quæ impetum earum sequens secundum eas operatur, quod potest ab homine caueri.
- 17 In ipsa enim initium sump. Nam primum peccatum angeli fuit superbia, ex quo secutum est peccatum hominis per tentationem demonis. Gene. 3.

A * Idem. Qui miseretur, cor suum mundat. Quid est mun-
dare animum, nisi sordem mentis abluere? Eleemosyna à
morte liberat.

Luc. * Cyprian. Non utique ab illa morte, quam semel Christi
An- sanguis extirxit, & à qua nos salutaris baptismi, & redemptoris
nri gratia liberavit, sed ab ea quæ p delicta postmodum serpit.

Luc. 11. a *Quicumque tibi, &c.*

* Ambrosius. Ipsa
lex domini hanc for-
mam tenendâ docet,
vt nihil alteri detra-
has, tui commodi ser-
uandi gratia, cum di-
cit: Non trãseras ter-
minos antiquos, quos
statuerunt patres tui:
cum vitulum errantẽ
fratris tui reducen-
dum præcipit: cum fu-
rem mori iubet: cum
verat mercenarium
debita mercede frau-
dari: cum pecuniam
sine vsuris reddendã
censer.

B b *Quod ab alio, &c.*

* Chrysostomus.
Christus post multas
illas beatitudines di-
cebat: *Quæ vultis vt fa-
ciant vobis homines, hæc
& vos facite ipsis.* Non
est opus multis ser-
monibus aut legibus,
voluntas tua sit lex.
Vis beneficia capere?
confer beneficium al-
teri. Vis misericor-
diam consequi? mise-
rere proximi? Vis lau-
dari? lauda alium. Vis
amari? ama. Vis par-
tibus primis potiri?
Cede illas pri⁹ alteri.

Tu sis iudex, tu sis vitæ tuæ legislator. Et rursus. Quod odi-
sti, alii ne facias. Per hoc quidẽ à malo quidẽ fidem inducit,
per illud autẽ virtutis operationem. Odisti cõtumeliã pati?
C Ne

Ne alium afficias contumelia. Odio habes falli? Neque tu
fallas alium.

D lib. 7. in Luc.

c *Panem tuum & vinum, &c.* * Ambros. Est & illa prophe-
tica, vt supra sepulturam iustorum quædam ponamus, quæ
lector, agnoscis, infidelis intelligere non debet: non quo ci-
bus imperetur aut potus, sed sacræ oblationis veneranda
cõmunio reueletur.

Parte 3. pa-
stor. admon.
21.

a ¶ Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane, qui meruit operãdo nõ mereatur expectãdo.
a ditio. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mer-
cedem restitue, & merces mercenarij apud te omnino non

b remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquan-
do alteri facias. Panem tuum cum esurientibus, & egenis co-

c mede, & de vestimentis tuis nudos tege. Panem tuum & vi-
num tuum super sepulturam iusti cõstitue, & noli ex eo man-

ducare & bibere cum peccatoribus. Consilium semper à sa-
pientẽ perquire. Omni tempore benedic Deum, & pete ab

eo, vt vias tuas dirigat: & omnia consilia tua in ipso perman-
neant. Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem talenta ar-

genti, dum infantulus esses, Gabelo in Rages ciuitate Me-
dorum, & chirographum eius apud me habeo. Et ideo per-

quire quomodo ad eum peruenias, & recipies ab eo supra
memoratum pondus argenti, & restituas ei chirographum

suum. Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam geri-

mus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, &
recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

nisi extremo vitæ suæ tempore, magis ne fraudaret heredẽ,
quàm vt depositam pecuniã recuperaret. Populi sæpe con-
ciderunt fœnore, & ea publici exitij causa extitit.

CAP. F

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Quicumque tibi aliquid operatus.* Hic quinto instruit filium
de iustitia ad operarium dicens: *Quicumq; tibi aliquid ope.* quia
tales vt communiter sunt pauperes, de labore suo quotidiana-
num victum acquirentes: & ideo lex quæ ferenda est secun-
dum id quod accidit, vt in pluribus præcepit, Leu. 19. quod
merces talium non retineatur vsque in mane dici sequen-
tis.

2 *Quod ab alio.* hoc enim est de iure naturali.

3 *Panem tuum cum esu.* beneficia enim collata talibus, qui
non possunt retribuere, sunt apud Deum meritoria.

4 *Panem tuum.* Hic sexto instruit filium de pietate ad de-
functos dicens: *Panem tuum & vi. tu. su. se.* ex hoc aliqui acci-
pientes occasionem errandi solebant super sepulchra paren-
tum defunctorum cibaria ponere, quasi mortui cibis corpo-
ralibus indigerent, quod improbat Aug. in sermone de ca-
thedra sancti Petri. Alij vero magna festa in morte parentũ
faciebant ad ostentationem, & inde depauperabantur. hoc
non intelligit hic Tobias, sed quod in morte iustorum pa-
scendi sunt pauperes pro animabus eorum. Et ad excluden-
dum infideles subdit. *Et noli ex eo man.* sequitur.

5 *Consilium.* Hic septimo filium instruit de prudentia con-
siliium in dubiis requirendo, dicens. *Consi. semp. à sap.* in illa re
de qua consilium quæritur.

6 *Perquire.* id est, perfectè require, & non superficialiter
tantum. nã cuiuslibet experto in sua scientia credendum est.
& quia cõsiliium hominis non est omnino solidum, ideo do-
cet recurrere ad diuinum dicens.

7 *Omni tempore.* scilicet, prosperitatis & aduersitatis.

8 *Bene-*

8 *Benedic Deum.* ipsum laudando.

9 *Et pete ab eo.* in agendis.

10 *Et omnia consilia tua in ipso permaneant.* quia non debet ho-
mo quereere consilium nisi de bonis agendis, & malis fugiẽ-
dis, & omne tale consilium est secundum Deum.

11 *Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem.* Postquam Tobias
filium suum de moribus instruxit, hic consequenter pro de-
bito repetendo sibi legationem iniungit, dicens: *Indico etiam
tibi.* Erat enim necessitas indicandi, eo quod credebat mor-
tem suam appropinquare, vt prædictum est, vt sic debitum
ante mortem eius redderetur. Et quia filius illud debitum
ignorabat, ideo subditur.

12 *Dedisse me decem talenta argenti, dum infantulus esses.* id est,
non haberes adhuc vsum debitum rationis.

13 *Gabelo in Rages ciuitate Medorum.* sicut dictum est supra
tertio capite.

14 *Et chirographum eius.* id est, literam obligatoriam de re-
stitutione.

15 *Apud me habeo.* Per quam debitum poterit reuocari. Cẽ-
tera patent vsque ibi.

16 *Noli timere fili mi.* laborem itineris, & paupertatem, &
subdit rationem dicens.

17 *Pauperem quidem vitam gerimus.* in præsentis seculo.

18 *Sed multa bona habebimus.* in præterito.

19 *Si timuerimus Deum.* timore filiali.

20 *Et recesserimus ab omni peccato.* mortali, nam omne venia-
le non possumus omnino vitare.

21 *Et fecerimus bene.* istæ sunt duæ partes iustitiæ, scilicet,
declinare à malo, & facere bona.

CAP.

C A P. V.

In Pūl. 70. **T**unc respondit. * August. In ea re sola filius non debet obedire patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit contra Dñm Deum ipsius. Neque enim debet irasci pater qñ sic ei præponitur Deus. Vbi enim hoc iubet pater quod cōtra Do-

do tradidi argentum in manum eius. **b** Tunc egressus Tobias, &c. * August. Quod Angeli visibiles, & tractabiliter apparentes, non quia indigebant, sed quia volebant, & poterant, vt hominibus congruerent: sui ministerij quadam humanitate fecerunt.

C A P. V.



Tunc respondit Tobias patri suo, & dixit: Omnia quæcunque præcepisti mihi, faciam, pater: Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. Ille me nescit, & ego eum ignoro. Quod signum dabo ei? Sed neque viam per quam pergatur illuc, aliquando cognoui. Tunc pater suus respondit illi, & dixit: Chirographum quidē illius apud me habeo, quod dum illi ostenderis, statim restituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua, dum adhuc viuo, vt recipiat eam. Tunc egressus Tobias inuenit iuuenem splendidum, stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Et ignorans quod Angelus Dei esset, salutauit eum, & dixit: Vnde te habemus bone iuuenis? At ille respondit: Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei: Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum? Cui respondit: Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulauit, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis: Cui Tobias, ait: Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo. Tunc ingressus Tobias indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum. Ingressus itaque salutauit eum, & dixit: Gaudium tibi sit semper. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Cui ait iuuenis: Forti

* Dionysius Areop. Viri diuina sapientia repleti humanas quoque formas illas cœlestes substantias describunt, quod mēte vigeant homines, videndique vires habeant ad superna tendentes, sublimique ore, & erecto sunt statui, & per naturam ad imperandum idonei. **c** Ex filijs Israel. Erat enim ex numero angelorū, qui sunt filii Israel quia semper vident Deum facie ad faciem, & sepe mittuntur in custodia filiorum Israel, id est, videntium Deū. vnde, Constituitur minorum populorum iuxta numerum filiorum Israel. **d** Tunc in Beda, Apparuit Angelus Tobie, & socium se prebuit, & filius Dei hominem assum-

a Benedixit Deus filios Ionadab, propter obedientiam, eosque obiecit inobedienti populo suo, exprobrās, quia cum filij Ionadab obedientes essent patri suo, illi non obedirent Deo suo. **b** * Hebr. r. Et respondens Tobias patri suo, ait: Omnia quæcunque præcepisti mihi, pater mi, faciam. Nūc ergo pater mi, da mihi consilium, quomodo possim accipere pecuniā de manu Gabeli. Nam ille non cognoscit me, nec ego cognosco illum. Quod signū referam ei, vt ille mihi tradat pecuniam? Respondit Tobias. Hoc est lignum de quo illi diceas, quod marsupium suum mihi dedit, & ego dixi, accipe de manu mea. Sunt autē hodie viginti anni quādo

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. V.

Tunc respondit. Postquam pater instruxit filium, hic consequenter exequitur filius patris imperium, et dicitur in tres partes, quia primo describitur itineris apparatus, secundo ponitur iuuenis recessus, ibi. Tunc paratis omnibus. tertio via progressus, in principio capituli sexti, Circa primum primo ductor itineris inquiri præcipitur, secundo quæ situs inuenitur, ibi. Tunc egressus. tertio inuentus examinatur, ibi. Dixit itaque. Circa primum primo ponitur obedientis filij responsio dicentis. **2** Omnia quæ præ. mi. cum diligētia. Consequenter petit edoceri de via dicens. **3** Quo. au. pe. hanc re. ig. Nam debitorem, & etiam viam ignorabat, ideo subditur. Ille me. ne. Et subditur instructio patris de utroque. s. de modo repetendi, et de via per ductorem conuenientem, & primo de signo dando debitori, cum dicitur. **4** Chirog. qui. il. quod est signum manifestum debiti. **5** Quod dum il. osten. sta. re. de fidelitate. n. Gabeli confidebat, & si negare vellet, per chirographum arctari poterat, secundo instruit eum de modo eundi per viam. s. per ductorem fidelem cum subditur. Sed perge nunc, &c. & parat litera. **6** Tunc egr. To. Hic consequenter ductor quæ sitis inuenitur, cum dicitur. **7** Inuenit iun. i. angelum in specie iuuenis apparentem. **8** Splendidum. id est, in facie valde pulchrum. **9** Et stātem præ. & quasi, &c. Apparitiones. n. angelicæ in corporibus

poribus assumptis fiunt secundum proprietates legationum ad quas angeli mittuntur, & quia iste mittebatur a Deo ad ducendum filium Tobie per viam, ideo apparebat tanquam dispositus, ad itinerandum. **10** Vnde te habemus bone iuuenis. i. de qua gente es tu? quia nolebat habere ductorem Gentilem, sed Israelitam. **11** At ille respondit, &c. verum dixit, quamuis non esset homo. Nam illa quæ ab angelis inter homines fiunt, sunt figuratiua, sicut comestio eorum fructuonem giorie signat, vnde inf. 12. c. dicit angelus iste. Cum essem vobiscum per voluntatem Dei, videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili & potui qui ab hominibus videri non potest vtor, & eodem modo locutio eius, quia dicit se esse ex filiis Israel signat coniunctionem charitatis, qua sancti angeli communiti sunt fidelibus deuotis. Cetera patent vsque ibi. **12** Et omnia. Per hoc designatur eius promptitudo ad exequendū mandata Dei circa homines ad Dei gloriam, & electorum salutem, secū dū quod dicitur Heb. 1. d. Omnes administratori spiritus sunt in ministerium missi, propter eos qui capiunt hereditatem salutis. **13** Et ma. apud Gabelum fratrem nostrum qui moratur nam angeli sancti libenter morantur cum iustis. Cetera patent vsque ibi. **14** Super quæ ad pa. quod. ita cito inuentus fuisset ductor ap us. **15** Ingressus. Hic consequenter ductor inuentus examinatur. præmittitur tamen salutatio senioris Tobie, & eius responsio cum dicitur. **16** Qui gau. mi. erit. hoc non dixit ex impatientia sua cœcitatē, sed continens gaudium presentis uitæ, & sperans gaudium suum. **17** Forti animo. in patientia perseverando.

Diuisio.

MORALITER.

1 Tunc egressus, &c. Per hoc autem quod angelus apparuit Tobie in humana specie, & se exhibuit comitem viæ suæ prouidum, & iucundum, signatur mystice gratiosa societas, vel potius gloriosa, quæ erit hominum, & angelorum, cum ad

ad eorum societatem in animabus simul, & corporibus assumetur. Per hoc autem, quod hanc associetatem significauit angelus Tobie seniori designatur, quod hoc fuit promissum patribus veteris testamenti, vnde promissum fuit Abraham Gen. 15. quod semen suum futurum esset sicut stelle cæli. **Tunc**

A dominus per miracula quæ in carne fecit populo Iudeorum, ex quo carnē suscepit, ostendit: quia est filius & angelus. i. nuntius paternæ voluntatis, cui est gaudiū perpetuæ salutis prædicavit, dicens: *Penitentiam agite, appropinqua enim reg. celo.* & desperantibus de lumine cælesti: *Ego sum*, inquit, *lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris.*

a *Et dixit ei angelus. Beda. Promittit angelus Tobiæ ducere filium suum in civitatem Medorum & reducere. Promittit Christus Iudeis credentibus quamvis plures sint cæcati, quia incarnationis suæ sacramenta gentibus aperiat, & in fine temporum populo Iudeorum latius pandat. Coniuncte & cooperante divinitatis suæ fide, de ductus ad Medos dicit. *Alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili. De reducendo dicit Apostolus: Donec plenitudo gentium intraerit, & sic omnis Israel saluus fiet. Interrogante angelum Tobiæ unde esset.**

B *Ego sum inquit Azarias Ana. ma. fi. Azarias adiutor. Ananias gloria Dei. Christus quoque fidelibus suis indicat, quia ipse est de quo dicitur: *Adiutor meus & liberator meus es tu domine, ne moreris. Et vidimus gloriam eius, quasi unigeniti à patre.**

C *Comestor. Figuratè respondet, quoniam Azarias adiutor Dei interpretatur, quod angelis cõpetit, qui sunt ad ministratorij spiritus. Quasi diceret. Ex filio Israel ego sum, Azarias Ananiam magni filius, quod totum secundum interpretationem nominum*

minum verum erat. Erat enim de angelis videntibus Deum: & erat Azarias, adiutor: & filius Ananiam, id est, gloriæ Dei. *c. Ex magno genere es tu. &c. Hebrai. Ecce tu mihi frater, es de cognatione bona, & nobili, & tu quoque cognovisti Hannanelem, & Nathan duos filios magni Selomith, qui mecum*

ibant in Ierusalem, cum habitarem in terra Israel, & adorabant mecum ibi, nec unquam erraverunt post deos alienos huius terræ sicut aberraverunt fratres nostri. Nunc itaque mihi frater, vade in pace cum filio meo, atque salvi redeatis adiuvante Deo. Dabo autem tibi pro mercede singulis diebus drachmā unam, & præterea victum sicut filio meo. Et si reduxerit vos dominus in pacem, adiciam adhuc super mercede tua.

d. Tunc paratis. Beda. Beda ibi sup.

Apparente domino in carne, parata sunt omnia, quæ ad redemptionem nostram necessaria erant, & quibus ecclesiæ fides & vita nutriatur, & firmetur, donec huius sæculi via finiatur, id est, virtutes eius, doctrina, tentatio, passio, resurrectio, ascensio, spiritus sancti missio, fides credentium, persecutio infidelium, his in Iudæa peractis, mediator Dei & hominum per aposto-

a *Appropinquet enim regnum cælorum.*
animo esto, in proximo est ut à Deo cures. Dixit itaque illi Tobias: Nunquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages civitatem Medorum? Et cum redieris, restituiam tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus: Ego ducam, & reducam eum ad te. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael angelus dixit: Genus quæris mercenarii an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat? Sed ne forte sollicitum te reddam, ego sum **b** Azarias Ananiam magni filius. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris, quod voluerim cognoscere genus tuum. Dixit autem illi angelus: Ego sanum ducam & sanum tibi reducam filium tuum. Respondens autem Tobias ait: Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscum. Tunc paratis **c** omnibus quæ erant

a *Necessaria.*
in via portanda, fecit Tobias vale patri suo, & matri suæ, & ambulauerunt ambo simul. Cumque profecti essent, cepit mater eius flere & dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis. Nunquam fuisset ipsa pecunia pro quamisisti eum. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, ut divitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum.

a *Mulieris impatiencia: affectio materna.*
Dixitque ei Tobias: Noli flere. saluus perveniet filius noster, & saluus revertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim, quod angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponit omnia quæ circa eum geruntur, ita ut cum gaudio revertatur ad nos. Ad hanc vocem cessavit mater eius flere & tacuit.

a *In domo confidit cui commisit eum.*
a *Suscepta consolatione.*

los Iudæis contribulibus suis, & gentibus gaudia supernæ salutis & pacis prædicavit, & his qui accipere & credere volebant per seipsum donavit: & sic ad salutem gentium per apostolos pervenit.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 *In proximo.* ad hoc enim erat missus à Deo, & ideo certitudinaliter sciebat hoc esse futurum. Cetera patent utque ibi.

2 *Ego ducam, et reducam eum ad te.* hoc enim futurum esse sciebat ex divina revelatione.

3 *Indica mihi.* In vna enim tribu Israel plures domus, decem enim tribus erant captivatae, ideo Tobias quærit de utroque scilicet tribu & domo.

4 *Genus quæ. q. d. non est tibi curandum de genere illius qui debet filium tuum ducere pro mercede, sed de eius aptitudine, & fidelitate, quæ conditiones sunt in me.*

5 *Sed ne forte sollicitum te reddam.* id est, dubium.

6 *Ego sum. Ana. mag.* verum dixit angelus, quia sicut dictum est, locutio eius erat figurativa. Azarias autem interpretatur adiutor Dei, angeli verò sunt adiutores Dei, in quantum per eorum ministerium electi diriguntur in salutem, & hoc modo dicit Apostolus 1. Cor. 3. b. de se & aliis prædicatoribus. *Dei adiutores sumus.* Ananias vero interpretatur gratia Dei, cuius filii sunt angeli, eo modo quo dicitur in gloria, quæ est gratia consummata. Non tamen sic intellexit Tobias, sed quod esset homo filius cuiusdam viri notabilis de tribubus Israel, qui sic vocaretur. Nec in hoc angelus

eum decepit, quia Tobias melius habuit intentum suum, scilicet, filii sui ductorem bonum, quam si esset homo de genere quantumcunque magno. Cetera patent in litera.

7 *Tunc paratis.* Hic consequenter describitur Tobiæ iunioris recessus cum dicitur.

8 *Fecit Tobias vale patri suo* non enim decens erat, quod ab eis recederet absque salutatione. & sequitur matris fletus ex materna pietate.

9 *Baculum se. no.* id est, sustentamentum, filii enim senibus patentibus debent ministerium reverentiæ & provisionis necessariæ si indigeant.

10 *Nunquam super ista.* hoc dicit materno affectu mota.

11 *Ut divitias computaremus.* id est, reputare nos habere.

12 *Hoc quod videbamus.* id est, sensu percipiebamus ipsum esse nobiscum. Pater enim cum esset cæcus, non poterat eum videre: poterat tamen ipsum tangere & audire, & sic duplici sensu præsentiam eius cognoscere, quod hic dicitur videre quantum est ex parte patris. Visus enim propter sui nobilitatem aliquando accipitur pro aliis sensibus, sicut dicitur Exod. 20. c. *Populus autem videbat voces.* hic enim accipitur videre, pro audire.

13 *Salvus per si. no.* ad terminum ad quem mittitur. Cetera patet.

CAP.

MORALITER.

7 *Tunc paratis omnibus, &c.* Hæc fuerunt, chirographus, cassidile, & baculus. Per chirographum qui dicitur à *χρῆσθαι* quod est manus, & *γράφω* scribo, significatur sacra scriptura, quæ in manu operis est habenda, propter quod dicitur Rom. 2. b. *Non auditores legis, sed factores iusti sunt apud Deum.* Per cassidile quod est repo-

est repositorium necessariorum, significatur humilitatis virtus, quæ est custos aliarum virtutum, & donorum. Per baculum vero signam crucis in corde credendo & ore confitendo, ista vero sunt necessaria peregrinantibus in hac vita.

8 *Fecit Tobias, &c.* Per hoc significatur, quod in principio cuiuslibet operis boni Deus qui est pater noster per creationem & beata virgo quæ est mater nostra per pietatem, dñe deubte salutari.

MORALITER.

CAPVT VI.

Profectus est. * Basilus. Canis quidē expertis rationis est, sensum tamē obtinet parē prope dixerim rōni. Quā namque seculi sapientes per prolixum uitā totius orū delinquentes, uix tādē inuenerūt, argumētationē (inquā) rationūq; nexus, in his sese offert canis eruditum a natura. Nam cum ferā uestigia inuestigat, si inuenit ea pluribus sese inuadētia modis, diuortia uarum singulatim, ubi sagaci odoratu perflustrauit, uocem propē syllogisticam elicit hoc pacto. Fera quā persequor, aut hac, aut illa, aut illa diuertit parte. At qui non hac, aut illac: restat ergo illam isthac abussē uia: atque ita falsa tollendo, uerum inuenire solet. Memoria uerō beneficiorum animantis huiusce, gratiæque reddendæ, quem beneficiorum immemorem non pudore asperferit? Iam quidem & interfectis à latronibus in solitudine dominis, complures a cadaueribus canes non recetisse, sed ibidem expirasse memoriæ traditur. Nonnullos etiam cede adhuc recente, duces illis fuisse qui latrones inquisierunt, & ad pœnam maleficos rapi fecerunt.

de temporalibus, ideo subditur. † Tremor etiam ideo sequitur. 6 Et præoccup. Per quos significantur angeli & viri sancti ad quorum refugium auxiliū. 7 Et muris. muniendo se clausuris virtutum.

a ¶ Scientiam scripturarum vnde fideles viuunt .

A congregauerunt frumenta in preparationem

Christus sacerdos magnus, qui dicit . Ego sum resurrex. & vita . Eliachim enim Dei resurrectio .

† enim,

pugnæ . sacerdos etiam Eliachim scripsit ad vniuersos qui erant contra Efdrelon , quæ est

contra faciem campi magni iuxta dothain ,

& vniuersos, per quos via transitus esse pote-

rat, vt obtinerent ascensus montium per quos

via esse poterat ad Ierusalem , & illic custodi-

rent vbi angustum iter esse poterat inter mon-

tes. Et fecerunt filii Israel, secundum quod con-

stituerat eis sacerdos domini Eliachim . Et

clamauit omnis populus ad dominum instantiâ

magna , & humiliauerunt animas suas in ieu-

nijs & orationibus, ipsi & mulieres eorum . Et

induerunt se sacerdotes cilicijs, & infantes

prostrauerunt contra faciem templi domini ,

& altare domini operuerunt cilicio . Et clama-

uerunt ad dominum Deum Israel vnanimi-

ter, ne darentur in prædâ infantes eorum,

& vxores eorum in diuisionem, & ciuitates

eorum in exterminium, & sancta eorum in

pollutionem, & fierent in opprobrium genti-

C

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et congre. Vt de ipsis viuere possent in obsidione, non. n. hēbane exercitum qui contra aduersarios exire posset in campum.

2 Sacer. etiam. Hic consequenter describitur circa resistentiā hanc summi sacerdotis diligentia, et primo scripto, secundo verbo, ibi. Tunc Eliachim. Circa primum dicitur. Sacer. etiam. Aliqui dicunt, quod isti sunt summi sacerdos, et successit Iesu filio Iosede, sed hoc non potest stare cum precedentibus. scilicet quod hæc historia contigerit tempore Cambysis, vt communiter tenetur a doctoribus, quia Iesus filius Iosede cū primis rediit de Babylone, vt habetur 1. Esd. 2. Et fuit summus sacerdos toto tempore Cambysis et vsque ad tempus Darij, sub quo consummatū est secundum templū, vt patet Zacharię 3. et ideo oportet dicere, quod iste Eliachim fuit idem cum dicto Iesu, et fuit binominis, sicut & multi alii, vel quod iste Eliachim fuit alius sacerdos sub summo sacerdote cōstitutus ad hæc agenda, vel quod historia Iudith non contigit tempore Cambysis, sed per magnum tempus postea, et huic consonat quod ipse dicitur summus sacerdos inf. eo. ca. Primum autem videtur melius, & magis consonum precedentibus.

3 Scripsit ad vniuersos. Vt obtinerēt ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, quia sicut dictū est supra, plus timebant de destructione cultus aluini, quam de proprijs corporibus.

4 Et clamauit omnis populus. Fecit enim primo quod potuit secundum viam humanam ne tentaret Deum, et residuum quod facere, non poterat, Deo precibus commendabat.

5 Et humiliauerunt animas suas, & non tantum corpora, nam sicut

MORALITER.

1 Et congre. frum. id est, Christi & apostolorum verba, quæ multum valent contra demonum iacula. Prou. 30. a. Omnis sermo domini ignitus clypeus est sperantibus in se.

2 Sacerdos etiam. Prælati enim debent roborare subditos in hac pugna scriptis, & verbis, etiam alijs modis, ideo subditur postea.

Sacer-

D

11 bus . Tunc Eliachim sacerdos domini magnus

circumiiuit omnem Israel, allocutusque est

eos dicens . Scitote, quoniam exaudiet domi-

nus preces vestras, si manentes permanseritis

in ieiunijs & orationibus in conspectu domi-

ni. † Memores estote

Moyfi serui Domini, qui

Amalech confidentem in

virtute sua, & in potentia

sua, & in exercitu suo, &

in clypeis suis, & in curri-

bus suis, & in equitibus

suis, non ferro pugnando

sed precibus sanctis orando deiecit . Sic erunt

vniuersi hostes Israel, si perseueraueritis in

hoc opere quod cœpistis . Ad hanc igitur ex-

hortationem eius deprecantes dominum,

permānebant in conspectu domini . Ita vt

etiam qui offerebant do-

mino holocausta præ-

cincti cilicijs offerrent

sacrificia domino, & e-

rat cinis super capita eo-

rum. Et ex toto corde suo omnes orābant Deum

vt visitaret populum suum Israel.

sicut dicitur Eccl. 35. c Oratio humiliantis se nubes penetrabit. 6 Infantes prostrauerunt contra faciem. Vt respiceret ad corū innoce tiam.

7 Et altare domini operuerunt cilicio. Sicut aliquando ostium ecclesie obstruunt spiritus in signum afflictionis.

8 Et vxores eorum in diui. per rapturam violentiam.

9 Et sancta eorum. id est, loca diuini cultus.

10 In pollutionem . exercendo ibi per Gentiles idololatriā, sicut factum fuit postea tempore Antiochi illustris.

11 Tunc Eliachim. Hic consequenter ponitur huius Eliachim dili gentia verbo & facto, cum dicitur.

12 Circumiiuit omnem Israel. vt ex presentia sua & verbo pro priomagis excitaret populum, quam solo scripto .

13 Scitote, quoniam exaudiet. nam oratio quæ est pia pro se & perseuerant, semper exauit.

14 Memores estote. hæc historia habetur Exodi. 17. cap. vbi dicitur: Cumq; leuaret Moyses manus, vincebat Israel: si autem paululum reniisset, superabat Amalech, subditur ibidem. Et factum est. vt nō lassaretur manus eius vsque ad occasum solis: fugauitque Iosue. Ama lech & populum eius in ore gladij. Cætera patent vsque ibi:


15 Offerebant domino hol. & hoc exterius in signū afflictionis & humiliationis. Sacrificiū autem ecclesie quod est eucharistia, nō est licitum offerre nisi in debitis vestimentis propter reuerentiam sacrāmē ti: sacrificium vero veteris legis quod erat tantum figurale, non erat tantæ reuerentia, Cætera patent.

CAP.

11 Sacerdos domini magnus, &c. & subditur effectus cum dicitur. † Ad hanc igitur exhortationem. Nam per orationem deuotam demones debellantur. Vñ dicit Ioannes os aureum. Quis nō hostem orando deuicit? Oratorum. Daniehs visa panditur, sopiuntur flammæ, feræ heberescūt, cadunt hostes, minui vincuntur. Quanto. n. purior frequentiorque fuerit celebra ta oratio, tanto celerius erit de hoste viadicta.

CAPVT V.

CAP. V.



Nuntiatumque est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quod filij Israel pararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusisset, & furore nimio exarsit in iracundia magna. Vocavitque omnes principes Moab & duces Ammon, & dixit eis. Dicitur mihi, quis sit populus iste qui montana obsidet, aut quæ & quales, & quantæ sint civitates eorum, quæ essent virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum vel quis rex militiæ illorum, & quare præ omnibus qui habitabant in Oriente isti contempserunt nos, & non exierunt in obviam nobis, ut susciperent nos cum pace. Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait. Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo. Populus iste ex progenie Chaldaeorum est. Hic primum in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldaeorum. Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine eorum erant unum Deum cæli coluerunt, quæ præcepit eis, ut exirent inde, & habitarent in Charam. Cumque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Aegyptum, illicque per quadringentos annos sic multipli-

Dei circumcidit carnem proputij sui, leprosi quoque; evangelici hereticos exprimit, qui dum rectis parva infirmitate, quasi colorem sanum maculis aspergunt.

Tunc Achior dux. In c. 7. Marc.

Hieronymus. Sicut Iethro socer Moysi arbor mala, qui utique in Deum Israel non credebat, dedit consilium Moyse bonum, ita & Achior ad Holofernem aliquid utile locutus est.

Augustinus. In libro qui inscribitur

Indith, cum quaereret Holofernes hostis Israelitarum, quæ nam gens illa esset, utrum aduersus eam bellandum fuisset, sic ei respondit Achior dux Ammonitarum. Audiat dominus noster verbum de ore pueri sui. Hæc enim progenies est populi Chaldaeorum, & antea habitauerunt Mesopotamiam, quia noluerunt sequi Deos patrum suorum, &c. Unde manifestum est, domum Thare persecutionem passam fuisse a Chaldeis pro veritate, qua unus & verus ab eis colebatur Deus.

In F

Nuntiatumque est Holoferni, &c. sic dicitur infra.

Tunc Achior dux, &c. quasi princeps hereticorum quilibet idolatriæ deditus, qui de diuinis operibus & miraculis cognouit quod sepe alijs dicit, quamuis fide catholicam perfecte non dederit, & Christi baptismate renatus non sit. Vel per Achior hereticus designantur, qui licet per omnia via veritatis non teneant, tamen in doctrina sua multa vera prædicant, quæ nostræ fidei concordant.

Inf. 11. b. Hi contra ecclesiam catholicam pugnant, sed ratione superati veritatem omnino non celant, heretici enim bona malis permiscet, quia si semper mala dicerent, latere non possent, sicut qui veneni poculum porrigit, labrum calicis melle tingit, ut quod dulce est, primo sentiat, ne quod mortiferum est, timeatur. Aliquando tamen correcti saluantur, sicut Achior videns victoriam Iudith confociatus, populo Dei

Gen. 11. d. Gen. 11. d. Gen. 46. 2.

NICOLAUS DE LYRA. CAP. V.

Nuntiatumque est, &c. Postquam descripta est persecutionis filiorum Israel specialis occasio, hic consequenter describitur ipsa persecutio. Circa quam primo ponitur Holofernis inquisitio, secundo Achior responsio, ibi: Tunc Achior, tertio Assyriorum indignatio, ibi: Et factum est. Circa primum dicitur:

- 1 Nuntiatumque est Hol. &c. per exploratores suos ad hoc missos.
2 Exarsit in iracundia. Nam ex superbia credebat quod nullus auderet moueri ad resistendum sibi.
3 Vocauitque omnes prin. Isti enim habitabant prope Iudæam, propter quod de statu Iudæorum melius dicere poterant veritatem.
4 Dicitur mihi quis sit. quantum ad eius originem.
5 Et quales & quantæ. Ut audeant considerare de defensione earum.
6 Quæ etiam sic vi. in corporibus, & audacia in mentibus.
7 Aut quæ sit mul. id est, quanta & qualiter armata.
8 Vel quis rex mi. id est, quam potens & bellicosus.
9 Qui habitant in Oriente. id est, si non confidunt in prædictis quæ potest tunc esse causa suæ rebellionis?
10 Et quare præ omnibus, &c. Hoc videtur esse contra illud quod dicitur sup. 2. c. Egredere aduersus omne regnum occidentis. Dicendum, quod licet omnes terræ supra nominatæ inter quas est Ierusalem & Iudæa, sint in parte Occidentali respectu regni Assyriorum; tam respectu, totius terræ habitabilis Iudæa & aliæ terræ, quas subiugarerat Holofernes, magis erant Orienti propinque quæ Occid. Nec obstat, quod Ierusalem dicitur in medio terræ habitabilis, nam hoc dicitur, eo quod est in quarto climate, quod est mediū, climata vero non distinguuntur secundum distantiam ab Oriente in Occidentem, sed secundum distantiam a Meridie in Aquilonem.
11 Tunc Achior. Hic consequenter ponitur ipsius Achior responsio, qui primo dat suam responsionem, secundo insert intentam conclusionem, ibi: Nunc ergo. Prima in tres. Nam in responsione Achior, primo describitur Hebræorum genus, secundo eorum progressus, ibi: Cumque operuisset. Tertio ipsorum virtus, ibi: Vbi cumque ingressi sunt, sicut petiuerat Holofernes. Circa primum dicitur: Tunc Achior, &c. s. am. Erat enim principalis inter Ammonitas, qui descenderant de Loth nepote Abraham, propter quod sciebat historiā Hebræorum ex eodem genere descendentium, & ideo obtulit se ad respondendum.
12 Populus iste ex proge. Ut habetur Gen. 11. d. Tulit itaque Thare Abram filium suum, et Loth filium Aram filii sui, et Sarai uirum suam excitauit, eos de Vr Chaldaeorum, &c.
13 Hic pri. in Meso. ha. Post exitum de Chaldea, ut habetur Gen. 11.
14 Quoniam no. se. Deos pa. idola colendo.
15 Et habi. in Char. Sic enim nominatur hæc ciuitas. Act. 7. & Gen. 11. nominatur Aram. Ciuitatum. n. nomina secundum diuersitatem temporum & linguarum varie pronuntiantur.
16 Cumque operuisset. Hic consequenter describitur populi progressus, et primo quantum ad descensum in Aegyptum, cum dicitur. Cumque operuisset omnem terram fa. &c. Ut habetur Gen. 67.
17 Illicque per quadr. Qui incipiendi sunt a uarietate Isaac, & terminandi in exitu de Aegypto, ut declaratum fuit Gen. 15.
18 Sic multipli. sunt, &c. Ut habetur Exod. 1.

MORALITER.

- 1 Nuntiatumque est Holoferni. Quando enim diabolus percipit aliquos se præpare ad resistendum sibi, tunc grauius querit eos inuadere & persequi. Ideo subditur.
4 Dicitur mihi. Unde dicit Leo Papa. Non desinit hostis antiquus

quis transfigurans se in angelum lucis, deceptionum laqueos ubique prætere, omnium discit consuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi querit causas nocendi, ubi quenquam viderit studiosius occupati.

- 11 Tunc Achior, &c. per istum qui Gentilis erat & multa de diuinis

Cum-

A cati sunt; vt dinumerari eorum non posset exercitus. ^{a Pharao.} Cumq. grauaret eos rex Aegypti, atque ^{a vel one. b Non Det. c Terrenis operibus} in aedificationibus vrbiū suarum in luto & late ^{a Corde, & ore. b Nondeos.} re subiugasset eos, clamauerunt ad Deū suū ^{a In vltionem eorum.} & percussit totā terrā Aegypti plagis variis. ^{a Plagis superari.}

B Cumque eiecissent eos Aegypti a se, & cessasset ^{a Summus horum omnium. b Rubrum in quo baptisina significatur.} plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad suū seruitium reuocare, † fugientibus his,

C Deus celi mā re aperuit, ita vt hincinde aquae quasi murus solidarentur. † & isti pede sicco fundum maris perambulādo trā ^{a Multitudo uitiorum & demonum.} siren. In quo loco dum innu ^{a Baptismi.} merabilis exercit⁹ Aegyptio ^{a Beati quorum remissa sunt iniquitates} rum eos persequeretur, ita a¹ ^{a Vnde, Non enim in arcu meo sperabo.} quis coopertus est vt non remaneret, vel vnus qui factū posteris nuntiaret. Egressus ^{a Impure.} etiam mare rubrum, deserta

Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam ^{a Ante. b In deserto huius mundi homines requiescunt, non filii hominum.} homo habitare potuit, vel filius hominis rege- ^{a Legis quae ad litteram est amara. b Indulcati ligno crucis sanguine Christi spiritualiter intellecti.} uit. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibē ^{a Vnde, Non enim in arcu meo sperabo.} dum † & per annos quadraginta annonam de cę ^{a Impure.} lo consecuti sunt. Vbicūque ingressi sunt, sine arcu, & sagitta, & absque scuto, & gladio, Deus eorum pugnavit pro eis, & vicit. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quādo recessit a cultu domini

D Dei sui. Quotiescunque autem praeter ipsum ^{a A Deo suo. b Captiuitatem.} Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in pre- ^{a Occisionem. b Nationibus. c Qui non ex toto abiecit, sed correxit.} dam, & in gladium, & opprobrium. Quotiescunque autem poenituerunt se recessisse a cultura ^{a Inimicis.}

Dei sui, dedit eis Deus coeli virtutem resistendi. Denique Chanaanum regem, & Iebusaeum, & Pheresaeum, & Herthaeum, & Heuaeum, & Amorrhaeum, & omnes potentes in Efebon prostrauerunt, & terras eorum, & ciuitates eorum ipsi possederunt, & usque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam & ante hos annos cum recessissent a via, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt praeliis a multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam. ^{a Per poenitentiam.}

E Nuper autem reuersi ad Dominum Deum suum ex dispersione qua dispersi fuerant, & adunati sunt, & ascenderunt montana haec omnia, & iterum possident Ierusalem, vbi sunt sancta sancta ^{a Visionem pacis. b A terra sua.}

F etiam. Nunc ergo mi domine perquire, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum, & ascendemus ad illos, quoniam tradens trader illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiae tuae. Si vero non est offensio ^{a Inf. 15. d} populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, † quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersae terrae. ^{a Inf. 15. d}

G Et factum est cum cessasset loqui Achior uerba

NICOLAUS DE LYRA

1 Cumque eiecissent eos. Hic secundo describitur Hebraeorū progressus, quātum ad mirabilem exitum de Aegypto, cum dicitur. Cumque eiecissent eos Aeg. Timore mortis compulli, Exod. 12.

2 Et iterum eos vel. capere. Et ad suū seruitium reuocare, Exod. 14.

3 Fug. his, Deus, &c. Et hoc totum habetur Exo. 14.

4 Egr. etiam ma. &c. Sed contrarium uideretur Exo. 15. d. vbi dicitur, Tulit autem Moyses Israel de mari rubro & egressi sunt in desertum Sur. Dicendum, quod hic breuiter repetitur historia exitus filiorum Israel de Aegypto, propter quod non exprimuntur hic omnia loca, sed solum notabilia, inter quae est mons Sinai, ad quem populus tendebat. **5** In quibus nunquam homo habitare potuit. Propter locorum sterilitatem, & loquitur hic de habitatione in ciuitate, vel villa, pastores. n. aliq. poterant ibi gregem pascere, sicut legitur de Moyse Ex. 3

6 Illic fontes amari obdulcati sunt eis. Ex. 15. Et per annos 40. annonam de caelo consecuti sunt Ex. 16. **7** Vbicūq. Hic consequenter describitur Hebraeorum uirtus, quae non erat ex hominib. sed ex protectione diuina, propter quod dicitur. Vbicūque ingr. sunt sine arcu. &c. Licet. n. pugnaverint cū Amalec in armis, & cum aliis septem gentib. quas expulerunt de terra promissionis, tamen non habuerunt victoriam per arma,

arma, sed uirtute diuina, unde & Amalec precib. Moyse fuit debellatus, ut dictum est c. praec. & in pugna Iosue contra reges Chanaan lapides grandinis interfecerunt aduersarios, & sol stetit immobilis spatio unius diei. Ios. 10. **8** Quotiescunque autem praeter ip. Deum, &c. ista patet ex decursu libri Iudicum, & 4. Reg. **9** Denique Chanaan. &c. ut patet Iosue 12. **10** Nam & ante hos an. cum re. a via quam dedit. il. Deus. s. tempore transmigrationis Ioachim, & captiuitatis factae sub Sedechia exterminati sunt praeliis per reges Assyriorum, & Aegypti, ut patet 4 Reg. & plurimi eorum captiui abducti sunt. Primo per Teglatphalnasar. 3. Reg. 15. Secundo per Salmanasar. 4. Reg. 17. & hoc quātum ad regnum Israel, quātum uero ad regnum Iuda per regem Babylonis, primo tempore Ioachim filii Iosiae, secundo tempore Ioachim filii eius, 3. Reg. 25.

11 Nuper autem reuer. ad do. &c. s. tempore Cyri, qui dedit populo licentiam redeundi.

12 Et ascend. rant montana haec omnia, & iterum. i. Iudaeā quae est montuosa. **13** Nunc ergo mi domine perquire. Narrata iudaeorum historia, hic consequenter Achior concludit intentum dicens. Nunc ergo. ad hoc. n. praedicta narrauerat, ut Holofernes sciret non se posse filios Israel capere, nisi per offensam Dei sui. Et patet litera.

14 Et factum est cum cessas. postquam posita est Achior rñsio ^{bic}

MORALITER.

diuinis beneficiis Israel collatis narrauit, quorum sensus mystici in locis suis positi sunt, ex quibus in fine conclusit consilium contra filios Israel. s. qualiter possent faciliter debellari, significantur haeretici, qui ex uerbis Christi student catholicos

licos impugnare, sicut Iulianus apostata ex hoc, quod Christus dicit Luc. 24. f. Nisi quis renuntiauerit omnib. quae possidet, non potest meus esse discipulus, facultates, & patrimonia Christianorum: auterebat & sic auaritiam suam ex euangelii testimonio colorabat, & similiter haeretici errorem suum student sacrae scripturae testimoniis colorare.

A ^a Qui factu mundi superbiunt, per conia veritatis audire non possunt, & p̄dicitur
 ceteribus cum ceteris fidelibus mortem mittantur.
 hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, &
 cogitabant interficere eum, dicentes ad alteru-
^a Cuius temeritas. ^b Fideles.
 trum, Quis est iste, qui filios Israel posse dicat re-
^a Diabolo. ^b Dæmonis vitiis, quibuslibet malis
 sistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius
^a Non enim videtur fidei scutum, ^b Pugnandi.
 homines incrimis, & sine virtute, & sine peritia

NICOLAUS DE LYRA.

Diuisio.

hic consequenter ponitur Assyriorum indignatio, & primo quantum ad duces exercitus, secundo quantum ad principem eius seq. cap. Circa primum dicitur. Et fact. est cum cess. loqui. & c. irati sunt omnes magnates Holofernis, ex sine sua narrationis, in qua concluderat eos non posse propria vi uic iudeos debellare, & patet sententia vsque ibi
 1 Vt ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos. i. falsis ver-
 bis decipere nos intendit.

B

Vt



C A P. VI.

Actum est cum cessasset lo-
 q̄, indignatus Holofernes
 vehementer dixit ad A-
 chior, Qm̄ prophetaſti no-
 bis, dicens, q̄ gens Israel
 defendatur a Deo suo, vt
 ostendam tibi quoniam non est Deus nisi Nabu-
 chodonosor, cum percusserimus eos omnes, si-
 cut hominem unum, tunc & ipse cum illis Assy-
 riorum gladio interibis, & omnis Israel tecum
 perditione disperiet, & probabis quoniam Na-
 buchodonosor dominus sit uniuersę terre. Tunc
 que gladius militię meę transiet per latera tua,
 & confixus cades inter vulneratos Israel, & non
 respirabis ultra, donec extermineris cum illis.
 Porro autem si prophetiam tuam veram existi-
 mas, non concidat uultus tuus, & pallor qui fa-
 ciem tuam obtinuit abscedat a te, si verba mea
 hæc putas impleri non posse. Vt autem noueris
 quia simul cum illis hæc experieris, ecce ex hac
 hora illorum populo sociaberis, vt dum dignas
 mei

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. VI.

Factum est. Hic consequenter describitur indignatio Holofernis,
 & primo verbis iniuriosis, secundo factis ibi, Tunc Holofernes
 Circa primum patet litera usque ibi.
 1 Tuncque gladius mi. Ex quo uidetur, quod intendebat eum in-
 terficere pluribus plagis, & cruciatibus, ut exprimitur inf. eo. c. Tunc
 & ipsum Achior diuersis inebat interire supplicis, ideo non dicit mi-
 litis, sed militie, quia intendebat eum militum ludibrio exponere
 2 Porro autem si proph. tuam veram exi. Non fuit mirum si
 Achior tunc timuit, tum quia inter eos erat, sicut agnus inter lupos, tñ
 licet quia firmiter teneret Deum Hebræos posse defendere, tamen non
 sciebat si eam offendissent, vel non, propter quod hoc inquirere con-
 suluerat. Cetera patent.
 3 Tunc Holofer. hic consequenter ostenditur eius indignatio fa-
 ctis, &

Diuisio.

M O R A L I T E R.

1 Factum est autem cum cess. loq. & c. Per hoc quod iste di-
 cens ueritatem incurrit superbiorum indignationem, signifi-
 cantur illi qui arguunt obstinatos, quia nō sequitur inde cor-
 rectio, sed contra eos indignatio, unde dicit Iohannes os au-
 reum, incurrit odium, qui arguit criminosos. Prælati tamē
 qui tenentur ex officio corrigere, nō debent propter hoc a cor-
 rectione

1 artis pugne? vt ergo agnoscat Achior, quoniam
^b Putat fallere.
 fallit nos, ascendamus in montana. & cum capti
 fuerint potentes eorum, tunc cum gladio trans-
 uerberabitur, vt sciat omnis gens, quoniam Na-
^c Non cæli.
 buchodonosor Deus terrę est, & præter ipsum
 alius non est.

2 Vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor de ter-
 rã est, non dicunt Deus cæli, sed terrę, uidentur. n. illius erroris fuisse,
 qui dicebant diuinam prouidentiam ad cælestia se tantum extendere,
 secundum quod dicitur Iob 22. c. Circa cardines cœli perambulat
 nec cõsiderat. hoc autem nomen Deus impostum fuit a prouidentia
 rerum, & gubernatione, & ideo deum terrę dicebant, cuius regnum ad
 pura terrena se extenat, intentio uero regis Nabuchodonosor, & sui
 exercitus erat omnem terram suo subiugare dominio, ut dictum est sup.
 c. 2. propter quod a suis denominabatur Deus terrę.

mei gladii poenas exceperint, ipse simul ultioni

3 subiaceas. Tunc Holofernes præcepit seruis suis,
^a Quemlibet confessorem Christi, præconem ueritatis.
 ut comprehenderent Achior, & perduceret eum
^a Separatum a se. ^c Quos perdendos putauit.
 in Bethuliam, & traderent eum in manus filio-
 rum Israel. Et accipientes eum serui Holofernis,
^a Cupiunt enim tales per illicita desideria uahere ad uiam latam, quæ ducit ad
 mortem.
 profecti sunt per campestria, sed cum appropin-
^a Prædicatores testimonia scripturarum contra iacula nesc.
 quassent ad montana, exierunt contra eos fun-
 dibularii. Illi autem diuertentes a latere montis
^a Quia militem Christi quem seducere non possunt, crucis, ac passionis eius so-
 cium faciunt.
 ligauerunt Achior ad arborem manibus, & pe-
 dibus, & sic uinctum de restibus dimiserunt
^a Non correcti, sed peiores augmento scelerum. ^b Pristinum errorem.
 eum, & reuerſi sunt ad Dominum suum. Porro
 filii Israel descendentes de Bethulia uenerunt ad eum.
 Quem soluentes ad Bethu-
 liam duxerunt, atque in me-
 dium populi illum statu-
 entes, percunctati sunt,
 quid rerum esset, quod il-

C A P. VI.
 a Porro filii Israel descen-
 dentes de Bethulia ueneru-
 Filiis doctores Ecclesię
 ad arborem ligatū solu-
 uunt, cum cathecume-
 nos suos, nec persecuto-
 rum rabiem, nec mor-
 tem pertimescere do-
 ceant.

Etis, & primo Achior Heb. tradendo, secundo eos crudeliter inuaden-
 do, sicut dixerat indignatus, secunda incipit cap. 7. Prima diuiditur in
 tres, quia primo describitur Achior traditio, secundo traditi disquisi-
 tio, tibi. porro filii Israel, tertio disquisiti consolatio, tibi. Cumque uni-
 uersa. prima pars patet usque ibi.
 4 Exierunt contra eos fundib. & dicuntur a funda, & bala-
 Græce, quod est proiectio Latine, quia cum funda proiciunt lapides
 quorum ictus graues sunt, maxime quando descendunt a superiori parte.
 5 Illi autem diuertentes a latere montis ligauit Achior ad ar-
 borem manibus. volentes se expedire de Achior, cum tali tamen se-
 curitate, quod non possent manus Hebræorum effugere.
 6 Porro filii Israel descendentes de Bet. Hic consequenter
 describitur traditi disquisitio, cum subditur.
 7 In medium pop. Mirabantur. n. de tali ligatione ipsius, tanquã
 de re insolita.

In

rectione cessare.
 2 Porro filii Israel. & c. descendentes de Bethulia ne. Per istos qui
 descenderunt ad soluendum Achior uincula, significantur
 prædicatores, & confessores, qui ex fraterna charitate con-
 descendunt soluere uincula peccatorum, & inter iustos dāt
 peccatoribus locum, & faciunt eis de sacramento eucharis-
 tię nobile conuiuium.

A cent. Quasi ad arborum remligatum soluunt cum a formidine crucis metem pauidam cruunt, & ad patientiam instruunt, hoc aut melius fit si (exemplo Ozias, & Charmin qui confortantes Achior preces deuotas cum omni populo domino effuderunt) magistri ecclesie cum ceteris fidelibus auditores suos domino commendauerint deuotis precibus ut eius dono habeatur, quod humana infirmitas non meretur.

B In diebus illis, & cat. Comestor. Miserat quidem de Ierusalem duos principes sacerdotum in Bethuliam, & principem Oziam de tribu Simeon, cumque exposuisset eis Achior quare transfusus esset ab Holoferne ad eos, recepit eum Ozias in domum suam.

C Qui omnia fecisti, omnia potes. Ne dissimules peccata eorum. Qui humilia respicis.

lum uinctum Assyrii reliquissent. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Michae de tribu Simeon, & Charmin, qui & Gothoniel. In medio itaque seniorum, & in conspectu omnium, Achior dixit omnia que locutus ipse fuerat, ab Holoferne interrogatus, & qualiter populus Holofernis uolisset propter hoc uerbum interficere eum, & quemadmodum ipse Holofernes iratus, iusserit eum Israelitis hac de causa tradi, ut dum uinceret filios Israel tunc etiam ipsum Achior diuersis iubeat interficere suppliciis, propter hoc quod dixisset Deus eius defensor eorum est. Cumque Achior uniuersa haec exposuisset, omnis populus cecidit in faciem adorans dominum, & conlamentatione, & fletu unanimes preces suas domino effuderunt, dicentes, Domine Deus caeli, & terrae, intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 In diebus illis. Hoc interponitur, quia coram eis principaliter adductus fuit Achior, & subiungitur Achior responsio, cum dicitur, Dixit Achior omnia. Et patet littera usque ibi.
- 2 Propter hoc, &c. Deus. Non enim credebant Dei celi providentiam ad haec inferiora se extendere, ut praedictum est, nec per conspectus eius defensionem.
- 3 Cumque Ach. un. Hic consequenter describitur interrogati, uel disquisiti consolatio, & primo per orationem deuotam, cum dicitur.
- 4 Om. po. ce. in fa. Humiliter, & deuote deprecantes, ut Deus liberaret eos cum ipso Achior de manibus Holofernis.
- 5 Resp. ad no. hu. Quia non confidimus de nostris meritis, uel uirtute, sed de tua bonitate.
- 6 Et fac. san. tu. at. s. Abrahami, Isaac, Iacob, & aliorum sanctorum patrum, ut eorum meritis liberemur.
- 7 Oratione po. com. in fine orationis diuinitus confortati, Nam melior est finis orationis, quam principium. Eccl. 7. b
- 8 Deus pa. no. & c. uir. praed. Assyriis nuntiando.
- 9 Ipse. remunerator.
- 10 Tibi hanc da. vic. & c. hoc dixerunt confidentes de diuino auxilio.
- 11 Cum uero. Hic secundo consolantur Achior, & cum ip

CAP. VII.



Holofernes autem altera die praecipit exercitibus suis, ut ascenderent contra Bethuliam. Erant autem pedites bellatorum centum uiginti milia, & equites viginti duo milia, praeter preparationes uirorum illorum, quos occupauerat capti-

NICOLAUS DE LYRA. CAP. VII.

Holofernes autem altera die. Hic consequenter describitur Holofernis indignatio populum Israel crudeliter persequendo: ubi primo ponitur superba oppugnatio urbis, secundo dura coarctatio sitis, ubi. Porro Holofernes. tertio pauida obiurgatio plebis, ubi. Tunc ad Oziam. quarto indiscreta conuentio ducis, ubi. Et cum fatigati. Circa primum dicitur.

MORALITER. 1 Holofer. an. & c. Per hoc quod ille totum exerc-

6 tem, & faciem sanctorum tuorum attende, & ostende quonia non derelinquis praesumentes de te, & praesumentes de se, & de sua uirtute gloriantes humilias. Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa, consolati sunt Achior, dicentes, Deus patrum nostrorum, cuius tu uirtute praedicasti, ipse tibi hanc dabit uicissitudinem, ut eorum magis tu interitum uideas. Cum uero Dominus Deus noster dederit hanc libertatem seruis suis, sit & tecum Deus in medio nostri, ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerferis nobiscum. Tunc Ozias finito consilio suscepit eum in domum suam, & fecit ei cenam magnam. Et uocatis omnibus presbyteris, sicut expleto ieiunio, refecerunt, postea uero conuocatus omnis populus, per totam noctem intra ecclesiam orauerunt, petentes auxilium a Deo Israel.

sis habitationem liberam offerendo dicentes, Cum uero Dominus Deus noster dederit hanc lib. seruis suis. i. nos liberauerit de manibus Holofernis. 12 Sit & tec. De. & c. i. accipias ritum, & legem nostram, uel non accipias, uo. n. Gentil. s. tendantur ad legem Mojaicam, sed sufficebat eis ad salutem credere unum Deum uenit ueritatem bonorum, & in consilium uoluntatis suae. secundum quod dicitur He. 11. b. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & in quirentibus se remunerator sit. & in hoc articulo fidei implicite continentur, talis autem erat Achior, quamuis esset Gentilis, ut satis patet ex dictis. 13 Tunc Ozias finito consilio. Hic tertio consolantur Achior, cenam et honorabilem faciendam, cum dicitur, Tunc Ozias qui princeps erat populi, ut praed. supra est. 14 Suscepit eum in domum suam. Quae erat honorabilior ceteris. 15 Et uoc. om. pres. Et cena esset magis honorabilis. 16 Refecerunt. s. a. hor. & s. ipsos ad naturae sustentationem. 17 Postea uero conuocatus omnis populus. a sacerdotibus. 18 Intra ecclesiam orauerunt. Licet. n. esset. u. cum templum in Ier. u. Ier. in quo licitum erat offerri sacrificium, tamen in singulis ciuitatibus erant synagoga, in quibus conueniebat populus ad orandum, & audendum Dei uerbum.

captiuitas, & adducti fuerant de prouinciis, & urbibus uniuersae iuuentutis. Omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & uenerunt per crepidinem montis usque ad apicem, qui respicit super Dothain a loco, qui dicitur Belma, usque ad Celmion, qui est contra Eldrelon. Filii autem Israel, ut uiderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram mittentes cinerem super

- 1 Holofernes autem alte. die, & c. i. in crastino traditionis Achior, ut citius impleteret crudelitatem quam praedixerat.
- 2 Praecipit exercitibus suis. Ut ostenderet magnitudinem suae potestatis. Cetera patent usque ibi.
- 3 Et uenerunt per crep. mo. i. concauitate in ipsius praecipitem.
- 4 Filij autem Israel ut vi. multi. tantam, & sic armatum.
- 5 Prostrauer. se super terram. humiliter, & deuote petentes di-

CAP. VII.

A a Incidi præce.
 Ser. 128. de
 100.
 Aug. Squalē-
 bat ciuitas obli-
 dione barbatae
 feritatis, ita p.
 vniuersa lingue
 bent, ut in ma-
 nib. hostium, a
 tradi commo-
 dius iudicarent
 quam pernicio
 se famis popu-
 latione vexari.
 Ser. 119. de
 temp.
B Idem. Cum
 igitur Bethulia
 mœnia Holo-
 phernes hostili
 obsidione calca-
 ret, & auertens
 tractus aquarū
 prima idiceret
 certamina licci-
 tatem, Iudith
 flens sui coniugis
 fœdera acerbo
 dissidio rupta
 lugubri lamē-
 tatione serua-
 bat. Quæ vt re-
 perit captiuādē
 ciuitatis indu-
 cias postulas,
 mox ei priuatū
 dolorem cōge-
 minauit ciuita-
 tis communis
 dolor.
 Doctrinam E-
 uangelii quam
 ex fonte viuo
 procedentē do-
 ctōres spiritus-
 sancti gratia il-
 luminati per o-
 ris sui fistulam in
 ciuitatem Ecclesiæ
 introducunt, hanc per
 secutores fidelium
 prohibendo, & mor-
 tem minando aufe-
 runt, ut potius spiri-
 tualis indigentia
 occidat.

capita sua, vnanimiter orantes, vt Deus Israel misericordiam suā oñde-
 ret super populum suum. Et assumentes arma sua bellica, sederunt per
 loca quæ angusti itineris amitem dirigunt inter montosa, & erant cu-
 stodientes ea tota die, & nocte. Porro Holofernes dum circumit p gy-
 rum, reperit quod fons qui in fluebat in aquæductum illorum, a parte
 australi, extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illo-
 rum. Erant tamen non longe a muris fontēs ex quibus furtim videban-
 tur haurire aquam, ad refocillādum potius quam ad potandum. Sed fi-
 lii Ammon, & Moab accesserunt ad Holofernem, dicentes, Filii Israel
 non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, &
 muniunt illos colles in præcipitio, constituti. Vt ergo sine congressio-
 ne pugna possis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant
 aq̄ ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent ciuitatē
 suam quam putant in montibus positam superari non posse. Et placue-
 runt verba hæc coram Holoferne, & coram omnibus satellitibus eius,
 & constituit p gyrum centenarios per singulos fontes. Cumque ista cu-
 stodia per dies uiginti fuisset expleta defecerunt cisternæ, & collectio-
 nes aquarum omnibus inhabitantibus Bethuliam, ita ut non esset itra
 ciuitatem vnde satiaerentur, vel vna die, qm̄ ad mensuram dabatur po-
 pulis aqua quotidie. Tunc ad Oziam congregati omnes viri sceminæ-
 que, iuuenes, & paruuli, omnes simul vna voce dixerunt, Iudicet Deus
 inter nos, & te, qm̄ fecisti in nos mala, nolens loqui pacifice cum Assy-
 riis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum, & ideo non
 est qui adiuuet, cum prosternamur ante oculos eorum in siti, & perditio-
 ne magna. Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte
 tradamus nos omnes populo Holofernis. Melius est enim ut captiui be-
 nedicamus dominum uiuentes, quam moriamur, & simus opprobrium
 omni carni, cum viderimus vxores nostras, & infantes nostros mori

D Erant ta. non lon-
 ge a muris fon. si-
 cut i libro Regū
 Philistinum fa-
 bros ferrarios
 auferunt, ne fa-
 ciant Hebræis,
 aut lanceam, aut
 gladium. Et des-
 cendit omnis Is-
 rael ad Philistiū
 vt exacerent vo-
 merem, & ligo-
 nem, & securim,
 & sarculum. hoc
 .n. maxime dia-
 bolus studet, ut
 doctrina fluente
 & uirtutū arma
 auferat, & sic ne-
 quitiam suam in
 interitum seruo-
 rum Dei veloci-
 ter expleat, hinc
 principes gen-
 tium, & Iulianus
 apostata non so-
 lum diuinam,
 sed & humanam
 Christianis inter-
 dicunt philoso-
 phiam.
 c Tunc ad O.
 cong. carnales, qui
 dicunt Do. do. cor
 autē eorum longe est
 a mc. Sunt. n. in sa-
 gena domini, &
 boni, & mali pi-
 sces vsque ad lit-
 rus futuri iudicii
 qui præsentis ui-
 tæ incommoda
 grauius ferentes
 malunt præsentī

bus uti deliciis, quam cælestia bona sibi in futuro reseruari,
 qui magistros suos importunis querimonis affligunt, & si-
 bi ad luxum seculi assentire cogunt, vnde sequitur.

Erant

Et

NICOLAUS DE LYRA.

vinum auxilium.

- 1 Et assumentes arma sua bellica, &c. ne omittentes quod face-
 re poterant humana via, Deum tentare viderentur.
- 2 Porro Holofer. hic consequenter ponitur dura coartatio sitis, cū
 dicitur, Porro Holofer. dum cir. p. gyrum aquæducto. i. existen-
 tium in Bethulia.
- 3 A parte aust. extra ci. di. scursum suum. Erat. n. fons ille extra
 ciuitatem, ex quo per aquæductum fluebat aqua intra ciuitatem.
- 4 Et incidi præc. aquæduc. vt aqua declinaret alibi.
- 5 Ex quibus furtim vid. hau. aquam. propter timorem Assyrio-
 rum existentium in obsidione.
- 6 Sed filii Am. & Mo. isti. n. odiebant Iudæos, vt patet ex libris
 Iudicum, & Regum, ideo dederunt contra eos consilium.
- 7 Filii Israel non in lan. nec in sag. conf. q. d. non habent arma
 nec exercitum præstantes, propter quod non venient contra nos in cam-
 pum, & ideo si ponentur custodes fontium, morientur siti, vel ad se red-
 dendum erunt compulsi.

Et

Con-

MORALITER.

sibi resistebant, significatur quod diabolus vltimum de po-
 tentia facit ad debellandum illos, qui student sibi resistere
 vigorose.
 2 Porro Holofernes dum circumit per gyrum, &c. Per fontem qui
 in fluebat aquæductum in Bethulia, significatur Christus q.
 fons est gratiæ, a quo aquæductus gratiæ fluit in ecclesia,
 hunc autem fontem diabolus non potest tangere, sed gra-
 tiæ fluxum prout recipitur in hominibus frequenter inter-
 cidit per peccatum mortale.
 3 Erant tamen longe a muris fontes. per quos significantur sa-
 cra

- 8 Et plac. hæc ver. coram. Holo. quia uidebantur sibi utilia es-
 se. Cetera patent vsque ibi.
- 9 Ita vt non esset intra ciu. vnde. si quilibet biberet pro sua vo-
 luntate, veruntamen poterant aqua sufficere per quinque dies positus
 in arida necessitate, propter quod talis terminus fuit positus, ut habe-
 tur infra c.
- 10 Tunc ad Oziam. simul. hic consequenter ponitur querulosa
 murmuratio p. lib. dicentis ad Oziam principem ciuitatis.
- 11 Iudicet dominus inter nos, & te quod. multitudo. n. afflicta
 fuit uolebat, quod ciuitas redderetur, quod Ozias, & sacerdotes impe-
 diebant, propter quod multitudo Oziam principem ad diuinum iudi-
 cium aduocabat, imputans superbiæ defensionem ciuitatis, ideo subdi-
 tur. 12 Et propter hoc. i. propter talem rebellionem.
- 13 Vendidit nos. i. totaliter tradidit subtrahendo nobis suum
 auxilium, ideo concluditur ciuitatis traditio, cum dicitur, Et nunc
 congregate uniuersos. & subditur huius traditionis ratio cum
 dicitur.
- 14 Melius est. n. vt capti ben. do. i. minus malum, quod compa-
 ratum ad maius habet rationem boni.

cræ scripturæ, quæ ut potu refocillantur existentes in cor-
 dis amaritudine, propter quod diabolus nititur eos ab hoc
 potu simpliciter accere, vt sic valeat eos superare.
 10 Tunc ad Oziam congregati omnes viri sceminæque. Per istos si-
 gnificantur querulosi de defectu victualium, & potissime re-
 ligiosi, qui non sunt contenti de his quæ ministrantur sibi,
 & eorum querimonia aliquando superiorem inducit ad cō-
 cedendum aliqua inconuenientia per quæ læditur ordinis
 disciplina. Vnde dicit Gregorius, in Moralibus. Pro qualita-
 tibus subditorum disponuntur acta regentium, vt sæpe pro
 malo gregis, etiam veri boni delinquant vita pastoris.

A ante oculos nostros: Contestamur hodie celum
 & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiae Holofernis, vt sit finis noster breuis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate sitis: Et cum hæc dixissent, factus est fletus, & vlulatus magnus in Ecclesia ab omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad Deum, dicentes, Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Tu qui pius es, miserere nostri, in tuo flagello uindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo, qui ignorat te, vt non dicant inter gentes, vbi est Deus eorum? Et cum fatigati his clamoribus, & his fletibus

lassati filuissent, exurgens Ozius infusus lachrymis, dixit, Aequo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus a Domino misericordiam. Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. si autem transactis quinque dieb. non venerit adiutorum, faciemus hæc verba quæ locuti estis.

Et hos quinque dies, quibus præses vita ducitur, quasi si quinque dierum inducias doctor iners expetit, qui corporale vitium solatium auditorib. indiscrete promittit, quasi in peccate sua sit summi datoris magnificentia, cum magis tps tribuendi & modus in dantis accipientis potestate consistat, si. n. presentis

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Contestamur hodie ce. & ter. &c. i. contra te, & sacerdotes adducimus in testimonium, quod inique agitis nisi tradatis ciuitatem, cum sit minus malum.
- 2 Qui vlcif. nos. i. punit secundum peccata nostra. Cætera patent vsque ibi.
- 3 Tu qui pius es miserere nostri, &c. vin. ini. nostras. i. flagella nos quantum tibi placuerit, dum tamen non tradamur in manus infidelium. Et simili modo Dauid prælegit a Deo flagellari quam ab homini.

hominib. 2 Reg. ul. istud ultimo dictum videtur processisse a sacerdotibus, & ab aliquib. iustis, magis timentib. de destructione diuini cultus, quam de propriis corporibus.
 4 Et cum fatigati his clamorib. & his fletib. lassati fil. Hic ultimo ponitur indiscreta conuentio dicit, qui promittit ciuitatem reddere nisi infra quinque dies veniret eis auxilium. Et patet litera ex diebus. Sciendum tamen, quod licet iste Ozius bene fecerit differendo traditionem ciuitatis, & inducendo ad expectationem diuine misericordie tamen præfigendo terminum quinque dierum male fecit, propter quod de hoc reprehenditur c. seq. ut videbitur.

CAP. VIII.

CAP. VIII.

A ET fact. est c. sequitur.
B Filia Merari, id est amaritudinis. Ecclesia enim per amaritudinem, & tribulationem ad futuræ uitæ gaudia generatur, vbi Dominum laudabit in æternum. Quod enim 15. generatione progenita narratur, significat quod Ecclesia per hebdomadam legis, & ogdoadam Euangelij de Patriarchis, & Apostolis est edita, & ad cælestem gratiam ascensura, vnde hic numerus graduum in psalterio ponitur futuræ ad cælos ascensionis figuratiuus, quo sancti venientes merito dicunt. Ecce nunc benedicite Domino.



E factum est, cum audisset hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari filii Idox, filij Ioseph, filij Oziæ, filij Elai, filij Inor, filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij simeon, filij Ruben, & vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ, instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit estus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis. Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa moratur.

Et uir eius fuit Manasses. Tertio. Habebunt (polygami) plane Christo quod allegent, speciosum priuilegium, carnis vsquequaq; imbecillitatem. Sed hanc iudicabunt iam nõ Isaac monaganius p̄r noster, nec Ioannes Christi spado, nec Iudith filia Merari, nec tot alia exempla sanctorum solent ethnicis iudices destinari. Exurgit regina Carthagini, & decernet in Christianas. Manasses interpretatur obliuiosus, vel necessitas, cui Iudith cõiugio copulata quasi decalogo legis, vel ritib. Gentiliu obnoxia. Sed veniente Chro, & luce euagelij clarescente in

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. VIII.

E factum est. Postquam descripta est filiorum Israel persecutio, hic consequenter describitur eorum liberatio, quæ facta est per manum Iudith quæ interfecit Holofernem. Et ideo sic proceditur, quia primo ponitur ipsius Iudith multiplex uirtus. Secundo, Holofernis casus, c. x. ibi. Cumque intrasset. Tertio fuga sui exercitus, c. 14. prima diuiditur in tres, quia primo Iudith inducit populu ad spem diuine misericordie. Secundo se munit armis orationis, c. 9. Tertio se exponit periculo mortis, c. x. prima in duas, quia primo describitur eius conuersatio

ideo lubdicitur. 2. Filia Merari. i. amaritudinis. Ecclesia nanque tribulationis tempore bene dicitur filia amaritudinis, sicut magnus peccator filius iniquitatis.

MORALITER.

† Et factum est, &c. i. per quam significatur Ecclesia quæ tempore magnæ tribulationis uidua videretur, eo quod eius sponsus ab ignorantibus eam dicitur ad tempus deseruisse, ideo

A mundo, omnis illa obfcurantia cessit, & quasi vilis collectio messis velociter transit, vnde Apostolus, *vbi venit fides, iam non sumus sub pedagogo.* Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Iesu. Et ad Romanos ait. *Mo. sibi ceteri estis legi per corpus Christi Iesu, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit.* Et uir Manasses, Chri-

Batur, & habens super lumbos suos cilicium ieiunabat omnibus diebus uitae suae praeter sabbatha & neomenias & festa domus Israel. Erat autem eleganti aspectu nimis, cui uir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis bouum, & gregibus ouium plenas, Et erat haec in omnibus famosissima, quoniam timebat dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Haec itaque cum audisset, quoniam Ozias promississet, quod transacto quinto die traderet ciuitatem Assyriis, misit ad presbyteros Chabri, & Charmin. Et venerunt ad illam, & dixit illis. Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, ut tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies non uenerit uobis adiutorium? Et qui estis vos qui tentatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. posuistis uos tempus miserationis Domini, & in arbitrium uestrum diem constituistis ei? Sed quia patiens

Cui uir suus reliquerat diuitias multas. Ex veteris legis, & ex philosophiae instructione moralisque disciplinae, multiplices opes ad Christum ueniens attulit ecclesia, vnde & Paulus se ad pedes

sa ablato sponso, ieiunio, & orationi operam dat usque ad consummationem seculi, nec erroribus haereticis dignatur pollui. Cui uir suus reliquit diuitias spiritualis sapientiae, & uirtutis, & familiam gentium multitudinem aggregauit.

2 Et habens super lumbos. Amb. Discas maturae uiduitatis affectum, & feriem ipsam sequere scripturarum. Iudith a diebus uiri sui quibus ille defunctus est, uestem uicunditatis deposuit, maeoris assumpsit, per omnes dies intenta ieiunio, sabbatho tantum, & dominica, saceratumque temporibus feriarum non refectioni indulgens, sed religioni deferens. hoc est. n. Siue manducatis, siue bibatis, in nomine domini Iesu Christi agenda esse omnia, ut etiam ipsa refectione corporalis sacro religionis cultui deferatur.

3 Aug. ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subicit, ieiunium cor facit contribulatum, & humilitatum, quod Deus non spernit, ieiunium concupiscentiae nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis uerum lumen

lumen accendit, &c. Cleme. Ro. Moyses, & Elias ieiunauerunt per quadraginta dies, & Daniel hebdomadas dierum treis panem cupidi atum non comedit, nec caro, neque uinum in os eius intrauit. Niniuite quoque cum per tres dies, & noctes ieiunassent, irae Dei periculum effugerunt. Esther, Mardocheus, Iudith, impiorum insultationem, id est, Holofernis & Aman ieiunio declinauerunt.

Qui per continentiam uitae, & mortificationem uoluptatum carnem suam crucifigit cum uitiis, & concupiscentiis, ut future solennitati, & sabbatho animo se praepararet, ubi pro praesenti tribulatione cum sanctis angelis plenum gaudium susciperet.

4 Qui uir suus reliquerat diuitias multas. Ex philosophiae instructione moralisque disciplinae, multiplices opes ad Christum ueniens attulit ecclesia, vnde & Paulus se ad pedes

Gamaliel nutritum gloriatur, Et Moyses omni sapientia Aegyptiorum eruditus legitur. Non est iste sermo. Cum afflictus fuimus, nec tempus, nec modum praescribere domino debemus, sed magis arbitrio eius cuncta relinquamus. Vnde quidam patrum in oratione sua dixisse legitur. *Fili Dei fili Dei, sicut scis, & sicut vis, miserere mihi.* Regnum tantum Dei quaerere debemus, & omnia adiicentur, praesens uita fit fidelibus in usu, futura in fructu. Sit temporalis in itinere, desideretur aeterna in peruentione.

5 Qui dominum deprecatur, non uelut praescripta praecipue tempora praestoleretur, nec ut sciens in obsecrationibus Domini tempus esse aliquod, sed semper in ipsis sit. Chrys. Ne cadamus igitur in tribulationibus, sed in omnibus agamus gratias, ut aliquid magni lucremur, ut apud Deum inueniamur probabiles, qui tribulationes permittit, ipsarum lucrum Paulus nouit, propterea dicit. *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spes, spes uero non confundit.*

6 Sed quia pater dominus est. Haec secundo uerbum Iudith inducit ad patientiam salutarem allegando primo Dei patientiam, cum dicitur. Sed quia pater dominus est, &c.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus uitae suae. Ad repressionem concupiscentiae carnis, paritas enim uitiis, & asperitas uelut sunt custodes castitatis.

2 Erat autem eleganti aspectu. Ex hoc patet uirtus suae castitatis, quia nec pulchritudo corporis, nec copia diuitiarum quae sunt fomae libidinis, petrauerunt eam ad secundas nuptias. Cetera patent.

3 Haec itaque. Hic consequenter ponitur eius locutio gratiosa, Et primo ponitur huius locutionis actus. Secundo ipsius effectus, ubi. Et dixerunt illi. Circa primum uerbo suo redarguitur dicta conuentio, quae primo repetitur, cum dicitur. Haec itaque. Secundo pro sacerdotibus mittitur cum dicitur. Misit ad presb. quod autem non iuit ad eos, non fuit ex defectu humilitatis, sed ex zelo castitatis, & honestatis uigilantis, quo refugiebat per uicos discurrere, & in palam coram hominibus apparere.

4 Quod est hoc uer. Ex hoc uidetur, quod non erat ibi, quia loquitur de eo quasi de absente, uerum tamen superuenit antequam inde recederent sacerdotes, ut patet inf. co. c. potest etiam dici, quod a principio fuit ibi, uerum tamen Iudith direxit sermonem ad sacerdotes, quasi magis culpabiles, nam ex illo consensu sequebatur destructio diuini cultus

ut statim dicitur, pro quo sacerdotes debebant zelare plus, quam principes.

5 Et qui estis. Ad intellectum huius sciendum, quod ex captione illius ciuitatis patebat uia ad Ierusalem, & per consequens destructio diuini cultus, propter quod debebant ciuitatem illam quamdiu possent, defendere, etiam in maxima afflictione, nisi super hoc haberent mandatum domini per uerbum prophetae, sicut Ieremias consulebat Sedechia redditionem ciuitatis regi Babylonis. Sic autem non erat in proposito, propter quod peccauerunt praesigentes redditionis terminum. Sic autem dicitur, quod Christiani aliquando sine peccato sic praesigunt terminum redditionis alienius castri Saracenis. Dicendum, quod non est simile, nam ex hoc non sequitur generalis cessatio sacrificii ecclesiae quod offerri potest ubique, sacrificium uero ueteris legis offerri non poterat extra Ierusalem, nisi ex speciali dispensatione diuina, sicut legitur Elias in monte Carmeli sacrificasse. 3. Re. 18. g. propter quod in praesigione predicta erat quaedam tentatio ciuina inquam uoluerant per hoc experiri infestum auxilium diuini, ideo subdit. Non est iste sermo qui mi pro uo. **6** Sed quia pater dominus est. Haec secundo uerbum Iudith inducit ad patientiam salutarem allegando primo Dei patientiam, cum dicitur. Sed quia pater dominus est, &c.

Non

MORALITER.

1 Erat. n. eleganti. Nam ecclesia non habet maculam neque rugam, ut dicitur Eph. 5. Cui uir suus reliquerat diuitias multas. Christus. n. ecclesiae sponus dedit ei dona spiritus sancti, quae sunt ualde pretiosa.

Haec

In

A ^a Quia omnia novie. dominus est, in hoc ipso poeniteamus, & indulgentiam eius fufis lachrymis postulemus. Non enim quasi homo sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. Et ideo humiliemus illi animas nostras & in spiritu, & constituti humiliato seruites illi dicamus flentes domino, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam, ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur, quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum qui dereliquerunt Deum suum & adorauerunt deos alienos, pro quo scelere danti sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis. Nos autem alterum deum nescimus praeter ipsum. Expectemus humiles consolationem eius & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum uoltrorum, & humiliabit omnes gentes quaecunque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore, Dominus Deus noster. Et nunc fratres quoniam uos qui estis presbyteri in populo Dei, & ex uobis pendet anima illorum, ad eloquium uestrum corda eorum erigite, ut memores sint quia tetati sunt patres nostri, ut probarentur si vere colerent

^a Qui scilicet speculatores & doctores. Deum suum. Memores esse debent quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem qui tentationes suas non susceperunt cum timore domini & impatientiam suam, & improprium murmurationis suae contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & a serpentibus perierunt. Et nos ergo non uiscamur nos pro his quae patimur, sed reputantes peccatis nostris, haec ipsa supplicia minora esse flagella domini, quibus quasi serui corripimur ad emendationem & non ad perditionem nostram euenisse credamus. Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri, omnia quae locuta es, uera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Nunc ergo ora pro nobis dominum, quoniam mulier sancta es, & timens Deum. Et dixit illis Iudith, Sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis, ita quod facere dispo-

NICOLAUS DE LYRA.

1 Non enim quasi homo sic Deus comminabitur. Quod homo comminatur statim implere conatur in quantum potest, Deus autem aliquando comminatur quod inferre non intendit, sicut Ionas 3. b. dicitur, Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur, quod tamen Deus non intendebat facere, quia prouidebat poenitentiam Ninuitarum ex qua parceret eis. Et hoc est, quia tales comminationes proferuntur non secundum ordinem diuinae praescientiae quae immutabilis est, sed secundum exigentiam demeritorum, quae est mutabilis, & sic fuit in Ninuitis.
 2 Et ideo hu. illi an. no. & non tantum corpora.
 3 Ut secun. volun. suam. sic fac. nob. Confidebat. n. Iudith, quod ex humilitate populi negotium uerteretur in oppositum, sicut dictum est de liberatione Ninuitarum. Et huius confidentiae causa subditur, cum dicitur.
 4 Quoniam non su. se. pec. pa. & c. qui deli. Deum. per multiplicem idololatriam, ut patet 4. Reg. & 2. Par. A. reditu uero captiuitatis Babylonica non legitur populus Israel idololatrassse, nisi aliqui pauci tempore Antiochi Epiphani, & ad hoc inducti timore mortis.
 5 Et nunc fratres quoniam. Hic consequenter Iudith inducit populum ad confidentiam, & hoc per sacerdotes, qui erant populi doctores. Ideo dicit.
 6 Ex uobis pendet anima illorum. quantum ad firmitatem in bono.
 7 Corda eorum erigite, ut memores. Ad confidendum de diuina uirtute.
 8 Ut me. sint, quia te. sunt pa. no. ut prob. & ut eorum patientia declaratur ad meritum ipsorum, & exemplum aliorum, et inducit ad hoc exemplum Abraham, qui tentatus fuit in filii immolatione, & Isaac, qui ad eandem immolationem se obrulit uoluntarie ut declaratum fuit

fuit Gen. 22. & Iacob qui fugiens persecutionem Esau inuit in Mesopotamiam Syria.
 9 Illi autem quatenus suas non sus. & c. exter. sunt ab exter. Num. 11. ubi dicitur, quod ignis deuorauit extremam partem castrorum propter murmur populi contra dominum.
 10 Et a serpentib. p. Nu. 21.
 11 Et nos ergo non uiscamur nos. retorqueo poenas quas sustinemus in Deum, murmurando contra ipsum, hoc etiam dicit, quia forsitan, in populo erant aliqui tam mali, quod ex impatientia contra Deum uolebant traditionem ciuitatis Bethulia, ut sic per consequens destrueretur diuinus cultus in Ierusalem, quasi in uisionem contra Deum de poenis, quas permittit populo iudaico inferri.
 12 Sed reputantes, & c. q. d. reputare debemus quia peccata nostra maiorem exigunt poenam, & per consequens quod sunt nobis inflicta ad tempus, ut per hoc castigati euadamus poenam aeternam. Ideo subditur.
 13 Quasi serui domini qui corripimur ad emendationem. Sequitur.
 14 Et dixit. Hic ponitur locutionis Iudith gratiosa affectus, nam ei consenserunt principes, & presbyteri, tanquam manifesta ueritatis, ideo dicitur, Et dixit. & c. Nunc ergo. Ex uerbis. n. eius sanctis conceperunt gratiam Dei in ea esse, & eius orationem acceptabilem Deo fore, ideo respondit Iudith.
 15 Sicut quod potui loqui, Dei esse cog. i. proccedere ex eius bonitate.
 16 Ita quod fa. dis. Non accipitur probatio pro acceptione experienti alicuius statim cognoscendi, quia: ista sequitur. Nolo ut scri. sed accipitur hic probatio pro expectatione effectus futuri. q. d. si sequatur effectus ad liberationem populi, per hoc uidebitis quod illud quod cogitauit facere, ex Deo est. Ideo subditur.

A sui, pbate si ex Deo est, & orate, vt firmum faciat Deus consilium meum. Stabitis uos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea, & orate, ut sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus ^{¶ Hebein suum.} populum suum Israel. Vos autem ^{¶ Ne impediam.} nolo, vt scrutemini actum meum, & vsque dum re-

D nuntiem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad dominum Deum nostrum. Et dixit ad eam
3 Ozias princeps Iudæ, Vade in pace, & dominus ^{¶ Dux, & adiutor.} sit tecum in ultionem inimicorum nostrorum.
4 Et reuertentes abierunt.

NICOLAUS DE LYRA.

3 Et usque dum reuon. effectum.

Nihil

2 Nihil aliud fiat. ut Deus uelit me dirigere.
3 Vade in pa. q. d. quod cogitasti facias, nolumus plus inquirere.
4 Et reuert. ad domus proprias.

C CAP.

CAP. IX.

Quibus absce. Postquam ad presbyteros locuta est, oratorium ingreditur Iudith, quia sollicitudo sanctorum post prædicationis obsequium redit ad cordis sui secretum, vt ibi compleat puræ ascensionis incensum, secundum illud, Cum oraue ris intra in cultuum.



Simeon, qui deum in gladium in defensionem alienigenarum, quod

CAP. IX.

Vib. tabscendentibus Iudith ingressa est oratorium suum, & induens se cilicio, potuit a colluione reuocare, ab hoste defendere. Etenim, vt legimus, cum Holofernes successu multorum terribilis prælium intra muros innumera uirorum milia cogisset, armatis pauentibus, & de extrema iam sorte tractantibus, extra murum processit, & illo præstantior exercitu quem liberauit, & eo fortior quem fugauit. Idem. Quam bona oratio cum misericordia, bona oratio quæ ordinem seruat, vt primo a diuinis inchoemus laudibus. Si. n. cum apud hominem agimus, beneuolum volumus iudicem facere, quanto magis cum Dominum nostrum precamur? b Dñe Deus. Bene in oratione actum Simeonis commemorat, qui cum fratre Leui stuprum fororis in alienigenas uindicauit. Futurum. n. erat, vt Holofernes qui in Iudith uoluit explere immunditiam libidinis, gladio feriretur ultionis.

cui nomen Iudith, quæ viros obsidione fractos, percussos metu tabidos fame, sola potuit a colluione reuocare, ab hoste defendere. Etenim, vt legimus, cum Holofernes successu multorum terribilis prælium intra muros innumera uirorum milia cogisset, ar-

matis pauentibus, & de extrema iam sorte tractantibus, extra murum processit, & illo præstantior exercitu quem liberauit, & eo fortior quem fugauit. Idem. Quam bona oratio cum misericordia, bona oratio quæ ordinem seruat, vt primo a diuinis inchoemus laudibus. Si. n. cum apud hominem agimus, beneuolum volumus iudicem facere, quanto magis cum Dominum nostrum precamur? b Dñe Deus. Bene in oratione actum Simeonis commemorat, qui cum fratre Leui stuprum fororis in alienigenas uindicauit. Futurum. n. erat, vt Holofernes qui in Iudith uoluit explere immunditiam libidinis, gladio feriretur ultionis.

R Respice

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. IX.

Quibus absce. Hic consequenter Iudith munuit se armis orationis, & quoniam oratio est petitio decenter a Deo, ideo ad petendum primo se disponit, cum dicitur.

2 Ingressa est orat. quod erat in superioribus domus suæ, vt dictum est c. præc.

3 Et induens se ci. Licet. n. semper haberet cilicium ad carnem interius, vt dictum est ca. præc. tamen etiam tunc induit se cilicio exterius.

4 Posuit ci. & vtrunque fecit ad humiliationem sui, sciens quod oratio humiliantis se nubes penetrat. Eccl. 35. c

5 Domine Deus. Hic secundo suam petitionem proponit, in qua primo petit superbos hostes humiliari, secundo constantiam sibi dari, ibi. Da mihi in animo constantiam. Circa primum ad obtinendum quod petit, tria proponit ex Dei iustitia facta. Primum est occisio Sichinitarum, propter Dine filia Iacob uiolationem, Gen. 34. & hoc est quod dicitur, Domine Deus patris mei si. patriarche. Sed contra hoc uide. ur. quod in principio c. præc. genealogia Iudith reducit ad Ruben. Propter quod dicunt aliqui, quod ex parte patris fuit de tribu Ruben, vt ibi dicitur, ex parte vero matris ex tribu Simeon, vt dicitur hic. Sed melius uidetur dicendum, quod simpliciter fuerit de tribu Simeon ex parte patris, & matris, quia mulieres non debebant coniungi uiris alterius tribus, Numer. 26. nec illic Ruben ad quem reducit genealogia Iudith capis præcedent. uidetur fuisse Ruben patriarche, nam ibi dicitur, Filii Simeon, filii Ruben, Gen. 46. & 1. Par. 5. ubi numerantur filii Ruben, non ponitur ibi aliquis qui uocetur Simeon. Item quia plures generationes uideatur fuisse inter Ruben, & Iudith quam ponitur cap. præc. nam a natiuitate Isaac usque ad exitum de Aegypto, fluxerunt anni quadringenti, ut dictum fuit Gen. 15. item ab exitu de Aegypto usque ad fundationem templi per Salomonem, fluxerunt anni

ni quadringenti octoginta, 3. Regum 6. & inde usque ad eius destructionem per Nabuchodonosor, fluxerunt anni quadringenti decem, secundum Hebræos, & posset probari per tempora regum qui regnauerunt a tempore Salomonis usque ad 11. annum Sedechie in quo fuit templum destructum, sed propter prolixitatem omitto. Et inde usque ad quarium annum Cyri, in quo fundatum fuit secundum templum fuerunt, 70. anni secundum minorem computationem, & inde 9. usque ad Cambysem, sub quo contigit historia Iudith, vt dictum est supra in princ. huius libri. Anni uero prædicti simul iuncti sunt mille, 368. a quibus oportet subtrahere annos centum, & octo qui fluxerunt a natiuitate Isaac, usque ad natiuitatem Ruben, nam anno 60 Isaac nati sunt Iacob, & Esau, Gen. 35. Esau uero anno quadragesimo ætatis suæ uxores duas accepit, Gen. 26. & per consequens Iacob tunc quadragenarius fuit, qui cito post de uoluntate parentum iuit ab Laban auunculum suum Gen. 27. ubi completis, 7. annis suæ seruitutis accepit Liam uxorem, huius primogenitus fuit Ruben, & sic Iacob uidetur fuisse 48. annorum, vel circiter in natiuitate Ruben, igitur a natiuitate Isaac usque ad natiuitatem Ruben fluxerunt anni centum octo, vel circiter, quibus subtrahitis de numero annorum supra posito remanent anni mille. 270. qui faciunt 30. generationes, & amplius, nam homines illius temporis iam generabant existentes, 40. annorum, & minoris temporis, hoc etiam patet per genealogiam saluatoris Mat. 1. ubi ab Abraham qui genuit Isaac usque ad transmigrationem Babylonis ponuntur generationes 28 & tamen omittuntur ibi tres generationes regum Iuda, ut probat 1. r. in hom. & etiam sub nomine Booz ponuntur ibi tres generationes progena, ut ibidem ostensum fuit, & iterum a transmigratione Babylonie usque ad tempus Cambysis, sub quo contigit historia Iudith, fluxerunt anni 68. ut patet ex prædictis, qui bene faciunt duas generationes, & sic patet quod ille Ruben ad quem resoluitur genealogia Iudith non fuit Ruben patriarcha filius Iacob. Propter quod dicendum, quod fuit alius eiusdem nominis de tribu Simeon ad quem resoluitur genealogia Iudith eo quod fuit in illa tribu uir notabilis.

6 Qui de. &c. de. a. i. in defensionem sui ab alienigenis. Et accipit hic

MORALITER.

1 Quibus absce. &c. Per hoc ostenditur quod ecclesia tribulationis

tionis tempore debet Deum deuotius exorare, & ieiuniis, & asperitatibus penitentiae se magis solito coram Deo humiliare, vt eius auxilium impetretur.

2 Respice castra. Sicut luxuriosos luxuriosis comparat, ita nunc superbis superbos, Assyrios, & Aegyptijs; quia sicut potentia diuina est in illis; ita manifestari potest, & his subuersis, quia idem Dominus, eadem potentia, eadem iustitia.

b Fac Domine.

229. de 2 Augustinus. Iudith bellator animus alienum pectus obsedit. Illa abiecta formidine seminarum, victoriam in periculis querens, nec mortem in piculis timuit, nec ambiguitatem formidauit.

B Clemens Roman. Vidua quae vult Deo intendere, intus sedens cogitat quae sunt Domini, die noctuque incessabili ore offerens preces mundas. Virginitur sapientissima Iudith temperantiae testimonio commendata, diu noctuque supplicabat pro Israele Deo: sic similis illi vidua continuatam

violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem, & dedisti mulieres eorum in praedam, & filias illorum in captiuitatem, & omnem praedam in diuisionem seru

uis tuis, qui zelauerunt zelum tuum, subueni quae te Domine Deus

meus mihi viduae. Tu enim fecisti priora, & illa, post illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse voluisti. Omnes enim vitae tuae paratae sunt,

& tua iudicia in tua prouidentia posuisti. † Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es: quando post

seruos tuos armati currebant confidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super castra eorum,

& tenebrae fatigauerunt eos. Tenuit pedes eorum abyssus, & aquae o-

puerunt eos. Sic fiant, & isti Dne, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis glori-

antur, & nesciunt, quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi. Erige brachium tuum, sicut ab initio,

& allide virtutem eorum in virtute tua. Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum

nominis tui, & deicere gladio suo cornu altaris tui. Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur. Capiatur laqueo o-

culorum suorum in me, & percuties eum ex labijs charitatis meae.

tam pro Ecclesia interpellationem Deo offeret, qui illam Deo exaudiet; quoniam eius mens ad hoc solum fixa est, neque ad sumptuosam curiositatem, neque ad infatigatam se projicit.

Hoc non dicit delectatione peccati, sed amore iustitiae. Sic propheta, quicquid in spiritu iusto iudicio videt futurum, in eodem spiritu praedicat faciedu: immo per eos ipse praedixit, qui per eos reuelat, atque facit. quale est illud: Fiat mensura eorum coram te in la. & car. Et percutiet te Deus paries dealbate.

Mystice. Omnis haereticus, vel schismaticus, vel Iudeus, vel paganus, qui Ecclesiam verbo, vel exemplo corrumpere voluerit, proprio superbiae gladio caput iniquae voluntatis amittit. vnde: Ipsa conteret caput tuum.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

Hic defensus pro occisione Sichimitarum pro violenta oppressione Dinae filiae Iacob, in qua quidem occisione Simeon fuit principalis, Genes. 34. Potest etiam ibi accipi defensus proprie; quia Gentiles de alijs ciuitatibus propinquis non fuerunt nisi persequi Iacob, & filios eius recedentes, territi a Deo, & ex facto Simeon, & fratrum suorum, Genes. 35.

1 Qui zelauerunt, &c. Hoc videtur falsum: nam Iacob reprehendit illud factum, tanquam malum, Genes. 34. & similiter Genes. 49. d. Simeon, & Leui fratres va. iniqui. bel. &c. vt expositum fuit ibidem. Dicendum, quod in facto illo duo fuerunt; scilicet, zelus vlciscendi stuprum, & illud fuit licitum, & iustum: quia non habebant iudicem qui vellet factum punire, cuius autor erat princeps ciuitatis, & populus eius fautor, & sic loquitur hic Iudith. Aliud quod fuit ibi, fuit modus vlciscendi, qui fuit malus, & proditorius, in quantum filij Iacob frangerunt pactum habitum cum Sichimitis, & sic reprehendit illud Iacob.

2 Tu enim. In creatione mundi. 3 Et illa post. Non sic intelligendo, quod sit prius, & posterius in cogitatione Dei, quae mensuratur nunc aeternitatis: sed in rebus factis, quarum alia sunt posteriores alijs.

4 Respice castr. Hic allegatur secundum exultatione diuina factum, quod est submersio Aegyptiorum, cum dicitur: Respice oculo tuo iustitiae.

5 Castra Assyriorum. Ipsa puniendo.

6 Sicut tunc ca. Exo. 14. Respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorum, &c.

7 Et tenebrae fa. Exo. 14. e. Erat nubes tenebrosa ex parte Aegyptiorum, & illuminans noctem ex parte Hebraeorum, impediens Aegyptios, ne possent accedere ad Hebraeos.

8 Tenuit pedes eorum Abyssus, & aquae operue. id est, maris fundus in eorum submersione.

9 Et in contis. id est, suffibus ad pugnandum dispositis.

10 Et nesciunt, quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio. id est, ab antiquis temporibus, sicut patet de Amalec contra filios Israel pugnante, Exod. 17. & de Og regis Basan, & de Amorrhaeorum, Numeri 21. & de regibus contra Iosue pugnantibus, Iosue 10. Et in pluribus alijs locis.

11 Erige brachium tuum. Hic ponitur tertium a Iudith allegatum, scilicet, destructio diuini cultus, cuius observatio erat conueniens Deo. Ideo dicit: Erige brachium tuum. id est, potentiam tuam.

12 Sicut ab initio. id est, ab exitu filiorum Israel de Aegypto, vt praedictum est.

13 Et allide virtutem eorum in. id est, prosterne.

14 Qui promittunt se violare sancta tua. Sic enim promiserant Nabuchodonosor regi, vt ipse solus nominaretur Deus in terra, vt dictum est supra cap. 3.

15 Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia. id est, superbiae Holoseris, de cuius potestate totus exercitus gloriabatur, & videtur hic propheticè loqui; quia sic factum fuit postea, vt videtur 13. cap.

16 Capiatur laqueo. id est, sic capiatur in aspectu meo pulchritudinis, quod siam ei sic familiaris, quod possim eum in gulare.

17 Et percuties eum ex labijs chari. id est, ex verbis meis dulcibus, & amorem praeferentibus. Ad intellectum huius, & etiam sequentium sciendum, quod dicunt aliqui, quod in Iudith duo fuerunt, scilicet, affectio magna ad liberandum populum de manu Holoseris, & illud fuit licitum, & sanctum. Et aliud quod ex hac affectione factum est, scilicet, executio huius affectionis, in qua petiuit, & fecit, & dixit aliqua illicita: & sic petiuit ardorem libidinis excitari in Holoserne, & ad hoc ornauit se, & plura mendacia dixit in sequentibus Holoseris, & suis satellitibus. Propter primum tamen commendatur in scriptura, & oratio eius fuit exaudita, & pulchritudo eius diuinitus augmentata, sicut Exod. 1. Oblectantes commendantur de bona affectione quam habuerunt ad seruandum pueros Hebr. non tamen de mendacio, quod consequenter ad hoc dixerunt se excusando. alij vero dicunt, quod non peccauit in oratione praedicta, nec in sui compositione, nec etiam in verbis, quae videntur mendacia in sequentibus. Dicunt enim, quod Iudith aliud intendebat, aliud praeuidebat, intendebat enim se sic fieri gratam Holoseris, vt cum eo posset esse familiariter ad eius interitum perpetrandum, quod erat licitum, & bonum, cum esset Dei aduersarius, vt patet ex praecedentibus, sed praeuidebat amorem illicitum Holoseris circa se; non tamen debebat propter hoc bonum praedictum dimittere, sicut nec Deus dimittit peccatores punire, licet praeuideat ipsam ex hoc deteriorari, sicut patet de Pharaone quae praeuidebat ex flagellis indurari. Sed hoc non videtur bene dictum; nam eadem est intentio finis, vt eorum quae sunt ad finem, quae apprehendantur, vt ad finem ordinata, sicut mobile eodem motu moueatur in medium, et terminetur in Iudith autem in actu.

An Iudith peccauerit eligendo Holoserem, &c.

A Da mihi in animo constantiam, vt t contem-
nam illum, & virtutem eius, vt euertam illum.
fequentiam illum, & in virtute tua viceram illum. t quod.

B Erit enim hoc memoriale nominis tui, t cum
manus feminae deiecerit eum. Non enim in mul-
titudine est virtus tua domine, neque in equo-
rum viribus voluntas tua est. Nec superbi ab
initio placuerunt tibi, sed humilium, & man-
fectorum semper tibi placuit deprecatio. Deus

^a Sanctorum. ^b Populorum. ^c Solus. ^d Ecel.

coelorum, creator aquarum, & dominus totius
creaturae, exaudi me miseram deprecantem, &
de tua misericordia praesumentem. Memento
domine restameti tui, & da verbum in ore meo,
& in corde meo consilium corrobora, vt do-
mus tua in sanctificatione permaneat, t & om-
nes gentes agnoscant, quoniam tu es Deus, &
non est alius praeter te.

NICOLAUS DE LYRA.

intendebat mortem Holofernis, tanquam finem intentum, ad quem tendebat perire. nescire per priuata familiaritatem cum ipso, & hanc familiaritatem adipisci per ardorem concupiscentiae Holofernis in ipsam. unde dicebat: Capiatur laqueo. propter quod super hoc cadebat intentio Iudith, cum esset de medijs ad finem intentum ordinatis. Et ideo concupiscentia Holofernis fuit peccatum, vt ipsi dicunt, & per eos quens peccatum mortale, & cum sit tale de genere, oportet consequenter cedere, quod peritio Iudith quantum ad hoc, & eius ornatus fuerit mortale peccatum, licet minus graue quam peccatum Holofernis, propter affectionem adiutam de populi liberatione. Sed quia hoc nullo modo confonatur ei quod infra dicitur c. seq. q. eius compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat, & ideo dominus hanc in illa pulchritudinem amplificauit. Ideo per aliam viam potest dici, q. non fuit intentio Iudith Holofernem allicere ad aliquod peccatum, sed intendebat sic apparere gratiosi coram ipso, q. vellet eam uxorem habere, quod non erat illicitum Holoferni, quamuis Iudith nullo modo vellet sibi in coniugium copulari; sed per hoc intendebat cum ipso talem familiaritatem habere, q. posset ipsum interficere. Nec talis interfecitio insidiosa peccatum erat, nam in bello iusto licitum est insidias poni, sicut patet Iosue 8. ubi de precepto Domini Iosue posuit insidias post urbem Hai. bellum autem filiorum Israel contra Holofernem

nem erat iustissimum; quia intendebat totaliter destruere cultum diuinum, vt patet ex supradictis, de verbis autem Iudith vtrum debeat excusari a mendacio, dicitur infra in loco suo.

- 1 Da mihi in animo constantiam, vt contem. Hic consequenter Iudith petit constantiam sibi dari. nam inuadere tantum tyrannu, & per mulierem, videbatur valde magnum. Ideo dicit: Da mihi in animo constantiam, vt contemnath illum, & virtutem eius, vt euertam illum. i. vt non timeam, nec horream occidere illum.
- 2 Erit enim hoc memoriale no. Cum hoc non poterit imputari virtuti humanae, sed diuinae.
- 3 Non enim in mul. est virtus tua do. quia solo nutu potes subuertere omnia.
- 4 Nec superbi ab initio. nam angelos superbiētes deiecit de caelo.
- 5 Deus caelorum, crea. Per hoc intelliguntur oēs alia creaturae.
- 6 Exaudi me mi. Afflictionem enim, & misericordiam sui populi reptabat suam.
- 7 Et de tua mi. pra. i. confidentem vltra modum muliebrem.
- 8 Memento do. te. tui. i. si pro nobis non parcis, saltem parcas pro tuo cultu, qui viget in nobis.
- 9 Omnes gen. agno. quo. tu es Deus, & non. Per factum sic mirabile, quod non potest fieri, nisi tua virtute.

C A P. X.

Actum est, &c. sequitur.

L. de viduis.

C ^a **A**mbrosius. Diu-
turtis igitur mcerori-
bus, & quotidianis to-
borata ieiunijs sancta
Iudith, quae seculi ob-
lectamenta non qua-
reret, periculi negli-
gens, mortisque con-
temptu fortior, vt co-
mentit. u. strueret do-
lum, vestem illam iocunditatis, qua viuente viro vestiri solebat, se induit, quasi placitura viro si patriam liberaret. Sed virum alium videbat, cui placere querebat: illum utiq; de quo dictum est, Post me venit vir qui ante me factus est. Et bn coniugales pugnatura resumpsit ornatus, quia monumenta coniugij arma sunt castitatis. Neq; enim vidua alijs aut placere posset, aut vincere. Quid eius sapientiam praedicemus, qd huiusmodi comenta est consilium, vt dum potentem elicit intemperantia, a se inferiores arceret, occasionem pararet victoriae, abstinentiae meritum, pudicitiae



a Carnis mortificatione.

Actum est autem, cum cessasset clama-
re ad dominum, surrexit de loco in quo
iacuerat prostrata ad dominum. Voca-
uitque Abram suam, & descendens in
domum suam abstulit a se cilicium, t &
exiit se vestimentis viduitatis suae. Et
lauit corpus suum, & unxit se t myr-
to optimo: & discriminauit crimen capitis sui, & imposuit

a Lachrymis penitentiae. b Opera carnis.

b Id est distincti solerti discretionem singulas cogitationes mentis.

stem ferire didicerunt. Gentis suae vindex sumpsit ornamentorum arma, non de bello nuptias subitura, sed de ciuitate bellatrix procedit sponsa. Nec sunt leuitas ornatus, qui ad homicidium tanti capitis aptabatur.

b Abstulit a se cilicium, & exiit se vestimentis viduitatis suae, &c. Quia sancta ecclesia aliquando pro peccatis suis, penitentiae gerit affectum: sed tamen spe remissionis & futuri praemij exhilarat animum.

- 3 Vocauit Abram suam. id est, ancillam libertam, & dicitur ab hac praepositione ab & ara arg: nam antiquitus iuxta aram libertas seruus donabatur.
- 4 Et descendens. de loco orationis suae, qui erat in superioribus domus suae, vt dictum est supra. 8. c.
- 5 Abstulit a se ei. i. vestimenta lugubria.
- 6 Et lauit cor. vt melius reciperet unguentum. Ideo subditur.
- 7 Et unxit se myrto. i. unguento ex myrrha pro magna parte composito.
- 8 Et impo. mi. i. cucufam, ad sui capitis ornamentum.

NICOLAUS DE LYRA.

C A P. X.

Factum est autem, &c. Postquam Iudith se munivit armis orationis, hic consequenter offert se periculo mortis. Et primo se praeparat oratione: Sedo sibi prouidet de alimento, ibi: Imposuit itaq; Terram se tradit hostium cuncto, ibi: Factum est autem. Circa primum dicitur. 1 Factum est autem cum cessasset clamare ad dominum. oratione sua perfecta. 2 Surrexit. de Dei adiutorio confisa.

Voca-

MORALITER.

- 1 Factum est au. &c. Hic post orationem ecclesiae describitur eius ornatus, quo sponsa suo debeat placere, cum dicitur.
- 6 Et la. cor. su. Quod est congregatio fidelium aquis contritionis & deuotionis.
- 7 Et unxit se myr. opt. i. unguento de myrrha optima facto, per quod significatur virtus castitatis, eo quod conseruat carnem a putre-

- a putrefactione luxuriae & dissolutionis.
- † Et discrim. capi. sui. Caput ecclesiae Christus est: & eius crines sunt ecclesiae ministri, q. debent adherere capiti, & esse discriminati. i. p. ordines debite distincti, & officijs suis intenti.
- 8 Et impo. mi. su. ca. su. Attribuendo Christo quicquid est in ea virtutis & boni.

† Et

A *ut incomparabili decore.* Quia iustum est, ut qui Dei feruet amore, omnibus habeatur dignus honore. vnde: *Asitit regina a dextris tuis in vesti. de. ci. v.*

B *Abra sua.* * August. Pergit Spiritu sancto ducta, & singularis ancillæ solatio contenta.

* Idem. Prodiit secuta, vnius puellæ comitatu contenta, & hostiū securis gresibus properauit in castra. Intra muros sollicita fuit; secuta fuit dum ad timenda peruenit.

Carnalibus, qui si fideliter in præsentia seruiert, poterūt ad verā libertatem peruenire, sicut Abra in fine huius libri memoratur libertatem a domina sua promeruisse. Sæpe enim contingit, ut scientia, & moribus minus perfecti, præsentium rerū amore allekti, sacramentis communicent ecclesiasticis, & spiritualibus magistris, corporalibus seruiert solatijs, ad renuntiandū quæ possident, non sunt idonei. vnde in Evangelio diues qui præcepta Dei se custo disse respondit, omnia tamen vendere, & dare pauperibus non consensit. Portat Abra, id est, carnaliū turba

turba ascopam vini, cum sacramenta, id est, corpus Domini, & sanguinem, & chrisimatis vñtionem venerabiliter feruat. **C** *Et panes, & casum.* Hæc omnia Abra pro dispensatione dominæ suæ obseruat. Iustum est enim, ut qui non nouit moderamina vitæ suæ tenere, non subito fiat restor alienæ.

D *Nihil tamen interrogantes eam, & cetera.*

* Ambros. Quanta honestatis auctoritas, ut consilium de summis rebus femina sibi vendicaret, nec principibus populi committeret? Quanta honestatis auctoritas, ut Deum adiutorem præluerret? Quanta gratia, ut inueniret?

* Chrysost. Si fieri potest, opus religionis ieiunij, & ipsius corporis, atque animæ afflictionē vultus hilaritate velemus; cuius rei exempla etiā secundum historiam præterito tempore legitimus præstentia. Nam sanctissima Iudith, cum magno populo esset afflictā, post solennitatem tri-duani ieiunij, capite vñcto, & lota facie, ita internæ afflictionis tristitiam texit, ut simulato gaudio letari hostibus videretur.

E *a Consi-*

1 *mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ.* **2** *Induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextrā-*

3 *liola, & lilia, & in aures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se.* **4** *Cui etiam Dominus contulit splendorem, quā*

5 *omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pende-*

6 *bat. Et ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem amplia-*

7 *uit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret. Im-*

8 *posuit itaque Abra suæ ascopam vini, & vas olei, & polen-*

9 *tam, & lapates, & panes, & caseum, & profecta est: Cumque ven-*

10 *issent ad portam ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziam,*

11 *& presbyteros ciuitatis. Qui cum vidissent eam, stupentes*

12 *mirati sunt nimis pulchritudinem eius. Nihil tamen interro-*

13 *gantēs eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum no-*

14 *strorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua vir-*

15 *tute corroboret, ut gloriatur super te Ierusalem, & sit nomen*

16 *tuum in numero sanctorum, & iustorum. Et dixerunt qui illic*

17 *erant, oēs vna voce: Fiat, fiat. Iudith vero orans Dñm, transiit*

18 *per portas, ipsa & Abra eius. Factum est autē cum descenderet*

19 *motū ē circa ortū diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorū, &*

20 *tenuerunt eā, dicētes: Vnde venis, aut quo vadis? Quæ respōdit:*

NICOLAUS DE LYRA.

- 1** Et induit se vesti. iu. Id est, quibus utebatur ad iucunditatem viro suo viuente.
- 2** Induitque san. pe. id est, calceamenta assualia corium desuper non habentia.
- 3** Assumpsitque dextra. id est, ornamenta dextra partis.
- 4** Et lilia. Ornamenta sunt a capite dependentia ad modū liliæ fabb.
- 5** Et in aures. id est, ornamenta aurium, quibus vtuntur mulieres Orientales maxime.
- 6** Et annu. Qui sunt ornamenta digitorum.
- 7** Et omnibus or. Hoc dicitur ad ostendendum, quod nihil omisit de contingentibus ad decentem ornatum.
- 8** Cui etiam Dominus contulit splendorem. Augendo eius pulchritudinem.
- 9** Quoniam omnis, &c. per modum præcedentis capituli dictum.
- 10** Impos. Hic consequenter sibi prouidet de alimento dicens; Impos.

po. &c. asco. id est, vtrem, & est nomen Græcum, & cuius enim Græce, vt est Latine.

11 Et vas, &c. pro condimento pot. agij.

12 Et polentam. id est, cibum de farina factum.

13 Et lapa. i. ficus sicca secundum Hug. De talibus enim cibis prouidit: quia volebat vti cibis Gentilium lege Mosaica prohibitis.

14 Cumque ve. ad por. ci. sicut dixerat eis Iudith supra in fine capit. 8.

15 Nihil ta. inter. eam. Dixerat enim eis quod non scrutarentur suum consilium. Cetera patent.

16 Factum est autem. Hic consequenter se tradit manibus hostium, cum dicitur: Factum est au. cum descen. mon. s. Bethulia.

17 Circa or. diei. vt videtur fugere e populo ciuitatis ignorante: nam illa hora vigiles vadunt ad dormiendum, & sic fugientes habent tempus magis opportunum.

18 Occurrerunt ei exploratores Assyriorum. Qui erant in circuitu ciuitatis, ne aliquis exiens posset effugere manus eorum.

1 Ideo

MORALITER.

- 1** Et indu. se. ve. iucun. suæ. Virtutibus sanctis, quæ disponunt ad iucunditatem patriæ cœlestis. Rom. 13. d. Induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus.
- 2** Induitque san. pe. su. Affectiones suas sacris meditationibus muniendo.
- 3** Assum. dextra. Sponsum suum dulciter amplexando.
- 4** Lilia. Gestus, & motus castissimos obseruando.
- 5** In aures. Eius verba deuote audiendo.
- 6** Et annulos. Eius mādāta operibus adimplēdo. Nā annuli sunt ornamenta digitorum, quibus manualiter operamur.
- 7** Et om. orn. su. orna. se. Hoc additur, quia nihil est omittendum

dum de spiritualibus ornamentis.

8 Cui etiam do. cont. splen. Id est, spiritualement decorem, qui a solo Deo datur.

10 Impos. itaque Abra, &c. Per hoc designatur, quod Ecclesia non incorporat sibi aliquid de doctrina peruersa.

16 Factum est autem cum des. de mon. &c. Litera sequens aliqua mendacia, & adulatoria videtur cōtinere secundum sensum literalem: sicut dictum fuit in expositione literali. Sensus autem mysticus literali contrarius non videtur bene conueniens, s. vt per perniciofa significetur virtuosa, propter quod talem modum exponendi mystice in præcedentibus euitaui, & ex eadem causa transeo vsque ad 13. cap.

A *Considerabant faciem, &c.* * August. Huius sceminæ infidiosæ pulchritudinis nouitatem hostilis exercitus vehementer expauit, vt in eius obsequio vires amitterent, arma proiecerent, & colla curuarent.

Ser. 228. de temp.

B *Duxeruntque illam, &c.* * August. Deducitur ad prætorium subiectis ordinibus fraus Holofernis, & lugentis victoria ciuitatis. Quam cum videret Holofernes, solutus est sentibus, animam cum capite perditurus. Iacuit enim (dedecus iuuenum) mulieris vultu captiuus, licuit mulieri exarmare iuuenes, & de bellare victores, sollicitam defendere ciuitatem, & barbarum subuertere bellatorē. Decepit sincera corruptum, pudica peremit adulterum, sobria iugulat ebriosū. Illa enim tam barbaros animos inlidiosi vultus sui fraude confuderat, vt eum ligaret multatum arte tabularum, vt redderet inter exercitus victum, & inter arma captiuum.

† non contemnat

C *Dixeruntque, &c.* Sub dominatione secularium principum libere manere permiserunt. Sicut Traianus

Filia sum Hebræorum. Ideo ego fugi a facie eorum, quoniam futurum agnouit, quod dentur vobis in deprædationem, pro eo quod contemnentis vos noluerunt vltro tradere seipfos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro. Hac de causa cogitavi mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius. Et cum audissent viri illi verba eius, considerabant faciem, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis. Et dixerunt ad eam: Conseruasti animam tuam, eo quod tale reperisti consilium, vt descenderes ad Dominum nostrum. Hoc autem scias, quoniam cum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius. Duxeruntque illam ad tabernaculum Holofernis, annunciantes eam. Cumque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes. Dixeruntque ad eum satellites eius. Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus? Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in conopæo, quod erat ex purpura, & bysso, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum, & cum in faciem eius intendisset, adorauit eum prosternens se super terram, & eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente Domino suo.

nus licet in primis Christi Confessores persecutus sit, Plinio secundo admonente, leuioribus decretis edictum suum temperauit. Eius quoque Adrianus per Quadratum discipulum Apostolorum, & Aristidem Atheniensem virum de Christiana religione eruditus ad Munitum Fundanum procon-

sulem Alie epistolam misit, vt nemini liceret Christianum sine criminis obiectione, aut probatione damnare.

D *Adorauit eum prosternens se super terram, & eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente, & cat.* Non perturbatione timoris, sed obseruatione ordinis. vnde: *Et subditi stete in omni timore Dom. & Deum timete, regem ho.* Et Apostolus: *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Vnde Elias regem impium Achab adorasse legitur. vnde; Paulus apud Agrippam regem, & Festum præfidem causam suam agens, verba manuferta protulit. Similiter apud Holofernem Iudith de aduentu suo, & Iudæorum casu futuro loquitur; non adulatorie mentiendo, sed futura propheticè prædicando.

CAP.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Ideo ego. Hæc autem verba Iudith, & sequentia nituntur aliqui verificare duplici via. Vna est per conditionalem subintellectam, vt sit sensus, quod Hebræi sint in tali dispositione positi, quod tradantur Holoferni, & eius exercitui, nisi cito veniat eis auxilium a Deo. Alia est, vt eius verba mystice, seu prophetice intelligantur de spoliatione, & destructione Iudæorum, quæ futura erant tempore Titi per exercitum Romanorum. Sed prima via non videtur conueniens: nam seq. cap. Iudith affirmat diuinum auxilium ab Hebræis sublatum, & per diuinam prouidentiam missa erat ad hoc nuntiandum. Similiter nec secunda. Nam Iudith non videtur loqui prophetice de tempore tam longinquo: sed magis historice loqui de casu Heb. imminenti de propinquo. Item quia præter sensum mysticum, & figuratiuum oportet habere aliquem sensum literalem verum: quia quod nihil est, non potest aliquid figurare. Nec Holofernes turpiter deiecit ab Heb. potest conuenienter dici figura Titi victorioso Iudæos debellantis, & captiuantis: nam figura, & figuratiui, inquantū huiusmodi correspondent. Propter quod saluo meliori iudicio videtur mihi, q. hæc verba Iudith, & sequentia saltem in pluribus sunt mendacia conficta ad liberationem populi Deum colentis, & ad deiectionem superbi cultum diuinum destruere intendentis: & tale mendacium est officiosum, & per consequens non est mortale peccatum, sed veniale tantum, a quo non oportet excusare Iudith: quia nec Apostoli longe perfectiores, & maxime post receptionem spiritus sancti, non dicuntur immunes a peccato veniali. 1. Ioan. 1. d. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Et Galat. 2. dicit Paulus de Petro, quod erat vere reprehensibilis, scilicet in modo obseruandi legalia.

2 Et ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, &c. Hoc verificari non potest ad literam, nec verificatio videtur conueniens in sensu mystico, vt prædicatum est.

3 Et eris gratissima in corde eius, &c. Sciebant enim quod erat luxuriosus.

4 Cumque intrasset. Postquam descripta est superius Hebræorum persecutio, hic consequenter ponitur persecutio deiectionis. Et primo quantum

quantum ad eius mentem. Secundo quantum ad eius vitam corporalem, in medio cap. 12. Et factum est quarto die. Prima in duas. Nam Holofernes primo capitur in Iudith aspectu. Secundo decipitur in eius affatu, 11. cap. Circa primum dicitur: Cumque intrasset. s. Iudith. Ante faciem eius. scilicet Holofernis.

6 Statim captus est in suis oculis Holofernes, &c. i. accensus immoderata concupiscentia eius, verumtamen si concupierit eam pro concubitu fornicario tantum, vel coniugali secundum intentionem Iudith, vt dictum est sup. cap. 9. non habetur clare: nam litera sequens aliquando pro vno sensu, aliquando pro altero videtur sonare, prout in sequentibus apparebit. Quicquid tamen fuerit ex parte Holofernis, intentio Iudith in orando, & se ornando fuit bona, vt dictum est supra excusando eam a peccato mortali. In mendacis vero sequentibus non oportet eam excusare a peccato veniali, sicut si aliquis querit placere mulieri propter bonum, si illa exard. sciat in eius concupiscentiam, non propter hoc eius bona intentio deterioratur, pro quibus tamen non commendatur in scriptura, sed pro affectione bona ad populi sui liberationem, & aduersarii diuini cultus deiectionem, multum in scriptura commendatur, sicut dictum est supra de obstetricibus Hebræorum, capitul. nono.

7 Vt non. habendis ad libitum.

8 Merito pugnare. Nam pulchritudo mulieris magis allicit, quam aurum, & argentum.

9 Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in conopæo, quod erat ex purpura, & bysso, & auro, & smaragdo, &c. id est, in cathedra supra quam appensum erat conopæum, ad magnificentiam sedis, & decorem. Est autem conopæum cortina inferius rotunda, & tendens superius in acutum, ideo dicitur conopæum a cono, in quo superius terminatur, secundum alios vero dicitur a Conopo Aegypti oppido, in quo primo fuit inuentum.

10 Adorauit eum prosternens se super terram, & eleuauerunt eam serui Holofernis, &c. Adoratione dulci, propter reuerentiam magnitudinis, & potestatis suæ, quæ a Deo erat, quamuis Holofernes abuteretur, sicut homines mali communiter abutuntur gratis a Domino sibi datis.

CAP.

CAP. XI.

CAP. XI.

A **E**T dixit illi Iudith:

Sume verba, &c.

AVGVSTINVS. Species custodit,

quæ blanditur,

& ne violenter pudicitia cu-

stodita lædatur,

Holofernem alloquitur,

vt deliderium mane concipiatur.

Ego, inquit, ancilla tua,

Dum cali obseruo,

& nunc ibo per noctem,

& orabo ad Dominum cali,

& cat. Non decuit pudicam mentiri;

non intelligentibus dixit, perfecit quod actibus promissit.

Dum regi alto sermone imaginariis verbis blanditur,

belator animus lasciuia soluitur,

in amore armorum torpent vires innumerabiles militum,

luc

xii



Vnc Holofernes dixit ei. Aequo animo esto, & non li pauere in corde tuo, quoniam ego nunquam nocui vito qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. Populus autem tuus si non contempsisset me, non alleuassent lanceam meam super eum. Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos? Et dixit illi

Iudith: Sume verba ancillæ tuæ, qm si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum. Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus eius, quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium, quoniam non solum homines seruiunt illi per te, sed & bestia agri obtemperant illi. Nuntiatur enim industria animi tui vniuersis gentibus, & indicatum est omni seculo, quoniam tu solus bonus, & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouincijs prædicatur. Nec hoc latet quod locutus est Achior, nec illud ignoratur, quod ei iusseris euenire. Constat enim Dominum Deum nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per prophetas suos ad populum, quod tradat eum pro peccatis suis. Et quoniam sciunt se offendisse Deum suum filij Israel, tremor tuus super ipsos est. Insuper etiam famēs inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur.

Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum, & sancta Domini Dei sui quæ præcepit Deus nō contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt consumere, quæ nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt, certū est q in pditione dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoscens fugi ab illis, & misit me Dñs hæc ipsa nūtiare tibi. Ego enim ancilla tua Deū co-

xu regifico, nu D
ptiarum pom-
panullo nuben
te constructur,
cūcti ebrietate
soluuntur. Non
delectata matro-
na pugnauit,
sed sopor tibi
quē ferias præ-
parauit.

A M. BRO S I V S. Iudith se, vt adultero placeret, ornauit; quæ tamē quia hoc religione, non amore faciebat, nemo eam adulteram iudicabat. Bene successit exemplum. Nam si illa quæ se commisit religioni, & pudorem seruauit, & patriam, fortassis, & nos seruando religionem, seruabimus etiam castitatem. Quod si Iudith pudicitiam religioni præferre voluisset, perdita patria, etiam pudicitiam perdidisset.

L. 2. de virg.

a Missa

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XI.

Vnc Holofernes. Hic consequenter Holofernes dicitur Iudith assatu, quam primo consolatur dicens: Aequo animo. Et subditur ratio.

2 Quoniam ego. Ipse dicebat falsum: quia sicut dicitur supra 3. cap. quantumcumque homines sibi subiecti erant, tamen ferocitatem pectoris eius mitigare non poterant, quin eis inferret multa mala. Secundo Iudith interrogatur, cum dicitur: Nunc au. Et patet.

3 Sume verba. Hic consequenter Iudith respondet ad interrogata. vbi primo ponitur eius responsio. Secundo responsionis approbatio, ibi; Placuerunt autem. Circa primum Iudith, vt fallat fallacem, & alludat illusorem, primo magnificat eius potentiam. Secundo approbat eius sententiam, ibi; Nec hoc latet. Tertio allegat diuinam prouidentiam, ibi; Quod ego ancilla. Circa primum dicit; Sume verba. Non solum aure corporis, sed & mentis.

4 Quoniam si. Eis assentiendo, & secundum ea faciendo.

5 Perfectam rem. i. te faciet pertinere ad intentionem.

6 Viuit. i. sicut verum est, quod Nabuchodonosor viuit, & tu similiter; ita vera sunt quæ sequuntur, nec est hoc iuramentum, vt dicunt aliqui; quia non excusaretur Iudith a iuramento falso, quod est peccatum mortale, sed est simplex assertio falsi, ad fallendum fallacem, vt dicitur.

7 Nuntiatur enim animi tui industria. id est, prudentia bellica quæ bene est in malis hominibus, & in hoc dicit verum; nam Holofernes erat famosus in armis.

8 Et indicatum est omni seculo. id est, multis valde, & est hic hyperbole.

9 Quoniam tu solus bonus, & potens es in oī regno eius, &c. id est, valde excellens in regis militibus, & hæc bonitas est aliquando in malis hominibus; nam sicut dicitur 5. Metaphys. Bonum ad mala transferimus, sicut dicitur bonus latro, qui vias accommodat adinuenit ad faciendum latrocinia.

10 Et disciplina tua. Quæ subiecisti multas gentes Nabuchodonosor regi.

11 Omnibus prouincijs prædicatur. id est, multis prouincijs.

12 Nec hoc latet. Hic consequenter approbat Holofernis sententiam

tiam de Achior, quantum ad hoc quod debeat occidi cum filijs Israel propter offensam Dei contra eos. Et patet litera vsque ibi.

13 Vt mandauerit per prophetas suos, &c. Hoc apparet esse falsum ad literam; nam sic Iudith contra mandatum Dei sciēter fecisset impediendo traditionem ciuitatis Holoferni, sup. 8. c.

14 Insuper etiam famēs, &c. Hæc erant vera saltem in parte magna.

15 Denique hoc ordinauit. Nota quod non sequitur hic vt rideatur quod dicit; quia per sanguinem, & sanctorum pollutionem intellexit ciuitatis traditionem quam conceperant priori die compleuisse, & sic quantum in eis erat, sanguinem bibissent occisorum & sancta polluisent, quia ipsi fuissent crapulati, qui veli inspiciat; cum omnis actio eius ex virtute penderet, quæ non dicit falsum, vel facit, sed virtualiter oculos selsorum verbis, & per sententiam veritatis intrinsecam claudit, & eruit, ne veritatem considerent. Et sic videtur hic metaphoricè, vel rhetoricè loqui quod patet. Quomodo enim posset homo sanguinem bibere: quia si cruentum sumeret moreretur, & adhuc non videtur posse extinguere sitim, si decoqueret, non valeret potationi. Sed aduersarij ideo, vt dixi, in mysterio verborum fuerunt decepti, eo quod non considerabant huius rei impossibilitatem, &c. Et superiora quæ vellet considerare, forte inueniret quod nullum vitium quantumcumque minimum fecisset, vel in aliquo defectuosa posset iudicari. Hoc videtur etiam esse falsum; quia bibere sanguinem erat eis maxime pro ibitum.

16 Et san. Non vocantur hic sancta vasa consecrata ad sacrificandum Domino, seu oblationes, & sacrificia, vt dicunt aliqui: nam talia non erant, nec fiebant extra Ierusalim. Sed sancta dicuntur hic primitiæ, & decimæ quæ debebantur sacerdotibus, & Levitis: necesse tamen poterant comedari ab alijs, sicut David, & viri eius comedunt panes propositionis, & de voluntate summi sacerdotis, vt habetur 1. Regum 21. Et ideo Iudith videtur hic simpliciter falsum dixisse cum subditur; Et volunt consumere quod nec manibus deberent contingere. Et si sancta intelligantur hic vasa sacra, similiter falsum dicit; quia non erant in Bethulia.

17 Quod ego. Hic consequenter ad suum propositum allegat diuinam prouidentiam dicens.

18 Et me misit Dominus. Quod enim venit ad liberationem populi, fuit a Domino; sed quod ad hoc dixit mendacia, non fuit ab eo, sed a muliebri malitia. Non enim inuiget Deus mendacis hominum ad perficiendum opera sua.

1 Placue-

Ga *Missa sum.* prima via salutis fuit gentibus, prædicatores
A Euāgelij gratia: nter recipere, & fidem præbere, & per eorum
doctrinam ad agnitionem veri atq; veni e.

tegrum pudorem de tabernaculo hostili reuexit. Secundus, D
quod sermone de viro reportauit victoriam, fugauit populos
cōsilio suo, hortuerit Perse audaciā eius. Vtq; (q̄ in illis Py-

Lib. 3. off. c. 13

b Placuerunt.

* Ambrosius. Ecce tibi Iudith se offert, mirabilis, quæ formidatū populū virū Holoferne adiit, Assyriorum triumphali septem catervā, quem primo formæ gratia, & vultus decore percussit: deinde sermonis circumscriptis elegantia. Primus triumphus eius, quod integrum

lo, etiam nunc apud te, & exiet ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi quando eis reddat peccatum suum, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem. Et habebis omnem populum Israel, sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit, vel vnus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam Dei. Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum: Non est talis mulier super terram, in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. Et dixit ad illam Holofernes: Benefecit Deus qui misit te ante populum, vt des illum tu in manibus nostris, & quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

thagoræ duobus mirant) nō expauit mortis piculū. sed nec pudoris, quod est grauius bonis feminis; nō vniq̄m carnificis, sed nec totius exercitus tela trepidauit. Stetit inter cuneos bellatorū femina, inter vetricia arma, secura mortis. Quātū ad mole spectat periculi, moritura processit; quantum ad fidem, dimicatura.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Placuerunt autem. Hic consequenter ponitur responsio Iudith approbatio: & primo verbo: secundo facto. cap. 12. Circa primum dicitur: Placuerunt autem, &c. Quia prætendebant Holoferni, & eius exercitui prospera.

2 Et dicebant alter. Mirantes eius pulchritudinem, & sapientiam.

3 Non

3 Non est talis mulier, &c. Ex hoc videbantur innuere, quod esset aptissima coniungi suo principi vinculo matrimonij, & hoc idem videntur sonare verba Holofernis, quæ sequuntur.

4 Si fecerit mihi, &c. Per hoc enim q̄ consentiebat colere Deum Iudith, videtur q̄ eā cogitabat accipere in coniugem. vnde & subditur.

5 Et tu in domo, &c. Sicut Holofernes erat maior post regem.

Diuisio

CAP. XII.

a **T**unc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere, &c.



CAP. XII.

Holofernes, & principes seculi.
a Ecclesia enim requiescit apud eos qui intelligentiam, & fidem sanam recipiunt in thesauro mentis.

Vnc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & cōstituit quid daretur illi de cōuiuio suo. Cui respōdit Iudith, & dixit: Nunc nō potero manducare ex his q̄ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio. Ex his autē quæ

a De cultu religionis suæ, student enim ad illecebras carnalium voluptatum adducere, & perire.

a Principes seculi. **b** Videtur talibus cultus religionis vilis, & despectus.

a Gratiā diuinā sibi celeriter subuenire repromittit.

mihī detuli, māducabo. Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, q̄ tecum detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit Iudith: Viuit anima tuā Dñe meus, qm̄ non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitauī. Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum quod præceperat, & petijt dum introiret, vt daretur ei copia nocte, & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominū. Et præcepit cubicularijs suis, vt sicut placeret illi, exiret, & introiret ad orandum Deū suum per triduum. Et exibat noctibus in vallem Bethulix, & baptizabat se in fontem aquæ. Et vt ascendebat, orabat Dominum Deum Israel, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. Et introiens, munda manebat in tabernaculo vsque dum acciperet escam suam in vespere.

a Non sit vobis vanum surgere ante lucem.

a Catholice confessionis, per fidem, spem, & charitatem.

b Fontē lachrynarum vnde Lauabo per singulas noctes lectam meam, lachrymis meis, &c.

a Huius seculi.

a Non sit vobis vanum surgere ante lucem.

a Catholice confessionis, per fidem, spem, & charitatem.

b Fontē lachrynarum vnde Lauabo per singulas noctes lectam meam, lachrymis meis, &c.

a Huius seculi.

a Non sit vobis vanum surgere ante lucem.

a Catholice confessionis, per fidem, spem, & charitatem.

b Fontē lachrynarum vnde Lauabo per singulas noctes lectam meam, lachrymis meis, &c.

a Huius seculi.

subijceret impuritati, ne obfidionem deditione solueret. Honestatis fuit se malle pro omnibus periclitari, vt omnes eximeret periculo.

* Idem.

Liquet igitur id quod decorum est, semper esse vtile. Nam & Iudith sancta, decoro contemptū propriæ salutis soluit obfidionis periculum, & publicam honestate propriæ actus vtilitatem.

Holo-

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. XII.

1 **T**unc iussit eam. Hic consequenter approbatur responsio Iudith per factum, nam Holofernes iussit eam introire ad locum vbi erant sui thesauri, tanquam charissimam sibi, & confidens de ea, tanquam de coniuge propria, ideo subditur.

2 Et constituit quid daretur illi de cōuiuio suo.

3 Nunc non. q. d. excusatam me habeo s̄ aruo tempore.

4 Ne veniat. Erant enim ibi aliqua cibaria lege prohibita.

5 Si defecerint. Ex hac enim sollicitudine circa viciū Iudith, apparet amor incensus ad eam.

6 Viuit anima. i. sicut verum est, quod tu viuis, ita verum est quod ego

ego non cor sumam hæc cibaria, antequam fecerit Deus, quæ cogitauī. Et in hoc verum dixit. Nam prius interfectus fuit Holofernes per eam, quod facere cogitabat Holofernes autem intellexit de traditione ciuitatis in manu suā, referens dictum Iudith ad eius verba superiora.

7 Et petijt dum intro. i. dum ire inciperet adhuc præsens escam Holoferne.

8 Vt daretur ei. vt deuotius Deum exoraret extra infidelium castra.

9 Et baptizabat se in fontem aquæ. i. se lauabat ante orationem, secundum modum Iudeorum.

10 Et introiens. A consortio Gentilium.

11 Vsque dum acciperet escam suam. Ex quo patet, quod ieiunabat, vt eius oratio esset magis exaudibilis a Deo.

Et

Lib. 3. off. c. 13

fiducia

Lib. 3. cap. 14

A *Holofernes fecit cenam seruis suis, &c.* * August. Paratur conuiuium regi, Iudith interesse iubetur. Illa cōsentit vt vincat, accedit ad conuiuium nihil de cibis, aut poculis hostium gustatura, quæ suis vtēlibus voluit esse contenta. Quāuis ille bellator armorū tam castissimę feminæ male sanus at-

viris loquat? Iudith luxurioso Holoferni haudquaquam insti-
 tit conuiuiō, solo titulo sobrietatis desperatum lacertis virili-
 bus reportauit triumphum, patriam obsidione exiit, ducem
 militię suis manibus occidit. Exemplū euidens quod & illum
 terribilem populis bellatorem virum luxuria sua emolluit,

deret vultum, illa ta-
 men (quare venerat)
 de eius capite cogita-
 bat: quo sublato, de-
 fectis ciuibus subue-
 niret, & multa capita
 tueretur, defenderet,
 vindicaret.

* Ambrosius. Vi-
 num post diluuium
 iustus ad tentationem
 sui reperit. Vtatur
 ergo temperanter na-
 turali cibo. Vino mo-
 dico vtere, ait Aposto-
 lus, propter frequen-
 tes tuas infirmitates.

Non ergo propter vo-
 luptatem bibendum
 est, sed propter infir-
 mitatem. Helias ad
 caput suū collyridā,
 & vas aquę reperit, &
 in virtute escę illius
 quadraginta diebus ie-
 iunauit. Patres cum
 mate transirent pedi-
 bus, aquam non vinū
 bibebant. Daniel &
 Hebræi pueri patrio
 cibo, & aquę potu, il-
 le furorem leonū re-
 pressit, isti ardentem
 ignem innoxio vide-
 ro tactu circa mēbra
 sua pasci. Et quid de

viris

viris

a Et factum est in quarto die Holofernes fecit cenam seruis
 suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum: Vade, & suade He-
 bræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum. Fœdum
 est enim apud Assyrios, si foemina irrideat virum agendo, vt
 immunis ab eo transeat. Tunc introiuit Vagao ad Iudith, &

a Quæ Vagao hortatur, ad illicitas voluptates pertinent.
 dixit: Nō vereatur bona puella introire ad Dominum meum,
 vt honorificetur ante faciem eius, & manducet cum eo, & bi-
 bat vinum in iucunditate. Cui Iudith respondit: Quæ ego
 sum, vt contradicam Dōmino meo? omne quod erit ante o-

culos eius bonum, & optimum faciam. Quicquid autem illi
 placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.
a Quæ resurgere hortatur a ruina impietatis. **b** Virtutum operibus:
 Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit an-

te faciem eius. Cor autem Holofernis concussum est, erat e-
 nim ardens in concupiscentia eius, & dixit ad eam Holofer-
 nes: Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inueni-
 sti gratiam coram me. Et dixit Iudith: Bibam Domine, quo-

niam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus
 meis. Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea, quæ
 parauerat illi ancilla eius. Et iucundus factus est Holofernes
 ad illam, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam
 biberat in vita sua.

& hęc feminam tem-
 perantia cibi fortio-
 rem viris fecit. Nō hic
 in sexu suo victa est
 natura, sed in cibo suo
 victa est: & regem su-
 perbum suis inclina-
 uit ieiunijs.

* Hieron. Vino sen-
 sus hominis euertitur,
 pedes corrūit, mens
 vacillat, libido succen-
 ditur; Vñ Apof. dicit;
 Nolite inebriari vino,
 in quo est luxuria. Ha-
 bet vnusquisq; senten-
 tię suę potestatem. Ego

Apostolum sequor in
 vino esse luxuriam, in
 vino ebrietatē. Ebrie-
 tatem autem, & luxu-
 riam inter carnis ope-
 ra numerati, nec ille
 pōt negare, qui eisdē
 passionibus vincitur.

b Et accepit. Non in-
 quinatur cibus Genti-
 liū, aut superstitione.
 Ecclesia. n. inter gētes
 habitās, idololatria nō
 polluitur; sed his quæ
 deuotio fidelium per
 obedientiā præparat,
 vritur. vnde: *Meus cibus*

*est, vt facta n. voluntatem
 eius qui misit me patris.*

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et factum. Postquam descriptus est Holofernis casus, quantum ad mentem, hic consequenter describitur casus eius, quantum ad vitam corporalem. Circa quod primo ponitur dispositio, secundo Holofernis iugulatio. cap. 13. Dispositio vero ad mortem Holofernis fuit ardor libidinis, & ex eo sequens sopor ebrietatis, & hoc notatur cum dicitur: Et factum est quarto die ab egressu Iudith de ciuitate Bethulie.

2 Holofernes fecit cenam. Quasi pro nuptiis Iudith, cui intendebat sequenti nocte copulari, ideo subditur.

3 Vade, & su. Hebræam illam, vt sponte cōsen. habita. mecum. per concubitus carnalem.

4 Fœdum est enim. id est, probrosum.

5 Si foemina irrideat virum. id est, quod fuerit per aliquod tempus in sua potestate absque carnali copula.

6 Non vereatur bona puella intrare ad Dominum meum. Inuitas eam primo ad cibum, & potum, vt inde deducatur ad carnalem

lem concubitus.

7 Quæ ego sum, vt cum Domi. meo? Quasi dicat, non deceat quod ego contradicam vllō modo.

8 Hoc mihi erit optimum. Videbat enim per hoc appropinquare tempus opportunum ad interficiendum ipsum.

9 Et surrexit, & or. se ve. suis. sicut sponsa coram sponso.

10 Cor au. Holo. con. est. i. nimio ardore libidinis commotum est; nam etsi volebat eam cognoscere, tanquam vxorem, non tamen mouebatur ad h. e. n. ore prolis, sed ardore libidinis.

11 Bibe nūc, & accumbe in iucunditate: qm̄ in. gra. co. me. Ex hoc videtur q̄ reputabat eam, tanquam sponsam sibi gratissimam.

12 Bi. Domine, quoniam magnificata est anima mea. Ex hoc, q̄ videbatur appropinquare hora liberationis populi sui.

13 Et iucundus factus Holo. ad eam. credēs eius frui amplexib.

14 Bibitque vinum multum nimis, ex ardore namque libidinis iam auiserat discretionem cauendi sibi ab excessu vini.

CAP. XIII.

a *Vt autem se. &c.* * Chrysol.

Dum lætitia vultus ic-
 iunium texit, de ho-
 ste triumphum victo-
 rię reportauit. Simi-
 liter Hester sanctissi-
 ma dum tota facie, &
 capite vncto, post tri-
 duanum



CAP. XIII.

T autem sero factum est, festinauerunt
 serui illius ad hospitia sua, & conclusit
 Vagao ostia cubiculi, & abiit. Erant au-
 tem omnes fatigati a vino. Eratque Iu-
 dith sola in cubiculo. Porro Holofernes
 iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus.

duanū ieiunium, A-
 man populi sui inimi-
 cū iniquissimum in-
 teremit.

b In lecto nimia, &c. Nefandæ securitatis, quia se impune pecca-
 re confidit. vnde: *Im-
 pius cū in profundū pec-
 catorū reuerit, contēnit.*

a Caput

NICOLAUS DE LYRA.

CAP. XIII.

1 *Vt autem sero factum est. Præmissa dispositione ad interfe-*
ctionem Holofernis, hic consequenter describitur eius iugulatio,

& secundo iugulationis manifestatio, ibi: Et dixit. Circa primū dicitur.

2 Festinauerunt serui, i. tentoria, vt ibi requiescerent, & dormi-
 rent: nam omnes a viuo fatigati erant, vt subditur postea.

3 Et con. Vagao ostia cu. Holoferne in lecto suo posito, & dormite.

1 Dixit

MORALITER.

1 *Vt autem sero factum est. Sequitur.*

† Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebriet. &c. Per quam si-
 gnatur illa ebrietas, de qua dī Apoc. 17. b. *Vidi mulierem ebriam*

de sanguine sanctorum. Tyrannus enim qui membrum est dia-
 boli, inebriatur de sanguine innocentum, aliquos realiter oc-
 cidendo, & aliquos interpretatiue, scilicet bona, de quibus
 debent viuere violenter auferendo.

C a Caput Holo. Recordationem confecti belli sollicitate iubet
 A memorari. vnde: *Sobrii estote, & vig. & c.*
 1 Per. 7. b
 L. 2. de viduis.
 * Ambros. Inebriatis vino viris, & fomno sepultis, abstulit vidua gladium, ex erunt manum, bellatoris abscidit caput, per medias hostiu acies intemerata pcesit. Aduertatis igit, quantum nocere mulieribus possit ebrietas, quando viros vna soluunt, vt vincantur a feminis. Nam si Iudith bibisset, dormisset cum adultero, sed quia non bibit, haud difficile ebrios exercitus vnus sobrietate, & vincere potuit, & eludere.
 B * Idem. Ideo potetes vinum prohibentur bibere, ne cum biberint, obliuiscantur sapientiam. B. bebant vinum in ebrietate potentes, qui Holoferni principi militie regis Assyriorum se tradere gestiebant, sed non bibeat femina Iudith, ieiunans omnibus diebus viduitatis suae. His armis munita processit, & omnem Assyriorum circumuenit exercitum. Sobrii vigore consilij abstulit Holofernis caput, seruauit pudicitiam, victoriam reportauit. Hac enim succincta ieiunio, in castris praetendebat alienis, ille sepultus iacebat, vt ictum vulneris sentire non posset. Itaque vnus mulieris ieiunium innumeros strauit exercitus Assyriorum.

* August. Constructo thalamo concitatur ad ducem pro-
 num amore, victum fomno, eiusum virum in strato, bellatoris crines implicuit pulchritudine digitorum, post teneritudinem fusi, liebeni capulum querit. Mucio matrona non terruit, sed armavit, que ita pugnavit. Coruscus ensis caput abstulit hosti, persoluitur, in patris munitibus victoria suspenditur.
 * IDEM. Ser. 22
 Post pusillum exiuit foras, quasi ad orationem secundum consuetudinem. Ecce castitas. Orationis fauore castitas pudorem proprium seruauit intactum, & quietum, decepitque alienum.
 b Venerunt. Introitum regni Christum, scilicet, qui dicit: *Ego sum ostium, & via, per me si quis introibit sal. & car. & pas. in.* Et alibi: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.*
 c Custodi. Id est doctoribus, qui verbo, & exemplo Ecclesiam muniunt, & ad vitam aeternam introducunt, de quibus dicitur: *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes.* Vel angelicis spiritibus, qui nobis in custodiam missi, malignos spiritus excludunt.
 d Aperite. i. deuotione cordis. vnde dicitur: *Qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dei. secundum illud; Beatus qui causam suam loquitur in aure audientis.* Dominus virtute populo suo dabit

Dixitque Iudith puellae suae, vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret. Stetitque Iudith ante lectum, orans cum lachrymis, & labiorum motu in silentio, dicens: *Confirma me Domine Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt sicut promisisti Ierusalem ciuitatem tuam t erigas, & hoc quod credens per te posse fieri cogitavi, perficiam.* Et cum hac dixisset, accessit ad columnam quae erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius qui in ea ligatus pendeat, exoluit. Cumque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & ait: *Confirma me Domine Deus Israel in hac hora, & percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopaeum eius a columnis, & euoluit corpus eius truncum.* Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillae suae, & iussit, vt mitteret illud in peram suam. Et exierunt duae secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem, & transierunt castra, & gyrantes vallem venerunt ad portam ciuitatis. Et dixit Iudith a longe custodibus murorum. *Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel.* Et factum est cum audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis, & occurrerunt ad eam oes a minimo usque ad maximum, quoniam

* August.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Dixitque Iudith puellae suae, vt. *Ne forte aliquis superueniret. Exerat enim modicum de cubiculo Holofernis ad dicendum hoc ancillae suae; nam ante erat sola in cubiculo, vt dicitur in litera.*
- 2 Confirma me Domine Deus Israel, & re. in hac ho. ad opera ma. *na in tali facto solet cor, & maxime mulieris expauescere.*
- 3 Vt sicut. *Sicut enim per prophetas praedixit eam propter peccata destruendam, ita etiam promisit per eos post penitentiam populi reedificandam; vt patet in Esaiam, Ieremia, Zacharia, & pluribus aliis prophetis.*
- 4 Et pugionem eius. *id est, enses, & dicitur a pungendo.*
- 5 Et percussit bis in cer. eius. *i. in collu ad amputandu ceruicem.*
- 6 Et euoluit corpus eius trunc. *i. de lecto voluit ad terra, vt habetur infra 14. vt cum quis intraret, statim videret eum decapitatum.*
- 7 Et exierunt duae secundum consuetudinem suam. *Quasi ad orationem, & propter hoc vigilas Assyriorum non fecerunt circa eas aliquam persecutioem secundum in mandatum Holofernis, qui dederat eis hanc libertatem, vt habetur cap. praeced.*

8 Et

- 8 Et transierunt castra. *Assyrioru libere propter distam causam.*
- 9 Et gyrans. vallem ve. & c. *Vt venirent ad portam Bethuliae a castris Assyriorum remotiorem.*
- 10 Et dixit Iudith a longe custo. *Hic consequenter ponitur mortis Holofernis manifestatio, & primo populo fidei. secundo Achior gentili, ibi; Porro Achior vocatus venit. Prima in duas: na primo ponitur dista manifestatio. secundo Iudith benedictio ibi; Vniuersi autem adorantes. Prima a. huc in duas: na primo fit manifestatio murorum custodibus. secundo aliis ciuibus, ibi; Illa autem ascendens. Circa primum dicitur, Et dixit Iudith a longe custodibus murorum. Iam enim sic erat elongata ab Assyriis, quod non poterat audiri ab eis.*
- 11 Aperite portas; quoniam nobiscum est Deus qui fecit virtu. *Per hoc autem insinuat mortem Holofernis.*
- 12 Vocauerunt presbyteros ei. *Vt honorificentius Iudith reciperetur.*
- 13 Quoniam sperabant eam iam non esse ventu. *Spes proprie non est, nisi de bono; hic autem accipitur de malo. & ideo accipitur valde improprie, scilicet pro timore valde probabili, de morte eius violenta, atque ipsius retentione.*

Con-

MORALITER.

† Et talem occidit Iudith, id est, Ecclesia, quando propter mala sua per excommunicationem separat eam a fidelium certu. Et sicut in Holofernis occisione fuit bina percussio, sic in excommunicatione debet esse bina monitio. Potest autem aliter

aliter exponi, vt per Holofernem significetur Haereticus, qui ebrius est pestifera doctrina. de qua dicitur Deuter. 32. c. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* & interpretatio consonat. Holofernes enim interpretatur infirmitas discessionis: talis enim infirmatur ex discessione a vera fide, & talis debet ab Ecclesia excommunicari.

A dabit, cū quo scilicet, apicem caelestis regni, ascendit, vnde. *Non ascendit in caelum nisi qui de deo est.*

a *Illam autem ad caelestia dogmata sermonē conuertens, & ad laudandū Deum pro beneficiis suis auditores attollens.*

b *Et interfeci. De quo. Ipsa conteret, caput etc. Et in euāgelio. Dabo vobis potestatem, calcandi super serpentes & scorpiones & super omnes virtutes inimici.*

c *Et ecce. Scito te quāta sit magnitas, quāta fraus inimici nostri, quanta pietate a nobis superatis sit, quos dominus illesos ab omni fraude & erroris contaminatione custodit, vt his inspectis conditori & redēptori nostro gratias agatis. vñste. Sobriū esto & vi. Et. Tū meo ne sicut serpens seduxit Eua astutia sua, ita et sensus nostri corrumpantur. Et item. Confortamini in domino & in*

C

a Tribulationibus oppressam. **b** Piam cordis intentionem uniuersas errorum tenebras expellentem.

sperabant eam iam non esse venturam. Et accēdentes luminaria t con-
a gyrauerunt circa eam vniuersi. Illa autē ascendēs in eminentiorem
a **a** Vnde. Audi Israel & tace. **b** Attenti. **c** A strepitu mundi.

locum, iussit fieri silentium. Cumq; omnes tacuissent, dixit Iudith. Lau-
a **a** Non me non hominem.

date dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se, & in
a **a** Vnde Ego seruus tuus & filius ancillae tuae.

me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam quam promisit domui
e **b** Feminae. **b** Diabolū.

b Israel, & interfecit in manu mea hostem populi sui, in hac nocte. Et
a **a** Hostis. **b** Mentem.

proferens de pera caput Holofernīs, ostendit illis dicens. Ecce caput
a **a** Domum in qua contidebat.

c Holofernīs principis militiae Assyriorum. Et ecce conopaeum illius in
 quo recumbebat in ebrietate sua, vbi & per manum feminae per-
 cussit illum dominus Deus noster. Viuit autem ipse dominus quoniam
 custodiuit me angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, &
 inde huc reuertentem, & non permisit me dominus ancillam suam
 coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me t vobis, gauden-
a **a** Non mea. **b** Euasi manus hostis.

tem in victoria sua, in euasione mea, in liberatione vestra. t Cōfitemini
a **a** Vnanimiter. **b** Solus. **c** Effectus misericordiae.

illi omnes, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. V-
 niuersi autem adorantes dominum, dixerunt ad eam. Benedixit te do-
a **a** Contriuit inimicum & satellites eius.

minus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.
a **a** Cuius fides & confessio in toto orbe obtinet palmam.

Porro Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam. Benedicta es tu filia
a **a** Multae filiae congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas.

a domino Deo excelso pra omnibus mulieribus super terram. Benedi-
 ctus dominus qui creauit caelum & terram, qui te direxit in vulnera ca-
 pitis principis inimicorum nostrorum, quia hodie nomen tuum ita ma-
 gnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum qui memores fue-
 rint virtutis domini in aeternum, pro quibus non peperisti animae tuae
 propter angustias & tribulationē generis tui, sed subuenisti ruinā ante
 conspectū Dei nostri. t Et dixit omnis populus, fiat, fiat. Porro Achior
 vocatus venit. Et dixit Iudith. Deus Israel cui tu testimonium dedisti, q
 vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorū incidit in
a **a** Huius seculi.

hac nocte in manu mea. Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernīs
 qui in contemptu superbiae suae Deum Israel cōtēpsit, & tibi interitum
 minabatur dicens, cum captus fuerit populus Israel, gladio perforari
 praecipiam latera tua. Videns autem Achior caput Holofernīs, angu-
 stiatus pra pauore cecidit in faciem suam super terram & aestuauit ani-

in potentia eius. D
Indurte vobis ar
ma Dei.
Quia hodie,
nomen tuum, etc.
 Laus ecclesiae non recedet de ore hominum, qui memores sunt studij & operū eius quae per dilectionē Dei & proximi praesentibus tribulationes securi sustinet, fide plena & spe firma, attendens emittentiam celestium premiorum, vbi sociabitur beatitudi-
 ni angelorum. t ad vos. E
 t Viacus autem
 Achior. Per A-
 chior principē
 Ammonitarū,
 pagani vel he-
 retici designan-
 tur, qui vidētes
 ecclesiae fidem
 hostium supe-
 rasse ferocitate
 nimio pauore
 concutiuntur &
 superbiam suā
 humiliantes ec-
 clesiam veneran-
 tur, et sequaces
 suos errorē re-
 linquere et fide
 lib. sese socia-
 re hortatur. vñ
 de Esaias. Ve-
 nient ad te curui
 filii eorum qui te
 humiliauerunt, et
 adorabunt vesti-
 gia pedum tuorū
 omnes qui detra-
 hebant tibi.
 t Infra 5. d.
 & 6. a.
 t hactenus
 CAP. F

NICOLAUS DE LYRA.

1 Congytraue. nam ex omni parte nitebantur sibi appropinquare.
2 Illa autem. etc. Hic consequenter manifestatur mors Holofernīs ci-
 nibus cum dicitur. Illa ascendens in eminentiorem loc. vt pos-
 set ab omnibus videri.
3 Iussit fieri silenti. vt melius posset audiri, et inceptit a diuinis lau-
 dibus loqui dicens.
4 Laudate dominum Deum nostrum, &c. id est, nos positos in
 tanta necessitate.
5 Et in me. id est, per me instrumentaliter.
6 Adimpleuit, &c. promisit, n. per prophetas, sicut patet in pluri-
 bus locis, populū Israel ab hostib. liberare, si tamen colerent eū vere.
7 Et proferens. ad declarationē veritatis. Et ne aliqui suspicio ori-
 retur, quod Holofernīs seu aliquis alius tetigisset eam inhoneste, ideo
 subditur.
8 Viuit. id est, sicut verum est quod ipse est vita per essentiam, ita ve-
 rum est quod sequitur.
9 Quoniam culto. Et patet litera. Et finaliter pro tātis beneficiis in-
 nitat omnes ad confessionem diuinā laudis, dicens.
10 Confitemini illi omnes, etc. Vniuersi autem. Hic cōsequē-
 ter ponitur ipsius Iudith benedictio seu commendatio, et primo a plebe
 cum dicitur. Vniuersi autem adorant. secundum ipsius Iudith verbū.
 Dixit.

11 Dixerunt ad eam. id est, benedicendam te reddidit ab omnibus.
12 Quia per te ad nihilum redegit. Mortuo namque principe re-
 putabant exercitum eius iam periisse. Secundo benedicuntur seu commē-
 datur a principe, cum dicitur.
13 Porro Ozias. & patet.
14 Benedictus dominus, etc. Et per hoc intelliguntur alia corpora
 media, & creaturae in eis existentes.
15 Qui te direxit. sua bonitate.
16 In vulne. quod est supra constantiam mulieris.
17 Vt non recedat. quod videmus adimpletum, nam ad eius laudē
 per vniuersalem ecclesiam recollitur hoc factum.
18 Non peper. ani. tuę. id est, vita tua eam periculis exponendō.
19 Porro Achior. Hic cōsequenter vltimo manifestatur mors Holo-
 fernīs Achior Gentili cum dicitur. Porro Achior vocatus venit.
 Non. n. consilium Hebraeorū audebat ingredi nisi specialiter vocaret,
 quia non erat adhuc incorporatus illi populo.
20 Deus Israel, etc. vt habetur sup. c. 5. Cetera patet ex dictis.
21 Videns autem Achior ca. Holo. angust. id est, pra nimia admi-
 ratione de tanto facto per manum feminae.
22 Cecidit in. &c. Passiones enim vehementes & subita faciunt ma-
 gnā transmutationem in corpore, & sic frequenter faciunt cadere.
23 Et aestuauit anima. i. passa fuit exinanitionem.
 Postea

MORALITER.

19 Porro Achior. Per istum qui Gentilis erat populus gentiū
 deli-

designatur, qui videns miracula p̄dicationē fidei cōfirmatā
 relinquit cultū idololatrię, & adhaesit firmiter fidei orthodoxe.
 Tom. 2. Ec

ma eius. postea vero quam resumpto spiritu recreatus est, pro cecidit ad pedes eius, & adoravit eam & dixit. Benedicta tu a Deo tuo in

omni tabernaculo iacob, quoniam in omni gente quae audierit nomen tuum, & magnificabitur super te Deus Israel.

NICOLAUS DE LYRA.

Postea, transiente dicta passione.

Pro-

2 Proccidit ad pe. &c. et reuerentiam exhibendo. 3 Benedicta tu a Deo tuo in omni. ab omnibus habitantibus in tabernaculo Hebr. eorum, & a Iacob descendenti m.

CAP. XIII.

Sec. 113. de temp.

Dixit autem Iudith, &c. Aug. Iacet inclusum cadauer, & iam foris est caput. Cum palmifera castitate Iudith ad ciues, sollicitate festinat, nec prohibetur regressu, cui quali ad orationem ante ire fuerat concessum. Iam recipit attonita ciuitas tantae victorie reditus triumphales, iam luctus conuertitur in gaudium iam portae plenissima securitate panduntur, iam pendet muris victoribus caput. Omnis erat in ciuitate victoria, & in hostilibus castris tremor erat & fuga, Iudith in ciuitate cum securis secura. Vbi enim assiduis precibus pulsatur caelum, potentia semper calcatur armorum. Ecce gloriose feminae castitate seruauit oratio, & hostem seruare non potuit multitudo. Lugentem ciuitate una femina voluit vindicare, & tantus exercitus regem non potuit custodire.

tabernaculū.

Li. de viduis.

Cumq; cognoueritis eos fugere. * Ambrosius. Nec dexteram tan-

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XIII.

Dixit, &c. Postq; descriptus est Holofernis occubitus, hic consequenter describitur fuga sui exercitus et diuiditur in tres partes, na primo ponitur fugiendi ratio secundo fugiendi deuastatio, 15. tertio diuina laudatio c. 16. Circa primū Iudith primo populū instruit, secūdo populus ei obedi. ibi. Mox aut. tertio exercitus ad Holofernē recurrit, ibi. Qd videtes. Circa primū primo ponit instructio dicta, secūdo interponit ipsius Achior conuersio denota, ibi. Tūc Achior. Circa primū dicit Iudith. 2 Suspēdite. in signū exultationis et victorie iā habita partim in re et partim in spe. 3 Et erit. i. in primo ortu suo. 4 Accipiat, &c. confidetes de victoria plena Dei adiutorio hēnda. 5 Et exi. &c. quasi tū certi de consecutione victorie. 6 Nō vt de. spaula tim et timide. 7 Tūc explo. sine cuius volūate exercitus nō dēt cōmittere. Nā sicut dicit lib. de Iudico bello. Nō solum bellare, sed et vincere sine duce apud Romanos erat vituperabile. 8 Cūq; du. e. q. p. e. sūt d'istinctis acieb. 9 Cōcurre. &c. de. f. co. ti. ex casu principis in opinato, et et immisus a Deo, vñ rē hic saltem quātum ad aliquid propheticē loqui. 10 Tūc. hic cōsequēter interponit Achior conuersio

MORALITER.

1 Dixit. Post occisionē Holofernis Iudith ad destructionē sui exercitus populū inuitauit, significās q; ecclesia nō solū tyrā nū vel haereticā dēt excommunicationis gladio ferire, sed et educhatētes prout pōt extirpare. † Kna mulier. Hebræa trāctā interp. etatur, p qd ecclesia militans quae est in via trā-

CAP. XIII.

Docet ecclesia filios suos qualiter persequantur hostem spiritualem.



Dixit autē Iudith ad oēm populū Audite me fratres: Suspēdite caput hoc sup muros nostros, & erit cū exierit sol, accipiat vnusquisq; arma sua, & exite cū impetu, nō vt descendatis deorsum sed quasi impetū faciētes. Tūc exploratores, necesse erit vt fugiāt ad principē suū excitandū ad pugnā. Cūq; duces eorū cōcurrerint ad tabernaculū Holofernis, & inuenerint cū truncū in suo sanguine volutatū, decideret sup eos timor. Cumq; cognoueritis fugere eos, ite post eos securi, quoniā dñs conteret eos sub pedib. vestris. Tūc Achior vidēs virtutē quā fecit Deus Israel, relicto Gentilitatis ritu credidit Deo, & circūcidit carnē praeputii sui, & appositus est ad populum Israel, & oīs successio generis eius vsq; in hodiernum diem. Mox aut vt ortus est dies, suspendērunt sup muros caput Holofernis, accepitque vnusquisq; vir arma sua, & egressi sunt cum grādi strepitu & ululatu. Quod vidētes explorātōres ad tabernaculū Holofernis cucurrerunt. Porro hi qui in tabernaculo erāt, veniētes & ante ingressum cubiculi perstreptentes, excitandi gratia inquietudinē arte moliebantur, vt nō ab excitantibus, sed a sonantibus Holofernes euigilaret. Nullus. n. audebat tē cubiculū virtutis Assyriorū pulsando aut intrando aperire. Sed cū venisēt dūces eius ac tribuni & vniuersi maiores exercitus regis Assyriorū, dixerunt cubicularijs. Intrate & excitate illū, quoniā egressi mures de cauēnis suis ausi sunt prouocare nos ad bellū. Tūc ingressus Vagao cubiculū eius, stetit añ cortinā, & plaulum fecit manibus suis, suspicabatur enim illum cum Iudith dormire. Sed cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & eleuans eam vidensque cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacere super terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua. Et ingressus tabernaculum Iudith non inuenit eam. Et exiliuit foras ad populū, & dixit. Vna mulier Hebræa

Docet ecclesia filios suos qualiter persequantur hostem spiritualem. a Aperte contritam esse hostis superbiam. b Intellexit. c Sol. f. diuinae placationis & solatiū serenitas. d Scutum fidelium in iustitia, & galeam salutis, gladium spiritus quod est verbum Dei. e Sicut fuit imperatum.

a Sicut fuit imperatum. b Gentilium. c Opprobriose. d Auxilium petentes.

a Primi persecutores. b Qui audeat, quibus est permissa licentia. c Opprobriose. d Pristino timore.

Deum, vnde Hierem. ait. Non fugiet velox & non saluabitur, Hier. fortis. &c.

CAP.

denota cū dicitur. 11 Videns. i. effectum diuinae virtutis per manū mulieris. 12 Relicto Gen. legē eius suscipiendo. 13 Et circū. i. circūcidi fecit. 14 Mox. Conuersione Achior interposita hic ponit obediētia populū ad Iudith verba, cum dē. 15 Suspēdite. in signum victorie cōis exultationis. 16 Etegressi. ad aduersarios deterrendū. 17 Qd vi. hic consequēter ponitur ad Holofernē recursus, et secūdo declarat eius interitus ibi. Tūc ingres. Circa primū patet lit. usq; ibi. 18 Nullus en. &c. i. principis militie, in quo virtualiter consistit robur exercitus, sicut virtus corporis naturalis in corde. Propter q; dicit Vegetius in lib. de re militari, q; sicut cor est in medio corporis, sic princeps dēt in medio exercitus collocari. 19 Sed cū. praesidentes acieb. 20 Atribu. q; in vna acie praesunt mille bellatorib. 21 Dixerūt. qui familiaris possunt ingredi cubicula magnorū. 22 Quē egressi. Medus est. n. superborū de aliis cōceptibiliter loqui. 23 Tūc in. hic cōsequēter declarat Holofernis interitus et patet litera usq; ibi. 24 Exclama. vo. pro domini sui interitu. 25 Et exiliuit. ad populū expectate Holofernis m. iudatum. 26 Et dixit. interficiendo * militie

seundi ad patriā bene Mulier Hebræa nominatur: & ipsa p suam praedicationē facit domui diaboli confusionē. Potest hoc et exponi de uirgine Maria ex Hebræis nata, quae diabolum confodit, eius caput conterendo, sicut praedictū fuerat Genes. 3. cap. Ipsa cont. caput, &c.

A fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. Ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. Quod dum audissent principes virtutis Assyriorum, sciderunt om-

nes vestimenta sua, & intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valde. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum.

NICOLAUS DE LYRA.

* militiæ principis. N. & Abimelech vulneratus a muliere fecit se interfici per armigerum suum, ne diceretur in eius opprobrium, & mulier inter-

si cecidit cum Iudithum 9. 1 Sciderunt & c. in signum doloris. 2 Et turbati sunt. propter quod non providerunt sibi de aliqua defensione, nam turbati minus prævident, ut dicitur in elenchis.

CAP. XV.

CAP. XV.

2 C Vmque omnis, & c.

* Aug. Armis stupetibus cunei densantur, præpostero ordine Hebræi triumphant. Sequitur bellum, vino fuffi, soluti somno, in certamine nec clamore provocante confurgunt, teguntur armis cortiscatibus montes. Quid alienigena fremis? quid bella componis? Quid acie paras, habens quem in cubiculo quæras? Omnem varium furoris impetum retine, tantum vobis reliquimus du-



umque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati fugæ præsidium sumunt, ita ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus euadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audierant; fugientes per vias caporum & semitas collium. Videntes itaque filij

Israel fugientes secuti sunt illos, descenderuntque clangentes tubis, & ululantes post ipsos. Et quoniam Assyrij non adunati, in fugam ibant præcipites, filij autem Israel uno agmine persequentes, debilitabant omnes quos inuenire potuissent. Misitque Oziás nuntios per omnes civitates & regiones

Israel. Omnis itaque regio omnisque, urbs electa iuuetur armata militum post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quousque peruenirent ad extre-

mitatem finium suorum. Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædâ quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde. Hi vero qui victores reuersi sunt ad Bethuliam, omnia

quæ erant illorum abstulerunt secum, ita ut non esset numerus in pecoribus, & iumentis & vniuersis mobilibus eorum, ut a minimo usque, ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum. Ioachim autem summus

pontifex de Ierusalém venit in Bethuliam, cum vniuersis presbyteris suis, ut videret Iudith. Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt illam omnes una

voce dicentes: Tu gloria Ierusalém, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi

potent vendicare. b Videntes itaque, &c. Ge-deon contra Madianitas pugnavit, non hastam, non clypeum, sed tubas & lapides tulit, præfiguratis evangelij præconibus, quibus non est colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed contra spiritualia nequitia in celestibus &c. & pugnant prædicationis voce & miraculorum fulgore. c Omnis itaque Ad prædicationem verbi Dei ex singulis gentibus & provinciis probatæ personæ & viribus accinctæ ad militiam dñi veniunt. vnde Esa. Ecce isti de longe veniunt, & ecce illi ab Aquilone & mari, &c.

NICOLAUS DE LYRA. CAP. XV.

1 C Vmque omnis, & c. Postquam descripta est fugiendi ratio, hic consequenter ponitur fugientium deuastatio, et secundo Iudith benedictio, ibi. Ioachim autem. Prima in duas, quia primo ponitur fugientium persecutio in personis, secundo in rebus possessis, ibi. Reliqui autem. Circa primum patet littera usque ibi. 2 Ita de aliqua defensione seu presidio. 3 Sed cum magna confusione. 4 Relictis, quæ poterant impedire fugam eorum, ut fugerent expeditius. 5 Per vias, fugientes enim de prælio per diuersas vias fugiunt. 6 Videntes, sicut præceperat Iudith. 7 Clangentes, tanquam victores. 8 Et ulu, ad insecutionem mutuo se exhortantes. 9 Misitque, per quas poterant transire fugientes. 10 Et per se, transire enim ultra non erat eis tutum. 11 Reliqui, hic consequenter ponitur persecutio Assyriorum in rebus possessis, & patet littera usque ibi. 12 Omnia, id est, Assyriorum.

13 Abstulerunt, nam illi qui remanserunt in Bethulia, non abstulerunt omnia, sed pauca respectu, nam vix per 30. dies fuerunt omnia collecta, ut habetur inf. eod. cap. 14 Ioachim, hic consequenter ponitur Iudith benedictio, & primo spiritualis, secundo temporalis, ibi. Per dies autem. Circa primum dicitur Ioachim autem. Iste sup. 4. c. vocatur Eliachim, et forte est idem nomen, nam sicut nomina Latina variantur aliquando in fine, ut Guillelmus et Guillerus, sunt unum nomen variatum in fine, aliquid vero in principio, sicut Nicolaus, et Colinus et Coletus variatum in principio & idem videtur de Eliachim et Ioachim, quid autem mihi videatur de hoc pontifice, dixi sup. ca. 4. 15 Ut videret, propter famam suæ virtutis. 16 Benedixerunt, imprecantes sibi bona spiritualia pro virtutis suæ fama, ideo subditur. 17 Tu gloria Ie, nam diuinum cultum qui erat in Ierusalem, de quo summe gloriabantur Iudæi, conseruauerat interficiendo Holofernem qui ipsum destruere intendebat, ut patet ex supradiçtis tertio capite et 4. d. 18 Tu lætitia Israel, effectiue. 19 Tu honorificentia, similiter, nam interficiendo Holofernem dederat populo Israel honoris & lætitiæ materiam.

MORALITER.

1 C Vmque. Cognita Holofernis decapitatione exercitus eius fugit, & similiter exterminatio hæresiarcha eius secta deficere incipit. Et subditur modus cum dicitur. Quoniam. Dicitur enim in ecclesiastica historia, quod oriente hæresi aliqui eius sectatores diuidebantur in modos plures, catholici

catholici vero erant in vna regula fidei se tenentes, & sic hæresibus prævaluit fides. 14 Ioachim. per hoc autem quod ille benedixit Iudith, significatur quod Christus pontifex summus benedictionem suæ gratiæ largitur ecclesiæ suæ, & omnibus personis in ea existentibus, qui contra diabolum fortiter præliantur. Tom. 2. Ec 2

A a Exiit enim. Unde Esaiæ. Confusionis adol. scētis tuæ obliu. scris. & opprobrii vitii tatis tuæ non recordaberis, amplius, quia dominabitur, iniqui qui te fecit, dominus exercituum nomen eius.

B Horauerunt. Notate debet lector, vtrum opinio vera sit, quod Cambyfes filius Cyri a plebisq; iste Nabuchodonosor dictus sit, q; Persis, Medis, & Assyrijs imperauit.

C Adonai domini. Vnum de decem nominibus apud Hebræos significans, quod dominus creaturæ domine tur. Et notandum, quod vbiq; bis ponitur dominus, primum nomen tetragrammaton est, & pprie ad Deū pertinet.

1 cecidit potens eorum a iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec ex

2 celsi gigantes imposuerunt se illi, se Iudith filia Merari in specie faciei suæ

3 dissoluit eum. Exiit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento

4 lætitiæ in exultatione filiorum Israel Vnixit faciem suam vnguento, colliga

5 uit cincinnos suos mitrâ, accepit stolam nouam ad decipiendum illum. Sandalia

6 eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam

7 eius, amputauit pugione ceruicem eius. Horruerunt Persæ constantiam eius

8 & medi audaciam eius. Tunc vlulauerunt castra Assyriorum quando apparuerunt

9 humiles mei arescentes in siti. Filij puellarum compunxerunt eos

10 & sicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in pralio a facie domini

11 dei mei. Hymnum cantemus domino, hymnum nouum cātemus Deo nostro. Adonai domine

12 Deus magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quæ superare nemo potest. Tibi seruiat omnis creatura tua, quia dixisti & facta sunt,

13 misisti spiritum tuum & creata sunt, & nō est q; resistat voci tuæ. Montes a fundamentis mouebuntur

14 cum aquis, petrae sicut cera liquefcent ante faciem tuam. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia. Væ gen

15 ti insurgenti super genus meum. Dominus enim omnipotens vindicauit in eis, in die iudicij uisitauit illos. Dabit enim ignē & vermes in carnes eorum

16 ut urantur, & sentiant usque in sempiternum. Et factum est post hæc, omnis populus post uictoriam uenit in Ierusalem adorare dominum, & mox ut purificati sunt,

17 obtulerunt omnes holocausta, & uota, & repromissiones suas

net, & iesta. D
bile dicitur | tyrannorum
secundū cō
mune, quod
cōuenit ho
minibus. Et
bene Ado
nat domi
filius Dei
dicitur, q
Deus & ho
mo domi
& Deus, q
omnib. do
minet vel
ab omnib.
timeatur.
d In carnes.
Quas ama
uerunt, de
quibus na
scitur fetor
vermū. Ca
ro & sāguis
vermes cre
at, quia de
lectatio car
nalis, cui sal
continētia,
non resistit,
pœnā æternā
generat
luxuriosis.
vñ. Vermis
corū non mo
rietur, & i
gnis non extin
guetur.
c Et factum.
Adepta vi
ctoria de
hostib. suis,
quisque ele
ctus ab om
ni labe pur
ga- F

psal. 12. b. & 148. 2.

E

La. ult. g.

NICOLAUS DE LYRA.

1 A iuuenibus. qui solent facere probitates.

2 Nec filij Titan percusserunt eum. i. gigantis, & ponitur hic singulare pro plurali, idest, gigantum, sicut Exod. 8. f. Venit musca gra. idest, multitudo.

3 Sed Iudith filia Merari. dissoluit eum per ardorem concupiscentiæ in eam per modum superius dictum 9. c. & 10.

4 Exiit enim. sicut dictum est supra in prin. x. c.

5 Et induit se vestimento lætitiæ. idest, quo utebatur marito suo uiuente.

6 In exultatione filiorum Israel. quasi dicat, non fecit hoc ad dissolutionem, sed ad populi sui liberationem.

7 Vnixit faciem suam vnguento. idest lachryma arboris aromati cæ, quæ facit ad decorem vultus, & suauem odorem.

Ibid. s. c. In. Non solum alios operarios iniquitatis, qui perseverant in peccatis, nec curant percipere remissionem peccatorum, spiritus sancti diuina sententia dānandos iudicat, sed etiam carnales Iudaeos decalogi transgressores crucis Christi reatu, quē ex perfidia contraxerunt, in inferni cruciatibus censuros.

c Quorum ista sunt nomina. Horū nominū interpretationes non multo opere exquirimus, nec allegoriæ seruire cogimur. Typus enim in parte est, non in toto. Si enim in toto est typus, non est historia. Historicum oportet rei gestæ veram seriē exponere, nec citra subsistere, nec ultra procedere: Allegoricū interpretē egregias partes in spirituali sensu conuenientes eligere.

B d Cui illa. * A VGVST. Officia vindictæ possunt implere boni bono animo, quomodo lex, quomodo iudex, officia vero misericordiae mali implere nō possunt.

C * IDEM. Magni, & sancti viri nonnulla peccata morte punierunt, quo & viuentibus vtilis metus inculceretur, & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset si viuerent. Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium donauit

Li. r. quzst. mg. c. 10.

De fer. Dom. in monte t. 8.

gulas ciuitates, & oppida, & loca, vt extenderet manū cōtra inimicos, & persecutores suos. Nullusq; ausus est resistere, eo quod omnes populos magnitudinis eorum formido penetraret. Nam, & prouinciarum iudices, & duces, & procuratores, omnisq; dignitas, quæ singulis locis, & operibus præerat, extolebāt Iudaeos timore Mardochei, quem principem esse palatii, & plurimum posse cognouerant. Fama quoq; nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorum ora voltabat. Itaque percusserunt Iudaei inimicos suos plāga magna, & occiderunt eos reddentes eis, quod sibi parauerant facere, intantū vt etiā in Suis quingentos viros interficerēt, extra decē filios Aman Agagitæ hostis Iudeorum, quorū ista sunt nomina, Pharsandatha, & Delphon, & Esphata, & Phoratha, & Adalia, & Aridatha, & Phermetha, & Arifai, & Aridai, & Iezatha, quos cū, occidissent, prædas de eorum substantijs agere noluerunt, statimque numerus eorum, qui occisi erāt, in Suis ad regem relatus est. Qui dixit reginæ. In vrbe Suis interfecerunt Iudaei quingentos viros, & alios decem filios Aman. Quantam putas eos exercere cædem in vniuersis prouincijs? Quid ultra postulas? Et quid vis, vt fieri iubeam? Cui illa respōdit. Si regi placeat detur potestas Iudæis, vt sicut hodie fecerunt in Suis, sic & faciant cras, & decem filij Aman in patibulis suspendant. Præcepitque rex, vt ita fieret. Statimque in Suis pependit edictum, & decem Aman filij suspensi sunt. Congregatis Iudæis decima quarta die mensis Adar interfecti sunt in Suis trecenti viri, nec eorum ab illis direpta substantia est, sed & per omnes prouincias, quæ diuioni regis subiacebant,

nauerat Deus. Inde est, quod Helias multos morte affecit, & propria manu, & igne diuinitus impetrato, cū & alij multi magni, & diuini viri eodē Spiritu cōsuetes rebus humanis non temere fecerūt. Nā, & verbis Apostol. Petri Ananias, & vxor eius, exanimis ceciderūt, nec resuscitati sūt, sed sepulti Paulus quēdam peccatorem tradidit Satanæ in interitum carnis, ut anima salua esset. Et si nolunt hic mortem intelligere (fortasse enim incertum est) quamlibet vindictam per Satanam factam ab Apostolo fateantur, quod non eā odio, sed amore fecisset, manifestat illud adiectum. *Vt anima salua sit.*

* IDEM. Perunt iusti vindictā de inimicis duobus modis, & hoc causa charitatis, vt scilicet, qui ad vitam æternam prædestinati sunt, conuertantur à malo ad bonum, qui verò præsciēte Deo damnandi sunt, moriantur, & peccare desistant, vt per hoc minorem penam in inferno habeant. Petunt autem de reprobis vindictā, quia optant venite diem iudicij extremi & resurrectionē suorum corporum præstolantur.

Esther, quæ cū tanta constantia hostes suos extirpare contēdit, studium atque solertiā ecclesiæ exprimit, quæ hostes suos pacifica mente persequitur, & sine fine Deo subijcere conatur. vnde. *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, etc.* Primum quingentos, deinde trecentos viros occidit, eos, scilicet, qui non curant remissionem peccati sui accipere, & qui fidem sanctæ Trinitatis non adorant, operibus bonis perpetua morte dignos ostendit.

Esther, quæ cū tanta constantia hostes suos extirpare contēdit, studium atque solertiā ecclesiæ exprimit, quæ hostes suos pacifica mente persequitur, & sine fine Deo subijcere conatur. vnde. *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, etc.* Primum quingentos, deinde trecentos viros occidit, eos, scilicet, qui non curant remissionem peccati sui accipere, & qui fidem sanctæ Trinitatis non adorant, operibus bonis perpetua morte dignos ostendit.

NICOLAUS DE LYRA.

- 1 Fama quoque, &c. scilicet, propter regiminis bonitatem, & imperij prosperitatem à tēpore quo fuerat Mardocheus positus loco Aman.
2 Extra decem filios Aman Agagitæ, &c. i. præter ipsos.
3 Quo. ista sunt nom. Isti specialiter nominantur, quia erant principes aduersarij Iudæorū. vnde dicit hic glossa Heb. quod isti filij Aman hic nominati fuerunt cū illis Samaritanis, qui scripserunt accusationē contra filios transmigrationis ad impediendū templi adificationē, imponentes eis falso, quod sub prætextu templi adificabant ciuitatem, vt dictum fuit Esar. 4. & hoc factum fuit tēpore Cyri secundum Hebræos & iterum renouatum tēpore Assueri, quia dicta inhibitiō iterum fuit renouata tempore Assueri, quæ dicunt Heb. filium fuisse Cyri, et istud impedimentum fuit factum de consilio filiorum Aman, patre eorū hoc procurante, & accipitur ista glossa de quodam libro Hebraico, qui intitulatur seder holam, id est, ordo seculi.

4 Prædas

MORALITER.

roli magni. secunda tpe Godfridi de Buillione. sicut in eorum gestis scribitur diffuse. Per decem filios Aman suspēfos in patibulis, figurata fuit damnatio malitiam eius imitantū in gehennæ pœnis. Per interfectionem autem quingentorum virorum

- 4 Prædas de eo. sub. ad ostendendum, quod non erant moti cupiditate auaritia, sed zelo iustitiæ, & ne regem offenderent, quia bona talia sic ex dispositione regis interfectorum fisco regio applicari debant.
5 Quid vl. Hic ponitur vindictio specialiter, scilicet, in vrbe Suis tantum, quia ibi fuerat machinatio facta Aman contra Iudæos, & id facta est ibi maior vindictio, scilicet, duobus diebus, & hoc est, quod dicitur. Quid ultra po. q. d. parat us sum facere, & ideo regina magis fuit ausa ultra petere, dicens. Detur potestas Iudæis, &c.
6 Et decem filij Aman, &c. qui fuerant occisi in die præterita, vt sic iustitia vniformis fieret in patre, & filiis, & patet litera vsq; ibi.
7 Sed & per omnes, &c. Istud refertur ad vindicationem diei præcedentis, quia in ciuitate Susa tantum habuerunt Iudæi licentiam interficiendi aduersarios duobus diebus, scilicet, tertiadecima, & decima quarta duodecimi mensis. In aliis autem ciuitatibus, & villis vno die tantum, scilicet, tertiadecima die eiusdem mensis.

virorum significatur mactatio quinque sensuum, quantum ad illicitos motus eorum. Per hoc autem quod Iudæi occisoriū bona noluerunt prædari, significatur, q. Christiani pugnantes contra infideles & etiam in quolibet bello iusto, moueri non debent pp lucrū tpale, sed zelo fidei & amore iustitiæ.

A *a Infantum.* Omnes, qui quinque sensibus corporeis legem carnaliter suscipiunt, & cum per septiformē spiritus sancti gratiam specialiter plena, & perfecta sit, spiritualiter intelligere respiciunt, quasi duobus diebus vincunt atq; prosternuntur.

b *Dies autē.* Notandum, quod quidā Iudaeorū triadecima die interficiūt, & decimaquarta desinunt & solennitatem agūt quidā per duos dies, id est, tertiamdecimā, & decimaquartam diem eiusdem mensis occidūt, quintadecima solenniter quieteunt, quia quidā sanctorum post completos labores quibus Deo bene credo, et bene vivēdo seruiunt modo ante tempus iudicij in animabus sabbathū eterne quietis habent. Alij vique ad vltimum resurrectionis diē in carne perdurātes superatis hostibus vniuersis subito immutati, quietē animarū, & corporū percipiūt. vnde Apo. solus. *Mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.* Deinde nos, qui viuimus, qui resursumus, resurgemus cum illis obuia Christo in aera, &c. Nā quartadecima, qui bis septem cōtinet quietem animatum perfectam significat, quintadecima vero septennarium & octonarium cōpletens animarū, & corporum quietem significat.

C *Et*

pro animabus suis steterunt Iudaei, interfectis hostibus suis atq; persecutoribus, iudicium, vt septuagintaquinque milia occisorum impleretur, & nullus de substantiis eorū quicquam contingeret. Dies autem tertiusdecimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & decimaquarta die cedere desierunt, quem constituerunt esse solennem, vt in eo omni deinceps tēpore vacarent epulis, gaudio atque cōiuiiis. At hi, qui in vrbe Susis cādem exercuerant, tertio decimo, et quartodecimo eiusdem mensis die in cāde versati, quintodecimo autem die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituerunt sollemnem epularum atque letitiae. Hi vero Iudaei, qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum, & gaudij decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittant sibi inuicem partes epularū, & ciborū. Scripsit itaq;

Mardocheus omnia haec, & literis cōprehensa misit ad Iudaeos, qui in omnib. regis prouinciis morabantur, tam in vicinis positus, quam procul, vt quartadecimam, & quintadecimam diē Adar mensis pro festis susciperent, & reuertēte semper anno solenni celebrarēt honore. Quia in ipsis dieb. se vlti sunt Iudaei de inimicis suis, & luctus atq; tristitia in hilaritatem gaudiumq; conuersi sunt, essentq; isti dies epularum atque letitiae, & mitterēt sibi inuicem ciborū partes, & pauperib. munuscula largirentur: susceperuntque Iudaei in sollemnē ritum cuncta, quae eo tpe facere coeperant, & quae Mardocheus literis facienda madauerat. Aman enim filius Amadathi stirpis Agag hostis, & aduersarius, & Iudaeorum cogitauit contra eos malū, vt occideret atq; deleteret. Et misit phur, quod nostra lingua vernit in sortē. Et postea ingressa est Esther ad regē, oblectās, vt cōtra eius literis regis irriti fierēt, et malū, quod cōtra Iudaeos cogitauerat reuertere in caput eius. Deniq; & ipsam, & filios eius affixerūt cruci, atque ex illo tpe dies isti appellati sunt Phurim id est, sortium, eo quod Phur, id est, fors in vnam missa fuerit. Et cuncta, quae gesta sunt epistolae, id est, libri huius volumine continentur, quaeque sustinuerunt, & quae deinceps immutata sunt, susceperunt Iudaei super se, & seminum suum, & super cunctos, qui religioni co-

a. Thec. 4. d.

significat rem.

Prou. 16. d.

Idcirco propter omnia verba epistolae huius, viderunt, & tuerunt, &c. F

NICOLAUS DE LYRA.

1 Dies autē, &c. Hic consequēter ponitur erga Deum gratiarū actio, in hoc, quod dies 14. in qua Iudaei, qui erant extra ciuitatē Susis, qui euerūt ab interfectione aduersariorū, & dies 15. mensis in qua Iudaei, qui erant in Susis, qui euerūt ab huiusmodi occisione, constituti sunt sollemnes apud Iudaeos vniuersos, vt essēt memores beneficii diuini his diebus eis dati. & primo ponitur huius dierū sollemnizatio, & secūdo huius sollemnizationis cōfirmatio, ibi. Scripsit itaq; Mar. sentētia primae partis patet ex dictis. 2 Scripsit itaq; Hic consequēter ponitur dicitur sollemnizationis cōfirmatio, & hoc dupliciter: primò per Mardochei literas ad Iudaeos receptas, secūdo plures Esther & Mardochei simul scriptas, ibi Scripsit itaq; Esther Circa primū dicit: Scripsit itaq; Mar. omnia haec. In hoc libro cōscripta quae librū scripsit Mardocheus.

3 Misit ad Iudaeos, &c. vt omnes clarius cognoscerēt diuinū beneficium eis collatū, vt potius diuino beneficio, prout cōtinetur in serie huius libri, vt quātadecima & quātadecima diē pro festis susciperēt, tanquam ex alijs beneficiis grati. Cetera patent ex dictis vsque ibi.

4 Aman filius Amadathi. Hic in breuib. ponitur sententia, & p̄cessus totius

totius huius libri, scilicet de ipsius Aman machinatione, & de frustratione per reginam Esther. A quo autē iste processus in breui sit hic positus, dicendum, quod a Mardocheo, qui hunc librum scripsit, & per modum cuiusmodi recapitulationis praedictorū hic inseruit. vcl. ab Esdra, qui hunc librum cum alijs reparauit. dubium est autē apud aliquos. Viderunt tamen probabilius, quod a Mardocheo. vnde subditur conclusio.

5 Atq; ex illo, &c. non est ab aliquo factū. Iudaeorum quo mense, et quo die deberet eē, sed ipsius Aman, qui misit sortē de interfectione Iudaeorū, & sic fuerunt ibi duae sortes. prima de mense, & secunda de die, vt habetur, supra 3. c. & propter hoc appellati sūt dies sortium in plurali. & hoc ex facto diuinae prouidentiae, quae sortem illam ordinatam ad malum Iudaeorum, conuertit in bonum ipsorum.

6 Quaeque sustinuerunt. in persecutione Aman.

7 Et quae deinceps immutata sunt. per procuratōnē Esther, & Mardochei.

8 Susceperunt Iudaei super se, & seminum suum. quia parentes possunt obligare filios etiam futuros ad ea, quae spectant ad commune bonum.

9 Et super cunctos, qui religioni eor. vol. cop. id est, ad Iudaismum conuerti. Cetera patent ex dictis.

Scripse

MORALITER.

+ Quintodecimo autē die percutere, &c. Per hoc autē ostenditur, quod de victori corporali, & multo magis de spirituali grē Deo sunt reddendae tanquā victori principali. Deut. 8. d. Ne dixeris

dixeris in corde tuo. Fortitudo mea, & robur manus meae haec omnia mihi praebuerunt, sed recordaberis domini Dei tui, quia ipse tibi vires praebuerit, vt impleret pactum suum super, quod iurauit patribus tuis, sicut praesens indicat dies.

C eorum voluerunt copulari, vt nulli liceat hos duos dies absque solennitate transigere, quos scriptura testatur, & t certa experunt tempora annis sibi

a *Isti sunt dies.* Quia quies animarū, & resurrectio corporū merito firmiter à fidelibus custoditur, & celebratur, vel, quia quietis animarum, & resurrectionis corporum merito offeratio à fidelibus custoditur, & celebratur.

a iugiter succedentibus. Isti sunt dies quos nulla vnquā delebit obliuio. Et per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt, nec est vlla ciuitas in qua dies phurim, id est,

B fortium non obseruentur à Iudæis, & ab eorum progenie, t quæ his ceremonijs obligata est.

Scriptiseruntque Esther regina filia Abihail, &

NICOLAUS DE LYRA.

1 *Scripte. Est. re. fi. Abi. & Mar.* Hic consequenter ponitur confirmatio dictæ solennizationis, secunda ad mandatum Esther, & Mardochei simul. Sciendum tamen, quod istud mandatum differt à primo, & quia vt dicunt Hebraei, Esther, & Mardocheus petierunt, quod liber iste à sapientibus Iudæorum reciperetur in numero librorum factorum, premi serunt tamen huic petitioni obseruationem dictæ solennizationis, eā iterando ad maiore assertionē, & hoc est, quod dicitur.

2 *Vt omni studio dies ista solennis sancitur in posterum.* id est, confirmaretur.

3 *Vt haberent pacem.* i. pacifice habitarent inter Gētiles, nec insolescerent

ADDITIO.

In c. 9. vbi dicitur in postil. *Ieiunia, & cla.* Hoc quod dicitur. *Ieiunia, & clamores.* exponit ab Hebræis, & ex ordinatione Esther, & Mardochei, sicut obseruandi erant dies fortium ad notitiam solennem, vt dictum est, ita obseruarent ieiunia, & clamores,

CAPVT X.

CAP. X.

C **a** *Ex vero Assuerus.* Christus, qui excisus de mōre sine manib. creuit in montē magnum, & impleuit totū mūdū historialiter enī non omnē terram tributariam fecit, qā nec habuit.



R ex vero Assuerus omnem terrā, & cunctas maris insulas fecit tributarias; cuius fortitudo, & imperiū, & dignitas atq; sublimitas, quæ exaltauit Mardocheū, scri-

pta sunt in libris Medorum atque Persarum, & quomodo Mardocheus Iudæi generis secundus à rege Assuero fuerit, & magnus inter Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea, quæ ad pacem leminis sui pertinerent.

NICOLAUS DE LYRA. CAP. X.

1 *Ex vero Assuerus.* Hic vltimo ponitur remuneratio pro opere iustitiæ, quam fecerat Assuerus Aman, & eius filios suspendendo, & Mardocheum exaltando, quia pp hoc Deus eius dilatauit imperium, quod notatur cū dicitur.

2 *Om. ter. locutio est hyperbolica,* quia multæ terræ, & insulæ non fuerunt sibi subiectæ, sicut dicitur tota ciuitas vadit ad tale spectaculum, licet magna pars, vel maior non vadat.

3 *Cuius fortitudo.* contra hostes.

4 *Et imperium.* quantum ad ciues.

5 *Et dignitas.* scilicet, imperialis, & regia.

6 *Atque sublimitas,* quia multos reges habuit sub ditiōe sua

7 *Quia*

MORALITER.

† 1 *Rex vero Assuerus.* Per regem Assuerum significat dñs noster Iesus Christus, sicut dictum est supra, qui subiugauit sibi omnem terram per fidem. nam aliqui de omni terra iugo fidei Christianæ submiserunt colla sua, vt sit ibi distributio pro generib. singulorū, cum dicitur. *Omnem terram.* sicut dicitur. Omne animal fuit in arca Noe. Circa vero finē mundi oēs generaliter supponent iugo fidei. sicut dicunt doctores nostri, & tunc in omnib. gentib. erit *Deus vnus, & nomen eius vnū,* Zach. 14. & tunc erit distributio pro singulis generib. eū dicitur omnem

Mardocheus Iudæus etiā secundam epistolam vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterum. Et miserunt ad omnes Iudæos, qui in centum viginti septem prouincijs regis Assueri versabantur, vt haberent pacem, & scriberent veritatem obseruantes dies fortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent, sicut constituerant Mardocheus, & Esther. Et illi obseruanda susceperunt à se, & à semine suo ieiunia atque clamores, & fortium dies, & omnia, quæ libri huius, qui vocatur Esther historia continentur.

insolescerent confidentes de potētia Esther, & Mardochei. **4** *Et suscipiunt veritatem.* scilicet, huius libri inter sacros codices. **5** *Obseruantes dies fortium.* Hic repetitur solennitas istorum dierum ad maiorem assertionem.

6 *Ieiunia atque clamores.* id est, quod tunc haberent memoriā quomodo de afflictionibus paratis sibi ab Aman fuerant his diebus liberati, & vltius repetit de receptione huius libri cum dicitur.

7 *Et omnia, quæ huius libri, &c.* construat sic litera. Et oīa, quæ in historia huius libri continent, supple inter libros reciperēt.

8 *Qui voca. Esther.* Id est, qui liber ab ipsa Esther intulatur, licet Mardocheus ipsum scripserit.

& clamores, sic, scilicet, quod ante illam solennitatem ieiunarent, & se affligerent, in memoriam ieiuniorum Esther, & Iudæorum, quæ illo tempore fuerunt facta. Quæ quidem ieiunia obseruant vsque in præsentem diem, sicut & solennitates prædictas, &c.

pta sunt in libris Medorum atque Persarum, & quomodo Mardocheus Iudæi generis secundus à rege Assuero fuerit, & magnus inter Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea, quæ ad pacem leminis sui pertinerent.

7 *Quia exal. Mar.* quia p prædictā sublimitatē potuit hoc facere. **8** *Scripta sunt in li. Medo.* in quibus acta Assueri diligentius conscripta sunt, quam in hoc libro.

9 *Et quomodo Mardocheus.* vt sic memoria bonitatis eius nō solum apud Iudæos, sed etiam apud Gētiles futuris temporibus remaneret. Cetera autem, quæ sequuntur non intendendo exponere. Tum quia satis apparet eorum sententiā ex prædictis. Tum quia non sunt in Hebræo, nec de scriptura canonica, sed magis videntur à Iosepho, & alijs scriptoribus conficta, & postea editioni vulgatæ inserta, secundum quod dicit Hieronymus in prologo huius libri, dicit. Addens ea, quæ ex tempore dici poterant, & audiri, sicut solitum est scholaribus omnem terram.

7 *Qui exal. Mar.* Per istū Mardocheū quem rex Assuerus exaltauit, & fecit à se secundum, significatur pontifex summus quem Christus exaltauit super totum populum Christianū, faciens ipsum sibi vicarium.

† *Quæ. bo. po. su.* per hoc ostenditur, quod studium summi pontificis verti debet ad querendum bonum populi Christiani. Et similiter alij prelati sub ipso, quilibet in sua prouincia, vel diocesi intendere debent ad honorē, & gloriā domini nostri Iesu Christi, cui est honor, & gloria in secula seculorū Amen.

MORA-

NICOLAUS DE LYRA.

A scholarib. disciplinis sumpto themate, i. materia aliqua, vel casu breui excogitate, quibus verbis vti potuit, qui iniuriam passus est, querimoniam mouendo, vel ille, qui iniuriam fecit, s. se defendendo. Et hoc modo videtur fecisse Iosephus quia vidit in hoc libro summam in breui literarū missarū ab Aman contra Iudæos, & summam reuocationis per Esther impetratæ, et habetur sup. c. 7. & 8. & ideo excogitauit, sicut homo literatus, & eloquens qualiter Aman potuit deceter describere machinationem suam colorando apparenti bonitate

nitare, & quomodo Mardocheus reuocator las literas potuit deceter dictare honore regis seruato, ita quod non notaretur de irrationabili mutabilitate. Quod patet ex hoc, quod forma literarum reuocatarum, quæ habetur infra 16. ca. acceptæ sunt de verbo ad verbum de Iosepho, libro antiquitatum 11. in qua describit historiam Esther. & idem probabiliter videtur de aliis hic sequentibus, quod fuerunt predicto modo excogitata, & scripta, & postea editioni vulgatæ inserta ad Dei laudē, cui est honor, & gloria in secula seculorū. Amē. Postilla venera. Nico. de Lyra super librum Esther finis.

In Eph. 11. li. Antic. 6.

Sess. 4.

CONCIL. TRIDENTINUM Si quis libros ipsos (Genesis, &c. Iudith, Esther, Daniel, & cetera) integros, cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris, & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas scierit, & prudēs contempserit, anathema sit.

B -dixitque Mardocheus & cetera, utque ad lin. c.

Epist. ad Lucium Africam.

ORIGENES. In libro Esther, neque Mardochei, neque Esther preces, que legentes possunt edificare, habentur apud Hebræos, sed neque epistolæ, neque quæ ab Aman scripta est de euerfione gētis Iudeorum, neque Mardochei ex nomine regis Artaxerxis gētem a morte liberans. Apud septuaginta autem, & Theodotionē

Hieronymus. Quæ habentur in Hebræo plena fide expressi. Hæc autem, quæ sequuntur scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua, & literis continetur, & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est, veru prænotauimus.

Dixitque Mardocheus. A Deo facta sunt ista. Recordatus sum somnij, quod videram, hæc eadē significantis, nec eorum quicquam irritum fuit. Paruus fons, qui creuit, in fluum, et in lucē solemque conuersus est, & in aquas plurimas redūdauit, Esther est quæ rex accepit uxorem, & voluit esse reginam. Duo autem dracones, ego sum, et Aman. Gentes, quæ conuenerunt, hi sunt, quæ conati sunt delere nomen Iudeorum. Gēs autē mea, Israel est, quæ clamauit ad

dominum, & saluum fecit dominus populū suū, liberauitque nos ab omnibus malis, et fecit signa magna atque portenta inter gentes, et duas sortes esse præcepit, unā populi Dei, et alterā ceterarū gentium. Venitque utraque fors i statutū ex illo iam tpe coram Deo vniuersis gentibus, & recordatus est dominus populi sui, ac miseratus hereditatis suæ. Et obseruabuntur dies isti in mense Adar, quartadecima, & quintadecima die eiusdem mensis cum omni studio, & gaudio in unū ceterū populi congregati in cunctas deinceps generationes populi Israel.

ca sunt, &c. Vide ergo ne imprudēs, & inscientes abrogemus exemplaria, quæ habentur passim in ecclesijs. Et legem statuamus fraternitati, vt deponant quidem sacros, qui apud eos feruntur libros assententur autem Hebræis, & persuadeant, vt nos puris impertiant, & qui nihil habeant figmenti. An non prouidētia in sanctis Scripturis dedit omnibus Christi ecclesijs adificationem? Non curam gefit eorum, qui empti sunt pretio, pro quibus Christus mortuus est?

CAPVT XI.



ANNO quarto regnantibus Ptolemao, & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotem, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemaus filius eius hanc epistolam Phurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum, Ptolemæi filium in Ierusalem.

Hierony. Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud ullum fertur interpretum.

CAPVT XI.

Vidit somnium Mardocheus, &c.

Anno secūdo regnante Artaxerxe maximo prima die mensis Nisan vidit somnium Mardocheus filius Jairi, filij Semei filij Cis de tribu Benjamin, homo Iudæus, quæ habitabat in urbe Susis, vir

magnus, & excelsus inter primos aulae regia. Erat autem de eo numero captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia rege Iudæa, & hoc eius somnium fuit. Apparuerunt voces, et tumultus, tonitrua & terræ motus, & conturbatio super terram, & ecce duo dracones magni parati que contra se in prælium, ad quorum clamorem cuncta concitatae sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum. Fuitque dies illa tenebrarum, & discriminis, tribulationis, & angustia, & ingens formido super terram. Conturbataque est

vel etiam Deus, euenturum aliquid aperte, vel non euenturū, faciendū, vel denitandum denuntiat. Visio est, cum id quod videt quis, eodem modo quo apparuerat euenit. Somnium est figuris tectum, & sine interpretatione intelligi non potest. Infornium est, quando id, quod fatigauerat vigilantem, ingerit se dormienti, sicut est cibi cura, vel potus, vel aliqua studia, vel infamitates. Phantasma est, qui vix dormiro cæpit, & adhuc se vigilare estimat, aspiciere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas discrepantes, & varias, lætas vel turbulentas.

CAP.

L. r. de spiritu & anima, cap. 35.

AVGVST. Omnium, que tibi videre videntur dormientes quinque sunt genera, videlicet, oraculum, visio, somnium, infornium, & phantasma. Oraculum est cum in foras patens, vel aliqua sancta grauisque personæ, seu sacerdos,

A gens iustorum, & timētium mala sua, et p̄parata ad mortem. Clamaueruntq̄, ad dominū, & illis vociferantibus † fons paruus creuit in fluuiū maximū, et in aquas pluri-
mas redūdauit, Lux, et sol ortus est, et humi-

les exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. **D**
Quodcum vidisset Mardocheus, & surrexisset de stratu, cogitabat quid Deus facere vellet, & fixum habebat in animo scire cupiens quid significaret somnium.

CAPVT XII.

CAPVT XII.

M Orabatur autē eo tempore, &c. **R**ABBI SALOMON. Mardocheus hoc didicit, quia coram eo in idiomate Tharsensi loquebantur de regis intoxicatione, credentes Mardocheum illud idioma penitus ignorare.

B † IOSEPHVS Ben-Gorion. Erant hi duo Eunuchi ex propin-

M Orabatur † autem eo tempore in aula regis cum Bagathan, & Thares eunuchis regis, qui ianitores erant palatij. Cumque intellexisset cogitationes eorum; & curas diligentius peruidisset, didicit quod conarētur in regem Artaxerxem manus mittere, et nuntiauit super

eo regi. Qui de utroq̄ habita questione confessos iussit duci ad mortē. Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentarijs. Sed & Mardocheus rei memoriam literis tradidit. Precepitque ei rex, ut in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione munerib. Aman vero filius Amadathi Bugcus erat gloriosissimus coram rege, et voluit nocere Mardocheo, & populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

propinquis huiusmodi, amici eius fidelissimi, & consilij, &c. Mardocheus itaque uideus fufuros eunuchorum, intellexit nutus ipsorum, & cōsilia, & indicauit regine, regina uero regit. Porro Hamā quanto potuit studio eos a morte liberare conatus est, sed frustra, nihil enim efficere potuit.

Hieronymus. Hucusque proœmium. Quæ sequuntur in eo loco posita erant ubi scriptum est in volumine. Et diripuerūt bona, vel substantias eorum. Quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

CAPVT XIII.



REX † maximus Artaxerxes ab india usq; Aethiopiā centum viginti septem prouinciarum, principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sūt, salutem dicit. Cum plurimis gentibus imperarem, & uniuersum orbem meę ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentię magnitudine, sed clementia, & lenitate gubernare subiectos, ut absque ullo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Quærente autem me à consiliarijs meis quomodo possit hoc imple-

ri, unus, qui sapientia, & fide ceteros præcelsabat, & erat post regem secundus Aman nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis uteretur legibus, & contra omnium gentium consuetudinem faciens, regum iussa contemneret, et uniuersarum concordiam nationum sua dissensione violaret. Quod cum didicissemus, uidentes unam gentem rebellem aduersus omne hominum genus peruersis uti legib. nostrisque iussionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordia, iussimus, ut quoscunque Aman, qui omnib. prouincijs præpositus est, et secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstrauerit, cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusq; eorum misereatur, quartadecima die duodecimi mensis Adar anni presentis, ut nefarij homines uno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant.

Hiero. Hucusque exemplar epistolæ. Quæ sequuntur post eū locum scripta reperi, ubi legitur. Pergensque mardocheus fecit omnia, quæ ei mandauerat Esther. Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus ferūtur interpretum.

Mardocheus autē deprecatus est dominū,

memor omnium operum eius, & dixit: Domine, domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita & non est, qui possit tua resistere uoluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti

a Domine, uoluit rex omnipotens in ditione enim tua cuncta sunt posita, &c. ALEXANDER primus, Papa & martyr. Si Trinitas nō est, cur Mardocheus orando dixit, Dñe, Domine Deus omnipotens, & omnia

A omnia in potestate tua sunt.
 *IOSEPHVS. At Mardocheus te cognita, scillis vestibus, opertus sacco, & sparsus cinere, ferebatur per urbem, iniquum facinus clauitatis, maximam gentem inter necioni esse addicta, & vociferando talia vsque ad regium Palatium delatus, ibi demum constitit. Non enim fas erat illum tali habitu regiam ingredi.

cælum, & terram, & quicquid cæli ambitu continetur, dominus omnium es, nec est, qui resistat maiestati tue. Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia, et contumelia, & aliqua glorie cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum, libeter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem, sed timui ne honorem Dei mei transferrem

ad hominem, & ne quemquam adorare ex-
 cepto Deo meo. Et nunc domine rex Deus Abraham miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hereditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Aegypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti, & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, ut viuentes laudemus nomen tuum domine, & ne claudas ora te canentium. Omnis quoque Israel pari mente, & obsecratione clamauit ad dominum, eo quod eis certa mors impenderet.

CAPVT XIII.

CAPVT XIII.

Esther quoque regina confugit ad dominum, pauens periculum quod imminebat. Cumque deposuisset vestes regias sletibus, & luctui apta indumenta suscepit, & pro unguentis varijs cinere, et stercore impleuit caput, & corpus suum humiliavit ieiunijs, omniaque loca in quibus ante letari consueuerat, crinium laceratione compleuit. Et deprecabatur dominum Deum Israel, dicens. Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitaria, et cuius prater te nullus auxiliator est alius. Periculum meum in manibus meis est. Audiui a patre meo, quod tu domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, ut possideres hereditatem sempiternam, fecistique eis, sicut locutus es. Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum. Coluimus enim deos eorum. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit, quod

hereditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi, & altaris tui, ut aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & predicent carnalem regem in sempiternum. Nec tradas domine sceptrum tuum his, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram, sed conuerte consilium eorum super eos, & eum, qui in nos cepit seuire disperde. Memento domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostre, et da mihi fiduciam domine rex deorum, & uniuersa potestatis, tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, ut & ipse pereat & ceteri, qui ei consentiunt. Nos autem libera in manu tua, & adiuua me ancillam tuam nullum aliud auxilium habentem, nisi te. Domine habes omnium scientiam, & nosti, quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircuncisorum, & omnis alienigenæ. Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbia, & glorie meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei, & quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum, & nunquam letata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsque in presentem diem, nisi in te domine Deus Abraham. Deus fortis super omnes exaudi [†]vocem eorum, qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me a timore meo.

*BASILIVS. Et sanctissima Esther orabat. Non tradas domine, sceptrum tuum ijs, qui non sunt. Ipsam vocem domini, de Deo vero dicens. CAP.

Lib. 1. Ant. cap. 6.

B Esther quoque regina confugit ad dominum, pauens periculum quod imminebat. Cumque deposuisset vestes regias sletibus, & luctui apta indumenta suscepit, & pro unguentis varijs cinere, et stercore impleuit caput, & corpus suum humiliavit ieiunijs, omniaque loca in quibus ante letari consueuerat, crinium laceratione compleuit. Et deprecabatur dominum Deum Israel, dicens. Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitaria, et cuius prater te nullus auxiliator est alius. Periculum meum in manibus meis est. Audiui a patre meo, quod tu domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, ut possideres hereditatem sempiternam, fecistique eis, sicut locutus es. Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum. Coluimus enim deos eorum. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit, quod

† & quia.

Epist. 199.

*AVGVSTIN. Esther Deum timens, Deum colens, Deo subdita, marito regi alienigenæ, non eundem secum colentem Deum, tamen subiecta seruebat, que cum extremo periculo, non suo tantum, sed etiam gentis sue, qui tunc erat populus Dei, domino prosterneretur in ipsa oratione sua dixit, ita sibi esse ornatum regium, sicut pannum menstruatæ, & ita orantem statim exaudiuit, qui cordis inspector eam vere dicere sciuit.

*BASI-

durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuum suarum idolorum potentie deputantes, volunt tuam mutare promissa, & delere hereditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi, & altaris tui, ut aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & predicent carnalem regem in sempiternum. Nec tradas domine sceptrum tuum his, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram, sed conuerte consilium eorum super eos, & eum, qui in nos cepit seuire disperde. Memento domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostre, et da mihi fiduciam domine rex deorum, & uniuersa potestatis, tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, ut & ipse pereat & ceteri, qui ei consentiunt. Nos autem libera in manu tua, & adiuua me ancillam tuam nullum aliud auxilium habentem, nisi te. Domine habes omnium scientiam, & nosti, quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircuncisorum, & omnis alienigenæ. Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbia, & glorie meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei, & quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum, & nunquam letata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsque in presentem diem, nisi in te domine Deus Abraham. Deus fortis super omnes exaudi [†]vocem eorum, qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me a timore meo.

Lib. 2. adu. Eunom.

E

F

† precem.

Hieronymus. hæc quoque addita reperi in editione vulgata.

CAPVT XV.

CAPVT XV.

ET mādauit ei, (haud dubiūq̄ Esther Mardocheus,) ut ingrederetur ad regem, & rogaret p̄ populo suo, & p̄ patria sua. Memorare (iquit) dierum humilitatis tuę quō nutrita sis in manu mea, q̄a Aman secundus à rege locutus est cōtra nos in mortem, et tu inuoca dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Hiero. Necnon, & ista, quæ subdita sunt in editione vulgata reperi.

Die autem tertio[†] deposuit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua. Cū que regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem, & saluatorem Deum, assumpsit duas famulas, & super vnā quidē innitebatur quasi præ delicijs, & nimia teneritudine corpus suum ferre non su-

Hieronym. Exemplar epistolæ regis Artaxerxis, quam pro Iudeis ad totas regni sui prouincias misit, qđ & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

CAPVT XVI.



REX MAGNVS Artaxerxes ab India vsq; ad Æthiopiam cētum vigintiseptem prouinciarū ducibus ac principibus, qui nostræ iussioni obediunt, salutem dicit. Multi bonitate principum, & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam, & non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos, qui dederunt moliantur insidias: Nec contenti sunt gratias non agere beneficijs, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam. Et in tantum vesaniæ prorumpunt, vt eos, qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt,

stinens, altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis tristē celabat animum, et nimio timore cōtractum. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem, ubi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regijs auroq; fulgens, & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu. Cumque eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorē pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillam reclinauit caput. Conuertit q̄ Deus spiritum regis in mansuetudinē, & festinus ac metuens exiliuit de solio, & sustentans eā vlnis suis donec rediret ad se, his verbis blādiebatur. Quid habes Esther? Ego sum frater tuus noli metuere. Non morieris, non enim pro te, sed pro omnib. hac lex constituta est. Accede igitur, & tange sceptrum. Cumque illa reticeret, tulit auream virgam, et posuit super collū eius, et osculatus est eā, et ait. Cur mihi non loqueris? Quæ r̄spōdit. Vidi te domine quasi angelū Dei, & conturbatū est cor meum præ timore glorię tuę. Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarū. Cumq; loqueretur rursus corruit, et pene exanimata est. Rex autē turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur eum.

vt omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subuertere, dum anres principum simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res, & ex veteribus probatur historiis, & ex his, quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur. Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum. Nec putare debetis si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate, & necessitate temporum, vt reipublicæ poscit utilitas, ferre sententiam. Et vt manifestius, quod dicimus intelligatis: Aman filius Amadathi, & animo, & gente Macedo, alienusque à persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est, & tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus, qui in tantum arrogantia tumorem sublatus est, vt regno priuare nos niteretur, & spiritu. Nam Mardocheum cuius fide, & beneficijs viuimus, & consortem regni nostri Esther cum omni gente sua quibusdam atque inauditis machinis expetiuit

A in mortem, hoc cogitans, ut illis interfectis infidaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas. Nos autem à pessimo mortalium Iudæos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed e contrario iustis veteribus legibus, & filios altissimi, & maximi semperque viventis Dei, cuius beneficio, & patribus nostris, & nobis regnum est traditum; & usque hodie custoditur. † Unde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas. porro quo scelere ante portas huius urbis, id est, † Susis; & ipse, qui machinatus est, & omnis cognatio eius pender in patibulis, non nobis, sed Deo reddente ei, quod meruit. Hoc autem edictum, quod nunc mittimus, in cunctis urbibus proponatur, ut liceat Iudæis uti legibus suis.

ter-

Quibus debetis esse adminicula, ut eos, qui se ad necem eorum parauerant, possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar. Hanc enim diem Deus omnipotens incæroris, & luctus eius vertit in gaudium. Unde & vos inter cæteros festos dies hanc habete diem, & celebrate eam cum omni lætitia, ut in posterum cognoscantur omnes, qui fideliter persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem, qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere. Omnis autem provincia, & ciuitas, quæ noluerit solennitatis huius esse participes, gladio, & igne pereat, & sic deletur, ut non solum hominibus, sed etiam inuia bestiis sit in sempiternum, pro exemplo contemptus, & inobedientia.

T O M I S E G V N D I F I N I S .

